

Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

+ *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.

+ *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.

+ *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.

+ *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via `http://books.google.com`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08753603 7

Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ja: Trotter; Feb: 1776

Digitized by Google

Digitized by Google

PUBLII TERENTII AFRI

COMOEDIAE,

PHAEDRI

FABULAE AESOPIAE,

PUBLII SYRI

ET ALIORUM VETERUM

SENTENTIAE,

EX RECENSIONE ET CUM NOTIS

RICHARDI BENTLEII.

CANTABRIGIAE

Apud CORNELIUM CROWNFIELD.

MDCCXXVI.

Veneunt & LONDINI apud JACOBUM KNAPTON, ROBERTUM KNAPLOCK, PAULUM VAILLANT Bibliopolas.

Digitized by Google

LENOX LIBRARY
NEW YORK

Digitized by Google

PUBLII TERENTII AFRI

COMOEDIAE.

RECENSUIT, NOTASQUE SUAS ET

GABRIELIS FAERNI ADDIDIT

RICHARDUS BENTLEIUS.

CANTABRIGIAE

TYPIS ACADEMICIS,

Impensis CORNELII CROWNFIELD,

MDCCXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Ca. Boit pinx.

Geo. Vertue Sculp. 1725

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI

FREDERICO LUDOVICO,

GEORGII WALLIAE PRINCIPIS

FILIO MAJORI;

GEORGII

BRITANNIARUM FRAN. ET HIB. REGIS

NEPOTI;

PRINCIPI JUVENTUTIS;

MAGNO MAGNORUM ATAVORUM INCREMENTO;

POTENTIAE AVITAE PATERNAEQUE

CERTISSIMO HEREDI;

QUOD PIETAS TAMEN PUBLICA, QUOD ET IPSE VOVET,

SERO SUCCESSORI;

OMNIBUS CORPORIS ANIMIQUE VIRTUTIBUS

ORNATISSIMO;

TANTAEQUE, IN QUAM NATUS EST ET ADOLESCIT,

FORTUNAE CAPACI;

NOVAM HANC TERENTII EDITIONEM

OMNI CULTU AC VENERATIONE

DAT DICAT DEDICAT

RICHARDUS BENTLEIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

RICHARDUS BENTLEIUS

LECTORI SALUTEM.

DOCTISSIMI viri *Gabrielis Faerni* Notas, quamvis saepius jam recusas, ideo Meis integras interserui; quod, nisi id feciſſem, singulis pagellis ad partes vocandae essent, majore meo labore, tuoque commodo minore. Quippe ille Romae vetustiſſimos omnium qui hodie supersunt Terentii Codices nactus, luculentiſſimam Editionem, *Petro Victorio* procurandam, moriens reliquit; sine cujus vel auxilio vel saltem usu quicquam hic noui adtentare, foret hominis de opera sua & existimatione ludentis. Eae tamen Notae, nisi multum fallor, sic Meis insertae, majore cum fructu ac voluptate quam usquam alias legentur. De singulis enim judicium meum interpono; & illius Codices Scriptos cum meis ubique comparo: qui a Faernianis proximam Vetustatis gloriam & dignitatem facile tutantur. Plurimos autem ad illius Editionem ipse meis oculis accurate contuli & exegi; qui vel in Bibliothecis Cantabrigiae vel Regia & Amicorum Londini habentur: eosque in Notis, ubi reconditae quid Lectionis & in paucis Membranis visae profertur, nominatim appello. Orthographiam autem Faerni, quam & vetustiores nostri servabant, secutus sum: Textum autem mille, opinor, locis immutavi; nusquam tamen, nisi cum in Nota modum mutationis causamque retulerim. De Metris, deque Accentuum (quod novum in Editione hac Repertum est) intervallis nihil hic te morabor: cum in sequente Schediasmate quod satis visum est dixerim. Quare hoc quicquid est munusculi, jam olim tibi destinato, sed festinatius nunc, ut evénit, celerique opera deproperato, fruere ac vale.

D. E.

Digitized by Google

DE METRIS TERENTIANIS

ΣΧΕΔΙΑΣΜΑ.

Θέσις, & Ἄρσις. IAMBICUS verſus ſenorum pedum Latinis veteribus *Senarius* vocabatur, a Pedum & Ictuum numero. Horatius Art. Poet. 251.

Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur Iambus,
Pes citus: unde etiam Trimetris accreſcere juſſit
Nomen iambeis, cum Senos redderet ictus
Primus ad extremum ſimilis ſibi.

Sex, inquit, habet ictus verſus Senarius; & tamen Trimetrus ſive *Ternarius* Graecis vocatur; quaſi tres tantem Ictus redderet, ob pedis celeritatem, praeſertim cum totus Iambis puris decurrit. Latini igitur per μονοποδίαν, *ſingulos pedes*, hos verſus dividebant; Διποδία. Graeci per διποδίαν, ſeu *geminatos*. Inde qui Graecis eſt *Tetrametrus*, Varroni a pedum numero eſt *Octonarius*. Juba rex apud Rufinum de Metris p. 2712. *Quod autem binis pedibus, & non ſingulis, ſcandatur Iambicus; vetus inſtitutum eſt.* Et mox, *Unde apparet Heroicum ſingulis pedibus ſcandi etiam apud veteres ſolitum, Iambum autem binis.* Marius Victorinus p. 2497. *Per Monopodiam ſola Dactylica ſcanduntur; per Dipodiam vero cetera.* Neſcivit hic Bacchiacos & Creticos, quos etiam Monopodia dimetitur. Diomedes p. 503. *Feritur Senarius Iambicus combinatis pedibus ter.* Terentianus Maurus p. 2432.

Iambus ipſe ſex *enim locis manet,*
Et inde nomen inditum eſt Senario:
Sed ter *feritur, hinc* Trimetrus *dicitur;*
Scandendo binos quod pedes conjungimus.

Ictus, Percuſſio dicitur; quia Tibicen, dum rythmum & tempus moderabatur, ter in Trimetro, quater in Tetrametro, ſolum pede feriebat: Ἄρσις autem ſive *Elevatio* appellatur; quod in iiſdem ſyllabis, quibus Tibicen *pedem* accommodabat, Actor *vocem* acuebat ac tollebat. In *Theſi* autem ſunt ceterae ſyllabae, quae Ictu deſtitutae

tutae minus idcirco audiuntur. Hos Ictus sive Ἄρσεις, magno discentium commodo, nos primi in hac Editione per Accentus acutos expressimus, tres in Trimetris, quattuor in Tetrametris:

Poéta cum primum ánimum ad scribendum áppulit,
Id sibi negoti crédidit solúm dari.
Enimvéro, Dave, níl loci est segnítiae neque socórdiae,
Quantum íntellexi módo senis sententiam de núptiis.

Etsi revera, quod Romani voluerunt, seni in quoque Trimetro sint Ictus; qui sic exprimi possint,

Poéta cúm primum ánimum ad scríbendum áppulít,
Id sibi negóti crédidít solúm darí.

Verum quia in paribus locis, 2, 4, 6, minus plerumque elevantur & feriuntur, quam in imparibus, 1, 3, 5, idcirco eos more Graecorum hic placuit omittere. Horum autem accentuum ductu (si vox in illis syllabis acuatur, & par temporis mensura, quae pedis Ditrochaei vel Ἐπιτέτου διπλάσιου spatio semper finitur, inter singulos accentus servetur) versus universos eodem modo Lector efferet, quo olim ab Actore in Scaena ad tibiam pronuntiabantur. Hoc quoque commodi in his Accentibus Lector inveniet; quod statim & ictu oculi Trochaicos ab Iambicis, qui in eadem scena interdum locum habent, possit distinguere: si Accentus scilicet in prima versus syllaba est, Trochaici sunt; sin minus, Iambici.

Omne versuum genus suam habet *Caesuram* sive Incisionem; qua verbum terminatur, & vox in decursu paulum interquiescit. Illa fere Caesura Romanis placuit; quae in priore tertii pedis syllaba fit: ut in Heroico: Caesura.

Arma virumque cano | Trojae qui primus ab oris
Italiam fato | profugus Lavinaque venit
Litora, multum ille & | terris jactatus & alto
Vi superum, saevae | memorem Junonis ob iram.

Varro quidem apud Gellium XVIII, 15. *scribit observasse se in versu Hexametro, quod omnimodo quintus semipes* (id est, prior pedis tertii syllaba) *verbum finiret.* Mirum, quod *Omnimodo* dixerit, cum Lucretius jam tum variaverit,

Reddenda in ratio | ne vocare, & semina rerum.

& Catullus,

Omnia fanda nefan | da malo permissa furore.

Postea saepius Virgilius,

Digitized by Google

Lyrneſſi domus al | ta, ſolo Laurente ſepulcrum.

Homerus autem olim ſaepiſſime,

Οὐλομένην ἣ μύ | ρι' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.

Non *Omnimodo* igitur dictum oportuit; ſed *Plerumque*.

In Sapphico ſimiliter Romani quinto fere ſemipede:

Pindarum quiſquis | ſtudet aemulari,
Jule, ceratis | ope Daedalea
Nititur pennis | vitreo daturus
Nomina ponto.

In Alcaico: *Doctrina ſed vim | promovet inſitam,*
Rectique cultus | pectora roborant.

In Phalaecio: *Multis ille bonis | flebilis occidit:*
Nulli flebilior | quam tibi, Virgili.

Sic & in Iambo Trimetro:

Jam jam efficaci | do manus ſcientiae:
Supplex & oro | regna per Proſerpinae,
Per & Dianae | non movenda numina,
Per atque libros | carminum valentium
Refixa caelo | devocare ſidera.

Hanc Caeſurae ſedem plerumque in Trimetris ſervant Poetae Comici: ut Noſter;

Ne cuí ſit veſtrum | mírum, cur partés ſeni
Poéta dederit | quaé ſunt adoleſcéntium:
Id prímum dicam | deínde quod veni éloquar.

& itidem Graeci:

Οι γάρ βλεπόντες | τοῖς τυφλοῖς ηγούμεθα,
Οὑτός δ' ακολουθεῖ | χάμε παρσοβιάζεται.

In Iambicis Trochaiciſque Tetrametris Caeſura plerumque fit poſt ditrochaeum ſecundum:

Demiſſis humeris éſſe vincto | péctore ut gracilaé ſient.
Vídeo ſentum ſquálidum aegrum | pánnis annisque óbſitum.

Illud autem in primis notandum; cum Graeci Magiſtri per διποδίαν Trimetros Iambos ſcandere juberent, ſemper eos intellexiſſe διποδίαν ἰαμβικὴν; adeo ut ſic dividerctur ex eorum ratione verſiculus:

Ne cuí ſit ve | ſtrum mírum, cur partés ſeni
Poéta dede | rit quaé ſunt adoleſcéntium:
Id prímum di | cam, deínde quod veni éloquar.

Oi

Οι γάρ βλεπον | τες τοίς τυφλοις ηγούμεθα.
Ουτός δ' ακολυ | θει κάμε παροδιάζεται.

ubi vides primam Dipodiam in mediis verborum ſyllabis deſinere, totamque Caeſurae virtutem ac gratiam miſere perire. Quare ego jam ab ipſa adoleſcentia in omnibus Iambicis praeter Tetrametrum Catalecticum, de quo poſtea dicam, aliam mihi Scanſionis rationem inſtitui, per διποδίαν ſcilicet τροχαϊκὴν, hoc modo,

Po | éta dederit | quaé ſunt adoleſcéntium:

primo ſemipede quaſi ſubducto & abciſo, verſu autem in Dactylum vel Creticum exeunte. Siquidem iſta διποδία ex Trochaeis duobus, vel uno & Spondeo ſive Epitrito ſecundo conſtans, *Commodare, Commodavi*, & cum Caeſurae indole convenit; & verum Iambei rythmum auribus inſinuat; & Poetae, dum verſus hos fabricatur, praecipue mentem occupat; &, quod maximum eſt, in omni fere Comicorum metrorum genere principatum obtinet; veramque cauſam, cur in una Comoedia tot verſuum ſpecies adhibeantur, ſola demonſtrat.

Varietas Metrorum. Iambici. Trochaici.

QUINTILIANUS Inſtitut. Orat. X, 1. *In Comoedia maxime claudicamus, – licet* TERENTII *ſcripta ad Scipionem Africanum referantur: quae tamen in hoc genere ſunt elegantiſſima; & plus adhuc habitura gratiae, ſi intra verſus Trimetros ſtetiſſent.* Mirificum ſane magni Rhetoris judicium! Optabat ſcilicet, ut Fabulae Terentianae, quae in primo cujuſque Actu & Scaena a Trimetris inchoantur, eodem metro ac tenore per omnes Actus Scaenaſque decucurriſſent. Crederes profecto hominem numquam Scaenam vidiſſe, numquam Comoedum partes ſuas agentem ſpectaviſſe. Quid voluit? quod nec Menander nec ullus Graecorum fecit, Terentius ut faceret? ut ira, metus, exultatio, dolor, gaudium; & quietae res & turbatae, eodem metro lente agerentur? ut Tibicen paribus tonis perpetuoque cantico ſpectantium aures vel delaſſaret vel offenderet? Tantum abeſt, ut eo pacto *plus gratiae habitura eſſet fabula*, ut quantumvis bene morata, quantumvis belle ſcripta, gratiam prorſus omnem perdidiſſet. Id primi Artis repertores pulchre videbant; delectabant ergo varietate ipſa, diverſaque ἤθη καὶ πάθη diverſo carmine repraeſentabant. Marius Victorinus p. 2500; *Nam & Menander in Comoediis frequenter a continuatis Iambicis verſibus ad Trochaicos tranſit, & rurſum ad Iambicos redit.* Non ita tamen agebant veteres, ut ab uno in aliud plane contrarium repente exilirent; ab Iambicis in Dactylicos;

Digitized by Google

licos; ſed in propinquos Trochaicos, ipſo tranſitu paene fallente. Quod ut clarius conſpiciatur; omnem Terentianam copiam hic ſiſtam, unoque & eodem pede Ditrochaeo univerſam fere emetiar.

ILLUD tamen prius admonendum; ut a Trimetris ſuas Fabulas, rebus ſedatioribus, noſtrum inchoaſſe; ita ſemper Tetrametris finiſſe; quod fabulae Cataſtrophe, cum res turbulentae paulatim & aegre conſileſcerent, hoc carminis genus poſtularet, magno ſpiritu effundendum. Prae omnibus tamen, Trochaici pleni firmum Actoris latus requirebant; qui numquam ſcilicet niſi in maximo affectuum tumore veniunt; efferendi, non ut quidam autumant, *tarde lenteſque*, ſed *Clamore ſummo, cum labore maximo.*

Unde factum, ut cum alias in διποδίᾳ Spondei vel Anapaeſti placuerint; in his Trochaei vel Dactyli ſtudio quaerantur,

Crédo equidem illum jam ádfuturum, ut íllam a me eripiát: ſine veniat:
'Atqui ſi illam dígito attigerit, óculi illi illico éffodientur.

qui verſus, niſi toto pulmone exhauſto, pronuntiari apte non poſſunt: in Trimetris vero clamoſa haec πάθη inareſcerent prorſus & obmuteſcerent.

Ditrochaeis igitur ſic conſtituitur Iambus Trimetrus:

Id | ſíbi negoti | crédidit ſo | lúm dari.
Vi | cómmodavi | cómmodavi | cómmoda.

Iambicus Tetrametrus plenus:

Dum | témpus ad eam | rém tulit ſivi | ánimum ut exple | rét ſuum.
Vi | cómmodavi | cómmodavi | cómmodavi | cómmoda.

Trochaicus Tetrametrus plenus ſive ἀκατάληκτος,

'Adeon' hominem eſſe | invenuſtum aut | infelicem | quémquam ut ego ſum.
Cómmodavi | cómmodavi | cómmodavi | cómmodavi.

Trochaicus Tetrametus ſyllabâ deficiens, ſive καταληκτικός,

Quót modis con | témptus ſpretus? | fácta, tranſacta | ómnia. hem.
Cómmodavi | cómmodavi | cómmodavi | cómmoda.

Pentametrus καταληκτικὸς; qui ſemel iterumve adhibetur.

Sánus es? Domum | íre pergam: ibi | plúrimum eſt. Reva | cémus hominem. | Sta ílico.
Cómmodavi | cómmodavi | cómmodavi | cómmodavi | cómmoda.

in his omnibus; commodius eſt, meo judicio, διποδίαν τροχαϊκὴν Caeſurae accommodatam & congruam, quam ἰαμβικὴν ab ea derrantem, in metiendo verſu adſciſcere.

SUPEREST tamen unus Iambici generis, Tetrametrus καταληκτικὸς; in

in quo διπodία veterum Magiſtrorum ἰαμβικὴ ſine controverſia tenenda eſt; ob ipſam, a qua in aliis diſcedit, Caeſurae concinnitatem:

Nam ſí remit | tent quíppiam | Philúmenam | dolóres.
Ανδρές φιλοι | και δήμόλεω | και τέ πονειν | εφέζαι.
Δημόδεης | Δημόδεως | Παιάνιευς | εγεάψε.
Vi cómmoda | vi, cómmoda | vi, cómmoda | vi, cómmo.

Sed & in his διπodία τροχαϊκὴ tempus quidem & ſpatium exacte ſervat, in Inciſionibus tamen peccat. Ceterum utram velit rationem Lector ſequatur: Accentus in hujus Editionis Textu ambabus aeque conveniunt: at in nupera quadam, univerſi hujus generis, quorum ingens copia eſt, verſus prava Caeſurae diſtinctione jugulantur;

Concurrunt laeti mi obviam cup | pedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, far | tores, piſcatores.

Cum ſic Caeſura ponenda eſſet,

Concurrunt laeti mi obviam | cuppediarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, | fartores, piſcatores.

Illud quoque in hoc genere obſervandum, pedem illum ante Caeſuram *Mi obviam* & *I coqui* ſemper, ut hîc, Creticum vel ei ἰσόχρονον media brevi eſſe oportere: nullum hîc apud Noſtrum Licentiae locum eſſe; non magis quam in fine Senarii. Haec verſum horum indoles & ſola gratia eſt: quam in hac Editione incolumem habent; in prioribus vero ante nos innumeris mendis ſtrangulatam & ſepultam.

PORRO, ſuper hos Iambicos Trochaïcoſque, etiam Creticis, Bacchiacis, Choriambiciſque verſibus, ſed ſemel tantum ſingulis, utitur Terentius; eiſque in Monodia duntaxat, numquam in Diverbio: hi, ringente licet invidia, nobis ſe apud Noſtrum debent. Cretici; Bacchiaci; Choriambici;

Creticus: *Tánta ve | córdia in | náta cuiquam | út ſiet.*
Cáſtitas | cáſtitas | cáſtitas | cáſtitas.
Bacchianus: *Adhúc Ar | chylís quae ad | ſolént quaeque | opórtet.*
Honéſtas | honéſtas | honéſtas | honéſtas.
Choriambicus: *Obſtipuit | péctore con | ſiſtere nil | cónſili quit.*
Cóntremui | cóntremui | cóntremui | cóntremiſco.

Hi tamen, more Graeco, noviſſimum ſibi verſum alterius generis adſumunt, ut pro Rythmi ratione cum ſtrepitu ac canore finiantur.

DE

Clauſulae. De *Clauſulis* ſic Varro apud Rufinum p. 2707. *Clauſulas primum appellatas dicunt, quod clauderent ſententiam: ut apud Accium;*

An haéc jam obliti ſúnt Phryges?

Nonnumquam ab his initium fit; ut apud Caecilium,

Di boni, quid hoc?

apud Terentium, Diſcrucior animi.

Huic ultimae adde aliam ex Noſtro:

Occidi.

Ceterum de *Clauſulis* hoc uno verbo dixiſſe ſufficiat: *Si ab eis initium fit*; liberae ſunt & nullius metri legibus adſtrictae: *Si ſententiam claudunt*, a praecedentibus legem accipiunt. Scilicet poſt Iambicos Tetrametros, vel Trochaicos Catalecticos, ab Iambo incipiunt; ut illa Accii,

An haéc jam obliti ſúnt Phryges?

& illae Noſtri,

Praeſcíſſe me ante? nónne prius commúnicatum opórtuit?
Miſerám me, quod verbum aúdio?
Múnus noſtrum ornáto verbis, quód poteris; & iſtum aémulum
Quod póteris ab ea péllito.

Ita ſemper in ceteris: & ratio eſt, quod Διποδία τροχαϊκὴ quaſi uno verſu continuetur,

Commúnicatum opórtuit: miſerám me quod verbum aúdio?

Unde in Trochaico pleno, quo Διποδία conſummata eſt, a Trochaeo incipit:

Próin tu ſollicitúdinem iſtam fálſam, quae te excrúciat, mittas.
Quícum loquitur fílius?
'Et illud rus nulla ália cauſa tám male odi, níſi quia prope eſt:
Quód ſi abeſſet lóngius.

Hanc ſibi legem fixerunt, ſancientibus aure ac rythmo, primi artis inventores: ſed in hac tamen ante nos Editiones peccant. Illud porro notandum; in Tetrametris ſolis apud Noſtrum, numquam in Trimetris, Clauſulis locum eſſe. Neque id omittendum has & reliquas omnes apud Noſtrum Clauſulas in Cretico terminari, *Audio, Pellito, Filius, Longius*; una tantum excepta, Hec. V, 1, quae in Spondeum exit.

Aut né quid faciam plús, quod poſt me mínus feciſſe ſátius ſit.
Adgrédiar. Bacchis, ſálve.

Id tamen judicio, non caſu, a Poëta factum: quippe poſt hanc ſolam

Digitized by Google

ſolam ex omnibus Clauſulam a Tetrametris plenis in Catalectícos Scaena tranſit, qui Spondeo finiuntur;

Salvé, Lache. Edepol crédo te non níl mirari, Bácchis.

De Licentia veterum Romanorum, Tragicorum Comicorumque, paulo inclementius loquitur Horatius, Arte Poet. 255. Iambicus, inquit, verſus, Licentia Terentiana, quae deflectit a Graecis Comicis.

Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
Spondeos ſtabiles in jura paterna recepit
Commodus & patiens; non ut de ſede ſecunda
Cederet aut quarta ſocialiter. hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus & Enni.
In ſcaenam miſſus cum magno pondere verſus
Aut operae celeris nimium curaque carentis,
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata poëmata judex:
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Idcircone vager, ſcribamque licenter? ut omnes
Viſuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniae cautus? vitavi denique culpam,
Non laudem merui. vos exemplaria Graeca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
At veſtri proavi Plautinos & numeros &
Laudavere ſales: nimium patienter utrumque,
Ne dicam ſtulte mirati; ſi modo ego & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digitis callemus & aure.

Candide magis de iis judicat, venuſtiſſimus in tenui materia ſcriptor, Terentianus Maurus, p. 2443.

Culpatur autem verſus in Tragoediis,
Et rarus intrat ex Iambis omnibus:
Ut ille contra, qui ſecundo & talibus
Spondeon aut quem comparem receperit.
Sed qui pedeſtres fabulas Socco *premunt,*
Ut quae loquuntur ſumpta de vita putes,
Vitiant Iambon tractibus Spondaïcis,
Et in ſecundo & ceteris aeque locis:
Fidemque fictis dum procurant fabulis,

In metra peccant, arte, non inſcitia:
Ne ſint ſonora verba conſuetudinis,
Paulumque rurſus a ſolutis differant.
Magis illa Noſtri: nam fere Graecis tenax
Cura eſt Iambi, vel Novellis comicis,
Vel qui Vetuſta praecluent comoedia.

Ceterum quod in utriſque vituperat Flaccus, & in Comicis excuſat Maurus, hoc eſt: Quod in ſedibus paribus, ſecunda & quarta (nempe uterque per dipodiam Iambicam dimetitur: in ratione noſtra erunt prima & tertia, pedes ſcilicet ditrochaeorum priores) non volubiles pedes Iambum aut Tribrachyn, ex rythmi lege ac Graecorum exemplo; ſed tardos Spondeos ſive alios eis ἰσοχρόνους intulerint. Totum hoc, uno exemplo, & ſenſu & memoria facile tenebis. Graeci ad hanc formam in Iambicis;

Vi cómmodavi | cómmodavi, cómmoda.

Latini ad iſtam, non ſemper, ſed quotieſcumque vellent;

Vi cómmendavi | cómmendavi | cómmoda.

Vides *menda* ſpondeum bis poſitum pro Iambo *moda:* poſtremam ſedem violare numquam ſunt auſi. Idem & in Trochaicis obtinet.

Graeci: *Commodavi | commodavi | commodavi | commoda.*
Latini: *Commendavi | commendavi | commendavi | commoda.*

In his pedibus, excepto ultimo, pro brevibus longae ſyllabae adſumuntur; quod tamen, opinor, celeri pronunciatione juvabat & occultabat Actor, ne ipſe a Tibicine rythmum Graecum ſervante diſcreparet.

Quod ad Crimen autem hoc attinet; Tragicis quidem veteribus minor eſt excuſatio, cur non ad artis regulas verſus ſuos exegerint; cum toto ſtilo & colore a communi ſermone diſcreti, nova verba ac ſeſquipedalia pro lubitu finxerint. Fugiebant ſcilicet limae laborem; certi ſe in re ante inexperta & apud aures tum indoctas veniam impetraturos. Melius vero ac mitius de Comicis eſt ſentiendum. Profecto Terentius noſter, ſi quiſquam alius, in artis leges arte peccavit; ſtudio, non ignorantia; neceſſitate vel ſaltem commoditate inductus; & qualecumque illud delicti eſt, magnis virtutibus redempturus. Sermo enim ea de cauſa propius apud Noſtrum ad conſuetudinem accedit, quam apnd Menandrum: oratio apud unum de medio ſumpta deque vita honeſtiorum civium;

Digitized by Google

cium; verſus minime cavi ſed verbis ſenſibuſque ſpiſſi: apud alterum, dum metro ſervire coactus eſt, ſtilus paulo elatior, & ſententiae dilutiores. Adde huc, conſonantes in Lingua Latina pro vocalium numero frequentiores eſſe, quam in Attica: adde omnia apud Latinos vocabula, monoſyllabis duntaxat exceptis, eſſe Barytona; de qua re mox plura dicam; & facile pronunties, minoris eſſe operae atque artis, ad Menandri normam Graece ſcribere, quam Latine ad Terentii.

De Metris in lingua noſtra uſitatis.

ENIMVERO par & aequum eſt, ut eandem veniam veteribus Latinis demus, quam hodiernis qui Anglice ſcribunt poëtis concedimus: quorum nemo eſt, cui non indulgemus, ut ſyllabis interdum longis contra indolem rythmi loco brevium utatur. Nam ut Latini omnia metrorum genera de Graecis acceperunt; ita Noſtrates ſua de Latinis. Quo magis eſt dolendum atque indignandum, jam a literis renatis pueros ingenuos ad Dactylica, quod genus patria lingua non recipit, ediſcenda, ferula ſcuticaque cogi: Terentiana vero metra, quae domi tamen & in triviis inſcientes ipſi cantitant, Magiſtrorum culpa penitus ignorare. Trochaicus Tetrametrus Catalecticus, ut Terentio, ita Noſtratibus frequentiſſimus eſt:

'Ego ille agreſtis, | ſaévus, triſtis, | párcus, truculen | tús, tenax.
Háppy is the | Coúntry life bleſt | with content good | heálth an' eaſe.

Qui Trochaicus, unius ſyllabae acceſſione, fiet Iambicus Tetrametrus plenus.

Thrice háppy is | the Coúntry life | bleſt with content | good heálth an' eaſe.

Quin & Iambicus ille κατ' ἐξοχὴν, Terentio multum & merito amatus, apud Noſtros quoque in magna gratia eſt;

Nam ſi remit | tent quippiam | Philúmenam | dolóres.
He's décently | run through the lungs, | and théré's an end | o' Búlly.

Neque vero Bacchiacus Terentii Noſtris intactus eſt:

Adhúc Ar | chylís quae ad | ſolént quaeque | opórtet.
All jóy to | great Caéſar | long life, love | and pleáſure.

Creticum ejus quoque lingua noſtra facillime admittit;

Tánta ve | córdia in | náta cui | quam út ſiet.
'O the ſweet | Coúntry life | bléſt with health | peáce an' eaſe.

Denique & illud metrum, quod in Epicis & Heroicis jam diu apud Noſtrates regnum obtinet, ab Iambico Veterum Scenario proſluxit,

Digitized by Google

fluxit; neceſſitate linguae noſtrae, quae tota monoſyllabis ſcatens caeſuram Senarii raro admittit, Quinarius factus:

Though deép, yet clear | ; though géntle, yet not dúll.

Huic in fine ſextum Iambum apponc; & extemplo habebis Senarium Terentianum:

Though deép, yet clear though | géntle, yet not dully ſlow.

Rurſus, ſi ab hoc Euripidis Senario, qui primus omnium in Oreſta venit,

Ηκώ νεκρων κευθμώνα και σκοτού πυλας,

pedem noviſſimum auferas; Quinarium jam habebis, perfectiſſimum hodierni noſtri Epici exemplar:

Ηκώ νεκρων | κευθμώνα χ᾽ σκοτού.

Though deep, yet cleár, | though gentle, yet not dull.

In Angliço tamen hoc notes velim, tres ſyllabas poſitione longas loco brevium poni. Eas tu poſtea, & quam *Denhamo* veniam concedis, Terentio neges. *Perfectiſſimum* autem *exemplar* ideo appello; ut Poetis noſtratibus, ingenii ſane venaeque felicibus, ſed eruditionis interdum modicis, quid hodierni Epici, quo numeris omnibus abſolutus fiat, rythmus geniuſque ſibi poſcat, obiter oſtendam: in verſibus nempe ſingulis tres ſyllabas breves. Hoc ſane confitendum eſt; Avorum tempore, ſcabros aſperoſque verſus, magno longarum pondere onuſtos, plerumque exiiſſe: hodiernos autem poëtas longe eos teretiores tornatioreſque dare; ſed Aure fortaſſis magiſtra, non Arte: quae tamen Ars principio judicibus Auribus debebatur. Habent itaque, quod in longo ſane opere fruſtra expectandum, in Epigrammate vel Elegiola facile obtinendum, verſus Epici *exemplar*; quo & numerus Brevium & ſedes oſtenduntur. Quamquam in Noſtris eſt & Varietati locus, ut in his:

Though deép, yet clear; though géntle, yet not dull;
Stróng without rage, withóut oreflowing full.

Ictus in hoc poſteriore, qui in ſecunda ſyllaba fieri ſolet, in prima fit; & venuſte quidem, modo raro fiat, ac Brevis ſequatur. Et neſcio equidem, an in Terentio quoque, cum Trimetrum aliquoties inchoet ab *Hicíne, Hocíne, Sicíne, Libéra*, non in primam retrahendus ſit accentus *Líbera* &c. etiam in Iambico; ob τὸ ἰσόχρονον ſcilicet & ἰσόῤῥυθμον; cum Rythmus, Hephaeſtione teſte, ſit Metro potentior. Tale illud Plauti Rudent. II, 6, 29.

Piſcibus in alto credo praebent pabulum.

ubi

ubi *Píſcibus* libentius efferrem, quam *Piſcíbus*.

Licentia Terentiana, qua deflectit a Latinis Epicis.

Sed ut redeam, unde digreſſus ſum. Ut a Graecis Comicis deſciverunt Latini pro brevibus ſyllabis tardas infulciendo; ita vitio prorſus contrario peccarunt, corripiendo ſcilicet ejuſmodi ſyllabas, quae in Latino ſermone erant longae. Hujus autem Licentiae modum ac fines non cujuſvis eſt reperiſſe; cum ex Interpretibus, hi qui laxiſſime & ultra terminos Licentiam hanc expandunt, monſtra nonnumquam & portenta pro veris Lectionibus tuentur; alii contra qui nimis arctis eam finibus claudunt, ſyllabaſque omnes ad Epicorum poetarum normam exigunt, ſingulos fere verſus miſeris modis, addendo, mutilando, invertendo, contra Codicum fidem, jugulant & trucidant. Illud in univerſum animadvertas velim, nullas eos ſyllabas, quae natura & vocalis ſono longae ſunt, corripuiſſe; ſed eas tantum quae per vocalem quidem breves erant, poſitione tamen & conſonantium concurſu factae ſunt longae. Hae vero voces & numero paucae ſunt, monoſyllabae fere vel diſyllabae, vel cum praepoſitionibus compoſitae; & ex ipſa ſede ſituque commodo veniam merentur. Cum autem in ipſo hujus Editionis textu ſingula haec in verſibus ſingulis per Accentuum intervallum ſponte ſe oſtendant; non opus eſt, ut ſingillatim hic enumerentur. Illud tantum monebo, quod ante me opinor nemo; In primo fere verſuum pede, & parcius alias, Licentiam hanc exercuiſſe Noſtrum: idque rectiſſimo judicio; cum Actor, in fine prioris verſus anima recepta, plenum rapidumque ſpiritum poſſet effundere.

Sed id grátum fuiſſe—
Sine invídia laudem.
Sine omní periclo.
Propter hóſpitai.
Hic eſt ílle non te.
Studet pár referre.
Ob hanc ínimicitias.
Ob décem mnas ínquit.
Inde ſúmam uxori.
Soror dícta eſt cupio.
Símul conſílium cum re.
Color vérus, corpus.
Néque Antipho ália.
Sed hoc míhi moleſtum eſt.
Bonum ingénium narras.
Sed hic Pámphilus quid.
Is hinc béllum fugiens.
Nempe Phórmionem.
In hanc nóſtram plateam.
Supelléctile opus eſt.
Sed ecca ípſa egreditur.
Ego exclúdor ille.
Négat quis! négo ait, aio.
Enimvéro, Dave, nil loci eſt.
Habent déſpicatu.
Dolet dictum imprudenti.

Digitized by Google

Adeſt óptime ipſe. *Quid ignáve peniculo.*
Solent éſſe id non fit. *Sed eſtne ille noſter.*
Quid huic híc negotiſt. *Tamen vix humane.*
Student fácere. *Tacet cúr non ludo.*
Séd oſtium cóncrepuit. *Jubet fráter? ubi is eſt.*
Némini plúra acerba. *Omnia ómnes ubi reſciſcunt.*

Hoc, ut vides, Terentii judicium erat; ut in primo fere pede verſus, ubi paratior venia eſt, Licentia illa uteretur: idcirco excuſatior, quod non ipſe eam primus intulerit; ſed a Plauto, Caecilio, ceteriſque tum in ſcena regnantibus acceptam retinuerit. Licentia certe erat; & *indigna* forte, cui Romuli nepotes indulgerent. Nam qui hodie non Comicos veteres excuſatum, ſed defenſum eunt; qui fontem rei cauſamque & originem deprendiſſe ſe gloriantur; popularem ſcilicet tunc temporis pronuntiandi morem: ut neceſſe fuerit Comicis, quae verba communi civium ſermone ſpretis Conſonantibus rapide efferebantur, ea verba in ſuis Fabulis, quae audiebantur ſcilicet, non legebantur, corripere: nec illi operoſo conatu nihil dicunt, pollicentes magna nihil extricant. Quid enim? ſi uſus tum civium communis,

Quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi,

ſyllabas de quibus agitur raptim pronuntiabant; jam non Comicorum vel licentia vel crimen eſt, qui mori obtemperantes eas corripiebant; ſed Epicorum, qui uſu improbante producebant. Mutantur tantum Rei; Crimen ipſum non eluitur: aut hi aut illi ſunt culpae damnandi. Quibus autem culpa haereat, ſcitu facillimum eſt. Priorem in *Ille* & *Eſſe* conſtanter producebant Epici; Noſter interdum corripit, ſaepius producit: quod ſi recte & ex uſu corripit; tanto ſaepius, dum ſaepius producit, peccat. *Propter* apud Epicos ſemper priore longa eſt: Noſter ſemel corripit, And. II, 6, 8.

Propter hóſpitai hujuſce conſuetudinem.

Si hoc ex conſuetudine vulgi; cur intra decimum verſum, & ubique alias, producit?

Nil própter hanc: ſed eſt quod ſuſcenſet tibi.

Eadem reliquorum ratio eſt: quibus venia quidem, praeſertim hodie, lingua jamdudum emortua, facile conceditur: niſi culpam quis defendendo fecerit majorem.

CETERUM *Abi, domi, redi, dari, roga, jube, tace, vide,* & ſiqua id

id genus alia quae ultimam brevem habent, vix est ut Licenter dicas, sed Legitime corripi; cum veteres Epici idem jus usurpaverint.

Similiter de Crasi censeas; qua duae vocales, quarum una brevis, in unam contrahuntur: ut *Diu, Deum, deorum, meum, tuum, suum, meorum* &c. *fuit, fuisse:* haec & siqua hujusmodi, jure quoties vellent contrahebant Comici; quia idem Epicis jus erat. Durius quidem Nostratibus sonant *Hujus, cujus, ejus, nouo, leui* in unam syllabam contracta: verum id eo evenit, quod nos hodie male pronuntiemus. Notum enim est eruditis, consonantes *I* & *U* apud Latinos eodem fuisse sono & potestate, quo hodie *Y* & *W*. Pronuncies igitur *Cuyus, nowo, lewi*, & mollior fiet Crasis. Ita Noster *Twa, swa, grandyuscula, stellyonino*; plane ut Virgilius *Stellyo, abyete* &c. Eadem ratione, cum *Iam* efferrent, ut nos hodie *Yam*; in duas syllabas pro lubitu dissolvebant, *Nunc ïam*. Ceterum in hac Editione ubi *ïam* disyllabon est, notatur diaeresis; & *Cuius, huius, eius*, ubi monosyllaba sunt, super *I* habent accentum; ubi disyllaba, super *U* & *E*, *Cúius, húius, éius*.

Eii, *reii, speii*, priore per Ectasin producta, non indigent venia; cum Lucretius aliique olim Epici idem fecerint. In hac Editione, cum producuntur, duplice I scribuntur.

Neque illud inter Licentias numeres, cum comici *S* finale in syllaba brevi, sequente tamen consonante, nonnumquam abjiciunt, ut *Tristi', famelicu'*: siquidem idem facit passim Lucretius. Ceterum quod nos quidam docent, & in syllaba longa hoc solere fieri, & sequente vocali, & totam etiam syllabam cum *S* sape resecari, falluntur & fallunt. In *Consimilist*, a priore nihil, sed ab *Est* vocalis resecatur; ut in *Palamst, Necessumst. Multimodis* apud Nostrum non divisim effertur *Multi' modis*; sed vox una est ut *Omnimodis*: & Lucretius utraque utitur.

Quin & ubi Synaloephae vis cessat, & vel vocalis quaepiam vel *M* finales non eliduntur, altera vocali eas excipiente; ne hoc quidem in Licentiis ponas: qualia ista & plura apud Nostrum. *Omnes qui amant, Mé & aetate, Né ubi acceperim, Quaé erat mortua, Una ire cúm amica, Dúm id efficias, Quicum uno rém habebam.* Quippe & Epici, Lucretius, Virgilius, Horatius eodem modo in Hexametris: *Sed dúm abest quod avemus, Credimus an quí amant, Si mé amas inquit, Cocto núm adest honor idem.* In his autem aliisque similibus Tria sunt observanda; Numquam hoc fieri nisi in verbo Monosyllabo; quod verbum si in vocalem exit, oportet Syllabam esse Longam;

Ictum

Ictum denique habere in prima syllaba Anapaesti. Harum vero conditionum ignorantia quot nuper peperit errores? dum & in polysyllabis verbis, & in syllabis brevibus, & in aliena sede, posse fieri hoc existimabant.

Atque hactenus De Licentia Terentiana, deque ejus limitibus, modicis sane illis neque incommodis: qualem hodie in Poëtis nostratibus patriaque lingua patienter ferimus. Quin & ausim polliceri sponsorque fore, Quemvis adolescentem, vulgaris modo Prosodiae & Syllabarum quantitatis callentem, lecta una alteraque Editionis hujus Scaena, suo Marte ac sine Magistro totum hoc quod quaeritur percepturum. Quo magis mirum, quosdam cetera doctissimos, sed in his rebus paulo ὀψιμαθεστέρους, tam immodica verborum pompa se & operam suam efferre: quasi tantae molis esset Romanam nunc Licentiam, quantae olim erat Gentem condidisse. Neque tamen, si ipsi audiendi sunt, immerito gloriantur: cum ex eorum sententia nihil non veteribus Comicis & licuerit & libuerit: ut tam vagae Licentiae limites ullos posuisse, perinde sit ac Sarmatas & Gelonos intra campos suos coercuisse. Nimirum hi non ipsos Poëtas, non artem & rythmi genium, sed Librarios sibi duces sumunt; & tot fere Licentiarum species sibi fingunt, quot in toto Plauto Terentioque vitiosae Lectiones nunc restant; unique loco, qui emendandus erat, ex altero aeque mendoso patrocinium quaerunt. Quid mirum igitur; si quo major iis tam falsae Metricae notitia accrevit, eo indies, ut queruntur, magis decreverit emendationum suarum numerus? Illud, si dubitas, exemplo sit; ubi Plauti auctoritate pedes Creticos in Trimetris adsciscunt. Locus elegantissimus est, Trinummo I, 2 in *Urbanos* quos vocat *Scurras*,

Qui omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt:
Quod quisque in animo habet aut habiturust, sciunt:
Sciunt, quod in aurem rex reginae dixerit:
Sciunt, quod Juno fabulatast cum Jove:
Quae neque fu | tura neque | facta sunt | *tamen illi sciunt.*

Duos illic Creticos agnoscunt & accipiunt, Dactylorum scilicet Vicarios: neque hoc contenti, *innumera* hujusmodi portenta Plauto suo assignant, *pauca* etiam Terentio. Nos Pauca illa jam ejuravimus; de Innumeris olim fortasse curabitur. Interea, quid hic Plauti locus sibi postulet, videamus;

*Quae néque fu*tura nec facta sunt, *tamen illí sciunt.*

Hic

Digitized by Google

Hic duae Longae corripiuntur; duo Cretici veniunt, quo ne Dactylis quidem, si aurem habemus, venire fas est. Hosne *numeros ut laudaverint* Pisonum proavi? quis Comoedus Actor, neipse quidem *Pellio*, vel pretio voluerit emere; vel blaterare haec ad tibiam in Scaena ausus fuerit? non suas potius sibi res Poetam talem habere jusserit? Si Licentiarii nostri de Emendatione desperarunt; humanius tamen erat, de mendo potius confiteri, quam Poëtam ipsum proscribere. Vide tamen, quam facilis ea ne quaerentibus quidem se offerat. Tolle illud *Facta*; & Trimetrum, quales hic ceteri sunt, rotundissimum habes;

Quae néque futura, néque sunt, tamen illí sciunt.

Quin & hoc sensus ipse, non metrum solum, efflagitat: nam *Quae futura*, & *Quae sunt*, in eodem genere sunt oppositа: non *Futura* & *Facta*. Si illud *Facta sunt* a Poëta esset; dixisset utique, Quae neque *fient* neque *facta sunt*; atque insuper de duobus peccatis unum lucratus esset.

Ars Terentiana.

RESTAT jam, ut de Arte Terentiana, quae tantopere olim celebrata est, pauca delibemus. Horatius Epist. II, 1.

Ambigitur quotiens uter utro sit prior, aufert
Pacuvius docti famam senis, Accius alti:
Dicitur Afrani toga convenisse Menandro:
Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi:
Vincere Caecilius gravitate, TERENTIUS ARTE.

Ubi dubium est, artemne Metricam velit, an Comicam: Utramque opinor: nam in utraque laude Noster, tam versuum concinnitatis, quam lucidae rerum dispositionis, primas tenebat.

ILLUD sane in Lingua Latina notabile, ne unum quidem verbum praeter Monosyllaba Tonum in ultima habuisse. *Déum* igitur, *Vírum*, *Méum*, *Túum* priore licet brevi pronuntiabant, numquam nisi in Versu *Deúm*, *Virúm*, *Meúm*, *Tuúm*. Quintilianus Instit. I, 5. *Est autem in omni voce utique acuta syllaba, nec ultima unquam: ideoque in disyllabis prior.* Priscianus p. 1287. *Acutus accentus apud Latinos duo loca habet, penultimum & antepenultimum: apud Graecos autem & ultimum.* Et paulo post; *Apud Latinos in ultima syllaba, nisi discretionis causa, poni non solet accentus.* Donatus p. 1740. *Tonus acutus, cum in Graecis dictionibus tria loca teneat, ultimum penultimum & antepenultimum; tenet apud Latinos penultimum & antepenultimum; ultimum numquam.* Maximus Victorinus p. 1942; *Acutus, cum:*

Digitized by Google

cum apud Graecos tria loca teneat, apud nos duobus tantum poni poteſt; aut in penultima ut Praelegiſtis, *aut ea quae a fine eſt tertia ut* Praelégimus. Olympiodorus in Ariſtotelis Meteora p. 27. Τότε μὲν Γραικοὶ ἐκλήθησαν, νῦν δὲ Ἕλληνες. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα οἱ μὲν Ρωμαῖοι παροξύνουσι, Γραῖκοι λέγοντες. ἡ δὲ κοινὴ διάλεκτος ὀξύνει. Καθόλου δὲ οἱ Ρωμαῖοι πᾶν ὄνομα παροξύνουσι διὰ τὸν κόμπον· ὅθεν ὑπερηφάνους ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν ποιητῶν. Hoc eſt, *Qui olim* Γραικοὶ *dicti, nunc appellantur* Ἕλληνες. *Illius autem verbi penultimam Romani acuunt, dicentes* Γραῖκοι; *ſed communis ſermo acuit ultimam* Γραικοί. *Et univerſim Romani in quacumque voce penultimam vel antepenultimam acuunt, propter Faſtum & Grandiloquentiam: unde a Poëtis dicuntur* Ὑπερηφάνους, *feroces & ſuperbi.* Ceterum quod hic Faſtui tribuit, id dialecto Aeolicae, unde Lingua Latina partem maximam profluxit, rectius imputatur. Aeolenſes enim, ut notum eſt, Βαρύτονοι erant; & Θέος, Ἄνηρ pronuntiabant, cum alii Θεός, Ἀνήρ.

Jam vero id Latinis Comicis, qui Fabulas ſuas populo placere cuperent, magnopere cavendum erat; ne contra Linguae genium Ictus ſeu Accentus in quoque verſu ſyllabas verborum ultimas occuparent. Id in omni metro, quoad licuit, obſervabatur; ut in his,

Arma virúmque cáno, Trójae qui prímus ab óris
Itáliam fáto profugus Lavínaque vénit
Lítora; multum ille & térris jactátus & álto
Vi ſúperum, ſaévae mémorem Junónis ob íram.

Qui perite & modulate hos verſus leget, ſic eos, ut hic accentibus notantur, pronuntiabit; non, ut pueri in Scholis, ad ſingulorum pedum initia, *Italiám fató profugús Lavínaque vénit*, ſed ad rythmum totius verſus. Ubi nulla vox, ut vides, accentum in ultima habet, praeter unicam illam *Virúm:* idque recte ob ſequens Encliticon *Que:* quod hic, ſemel dictum, in Terentio paſſim fieri animadvertes. Idem efficiunt ME, TE, SE: *Miſerám me, quod verbum audio?* quippe haec Latinis, ut etiam *Rem*, Enclitica ſunt, ut Graecis ΜΕ, ΣΕ. Eadem eſt & Interrogationis vis; ſive cum *Ne* Enclitico, ſive abſque *Ne*. In hac igitur concinnitatis laude palmam omnibus praeripuit Terentius; eamque ut conſequi poſſit, ut & vetitos Ictus effugeret, & vocabula tamen ſignificantiora ſemper ſub Ictu poneret; non minore ſtudio judicioque verba diſpoſuit, & a proſae orationis ordine decenter invertit, quam mirificus in hac materie artifex ipſe Virgilius.

Pri-

Digitized by Google

PRISCIANUS De verſibus comicis narrat, *Fuiſſe quoſdam qui abnegarent ulla eſſe in Terentii Comoediis metra; vel ea, quaſi arcana quaedam & ab omnibus doctis ſemota, ſibi ſolis eſſe cognita confirmarent.* Ibidem ait, *Omnes quidem Comicos, crebris Synaloephis & Epiſynaloephis & Colliſionibus & Abjectionibus S literae, fuiſſe uſos ſcandendo verſus ſuos*; TERENTIUM AUTEM PLUS OMNIBUS. Verum profecto hoc eſt; & cauſa unica, cur Magiſtelli iſti vel negarent metra eſſe apud Noſtrum, vel ut arcana quaedam venditarent. Quod vero hic queritur & criminatur magnus Grammaticus, non vitium eſt, ſed virtus Terentii prima: qui Synaloephas illas data opera conſectatus eſt; quo ſyllabae ultimae liqueſcerent coaleſcerentque cum ſequentibus; eoque vetiti ac vitioſi in ultimis Ictus artificioſe effugerentur. Hae vero Synaloephae, quae tenebras olim Magiſtris offuderunt, jam in hac Editione, Percuſſionum intervallis diſtincta, ne pueris quidem negotium faceſſent.

TOTUM autem hoc, quod de Ictu in ultimis ſyllabis cautum fuiſſe diximus, de ſecunda tantum Trimetri διποδίᾳ capiendum; nam in prima & tertia ſemper licuit; ſiquidem iſta ſine venia conclamatum actumque erat de Comoedia Tragoediaque Latina. Cum igitur hunc verſum ſimileſque apud Noſtrum videris,

Malúm quod iſti di deaeque omnés duint:

cave vitio id poëtae verteris; etſi *Malúm* illud & *Omnés* ſi in communi quis ſermone ſic acuiſſet, deridiculo fuiſſet. Nimirum aures vel invitae patienter id ferebant, ſine quo ne una quidem in Fabula Scaena poterat edolari. Quin & Graecos ipſos eadem tenuit neceſſitas, eadem paſſa eſt indulgentia. Cum Ariſtophanes dixit,

Δουλόν γενεσθαι πάσαφροντίλος δέσποτυ.

Cum Euripides,

Ηκώ νεκρων κευθμώνα και σκοτέ πυλας,

idem admiſerunt in Δουλόν & Ηκώ, quod Noſter in *Malúm* & *Omnés*: ipſi enim alibi priorem acuunt, Δούλον & Ἧκω.

IN ſecunda igitur Trimetri διποδίᾳ hoc de quo agimus non licebat. Gellius XVIII, 15. *In Senariis verſibus animadverterunt Metrici duos primos pedes, item extremos duos, habere poſſe ſingulos integras partes orationis, medios haud umquam poſſe: ſed conſtare eos ſemper ex verbis aut diviſis aut mixtis atque confuſis.* Quotus quiſque hoc vel intelligat? nedum ut Senarios per ſingulos pedes ſcandendo tempus in hac obſervatione conterat? At in hac Editione vel aliud agentibus in oculos incurrit; ſimulque ratio, quam Metrici iſti tacent,

Digitized by Google

plane apparet. Hoc illi voluerunt; in his & similibus Senariis,

Venit Chremes *postridie ad me clamitans.*
Mansuetique animi officia, quid multis moror.

duos primos duosque postremos pedes singulis verbis claudi, & recte: at pedem tertium quartumve non posse recte. Cur hoc? quia tum necesse est, ut Ictus in ultimas syllabas cadant; quod, ut dixi, in prima ultimaque διποδίᾳ solet fieri; in media nec solet & vix umquam licet. Rarissime igitur, semel atque iterum, sed magno sententiae lucro, admisit hoc in Trimetris Terentius:

Persuásit nox amór, *vinum, adolescentia.*
Scelésta ovém lupó *commisi. dispudet.*

Nam illud, *Nosse ómnia haec* salús *est adolescentibus,* in hac Editione *Saluti* est. Notandum quoque in *Amór* & *Lupó* priorem brevem esse & ex Musicae rationibus ita oportere; ut apud Horatium,

Jam jam efficaci do manús *scientiae.*
Ad pervicacis heu pedés *Achillei.*

Et similiter in verbo trisyllabo duos Ictus recipiente, si id διποδίαν trochaicam inchoat, media erit ex arte brevis,

Nísi pol filiúm multimodis éxpeto, ut redeát domum.

Ita recte hic editum, non *Expecto*; ut & alia plurima, quae ante nos vitiosa ferebantur, in omni versuum genere hic corriguntur.

ERRATA in TEXTU.

P. 14, v. 3	*iám in*	*iam ín*	93, 4	*réliqua*	*réliqua*, & sic ter, quater.
15, 5	*mé aut*	*me aút*			
16, 8	*túm hanc*	*tum háne*	123, 7	*nám exulo*	*nam éxulo*
25, 1	*Facile*	C. *Facile*	260, 3	*Ubi éſt ille*	*Ubi eſt ílle*
40, 10	*Quis ígitur*	*Quís igitur*	360, 3	*mihi*	*mi*
46, 13	*Ibo*	S. *Ibo*	368, 5	*At ego*	*At égo*
56, 13	*dúm exeo*	*dum éxeo*	376, 20	*ex adverſo ílico*	*exadverſum eí loco*
66, 7	*adloqui.*	*adloqui?*	413, 5	*érus ut his*	*erus ut hís*
88, 13	*nuncubi*	*num tibi*	16	*ei*	*eii.*
89, 7	*fieri poſſe*	*póſſe fieri*			

De METRIS. V, 21 lenteſque lenteque VI, 30 Bacchianus Bacchiacus.

In NOTIS.

P. 63. col. 1, 24	parare	parere	2, 14	PH.	CH.
82, 2, 1	qui	quia	160, 1, 26	turba	turbae
93, 1, 5	producat	producat vel quadriſyllabum ſit,	166, 2, 10	cotide	cotidie
			183, 2, 13	ſemper	plerumque
95, 2, 33	quippe quae	quippe quod	22	perpetuum	paene perpetuum
113, 1, 2	extinxi	extinxti	226, 1, 19	unius	unius margine
129, 2, 13	& Donati	quam Donati	354, 1, 21	illum	illum tibi
159, 1, 7	tu	tuo	397, 2, 9	crederim	crediderim.

F I N I S.

Digitized by Google

RICHARDI BENTLEII,

CUM SEPTEM IN THEOLOGIA DOCTORES CREARET,

ORATIUNCULA;

CANTABRIGIAE IN COMITIIS HABITA,

JULII VI, MDCCXXV.

D^nus Procurator: VENERANDE PATER, AD CREATIONEM.

AD Creationem vocas? Ego vero, digniſſime Procurator, volens obtempero: eo minus gravate hoc Creandi munus obiturus, quod tot & tales hos Filios meos almae Matri Academiae ſiſto. Nam ſuperioribus quidem temporibus, prope ſumma votorum Deceſſori meo erat, ut ſingulis apud vos annis jus Trium liberorum obtinere poſſet: Mihi vero felicitas illa perpetua obtingit, ut ſeptem pluribuſve liberis quotannis fiam auctior.

UNDE vero & qui factum eſt; ut antiqua Parens noſtra, quam non ita pridem quaſi ſenio defectam & effoetam moerentes adſpeximus, jam vetere ſua fecunditate denuo revireſcat? Quid tandem eſt, quod hanc nobis alumnorum frequentiam, hanc Matri

Digitized by Google

noſtrae vim & juventam redintegrat? quod non modo Tironum catervas inſolita multitudine huc allicit, ſed & Veteranos noſtros accendit ad ampliſſimam apud nos dignitatem capeſſendam?

ENIMVERO, Academici, Sapientiſſimi Regis GEORGII, clementiae quidem & bonitati erga omnes, voluntati vero in vos & munificentiae ſingulari totum hoc acceptum refertur. ILLE hujus, quicquid & quantumcumque eſt, auctor, inceptor, perfector: ILLE pridem Bibliothecam veſtram infinita librorum copia linguiſque emortuis locupletavit; nunc autem, quod unum vobis defuit, ad viventium ſpirantiumque linguarum ſtudia, certiſſima praemiorum ſpe adoleſcentes invitat: ILLE & devictis perduellibus veniam, & capite damnatis vitam, & extorribus patriam, & rerum omnium egenis patrimonia conceſſit: ILLE omnem diſcordiarum & delictorum memoriam, perpetuo Edicto ſepultam, oblivione delevit: ILLE & foris potentiae gloriaeque Britannorum, & domi opulentiae ſecuritatique proſpicit.

QUOQUE magis haec nobis Bona perpetua propriaque fore ſperemus; ILLE etiam FILIUM Imperio largitur, olim & matura aetate ſibi ſucceſſurum, ſolique jam nunc Patri ſecundum; innato ſibi Honeſto Britannis amabilem, noſtraeque invicem Gentis amantiſſimum: Vigorem animi in vultu atque oculis, Civilitatem non fictam in toto habitu geſtuque praeferentem.

NEQUE Filium modo Rex beatiſſimus, ſed & NURUM; omnibus animi ingeniique dotibus inſtructam: quodque in illo Faſtigio rariſſimum eſt, nulla non doctrina excultam: quae, quod ex animo Deum colat, etiam Miniſtros ejus & Sacerdotes honore proſequitur: quam, quicquid agit, quodcumque loquitur, quoquo incedit, Decor & Suadela Majeſtaſque comitantur.

ILLE denique, quo non praeſenti modo aetati ſed & venienti conſultum, NEPOTES quoque NEPTESque Britanniae impertit: mirificae omnes laetiſſimaeque indolis: quos ipſe Genius, quas ipſae Gratiae, ad ſumma omnia quaſi manibus finxiſſe ac formaviſſe videantur.

Hoc

Digitized by Google

Hoc Liberorum Virtutumque comitatu cinctus Rex Auguſtiſſimus, quid mirum ſi Matri noſtrae Academiae felicia tempora candidoſque ſoles reſtituit? Jam Pax & Otium & Honos; jam ingenuae juvenum artes, ac fortiora demum & virilia ſtudia, Domicilium hoc ſibi olim notum & aſſuetum reviſunt. His auſpiciis reverendi hi Viri, hac blanda tempeſtate inducti, jam ſpretis inferioribus ſubſelliis ad ſupremum in Theologia gradum ſtrenue enituntur.

Vos vero, Filii dilectiſſimi, macti iſta virtute atque ingenio eſtote. Vos Academia lubens in hunc Doctorum ordinem cooptat; ac Purpuratorum ſuorum decus renaſci ſibi & refloreſcere laeta contemplatur. Quae vero vobis Bona dividat Mater amantiſſima? quibuſve demum muneribus ſuos filios proſequatur? Non certe pecunia, non reditibus & fundis: hos voſmet a Rege Optimo, hos ab Optimatibus, hos a Praeſulibus, veſtro merito quandoque conſequemini. Ipſa, quod probe ſcitis, in rebus iſtis paupercula eſt. Quod vero habet, melius id profecto ac majus, jamdudum vobis dedit & inſevit; bonam mentem, eloquentiam, doctrinam, humanitatem. Ne tamen vos & hodie prorſus indonatos dimittat; his ſuis Inſignibus de more veteri deductis cohoneſtat: quae vos non pretio quaſi venalia, ſed ſuo pondere & ex priſca dignitate metiemini.

Ac primo quidem vos *Pileo* donat, Libertatis quondam ſymbolo: quo vos, opinor, hunc Gradum ſemel aſſecutos, poſt ab omnibus apud ſe Scholaſticis exercitiis liberos & immunes conſtituit. Nec tamen vos deinceps otioſos ac deſides fore arbitratur. Quippe, ut olim qui nudo capite domi ac in urbe verſabantur, ad iter tamen accincti Pileo ſibi caput aut Petaſo vel Galero muniebant: ita vos hoc ſuo pignore commonitos eſſe cupit; ut jam Pileo inſtructi, continuo magis arduum iter ac laborioſum inceptetis. Non jam amplius vobis, in hac umbra Scholarum, ſed in ſole ac pulvere, in vera juſtaque acie ſub dio eſt militandum: jam cum hoſtibus Eccleſiae undecumque incurſantibus, qua concionibus habendis, qua libris edendis, acerrime confligendum. Quin & illud vobis inculcat: ſicut in Nummis veteribus Ulixei & Mercurii ac Vulcani effigies, Pileatae plerumque vel Petaſatae ſpectantur; ita vos in ſermonibus ſcriptiſque veſtris

&c

& Ulixei facundiam, & Mercurii acumen, & Vulcani artificem operam exprimere oportere *.

Sed & altero vos dono beat Mater Academia, potiore cunctis Persarum Arabumve divitiis. Videtis hunc *Codicem Sacrum*, melioris vitae ducem & magistrum, immortalitatis obsidem, salutis sponsorem. Hoc vos libro impertit, & primo quidem *Clauso*: quo velut signo vobis indicat, arcana dei mysteria cunctosque sapientiae thesauros hic haberi reconditos; non illotis, quod aiunt, manibus tractandos, non indocto cuivis & profano temere committendos †. Vobis vero, quos cum eruditione, tum moribus agnoscit idoneos, etiam *Apertum* concredit: unde & vobismet ipsi lucidum veri fontem vivosque latices hauriatis, & auditorum vestrorum animos puro ac salubri rore caelestis doctrinae irrigetis ‡.

Neque vero vel hic clauditur munificae Matris liberalitas. Nam & *Anulo* vos dignatur, & eo quidem *Aureo*; tam libertatis jam vestrae quam auctoritatis indicio. Quippe ut olim jus Anuli Aurei Senatoribus primum solis, mox autem & Equitibus, postremo (labante publica disciplina) cuivis Ingenuo Liberove, numquam vero Servis concessum est; ita vos hodie suo Mater hoc pignore, si minus in Senatoriam dignitatem (hanc solius Regis beneficio suo quisque tempore nanciscamini) at in Ingenuitatem certe Libertatemque asserit. Jam manum ferulae subducitis: jam magistrorum dictata tuto negligitis: non diutius vestrum est, stantes discere, sed ex cathedra docere. Quin & aliis nominibus hoc suum munusculum ornat & commendat. Hic vobis Anulus more veteri *Natalitius* habeatur: hodie enim Doctores nascimini. Hic dies vobis deinceps quasi Natalis numerabitur; tanto illi alteri honore anteponendus, quanto majus est Doctores, quam Infantes nasci. Porro idem hic Anulus etiam *Pronubus* vobis esto. Quippe hoc velut arrabone, jam Mater Academia filiarum suarum natu maximam Theologiam in matrimonium vobis collocat: quam sive dote exigua, seu (quod auguror atque opto) luculente dotatam inveneritis; numquam cum illa facietis divortium: uxorem

* *Hic singulis Pileus imponitur.*
† *Hic singulis Clausus datur liber.*
‡ *Hic Apertus.*

eam

Digitized by Google

eam vobis, matronam, dominam, caſte ſemper & honorifice habebitis. Quin & ipſe Ego, more majorum, cum anulum meum vobis trado; *Heredem* hujus Cathedrae meae de vobis aliquem, ſi non dedignamini, libens inſtituo *.

Sed quid ego de Me, tamquam olim de vobis quempiam Heredem *Cathedrae* relicturo? Ipſa Mater Academia jubet & inſtituit, ut jam nunc in iſta ſede vos ſingulos collocem. Videtis, ut prima ſpecie adblandiatur? ut ſeſſorem callide ſubdoleque invitet? mollicula pluma tumens, & opere textili ſuperbiens. Ea vero, ſi expertis creditis, quovis ſcamno durior eſt ac moleſtior; quovis ſtadio & curriculo exercitatior. Atque hoc vos ſymbolo Mater admonet; ne nunc, quaſi ſtudiis omnibus curiſque defuncti, *ceſſatum* aliquo vel *ſeſſitatum* abeatis: ſed ut quam primum in hac Sella pauliſper conſederitis, ad labores novos experiendos alacriores ſurgatis: atque eo quidem omine, ut tandem aliquando vel hanc ipſam, me decedente, Cathedram occupetis; vel quod lautius eſt & optabilius, Decanalem aliquam aut Epiſcopalem; vel, ſi ne hic quidem conſiſtitis, Archiepiſcopalem denique, jam non Cathedram ſed Thronum, aſcendatis †.

Numquid aliud eſt quod reſtat, an jam valere vobis dictura eſt Academia? Immo vero, quo nulla non gratia ſuos Filios demereatur, etiam *Oſculo* vos per me excipit; non Suavio quod voluptatis eſt, ſed Oſculo quod religionis; Oſculo caritatis, Oſculo ſancto, Oſculo in Domino Jeſu: quale priſco Eccleſiae ritu, cum ſuper Cenam Dominicam, tum die Paſchatis feſto, tum in Ordinationibus Sacris, pie olim & pudice dabatur ac reddebatur. Hoc vobis oſculo bona Mater *impetratae veniae* fidem facit, ſiquid olim in Statuta ſua juniores & rerum imperiti forte peccaviſtis. Hoc itidem oſculum *Benevolentiae* ſuae pignus, hoc & *Cognationis* teſſeram vobiſcum auferetis: ut, ubicumque terrarum gentiumve fueritis, hanc Matrem veſtram ſemper caram, ſemper honoratam habeatis; & ab Ipſa viciſſim, quando-

* *Hic minimo ſingulorum digito Anulus imponitur.*
† *Hic ſinguli in Cathedra collocantur.*

cumque

cumque in rem vestram fuerit, consilium, auxilium jure vestro efflagitetis *.

Jamque, nisi animi fallor, Viri Academici, rite facta ac transacta sunt omnia. Vos vero, Filii carissimi, sollemnibus jam verbis compello: & *Auctoritate mihi commissa, creo, saluto, pronuntio vos omnes, Professores, Doctores in Sacra Theologia.*

* *Hic singuli Osculo excipiuntur.*

Digitized by Google

ANDRIA TERENTI.

Fabulæ interlocutores.

SIMO ſenex.	BYRRIA ſervus.
SOSIA libertus.	LESBIA obſtetrix.
DAVUS ſervus.	GLYCERIUM aduleſcentula.
MYSIS ancilla.	CHREMES ſenex.
PAMPHILUS aduleſcens.	CRITO hoſpes.
CHARINUS aduleſcens.	DROMO lorarius.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. M. FULVIO ET M'. GLABRIONE ÆDILIB. CURULIB. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO L. ATILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI TIBIIS PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRÆCA. EDITA M. MARCELLO CN. SULPICIO COSS.

ANDRIAE

PROLOGUS.

POETA cum primum ánimum ad ſcribendum ádpulit,
Id ſibi negoti crédidit ſolúm dari,
Populo út placerent, quás feciſſet fábulas.
Verúm áliter euenire multo intéllegit:
Nam in prólogis ſcribúndis operam abútitur,
Non qui árgumentum nárret, ſed qui máleuoli
Veteris poetae máledictis reſpóndeat.
Nunc, quám rem uitio dent, quaeſo animum aduórtite.
Menánder fecit Andriam & Perínthiam.

Digitized by Google

Qui utrámuis recte nórit, ambas nóuerit.
Non íta dissímili sunt argumento, ét tamen
Dissímili oratióne sunt factae ác stilo.
Quae cónuenere, in Andriam ex Perínthia hic
Fatétur transtulísse, atque usum prá suis.
Id ísti uituperant fáctum; atque in eo dísputant,
Contáminari nón decere fábulas.
Faciúntne intellegéndo, ut nihil intéllegant?
Qui cum húnc accusant; Naéuium, Plautum, Énnium

2a *Non íta dissímili sunt argumento, sed tamen.* Ex *argumento* elíditur *u*, per syncopam, ut sit *argmento*, sicut ex *tegumen* fit *tegmen*, ex *tegumentum tegmentum*, ex *salsamentum salmentum*. FAERNUS.

De *Salmenso* nihil inaudivi. *Tegumen* & *Tegumentum*, quia secundam syllabam brevem habent, idcirco elidunt *u*. Sed *Argumentum* producit secundam, ut vel ex Virgilio notum, *Argumentum ingens* —— Falluntur ergo, qui hic trisyllabum ex eo faciunt: praecipue iste qui exempla (ut putat) ex Plauto adducit; Amphit. Prol. 57. & 96.

Post árgumentum húius éloquar tragoédiae.
Dum húius árgumentum éloquar comoédiae.

Quippe aliter pronuntiandi sunt illi versus:

Post argumentum huius éloquar tragoédiae.
Dum hujúsce argúmentum éloquar comoédiae.

Ubi secundam acuit, ut in Asinariae prologo. v. 8. & saepe alias, [*ve est.*

Nam quód ad argúmentum átinet, sané bre-

Pro SET igitur repono ET;

Non íta dissímili sínt argúmento, ét tamen.

Quam postea lectionem apud Eugraphium reperi. *Et tamen*, praeterquam quod versui medetur, elegantiae hic plus habet. Infra v. 32.

Horum ille nihil egregie praeter cetera
Studebat: & tamen omnia haec mediocriter, IV, 1, 9.

Et timent: et tamen res premit denegare.

Non íta dissímili: vides ictum esse in *Ita*: proinde recte Donatus, *Ita*, inquit, *pro valde: non ita dissimili*, non valde dissimili. Addit: *Sed tamen, ἀναχόλυθον est: non enim supra posuit Quidem.* Nempe hoc voluit: si *sed tamen*, ut ipse legebat, legitur; tum dici oportere, *Non dissimili* quidem *argumento, sed tamen dissimili stilo.* Et sic sane res se habet. Cicero: *Misera est illa quidem consolatio, sed tamen necessaria.* Ovidius:

Mira quidem, sed tamen acta loquor.

Cum igitur non praecesserit *Quidem*, addo nec *Etsi*, consequens est, ut *& tamen* sit vera lectio: *Non multum dissimili argumento; & tamen dissimili oratione.* Mittimus ergo tres ex nostris recentiores codices, qui sic habent,

Non ita sunt dissimili árgumento: sét tamen.

Ubi metrum quidem commode habet: sed praeter ea quae diximus, illud incommodum est; quod in priore versu pronuncies *Dissimilí*, in sequente *Dissímili*.

Quae cónuenere, in Andriam ex Perínthia 13
Fatétur transtulísse] Quis fatetur? an Menander? Is enim Nominativus in proximo est. Adde igitur in fine versus, *Ex Perinthia* HIC. *Hic*, auctor, Terentius. Ita in aliis Prologis, Heaut. 19. & 23. *Dum facit*
Paucas Latinas: id esse factum hic *non negat.*
Repente ad studium se applicasse hunc *musicum.*
Adelph. 10. *Eum* hic *locum sumsit sibi.*
Et 18. *Eam laudem* hic *ducit maximam.*
Phorm. 20. Hic *respondere voluit, non lacessere.*
Unde ibi versu 4. corrigendum.

Qui ita dictitat, quas ante hic *fecit fabulas.*

non, ut nunc fertur, *Antehac.* sic Eunuch. v. 31. inserendum est HIC; *Eas se hic non negat*
Personas transtulisse.

Id ísti vituperant factum, atque in eo dispu- 15
tant] Vel abjecto *d*, ex *id*, ea syllaba per synalocphen eliditur; vel ex *ísti*, *s*, elíso, prior ejus dictionis syllaba brevis fit: ut primus pes sit anapaestus: vel *vituperant* fit trisyllabum elíso *e*, per syncopen: quod aliqui malunt. FAERNUS.

Qui malunt *vituprant* pronunciari, nihil in his rebus sapiunt. In *Id* non potest abjici

B, neque

Accúſant: quos hic nóſter auctorés habet:
Quorum aémulari exóptat neclegéntiam,
Potiús quam iſtorum obſcúram diligéntiam.
Dehinc, út quieſcant pórro, moneo, et déſinant
Maledícere; malefácta ne noſcánt ſua.
Fauéte, adeſte aequo ánimo, & rem cognóſcite,
Ut pérnoſcatis, écquid ſpei ſit rélliquum:
Poſthác quas faciet dé integro comoédias,
Spectándae an exigéndae ſint uobís prius.

D, neque quicquam ejuſmodi. In *Iſti* prior ſyllaba corripitur; quoniam natura brevis eſt, poſitione tantum longa. Hoc ſingulis Scenis experiendo diſcetur.

17 *Faciunt nae intellegendo ut nihil intellegant.* Haec particula, *nae*, ubicumque apud auctores invenitur, pro *valde*, vel pro *o quam*, non fere in ullo libro nec antiquo nec recenti per diphthongum ſcripta invenietur, ſed per *e* purum, itaque etiam legiſſe & ſcripſiſſe videtur Donatus, dicens, *Hanc particulam* ne, *hic & correpte cum interrogatione pronuntiari, & producte accipi poſſe, pro* valde: ubi nulla de diphthongo mentio eſt, ſed tantummodo de correptione & productione ſyllabae. quod ſi quis contendat, hanc particulam Graecam eſſe, & idcirco Graeco more ſcribendam, negaverim ego mihi liquere an Graeca ſit: cum praeſertim in Latino ſermone diverſam a Graeca ſignificationem obtineat. poſtremo & Donati auctoritatem & omnium librorum fidem opponam. Ceterum quod Donato melius videtur, *ne*, pro *valde* accipi, conſiderent obſervatores linguae Latinae, an ea particula in hac ipſa ſignificatione uſurpari poſſit ſine alicujus adjunctione pronominis, nam & in exemplis ab Donato adductis, & in iis, quae nos obſervavimus, haec particula poſt ſe aliquod habet pronomen: ut, *Ne iſti vehementer errant.* Et, *Ne iſte haud mecum ſentit.* nec quemquam fallat exemplum Lucilii infra ab Donato adductum, *Ne in arce bovem diſcerpſi magnifice, inquit.* Nam *Ne quem in arce* ex libris ſcriptis legendum eſt. FAERNUS.

Quod Faernus hic dicit, NE productum apud auctores inveniri pro *Valde* vel O *quam*, id non ita eſt. Semper ſignificat id quod *Certe, Profecto.* Deceptus eſt a Donato, cujus haec ſunt verba: *Faciunt ne*] NE *quidam corripiunt, & cum interrogatione pronuntiant; quidam producunt: quorum alii* NE *pro* Non *accipiunt, alii pro* Valde. *Et hoc melius.* Immo utrique prave; & qui ſic accipiunt, *Faciunt ne intellegendo*; hoc eſt, valde intellegendo, ut nihil intellegant: (argute hoc quidem, ſed non Latine dicitur) & qui ſic interpretantur, *Faciunt non intellegendo, ut nihil intellegant*: nec enim ſermoni neque ſenſui ſatisfaciunt. Reſtat itaque, ut cum interrogatione proferatur, *Faciúnne?* Et profecto, cum *Faciunt* habeat ultimam in Arſi, & *Ne* ſit in Theſi; non aliter pronuntiari poteſt, quam ut *Ne* ſit Encliticum. Atque errat ὁ ῥῶμ, qui NE etiam pronomini poſtpoſitum *aſſeverandi* vim habere exiſtimat. Exempla ab ipſo prolata plane aliud narrant.

Et quid ſpei ſit relliquum] Sic Faernus. 25
Eſt caſca ſcriptura, *& quid* pro *ecquid*: ita tamen, ut *etquid* pro uno verbo veniat, & *quid* ſit encliticum. Semel monemus, nos ubique *Ecquid, Ecquem &c.* daturos eſſe. Eádem monitum velim; me ubique, ubi *Nihil* monoſyllabon eſt, *Nil* editurum; ubi *Mihi* monoſyllabon, *Mi*: ut in aliis Poëtis praeter Comicos omnibus numquam non factum eſt: idque veterrimorum codicum auctoritate. Cur enim major adoleſcentibus hic creetur, quam alibi, moleſtia? Satis per ſe, ut nunc eſt, difficultatis haec habent. quam tamen hac mea opera poſthac aut modicam aut omnino nullam fore cum ſpero, tum praeſagio. Fiat, bono omine, periculum.

ACTUS I. SCAENA I.

SIMO senex, SOSIA libertus.

SI. *UOS ístaec intro auférte: abite. Sósia*
Adéſdum: paucis té volo. SO. *dictúm puta:*
Nempe út curentur récte haec. SI. *immo aliúd.* SO. *quid eſt,*
Quod tíbi mea ars efficere hoc poſſit ámplius?
SI. *Nihil íſtac opus eſt árte ad hanc rem, quám paro;*
Set íis, quas ſemper ín te intellexí ſitas,
Fide ét taciturnitáte. SO. *exſpecto quíd velis.*
SI. *Ego póſtquam te emi, a párvulo ut ſempér tibi*
Apút me juſta et clémens fuerit ſéruitus,
Scis. féci ex ſeruo ut éſſes libertús mihi,
Proptérea quod ſeruíbas liberáliter.
Quod hábui ſummum, prétium perſoluí tibi.
SO. *In mémoria habeo.* SI. *haut múto.* SO. *factum gaúdeo,*
Si tíbi quid feci aut fácio quod placeát, Simo;

11 *Propterea quod ſerviebas liberaliter. Serviebas* triſyllabon eſt; & ſcriptum & pronunciatum olim *Servibas*; quod cum veteres Grammatici doceant; & in Horatii Virgiliique codicibus jam ſemper obtineat; atque in Terentii ſcriptis exemplaribus interdum fiat; equidem & hic & ubique alias, cum metrum poſtulet, E expungam, *Servibas*, *Aibas*; non *Serviebas*, *Aiebas*.

13 *In memoria habeo.* SI. *Haut muto factum.* SO. *Gaudeo.* Olim monuit Palmerius, nemine tamen ei auſcultante, ſic diſtinguendum eſſe;

In memoria habeo. SI. *Haut muto.* SO. *Factum gaudeo.*

Muto, abſolute: *Haut muto:* non me poenitet; non alio nunc erga te animo ſum atque olim: Plautus Rud. III, 6, 27.

Equidem tibi hodie dixeram praeſto fore
Apud Veneris fanum: numquid muto? ſâmne ibi?

Idem Pſeud. I, 5, 142, & 153. *Non demutabo.* & Mil. IV, 3, 37.

Numquid videtur demutare?

Siquid *feci* aut *facio* quod placeat, *factum* gaudeo. Iterum Plautus Moſtell. V, 3, 26.

Me ludíficatuſt. Bene hercle factum, & factum gaudeo.

Noſter Hecyra IV, 4, 20.

Bene, ita me di ament, nuntias; & gaudeo.

Natum *illum. & tibi illam* ſalvam.

17 *Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.* Donatus: *Sunt qui ad* beneficium *referunt* immemor: *ut*, Memorem Junonis ob iram: *ut ſit ſenſus*, Immemoris beneficii, *id eſt, cujus nemo meminerit.* Hem tibi ſollertiam Magiſtrorum veterum: *Immemor*, aiunt, beneficium, ut apud Virgilium, *Memor ira.* Atqui ut paria loca ſint, ſic exponendum eſt. *Memor ira*, quae ſemper offenſae meminit; Immemor beneficium, quod benefactoris numquam meminit: non, ut iſti, *cujus nemo meminerit.* Has turbellas dedit lectio vitioſa. non dubium eſt enim, quin *Immemoris beneficii* non conjungenda ſint, ſed ſeparanda Plaut. Merc. V, 4. 36.

Hunc ſenem para clientem: memorem dices Lege hic igitur, [benefici.

Quaſi exprobratio eſt inmemori *beneficii.* Exprobratio *mihi*, non *mei.* Ceterum Faernus pro *Beneficii* dedit *Beneficii*; de quo & omnibus ejuſcemodi, Vide nos ad *And.* II, 1, 20.

25 *Liberius vivendi fuit poteſtas: nam antea.* Sunt qui dictionem *vivendi*, eliſo ex ea, *u* medio,

Digitized by Google

Et id grátum fuiſſe aduórſum te habeo grátiam.
Set hoc míhi moleſtumſt: nám iſtaec commemorátio
Quaſi éxprobratio éſt inmemori béneficí.
Quin tu úno uerbo díc, quid eſt quod mé velis.
SI. *Ita fáciam. hoc primum in hác re praedicó tibi:*
Quas crédis eſſe has, nón ſunt uerae núptiae.
SO. *Cur ſímulas igitur?* SI. *rém omnem a principio aúdies:*
Eo pácto & gnati uítam & conſiliúm meum
Cognóſces: & quid fácere in hac re té velim.
Nam is póſtquam exceſſit éx ephebis, Sóſia, ac
Líbera uiuendi fúit poteſtas, (nám antea
Qui ſcíre poſſes, aút ingenium nóſcere,
Dum eum aétas, metus, magíſter cohibebánt? SO. *ita eſt.)*
SI. *Quod plérique omnes fáciunt adoleſcéntuli,*
Ut ánimum ad aliquod ſtúdium adjungant, aút equos
Alere, aút canes ad uénandum, aut ad philoſophos:
Horum ille nihil egrégie praeter cétera

medio, in duas ſyllabas contrahunt: quod per ſynizeſin fieri poſſe ſupra diximus. nos etiam ita ſuſtentari verſum putamus, ſi vel ex *poteſtas*, *s* medium abjiciatur; vel ex *liberius* eliſo *e*, per ſyncopam fiat *librius:* ficut ex *aſperius*, faceremus *aſprius:* ex *dexterius*, *dextrius*. ita *librius*, erit dactylus abjecta *s*, more veterum: dictio autem *fuit*, una fit ſyllaba per ſynizeſin, ut ſaepe. FAERNUS.

Omnes immodulate; & qui *Viendi* diſſyllabon; & qui *Poteſtas*, ſecunda brevi; & qui *Libriu'*, ut dactylus ſit; vel, ut quidam, *Liberyu'*, quo pacto Creticus fiet locô Anapaeſti. Ceterum illud *Liberius* non minus ſententiae, quam metro officit. Quippe ſi nunc *Liberius* vivendi poteſtas erat; etiam, dum ephebus eſſet, *Libere* vivendi poteſtatem habebat. Atqui hoc falſum; dum in *metu* agebat & ſub *magiſtro*. Hoc & Donatus ſenſit, qui hac vi coactus negat *Liberius eſſe gradum comparativum*. Neget idem ſolem meridie lucere. Sed ſcripſit, opinor, poëta,

Libera vivendi fuit poteſtas: nam antea.

Cicero Orat. Antequam iret in exilium: *Libera facta eſt mihi poteſtas loquendi.* Suetonius Tiberio: *Principem, quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis.* Ceterum cum a Dactylo Senarius incipit; Ictus a ſecunda ſyllaba in primam retrahitur; quod ſaepe apud noſtrum tibi occurret. Cicero de Inventione I, 23. *Liberius vivendi* habet, ſi Editionibus fides: ſed illud ibi additicium eſſe omnes membranae indicant.

Dum aetás, metús, magiſter prohibebant, ita eſt. Scitum ſane *magiſtrum* ſeu paedagogum! qui *prohibebat* patrem noſcere filii ingenium. Nempe data credo opera & de induſtria celabat Simonem, quae prave ageret filius. Hancine lectionem tam diu ferri? Repono: *Dum* eum *aetas, metus, magiſter* cohibebant. *ita eſt. Cohibebant*, retinebant: oppoſitum *Liberae* vivendi poteſtati. Noſter Adel. I, 1, 33. 27

Pudore & liberalitate liberos
Retinere *ſatius eſſe credo, quam* metu.

Dum eum cohibebant: Heaut. V, 1, 46.

Non tu te cohibes? *non te reſpicis?*

Plautus Merc. I, 1, 65.

Non, ut ego, amori neque deſidiae in otio
Operam dediſſe; neque poteſtatem *ſibi*
Fuiſſe: adeo artè cohibitum eſſe ſe *a patre.*

Ceterum *Eum* abſorptum eſt a praecedente *Dum*; metrum vero numeroſius fit, & ictus fiunt commodiſſime:

Dum eum aétas, métus, magiſter cohibebant. ita eſt.

Proſus

Studébat, & tamen ómnia haec mediócriter.
Gaudébam. SO. *non injúria: nam id ego árbitror*
Adpríme in vita esse útile, ut ne quíd nimis.
SI. *Sic uíta erat: facile ómnes perferre ác pati:*
Cum quíbus erat cumque úna, iis sese dédere:
Bórum studiis óbsequi: [aduorsus nemini:
Numquam praeponens se illis] ita facíllume
Sine inuídia laudem inuénias, & amicós pares.
SO. *Sapiénter uitam instítuit: namque hoc témpore*
Obséquium amicos, uéritas odiúm parit.
SI. *Intérea mulier quaédam abhinc triénnium*
Ex Andro commigrávit huc uicíniae,
Inópia & cognatórum neclegéntia
Coácta, egregia fórma atque aetate íntegra.
SO. *Ei, uéreor ne quid Andria adportét mali.*

Prorsus, ut Eun. IV, 4, 21.

Hic est viétus, vétus, veternosus, senex.

Quale vero est, quod Simo tamquam ignotum quid memorat, Filio suo, cum ex ephebis excessisset, liberam fuisse vivendi copiam. Hoccine ut Sosia, vel tacente sene, ignoraret, quod more civitatis publico factum? Immo vero hiat totus hic locus, sic addita particula coagmentandus:

Nam postquam excessit ex ephebis, Sosia, AC
Libera vivendi fuit potestas,
Horum ille nihil egregie praeter cetera Studebat.

Quae media interveniunt, per Parenthesin dicuntur.

33 *Non injuriá: nam id árbitror.* Lege. *Nam id* ego *arbitror.* Vitatur, quantum potest, in hac statione Trochaeus. Neque debet *Nam* sine elisione pronunciari; cum extra ictum sit.

35 *Sic vita erat. facile omnes perferre ac pati,*
Cum quibus erat cumque una: iis sese dedere. Laborat a mala distinctione sententia; quam sic restituas:

Sic vita erat; facile omnes perferre ac pati:
Cum quibus erat cumque una, iis sese dedere;
Eorum studiis obsequi.

Omnes perferre ac pati, etiam ignotos: at *sodalibus* suis dedere se, & obsequi eorum studiis.

37 *Eorum obsequi studiis: adversus nemini:*
Nunquam praeponens se illis: ita facillume.

Non difficile est, internoscere hic interpolatorem, qui Terentii purpurae pannum de suo adsuit. Primo, bis vitiose ponitur Arsis, *Eorum obsequi studiis.* Hoc in medio versu non fecisset Terentius; qui, ut ait Flaccus, *arte vincebat.* Deinde bis idem dicitur; aut quod pejus, in posteriore loco minus dicitur, sententia decrescente. Qui enim *omnes facile perfert*; quid miri, si *nemini adversus* & infestus est? Qui aliis *obsequitur & dedit sese*, sine dubio non *se praeponit.* Porro & vitiose hic dicitur, *Praeponens Illis.* Cum enim prius universe locutus sit *Nemini*; dicendum utique erat *Aliis*, non *Illis.* Denique vitiose transit oratio ab Infinitivis ad Adjectiva: *Sic vita erat; aduersus nemini.* Qui loqui scit, hoc modo diceret, *Adversari* nemini, se non *praeponere.* Quod si Adjectiva mallet, saltem diceret *esse adversum nemini*; casu accusativo: quo tamen pacto *esse praeponentem* barbarum prorsus foret. Quid jam videtur? Specta autem, sublato hoc panno, quam rotunde & castigate exeat sententia, & numerose currat versus:

Bórum studiis óbsequi. ita facíllume
Sine invidia laudem invenias & amicos pares.

Pares, nempe *obsequendo:* cui apposite jam respondet Sosia;

Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore
Obsequium *amicos, veritas odium parit.*

Satine apparet, illud *Obsequi* adhuc in aure Sosiae sonuisse? neque istis interjectis exstinguendum nunc esse? Neque tamen Interpolatio

SI. *Primum haéc pudice uítam parce ac dúriter*
Agébat, lana ac téla uictum quaéritans:
Set póstquam amans accéssit, pretium póllicens,
Unús & item alter; íta ut ingenium est ómnium
Hominum áb labore prócliue ad lubídinem,
Accépit conditiónem, dein quaestum óccipit.
Qui tum íllam amabant, fórte, íta ut fit, fílium
Perdúxere illuc, sécum ut una ésset, meum.
Egomét continuo mécum: Certe cáptus est:
Habet. óbseruabam máne illorum séruolos
Veniéntis aut abeúntis: rogitabam, Heús puer,
Dic sódes, quis heri Chrysídem habuit? nám Andriae
Illi íd erat nomen. SO. *téneo.* SI. *Phaedrum aut Clíniam aut*
Nicératum dicébant: nam hi tres túm simul
Amábant. Eho, quid Pámphilus? Quid? sýmbolam

latio haec valde, ut opinor, vetusta est: cum Donatus, qui in hac Scena singula fere verba expendit, nihil ex hoc additamento proferat: neque item Eugraphius. Ceterum *Invidia* primam hic corripit; utpote positione tantum longam: sono literae I hic exili. adde quod in primo versus pede major concessa sit licentia. Sic *Ingenium* primam corripit, III, 1, 8.

Bonum ingénium narras ádulescentis.

Priscianus p. 546. *Apud Latinos quoque hoc idem* u *invenitur pro nihilo in metris, & maxime apud vetustissimos Comicorum: ut Ter. And.*

Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.

Est enim Iambicum trimetrum: quod nisi sine inui *pro Tribracho accipiatur, stare versus non potest.* Haec magnus Magister: in eo tamen errat; cum literam *u* elidere mavult, quam syllabam *in* corripere.

43 *Huc viciniae*] Nostri Codices universi, *Huic viciniae.* Vetustus admodum hic error est. Nonius Marcellus p. 499. *Dativus pro Accusativo: Terentius in Andria:*

Ex Andro commigravit huic viciniae.

Nempe *huic viciniae* dictum hic existimavit pro *In hanc viciniam.* Sed hujus hominis minor habenda est ratio. Quid princeps Grammaticorum Priscianus? Is p. 1101. *Casus*, inquit, *pro Casibus figurate ponuntur. Terentius in Andria:*

Ex Andro commigravit huic viciniae:

Pro *in hanc viciniam.* Rectius sapuit *Donatus* ad locum: *Huc viciniae*] *Viciniae παρίλκον: huc loci, vel huc locorum: Legitur & Huis viciniae.* Ex Celso fortassis habuit, vetere ad Nostrum Commentatore. Nam Charisius p. 197. de Adverbiis: VICINIAE. *Huc viciniae: Terentius in Hecyra:* (lege *Andria*) *ubi Celsus; Adverbialiter, inquit, ut Domi militiaeque. Plautus Bacchidibus* (II, 2, 27.) *Proxumae viciniae habitat.* Vides, ut magnos olim magistros exercebant, quae pueris jam nostris facillima sunt.

v. *Phaedrum, aut Cliniam Dicébant, aut Nicératum: nam hi tres tum simul Amabant*] Vides *ceratum* Anapaesti locum hic sustinere. Atqui Graece non dicitur Νικήρατος, sed Νικήρατος: vide Menandri Reliquias, & Plutarchum Περὶ ταχυφαγίας. Egregie igitur Codex Regius, Chartaceus is quidem sed ex optimo exemplari transcriptus. 59

Illi íd erat nomen. Téneo. Phaedrum aut Clíniam aut
Nicératum dicébant: nam hi tres túm simul.

Ceterum cum *Aut, Aut* dicit Simo: diffidit scilicet memoriae suae: neque enim ipsi servuli ita responsum variabant. Quippe semel tantum rogaverat adhuc Senex: ut constat ex v. 61. *Item alio die quaerebam.*

Symbolum dedit.] *Symbolam* lego ex libr. Vaticano & Basilicano & aliquibus aliis. ita & Plautus in Curculione: *Symbolarum collatores* 61

Dedít, cenauit. gaúdebam. item alió die
Quaerébam: comperiébam nihil ad Pámphilum
Quicquam ádtinere. enimuéro ſpectatúm ſatis
Putábam, & magnum exémplum continéntiae:
Nam quí cum ingeniis cónflictatur eíuſmodi,
Neque cómmouetur ánimus in ea ré tamen,
Scias póſſe jam habere ípſum ſuae uitaé modum.
Cum id mihi placebat; tum úno ore omnes ómnia
Bona dícere, & laudáre fortunás meas,
Qui gnátum haberem táli ingenio praéditum.
Quid uérbis opus eſt? fáma hac inpulſús Chremes,
Ultro ád me venit, únicam gnatám ſuam
Cum dóte ſumma fílio uxorem út daret.
Placuít: deſpondi: hic núptiis dictúſt dies.
Quid ígitur obſtat, cúr non fiant? SI. *aúdies.*
Fere ín diebus paúcis, quibus haec ácta ſunt,

latores apud forum piſcarium. item in Epidico: *Sine meo ſumptu paratae jam ſunt ſcapulis ſymbolae.* & in Sticho: *Eadem ſymbolam Dabo: & jubebo ad Sagarinum cenam coqui.* FAERNUS. Recte hoc: vix unus tamen aut alter ex noſtris libris, *Symbolam.*

68 *Scias poſſe habere jam ipſum*] Lege ex codice Academico; ut *Iam* in ictu ſit:
Scias poſſe iám habere ipſum ſuae vitae modum.

72 *Quid vérbis opus eſt? hác fama inpulſús Chremes*] *Hac* in elevatione eſt; *Fama*, quod praecipuam emphaſin habere debuit, in depreſſione vix auditur. Quanto igitur melius eſt, & in pronuntiatione luculentius?
Quid vérbis opus eſt? fáma hac inpulſús Chremes.

76 *Quid obſtat cur non verae fiant?* In omnibus libris poſt *quid* eſt dictio *igitur*, praeterquam in Vaticano & Baſilicano, qui eam in contextu non habent, quorum auctoritatem ſequor, maxime propter verſum. FAERNUS.

Omnes noſtri *Igitur*, hoc ordine:
Quid igitur obſtat cur non verae fiant? Audies.
ubi pes integer ſupra numerum excurrit. Priſcianus de metris Comicis: *Miror*, inquit, *quoſdam vel abnegare, eſſe in Terentii comoediis metra; vel ea quaſi arcana quaedam & ab omnibus doctis ſemota ſibi ſolis eſſe cognita, confirmare.* De priore hominum genere ſatis conſtat, ex tot Codicibus vetuſtis, mille circiter annorum; qui Terentium ſic exhibent ut Ciceronem aut Livium, non ulla verſuum diſtinctione pro poëta agnoſcendum. Ex ſecundo genere videntur illi, qui Codices Faerni aliquot primi deſcripſerunt. Cum enim Metrorum aliquantum periti eſſent; ubi verſus conturbatos eſſe videbant, ſtatim correctionem aggrediebantur, immutando, addendo, delendo; recte quidem plerumque, ſed interdum perverſe: ſicut in hoc ipſo verſiculo perperam ejiciebant *Igitur*; cum alia vox exulare deberet, ſcilicet *Verae*:
Quid ígitur obſtat, cúr non fiant? Aúdies.
Verſu quidem XX habuimus:
Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae.
Sed aliud eſt *Eſſe veras*, aut *Credere veras*; aliud *Fieri veras*. Hoc poſtremum inepte prorſus & inſulſe dicitur: cum ipſum *Fieri* per ſe ſatis oſtendat, non poſſe *eſſe* niſi *veras*. Ita III, 2, 48. [*nuptias.*
Quando alias malim quam hodie, has fieri III, 3, 11.
Atque ita uti nuptiae Fuerant futurae, fiant.
Sic paſſim noſter; neque umquam aliter loquitur.

Beaſti: metui a Chryſide. Vis quaedam & Venus ſententiae accedet, ex Lectione trium 79

Codium

Chryſís uicina haec móritur. SO. *o factúm bene:*
Beásti: ei metui a Chrýſide. SI. *ibi tum fílius*
Cum illís, qui amarant Chrýſidem, una aderát frequens:
Curábat una fúnus: triſtis ínterim,
Nonnúmquam conlacrumábat. placuit tum íd mihi.
Sic cógitabam: Hic páruae conſuetúdinis
Cauſa húius mortem tám fert familiáriter:
Quid ſi ípſe amaſſet? quíd mihi hic faciét patri?
Haec égo putabam eſſe ómnia humani íngeni
Manſuétique animi offícia. quid multís moror?
Egomét quoque eius cauſa in funus pródeo,
Nihil ſúſpicans etiám mali. SO. *hem quid id éſt?* SI. *ſcies.*
Effértur. imus. ínterea inter múlieres,
Quae ibi áderant, forte unam áſpicio aduleſcéntulam,
Formá bona. SO. *fortáſſe.* SI. *& uoltu, Sóſia,*
Adeó modeſto, adeó uenuſto, ut níl ſupra.

Codicum ex noſtris, & Donato manuſcripto: *Beaſti:* ei metui *a Chryſide.* Ut ſupra 46. *Ei vereor, nequid Andria adportet mali.* Firmat hanc lectionem Priſcianus p. 796. *Verba*, ait, *Timeo & Metuo abſoluta ſunt; cum non junguntur caſui accuſativo, ſed dativo: ut Terentius in Andria* (I, 3, 5.) Ejus vitae timeo: *idem in eadem:* Ei metui a Chryſide. Sic MS. Cantabrigienſis notae optimae: Editiones, *Heu metui a Chryſide:* plane adverſus Priſciani ſententiam; qui *ei* hic legit, non pro *hei* ſed pro caſu dativo ab *is:* in quo tamen fruſtratus ſe eſt magnus Magiſter.

80 *Cum illis, qui amabant Chryſidem, una aderat frequens.* Quid hoc ſodes *Amabant*? Acerrimos vero amatores, qui adhuc amabant meretricem mortuam. Repone ocius, *Amarant*; ſcilicet, dum ea in vivis erat. Supra de iiſdem v. 60. *Nam hi tres tum ſimul amabant. Hi qui tum amabant*, ideo *nunc* funus mortuae comitantur, quod eam antea *amarant*. Infra de Pamphilo: *Quid ſi ipſe amaſſet?* Recte: non, *Quid ſi ipſe amaret.*

85 *Quid ſi ípſe amaſſet? quíd hic mihí faciét patri?* Sicut *Ipſe* in Arſi eſt, ita *Hic* eſſe debebat. Lego igitur, fide priſcarum aliquot Editionum, [*patri?*

Quid ſi ípſe amaſſet? quíd mihi hic faciét

Nam quod quidam autumat, perituram eſſe omnem hic gratiam, niſi *Mihi* ſignanter efferatur: parcat id metuere; cum *Patri*, quod in Arſi eſt & eſſe debet, ſatis ſuperque eam gratiam tutetur.

Nihil ſúſpicans etiám mali. Hem, quid éſt? 89
Scies. Hem quid. Jam dixi in hac ſtatione non libenter recipi Trochaeum. Recte ergo tres ex noſtris codices.

Nihil ſúſpicans etiám mali. Hem, quid id *éſt? Scies.*

Quid id mali *eſt, Quid id eſt*, ſaepe occurrunt. Hic a praecedente ſyllaba *Id* devorabatur.

Forma. SO. *Bona fortaſſe.* SI. *Et voltu, Soſia.* 92
Sic quidem diſtinguunt & Scripti & Editi: nec male quidem. Pace tamen illorum, ſic potius diſtinxero: (quamvis probe ſciam, rem eſſe aleae plenam, ex ſententia ſic ſatis bona meliorem ſuſcitatum ire.)

Forma bona. SO. *Fortaſſe.* SI. *Et voltu, Soſia.* Quod in recepta lectione minus placet: hoc eſt: Soſia hic, ignarus quorſum iret quidve dicturus eſſet Simo; cur de *bona* forma potius, quam de *mediocri* hariolaretur, neſcio. Contra, in noſtra diſtinctione nihil eſt quod deſideres. *Forma bona*, ut II. 5, 16. *Virginem forma bona Memini videre. Fortaſſe* autem abſolute poſitum, eſt conſentientis quidem, ſed dubitanter & tepide. In qua re Ethos hic

Digitized by Google

Quae cúm mihi lamentári praeter céteras
Visa éſt, et quia erat fórma praeter céteras
Honéſta et liberáli, accedo ad pédiſequas:
Quae ſit, rogo. ſorórem eſſe aiunt Chryſidis.
Percúſſit ilico ánimum. atat hoc íllud eſt,
Haec íllae lacrumae, haec íllaſt miſericórdia.
SO. *Quam tímeo, quorſum euádas.* SI. *funus ínterim*
Procédit: ſequimur: ád ſepulcrum uénimus:
In ígnem impoſitaſt: flétur. interea haéc ſoror,
Quam díxi, ad flammam accéſſit inprudéntius.
Satis cúm periclo. ibi tum éxanimatus Pámphilus
Bene díſſimulatum amórem et celatum índicat:

pulchre ſervatur: fere enim ſervi & liberti in talibus rebus judicandis inducuntur ſuis dominis ſeveriores & difficiliores. *Fortaſſe,* inquit, *bona:* paucae enim ſunt vere bona: quae ita videntur, cultui magis quam naturae id ferunt acceptum. Heaut. IV, 5, 30.

CH. *Nam prorſus nihil intellego.* SY. *Vah tardus es.*

CH. Fortaſſe. SY. *Argentum dabitur eii ad nuptias.*

Plaut. Aſin. II, 4, 86.

Neque eſt alter hodie quiſquam,
Cui credi recte aeque putant, ME. Fortaſſe.
Sed tamen me.

& ibidem 92. *Nec poteſt peculium enumerari.*
ME. Fortaſſe. LE. *Etiam nunc dico,* &c.

94 *Quia tum mihi lamentari praeter ceteras*
Viſa eſt, & quia erat forma praeter ceteras.
Neſcio, quorſum pertineat illud TUM. Quando enim alias *lamentari videretur* Simoni, quae tunc primum a Simone viſa eſt? Unde autem illud QUIA *tum?* Noſtri codices ſummo conſenſu, & Editiones priſcae QUAE *tum.* Unde in promtu eſt veram lectionem revocare;

Quae cum *mihi lamentari praeter ceteras* &c.

Nihil certius. ſic in Prologo ſupra:

Qui cum *hunc accuſant; Naevium, Plautum* &c.

98 *Attat hoc illud eſt.* Haec vox *atat,* priore ſyllaba & producta & correpta invenitur: quod ex eo factum reor, quia cum antiqui hanc dictionem per duo *t,* in medio ſcriberent, ea ſyllaba poſitione longa erat: ſubtracto vero altero *t,* per parellipſin, brevis fiebat. Sed hoc loco quanta ſit prior ſyllaba nihil refert: ex poſteriore videtur verſus laborare, cum, *t,* in fine corripiat ſyllabam: ſed ſuſtentatur ex veterum licentia, quibus etiam producebat. Livius Andronicus in Odyſſea:

Cum ſocios noſtros mandiſſet impius Cyclops.

Ennius:

It eques, & plauſu cava concutit ungula terram.

Idem:

Omnis cura viris uter eſſet induperator.

Item:

Inſit, O cives quae me fortuna foro ſic
Contudit indigno bello, confecit acerbo.

FAERNUS.

Male Noſtro patrocinatur Faernus; cum ex caſcorum illorum licentia T in fine recte produci poſtulat. Et nihilo melius ille alter, qui ſequentem literam H, *atat Hoc,* vim conſonantis habere putat, & ea vi poſteriorem brevem in *Attat* productam facere: quod ex eburna porta ſomnium ſaepe ei illuſit. Adhuc vero deterius; cum verſa ſententia, ſic digitis verſiculum hunc metitur;

Percúſſit íllico ánimum. áttat hoc íllud eſt:

ita ut *Animum* non elidat ſyllabam ultimam. Fuſe oſtendi in Prolegomenis, numquam eliſionem ceſſare; niſi ſyllaba in Ictu ſit, hoc eſt, prima ſit ex tribus in Tribracho vel Anapaeſto. Hujus rei ignoratione, quoties in fraudem ſe induit? Quod ad *Attat* attinet, ſic res habet: Interjectiones ejuſmodi, quae affectum animi ſono exprimunt, variare accentum ſolere pro arbitrio loquentis. Sic *Ha ha hé* nonnumquam ut Anapaeſtus profertur: alias ut Creticus *Há ha he.* Sic Graecorum Ἀτταταῖ, unde Latinum defluxit, alias eſt Ἀτταταῖ vel Ἀττα-

Digitized by Google

Adcúrrit: mediam múlierem compléctitur:
Mea Glýcerium, inquit, quíd agis? cur te is pérditum?
Tum illa, út consuetum fácile amorem cérneres,
Reiécit se in eum fléns quam familiáriter.
SO. *Quid ais?* SI. *redeo inde irátus, atque aegré ferens.*
Nec sátis ad obiurgándum causae. díceret,
Quid féci? quid commérui aut peccaui, pater?
Quae sése in ignem iniícere uoluit, prohibui:
Seruáui: honesta orátio est. SO. *recté putas:*
Nam si illum obiurges, uitae qui auxilium tulit;
Quid fácias illi, déderit qui damnum aut malum?
SI. *Venit Chremes postridie ad me, clámitans:*

Atattatae. Eodem modo Comici Latini. Naevius in Tarentilla apud Charisium p. 213.

Atáttatae, cavé cadas amábo.

Idem in Corollaria:

Quid sálve atattatáttatae
Rivális, salve. quid istud attatae ádvertisti tám cito.

Ergo *Atat* pro poetae libitu variat suum tonum; nunc *átat*, nunc *máttat*, nunc *atát*: quod postremum hoc loco placet.

99 *Hoc illud est, Hinc illae lacrumae, haec illa est misericordia. Hinc illae lacrumae*, in proverbii locum cessit; hodieque omnibus visitur apud Ciceronem & Horatium: ut paene impudentis esse videatur, de hac apud nostrum lectione controversiam facere: faciendum tamen periculum est. HAEC nominativo plurali pro HAE saepe apud Plautum & Nostrum usurpari, jam vel pueris notum. And. IV, 1, 32.

Hae nuptiae non apparabantur mihi.

Ubi Donatus: *Legitur & Haec nuptiae: Sic enim veteres dixerunt.* Eun. III, 5, 34.

Novitiae puellae: continuo haec *adornant ut lavet.*

Ita plane tres libri ex nostris: neque ipse versus aliter sustentari potest. Iterum Donatus: Haec *pluraliter pro* Hae; *ut in Phormione: Haec illae erant itiones.* Locus, quem ex Phormione citat, extat ibi V, 8, 23.

Haec illae erant itiónes crebrae & mánsiones diutinae
Lémni? haecine erat éa, quae nostros minuit fructus vílitas?

Ubi hodie male legitur, *Haecine erant itiones.* Ad hanc faciem sic hunc, de quo agitur, locum refingo: *Atât hoc illud est,*
Haec *illae lacrumae, haec illast misericordia.* Tu jam dijudica; annon elegantius sit, *Hoc illud, Haec illae, Haec illa*, eodem tenore dicere; quam alienum illud *Hinc* in medium intrudere? Neque enim hic Proverbii vicem est; sed ideo *Haec Pamphili lacrumae*, quia supra v. 82. *Nonnumquam conlacrumabat.* Postea vero, cum hoc pro proverbio obtinuisset, & obsolevisset plurale femininum *Haec*; illius locum occupavit *Hinc*: quod postea Magistri in ipsum Terentium induxerunt.

In ignem posita est: fletur. Nostri codices 102
plerique omnes,
In ignem inposita *est: fletur.*
Recte, & ex poetae more. Quippe amat, quantum fieri potest, elidere postremam syllabam, ut liquescat & misceatur sequenti. Hoc magnum Terentianae artis arcanum etiam veteribus animadversum erat; quo & sibi cavebat ab accentu in syllabis ultimis, contra indolem linguae Latinae; & versus suos solidiores succique pleniores reddidit. *Priscianus* p. 1322. *Omnes Comici crebris synalaephis & elisionibus & abiectionibus literae* S *sunt usi, Terentius autem plus omnibus.*

Quae sese voluit in ignem injicere prohibui. 113
Et Donatus, & omnes libri scripti Terentii ita collocant: *quae sese in ignem injicere voluit, prohibui.* FAERNUS. Sic & nostri.

Qui dederit damnum aut malum. Lege, 116
Dederit qui damnum aut malum. Dederit qui ut *Vitae qui*: ne lectus in ultima sit.

Indígnum facinus: cómperiſſe, Pámphilum
Pro uxóre habere hanc péregrinam. ego illud ſédulo
Negáre factum. ille ínſtat factum. dénique
Ita túm diſcedo ab íllo, ut qui ſe fíliam
Negét daturum. SO. *nón tu ibi gnatum?* SI. *né haec quidem*
Satis uéhemens cauſa ad óbiurgandum. SO. *quí cedo?*
SI. *Tute ípſe his rebus fínem praeſcripſtí, pater.*
Prope adéſt, cum alieno móre uiuendúmſt mihi:
Sine núnc meo me uíuere intereá modo.
SO. *Qui igitúr relictus éſt obiurgandí locus?*
SI. *Si própter amorem uxórem nolet dúcere,*
Ea prímum ab illo animáduertenda iniúriaſt.
Et núnc id operam dó, ut per falſas núptias
Vera óbiurgandi caúſa ſit, ſi déneget:
Simúl ſceleratus Dáuos ſiquid cónſili
Habet, út conſumat núnc, cum nihil obſint doli:
Quem ego crédo manibus, pédibus, obnixe ómnia
Factúrum: magis id ádeo, mihi ut incómmodet,
Quam ut óbſequatur gnáto. SO. *quaproptér?* SI. *rogas?*
Mala méns, malus animus. quém quidem ego ſi ſénſero.
Set quíd opuſt uerbis? ſín eueniat, quód uolo,
In Pámphilo ut nil ſít morae; reſtát Chremes,
Qui mi éxorandus éſt: et ſpero cónfore.
Nunc tuúmſt officium, has béne ut adſimules núptias:

127 *Quis igitur relictus eſt objurgandi locus.* In noſtris fere univerſis *Qui igitur.* Codex veterrimus Vaticanus, teſte ad Phaedrum Gudio, *Relicuus.* Legebat igitur:

Quis igitur reliquus eſt objurgandi locus?

Ego mallem,

Qui igitur reliquus eſt objurgandi locus.

ut Eun. V, 6, 26.

Reliquom: Tantum eſt. Céſſo huc introrúmpere?

Et apud Plautum Ciſt. II, 1, 29.

Quód dedi datúm non vellem: quód reliquom eſt, non dabo.

Sed omnino retinenda eſt recepta lectio; adſcito huc ex codicibus *Qui.* Infra III, 4, 22.

Nihil eſt preci loci relictum: *jam perturbavi omnia.*

Et, nequis forte & hic quoque *reliquom* ſubſiruat, adde Phorm. III, 3, 14.

Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinquatur *preci.*

128 *Si propter amorem uxorem nolit ducere.* Engraphius: NON VULT *ducere.* Donatus: *Legitur &* NOLLET. Et apud ipſum & apud Terentium, repone NOLET.

133 *Nunc cum nihil obſint doli.* Videtur legendum, *obſunt*, non tamen muto: omnes enim libri habent, *obſint.* FAERNUS. Noſtri quoque univerſi, OBSINT. Nec, quid interſit, video.

134 *Quem ego credo manibus pedibuſque obnixe omnia.* Vehementior & melior oratio eſt, ſublato iſto QUE.

Quem ego credo manibus, pedibus, obnixe omnia. ut IV, 1, 53.

Cunari manibus, pedibus, noctesque & dies.

Curabo.

Digitized by Google

Pertérrefacias Dáuom: obſerues fílium,
Quid agát, quid cum illo cónſili captét. SO. *ſat eſt:*
Curábo: eamus núnc iam intro. SI. *i prae, ſequar.*

ACTUS I. SCAENA II.

SIMO ſenex. DAUUS ſeruus.

SI. *NON dúbiumſt, quin uxórem nolit fílius:*
Ita Dáuom modo timére ſenſi, ubi núptias
Futúras eſſe audíuit. ſet ipſe exít foras.
D. *Mirábar hoc ſi ſic abiret: ét eri ſemper lénitas*
Verébar quorſum euáderet:
Qui póſtquam audierat nón datum iri fílio uxorém ſuo,
Núnquam cuiquam nóſtrum uerbum fécit, neque id aegré tulit.
SI. *At nunc faciet; néque, ut opinor, ſine tuo magnó malo.*
D. *Id uóluit, nos ſic néc opinantis dúci falſo gaúdio,*
Sperántis iam amotó metu, interea óſcitantis ópprimi,
Ut ne éſſet ſpatium cógitandi ad díſturbandas núptias:
Aſtúte. SI. *carnufex, quae loquitur?* D. *érus eſt, neque prouíderam.*
SI. *Daue.* D. *hém, quid eſt?* SI. *ehodum ád me.* D. *quid hic uolt?* SI. *quíd aïs?* D. *qua de ré?* SI. *rogas?*
Meum gnátum rumor éſt amare. D. *id pópulus curat ſcílicet.*
SI. *Hocíne agis, an non?* D. *égo uero iſtuc.* SI. *ſét nunc ea me exquírere,*
Iníqui patris eſt. nám, quod antehac fécit, nihil ad me ádtinet.

144 *Curabo. eamus jam nunc intro: I prae. ſequar.* Victorianus liber, *ſequor* quod magis videtur conſuetudini ſermonis accommodatum. FAERNUS.

Meliores ex noſtris:

Curábo, eamus núnc iam *intro. I praé, ſequar.* quo pacto mollius decurrit verſus. SEQUAR etiam omnes, non SEQUOR. Neque audiendus eſt codex Victorianus. In Eunucho quidem eſt, V, 2, 69.

Id ipſum. Id ipſum? virgo vero. I prae, SEQUOR. Sed obſervandum eſt, Thaidem illic ſtatim & ſine mora ſequi praeeuntem Chaeream: & ſemper ita fieri, ubi SEQUOR ponitur. Hic vero SEQUAR magis convenit: quia Simo non continuo Sofiam ſequitur; ſed in Scena aliquamdiu ſubſiſtit.

150 *Sperantis jam amoto metu, inter oſcitantis opprimi.* Meliores quique ex noſtris, INTEREA *oſcitantis.* Et ſane vel furca abigendum eſt illud, *Inter oſcitantis.* Quinam ſodes ſunt illi alii, praeter Davum & Pamphilum, qui tum oſcitabant? Tota vero via errat, qui ideo *Inter* praetulit, quod metro magis commodum arbitraretur. Immo nocet potius metro, quam proficit.

Ne eſſet ſpatium. Ne Trochaicus inter Iambicos veniat, corrige, *Ut ne eſſet ſpatium.* Sic Eunuch. V, 4, 20. 155

Ulſciſcar, ut ne impune in nos inluſeris. Et paſſim. *Ne*, cum hic extra ictum ſit, non poteſt non elidi; quod quidam opinatus eſt.

Erus eſt, neque praevideram. Omnes fere libri *provideram:* licet aliter Donatus. provideram autem pro porro videram. Plautus in Aſinaria.: *Non hercle te provideram.* FAERNUS. 160

Dum témpus ad eam rém tulit, ſiui ánimum ut explerét ſuum:
Nunc hic dies aliam uítam defert, álios mores póſtulat.
Dehinc póſtulo, ſive aéquumſt, te oro, Dáue, ut redeat iám in viam.
D. *Hoc quíd ſit?* SI. *omnes, qui amant, grauiter ſibi dari uxorém ferunt.*
D. *Ita aíunt.* SI. *tum ſiquís magiſtrum cépit ad eam rém improbum,*
Ipſum ánimum aegrotum ad déteriorem pártem plerumque ádplicat.
D. *Non hércle intellegó.* SI. *non? hem.* D. *non: Dáuos ſum, non Oédipus.*
SI. *Nempe érgo aperte uís quae reſtant mé loqui.* D. *ſané quidem.*
SI. *Si ſénſero hodie quícquam in his te núptiis*
Falláciae conári, quo fiánt minus;
Aut uélle in ea re oſténdi, quam ſis cállidus:
Verbéribus caeſum té in piſtrinum, Dáue, dedam uſque ád necem,
Ea lége atque omine, út, ſi te inde exémerim, ego pro té molam.
Quid, hoc intellextin? án nondum etiam ne hóc quidem? D. *immo cállide:*
Ita apérte ipſam rem módo locutus, níl circum itione úſus es.
SI. *Ubi uís facilius páſſus ſim, quam in hác re, me delúdier.*

NUS. Noſtri, uno excepto, omnes *Proui-deram.*

18 *Nunc haec dies aliám vitam ádfert, álios mores póſtulat. Hic dies* habent omnes libri ſcripti, & Donatus. FAERNUS.

Noſtri quoque omnes *Hic dies.* Sed vide, ut incommode haec diviſa ſunt Arſi & Theſi. *Aliám* acuitur in ſyllaba ultima; *Vitam* in Theſi cubat, ut vix exaudiatur; denique primo *aliám*, mox *álios:* cum conſuetudo & ratio poſtulent, ut verba quae repetuntur, eodem accentu pronuntientur. Haec omnia incommoda tollit lectio; quae apud Ciceronem exſtat, Epiſt. Fam. XII, 25. ‘Accipio, *inquit*, ‘excuſationem tuam de Sempronio. neque ‘enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti:

‘ *Nunc hic dies áliam vítam défert, álios mores póſtulat.*

‘ ut ait Terentius. Conſulantur nunc aures; & quantum interſit, ipſae teſtabuntur. *Hic* corripitur, ſequente licet conſonante; ut paſſim III, 1, 4.

Sed hic Pámphilus. Quid dícit? Firmavít fidem. vel. *Dies* monoſyllabon eſt. Neſciunt Terentium, ſiqui ſuſpicabuntur commodius haec diſponi a Cicerone, quam ab ipſo potuiſſe.

27 *Aut velle in ea re oſtendere quam ſis callidus.* Plerique libri & in iis omnes antiqui, *oſtendi quam ſis callidus.* FAERNUS. Unus tantum ex noſtris *Oſtendere:* ceteri *Oſtendi.*

28 *Verbéribus caeſum té, Dave, in piſtrínum dedam uſque ád necem.* Miror, qui hoc intactum reliquerit Faernus. *Dave* hic in depreſſione totum latitat. Quanto melius & numeroſius, quod in Noſtris omnibus habetur?

Verbéribus caeſum té in piſtrinum, Dáve, dedam uſque ád necem.

Idem, quem dedi, verborum ordo eſt apud Nonium v. Caedere; Serwium ad Aeneid. I, 144.

31 *Nil circuitione uſus es.* Fallitur & fallit *ſ* *Νῦν*, cum Diphthongos & Conſonantes hic praedicat, ut pronuntietur *Circuisjone. Circumire* ſemper Plautus & Noſter, non *Circuire:* neque elidunt M; Phormio IV, 3, 10. *Sic circumiri:* & ſic Horatius, *Circumagi.* Quin & hic nonnulli codd. *Circumitione.* Ergo hic duo verba ſunt *Circum itione.* Iterum Phorm. V, 8, 23.

Haéc illae erant itiones *crebrae & manſiones diutinae.*

33 *Bona verba, quaeſo. Inrides? nihil me fallis, ſed dico tibi.* Veteres noſtri codices *Inrides* ſine nota interrogationis. Recte. Illud autem, *Sed dico tibi*, nimis tepide in re tam gravi. Repono: *Nil me fallis.* edico *tibi*,

Ne

D. *Bona uérba, quaeſo.* SI. *inrídes: nil me fállis. edíco tibi,*
Ne témere facias. néque tu haut dices tíbi non praedictúm. cáue.

ACTUS I. SCAENA III.

DAUUS ſeruus.

ENIMUE'RO, Daue, níl lociſt ſegnítiae neque ſocórdiae,
Quantum íntellexi módo ſenis ſenténtiam de núptiis:
Quae ſí non aſtu próuidentur, mé aut erum peſſúm dabunt.
Nec quíd agam certumſt: Pámphilumne adjútem, an auſcultém ſeni.
Si illúm relinquo, eius uítae tímeo: ſín opitulor, huíus minas;
Cui uérba dare difficileſt: primum iám de amore hoc cómperit:
Me inſénſus ſeruat, né quam faciam in núptiis fallácíam.
Si ſénſerit, perii, aút quam lubitum fúerit cauſam céperit,
Qua iúre qua me iniúria praecípitem in piſtrinúm dabit.
Ad haéc mala hoc mi accédit etiam: haec Andria,

Ne temere facias.
Edico, denuntio. Simo ipſe de eadem hac re loquens, III, 2, 15.

Edixin' *tibi, Interminatus ſum, ne faceres?* ubi Donatus; *Edixin tibi*; Hic illud reddit, *Edico tibi, ne temere facias.* Vides Donatum ipſum ſic olim legiſſe, ut nos nunc legendum admonemus. Nonius tamen v. Dicere, *Sed dixo* legebat, quod exponit Denuncio. Vides mendi vetuſtatem.

34 *Ne temere facias: neque tu haut dicas tibi non praedictum. Cave.* O. l. s. *neque tu hoc dicas.* Vaticanus, *hoc dices*, quod idem eſt: nam antiqui *dices* pro dicas efferebant; ſolus Donatus legit, *haut dicas*, quem & ſequimur. FAERNUS.

Vera ſine dubio & vetuſta illa lectio eſt, *Neque haut*, non *Neque hoc:* Sic Plautus ter quaterque, Noſter III, 3, 31.

At ego non *poſſe arbitror,*
Neque *illum hanc perpetuo habere*, neque *me perpeti.*

Sic alii *Neque non* negative; etiam ipſe Virgilius. Recte quoque Vaticanus codex *Dices*, cui accedunt tres meliores ex noſtris: quod non idem eſt ac *Dicas:* ſed futurum indicativum. Non enim *Edicit* Simo, ne Davus *dicat* ſibi non praedictum: ipſe Davus jam praemonitus non hoc *dicet*, nec dicere audebit.

Ne quam faciam nuptiis fallaciam. Duo ex noſtris, & editiones pleraeque veteres, *Faciam* IN *nuptiis.* Plane ut ſupra I, 2, 25. 7

Si ſenſero hodie quicquam in his *te* nuptiis
Fallaciae *conari, quo fiant minus.*

Atque inſuper hoc commodi eſt, quod eo pacto ultima in *Faciam* liqueſcat; & evitetur ingratum Homoeoteleuton, *Faciam, Fallaciam.*

Si ſenſerit, perii: aut ſi lubitum fuerit, cauſam ceperit. Nec verba, nec ſententiam expediunt interpretes. *Perii* quaſi Interjectionis vim hic habet; ut, *Perii, quid ego egi?* Deinde pro *Si* reponendum eſt *Quam.* Sententia eſt: *Si ſenſerit, immo* (quod minus eſt) *quamlibet cauſam ceperit, in piſtrinum me dabit.* Hec. IV, 1, 25. 8

Quamvis cauſam *hanc ſuſpicari, quam ipſam veram, mavolo.*

Quo jure quaque injuria praecipitem me in piſtrinum dabit. Sic Codices noſtri, & editiones priſcae: nec Faernus quicquam ad locum. Atqui ſyllaba hic abundat; niſi *Injuria* in triſyllabum redigas, quod quidam inepte faciunt. Sed & aliud animadvertendum eſt; *Quo jure, quaque injuria* (quod & noſtri omnes habent) nullo modo hic poſſe ſubſiſtere. Sententia quidem apparet; ſed verbis deſtituitur: quippe *Qua* omnino hic requiritur, 9

Digitized by Google

Si ísta úxor síue amícaſt, grauida e Pámphilo eſt.
Audíreque eorum eſt óperae pretium audáciam:
Nam incéptioſt améntium, haut amántium:
Quicquíd peperiſſet, décreuerunt tóllere:
Et fingunt quándam intér ſe nunc falláciam,
Ciuem Atticam eſſe hanc. Fúit olim hinc quidám ſenex,
Mercátor: nauem is frégit aput Andrum ínſulam:
Is óbiit mortem. ibi túm hanc eiectam Chryſídis
Patrém recepiſſe órbam, paruam. fábulae.
Mí quidem non fit uériſimile; at ípſis commentúm placet.
Set Myſis ab ea egréditur. at ego hinc mé ad forum, ut
Conuéniam Pamphilúm, ne de hac re páter inprudentem ópprimat.

tur, non *Quo*: ut non unus ante nos vidit. Nondum tamen locus expurgatus eſt, quem ſic ſibi reſtituo:

Qua *jure, qua* me *injuria praecipitem in piſtrinum dabit.*

Numquam in iſta diſtributione Latine dicitur *Qua-quaque*, ſed *Qua qua*. Plautus Milite, IV, 4, 20.

Qui conſectare qua mares, qua feminas.

Trinummo IV, 3, 37.

Rapere properant qua ſacrum, qua publicum.

Cicero. *Qua dominus, qua advocati.* Livius: *Qua paterna injuria, qua ſua.* Sic ubique reperies. Cum autem conjunctio *Que* de ſua ſede *Me* expuliſſet, neceſſe erat *Me* alicubi locum habere, licet verſus ipſius injuria.

11 *Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt.* Etiam hic quoque ſyllaba verſui ſupereſt: quam fruſtra quidam in metrum concludere laborat, nunc hoc nunc illud arripiendo. Qui natura pes Creticus eſt, nulla licentia vel in dactylum vel in anapaeſtum redigetur. Recte olim hoc expedivit Janus Gulielmius,

Si *iſta úxor ſive amíca eſt, gravida e Pámphilo eſt.*

Si hic eandem prorſus ſententiam efficit, quam *Sive:* ne aliquod ſenſus diſpendium hic cuiquam metuatur. Plaut. Curc. I, 1, 4.

Si *media nox eſt, ſive eſt prima veſpera.*

Pſeud. I, 5, 129. [*inivimus.*

Si *ſumus compacti, ſive conſilium umquam*

Quin & *Si-ſi* perinde eſt ac *Sive-ſive*. Captiv. I, 2, 5.

Sinito ambulare, ſi foris, ſi intus volent.

Civem Atticam eſſe hanc. Fúit olim quidám 16
ſenex. Non ſatis venuſte illud *olim*, cum lictu in ſyllaba poſteriore. Neque vero ſi *quidam mercator* in Andro obiit, &c. id ullo modo demonſtrat civem *Atticam* eſſe Glycerium; niſi & ille quoque mercator fuerit Atticus. Utrique vitio medicinam facies, ſi ſic legeris,

Civem Atticam eſſe hanc. Fuit olim hinc *quidam ſenex.*

Hinc id eſt Athenis, ubi fabula agitur. Infra V, 1, 14.

Illam hinc *civem eſſe aiunt.* & V, 3, 21.
Adducti, qui illam civem hinc *dicant. viceris.*

Mihi quidem hercle nón ſit veriſimile; atque 20
ipſis cómmentum placet. Ita in omnibus fere libris invenitur ordinatus hic verſus, itaque impreſſit Robertus Stephanus; eſt autem verſus tetrameter trochaicus hypercatalecticus. FAERNUS.

Atqui ejuſmodi verſus hypercatalecticus nuſquam reperitur; nec mirum, cum abſonus plane ſit & ἄμουσος. Tolle vero illud *Hercle* quod & verſum & ſententiam onerat. Cur enim adjuret hic & tantopere aſſeveret Davus? hic inquam, ubi dubitat tantummodo & ſuſpicatur.

Mi quidem non ſit vériſimile: at ípſis commentúm placet.

Quidem correptum, ut paſſim. Adelph. III, 4, 16.
Prius nólo. Haecine flagitia. Mi quidem non placent.

At ipſis. lege cum Guyeto. Poſt *Quidem* de more

Digitized by Google

ACTUS I. SCAENA. IV.

MYSIS ancilla.

AUDIO, Archylis, iamdudum: Lésbiam adducí iubes.
Sáne pol illa témulentaſt múlier et temerária,
Néc ſatis digna, cuí committas primo partu múlierem:
Támen eam adduci? ínportunitátem ſpectate ániculae:
Quía conpotrix éius eſt. Di, dáte facultatem óbſecro
Huíc pariundi, atque illi in aliis pótius peccandí locum.
Set quídnam Pamphilum éxanimatum uídeo? uereor quíd ſiet.
Oppériar, ut ſciám numquídnam haec túrbae triſtitia ádferat.

more ſequitur, *At, Sed, Tamen*; non *Atque*.

1 *Audivi, Archilis, jamdudum: Lesbiam adduci jubes.* Per unum l. in omnibus l. s. eſt: &, per *i*, in penultima. FAERNUS.

Sic & noſtri Codices *Archilis*: reponendum tamen *Archylis* cum *y*: Graece enim eſt Ἀρχυλὶς: qualia plura eadem terminatione, *Theſtylis*, *Xyſtylis*, *Phidylis*, *Erotylis*. Illud vero *Audivi* parum oſt pro Terentii elegantia. Anicula intus ſaepe Lesbiam nominaverat, credens Myſin non audiiſſe, quia nihil reſponderet. Gui Myſis ſubirata,

Audio, *Archylis, jamdudum: Lesbiam adduci jubes.*

Audio te ſaepe vociferantem; non *audivi*, quaſi ſemel tantum. Hec. III, 2, 1.

Neſcio quid jamdudum aúdio *hic tumúltuari* Phorm. II, 1, 59. [*miſera.*

Jamdudum te omnes nos accuſare audio.

& ita alias ſaepe.

2 *Sane pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria.* Verſus eſt Trochaicus, in quo *pol illa*, tribrachus eſt, eliſo uno *l.* ex *illa*, *pol* autem corripitur exemplo Ennii:

Nec pol homo quiſquam faciet impune animatus. FAERNUS.

4 *Tamen eam adducam: inportunitatem ſpectate aniculae.* Illud *Adducam* nec cum prioribus, nec cum ſequentibus verbis bene convenit. Si anicula *inportuna* & crudelis, quod Lesbiam accerſi jubeat; ſi ipſa Lesbia *temulenta & temeraria*; cur culpae ſe participem hic facit Myſis? *Tamen eam adducam*; etſi indigna ſit, cui puerpera committatur. Difficultatem hanc ſentiens Guyetus, Archylidi haec verba tribuit, intus loquenti. Sed nec is mos eſt in comoediis, illis quae foris ſunt clamare de domo: nec ulla tam inhumana, tam ſtolida, ut ſic palam loqueretur. Dixerat prius Myſis, *Lesbiam* ADDUCI *jubes:* repetit poſtea ſecum cum indignatione; *Tamen eam* ADDUCI? tam ebrioſam, tam inconſultam? ob eam ſolum cauſam, quia compotrix eſt? Et nota, quod in repetitionibus fit, utrobique eodem accentu dici, *ádduci*.

Opperiar, ut ſciam nunc, quidnam haec turba triſtitiae adferat. Donatus pro *Nunc, quidnam*, ut codices hodie exhibent, legebat *Numquidnam*; & ita ſane unus ex noſtris a primo habuit, poſtea interpolatus. *Numquidnam* rurſus habes, II. 1, 25. Sine dubio praeſtantior haec lectio eſt: quid enim ad ſententiam confert illud *Nunc?* Totus verſus ſic legendus eſt: 8

Opperiar, ut ſciam numquidnam haec turbae triſtitia adferat.

Num triſtitia, inquit, turbam, non turba triſtitiam afferat. Nondum enim turbam ullam viderat Myſis. Pamphilum conſpexerat ambulantem ſolum, nihil dum loquentem; ſed ex vultu & inceſſu triſtem & exanimatum eſſe facile conjectabat. Ergo ſcire expetit, *numnam* haec Pamphili triſtitia turbae *quid* praenuntiet, II, 3, 5.

Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet;

Tum illae turbae fient.

Digitized by Google

ACTUS I. SCAENA V.

PAMPHILUS adulescens. MYSIS ancilla.

P. *HOCINEST factu humánum aut inceptu? hócineſt officium patris?*
M. *Quíd illud eſt?* P. *pro deúm fidem, quid eſt, ſi hóc non contuméliaſt?*
Uxórem decrerát dare ſeſe mi hódie: nonne opórtuit
Praeſcíſſe me ante? nónne prius communícatum opórtuit?
M. *Miſerám me, quod uerbum aúdio?*
P. *Quíd Chremes? qui dénegarat ſé commiſſurúm mihi*
Gnatám ſuam uxorem: ís mutauit, quia me immutatúm uidet.
Ita óbſtinate dát operam, ut me a Glýcerio miſerum ábſtrahat:

1 *Hoccine eſt humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?* O. l. s. & Donatus geminat verbum *eſt*, hoc modo, *hoccine* eſt *officium patris?* Vetuſtiora vero exemplaria & hic, & ubique, *hocine* per unum *c*, habent: ita nulla dubitatio eſt quin *hocine* in caſu recto & accuſativo primam corripiat, ſicut pronomen *hoc*, unde *hocine* compoſitum eſt, teſte Probo, corripit, quemadmodum uſurpavit & Virgilius, ſive ille Ovidius ſit, in luſibus Priapeis:

Et vos hoc ipſum quod minamur, invitat.

& Plautus in Aulularia:

Nunc hoc ubi abſtrudam cogito ſolum locum.

Erit ergo hic verſus Terentii octonarius. FAERNUS.

Hocinéſt humanum fáctum aut inceptum? hócineſt officium patris?

Vides in repetitione accentum variari; *Hocinéſt*, *hócineſt*. Quod cavere ſolebant artis periti. Lege ergo.

Hócineſt factum humánum aut inceptum? hócineſt officium patris?

Unius tamen apicis diſpendio, creſcet elegantia:

Hocine eſt factu *humanum, aut* inceptu.

Sic Heaut. IV, 3, 26. *Rem* factu *facilem.* Phorm. II, 4, 16. *Turpe* inceptu *eſt.* Quid quod poſtea vidi apud Donatum: *Factum aut inceptum; in aliis, Factu aut inceptu, fuit.* Bene, quod doctiſſimus Magiſter vetuſtam lectionem indicavit. Hoc intereſt; Si *Factum* legis, ad ſingulare quid reſpicis; ſi *Factu*, ad omnia, circa nuptias & praeterita & futura.

2 *Quid illud eſt? Pro deum atque hominum fidem quid eſt, ſi non haec contumelia eſt?* Poteſt hic eſſe monometer, aut praecedenti applicatus facere cum pentametrum Iambicum. Sed, quia haec genera inuſitata Terentio ſunt, poteſt eſſe octonarii Iambici initium eliſione *i*, & *d*, ex *illud*, item *d*, ex *quid eſt*, quod mox ſequitur. Porro omnes fere libri etiam antiqui, cum Donato, ita collocant, *ſi haec non contumelia eſt.* FAERNUS.

Miſeret me hic optimi Faerni, qui in metiendis verſibus digitos ſaepenumero, non aurem conſulit. Illud *Atque hominum* a codice primariae notae abeſt, & in codicibus aliis non certum locum habet. Recte quidem abeſt. Non enim ubicumque *deos* teſtantur, adjiciunt & *homines.* Vide Phorm. II, 3, 4.

Jam ego hunc agitabo: pro deum immortalium
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?

Sic igitur verſum conſtitue:

Quid illud eſt? Pro deum fidem, quid eſt: ſi hoc non contumelia eſt?

ut Eun. V, 5, 1.

Pró deum fidem, *fácinus foedum: o infélicem adoleſcéntulum!*

Adelph. IV, 7, 28. pro divom fidem,

Meretrix & materfamilias una in domo?

Atque hoc pacto elegantius veniet, v. mox 11. *Pro deum atque hominum fidem.* Principio enim deorum tantum fidem appellat, poſtea & deorum & hominum. Porro *Hoc* habet codex Collegii Corporis Chriſti; & Donatus, qui recte adnotat, Hoc, *cum ſtomacho dictum. Hoc,* quod fecit pater.

Uxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie. Ita liber Victorianus. alii fere omnes, & Donatus, *decreverat,* 3

Quod ſi ſit, pereo fúnditus.
'Adeon' hominem eſſe ínuenuſtum aut ínfelicem quémquam, ut ego ſum?
Pró deum atque hominúm fidem!
Núllon' ego Chremétis pacto adfínitatem effúgere potero?
Quót modis contémptus, ſpretus? fácta, tranſacta ómnia. hem,
Répudiatus répetor: quamobrem? níſi ſi id eſt, quod ſúſpicor:
'Aliquid monſtri alúnt: ea quoniam némini obtrudí poteſt,
'Itur ad me. M. *orátio haec me míſeram exanimauit metu.*
P. *Nam quíd ego dicam dé patre? ah*
Tántam rem tam néclegenter ágere? praeteriéns modo
Má aput forum, uxor tíbi ducendaſt, Pámphile, hodie, inquít, para:
'Abi domum. id ni níſuſt dicere, ábi cito, et ſuſpénde te.

decreverat, pauciſſimi *decrevit*, atque hi recentiſſimi. FAERNUS. Duo tantum ex noſtris *Decrevit*: alii magno numero *Decrerat*.

7 *Quatam ſuam uxorem: id mutavit, quoniam me inmutatum videt.* Multi libri, inter quos Victorianus, pro *quoniam, quia* habent; quod malim; ut verſus ſit trochaicus ut praecedens. FAERNUS.

Unus ex noſtris *Quia:* ſed univerſi *Id mutavit*: Fallor tamen aut ſcripſit Auctor *Is mutavit*. *Mutavit* abſolute, ut ſupra I, 1, 13. *Haut muto*: Vide vero, quam venuſte oppoſitio fiat. *Is* mutat; quia *ego* non muto; quia videt *me inmutatum*. At in vulgata lectione hinc opponitur *res*, illinc *perſona*.

8 *Itane obſtinate operam dat, ut me a Glycerio miſeram abſtrahat?* Si tollas interrogationem, melius procedet ſententia, ſeu priora reſpicias, ſeu ſequentia. Lege igitur, ITA *obſtinate dat operam*. ut Haut. I, 1, 14.

Ita *attente tute illorum officia fungere.*

Is mutavit: ita obſtinate dat operam. Tum & illud, *Quod ſi ſit, ut abſtrahar*, oſtendit priora affirmative poni, non dubitanter & interrogative.

11 *Pro deum atque hominum fidem! nullon' ego.* Haec verba *pro deum atque hominum fidem*, in multis l. s. recentibus inveniuntur ſuperius ſita, & hi verſus ordinati ut infra.

Itane obſtinate operam dat, ut me a Glycerio miſerum abſtrahat?
Pro deum atque hominum fidem: quod ſi ſit, pereo funditus.
Adeon' hominem eſſe invenuſtum aut infelicem quemquam ut ego ſum?
Nullon' ego Chremetis pacto adfinitatem effugere potero?
Quot modis contemptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia. hem.

qua ordinatione verſuum primi duo & ultimus eſſent trochaici catalectici, tertius, & quartus acatalectici: nobis tamen probatur collocatio verborum vulgata, quae eadem invenitur in omnibus antiquis libris: ita ut, *Quod ſi ſit, pereo funditus*, ſit trimeter Iambicus: *Pro Deum atque hominum fidem*, dimeter trochaicus. FAERNUS. Antiqui libri hic audiendi ſunt: novitios nihil moramur.

Nam quid ego nunc dicam de patre? ah. 17
Verſus eſt dimeter Iambicus, ſi ex *quid*, *d*, elidatur. FAERNUS.

Immo delendum eſt *Nunc*, cum Miſtorum auctoritate, tum verſus ipſius cauſa. *Quid* enim neque elidi neque in Theſi eſſe; ſed ſub ictu ſtare debet.

Tantámne rem tam néclegenter ágere? Si 18
illud *Ne* hic admittis, Iambicus fiet verſus? cum ſex ſeptem & hinc & inde Trochaici ſint. Lege igitur cum codice Regio, qui *Ne* inter lineas habet:

Tántam rem tam néclegenter ágere?

Jam vero aurium judicium ſiat, annon bis tanta res evadat, vel hac ipſa pronuntiatione.

Digitized by Google

'Obſtipui: cenſén' me uerbum pótuiſſe úllum próloqui? aut
'Ullam cauſam, ſáltem ineptam, fálſam, iniquam? ommútui.
Quód ſi ego ſciſſem id príus, quid facerem, ſí quis nunc me intérroget?
Aliquid facerem, ut hóc ne facerem. ſét nunc quid primum éxſequar?
Tót me impediunt cúrae, quae meum ánimum diuorſaé trahunt;
Amor, miſericordia húius, nuptiárum ſollicitátio,
Tum pátris pudor, qui mé tam leni pássus animo eſt úſque adhuc,
Quae meó cumque animo lúbitumſt, facere. eine égo ut aduorſer? eí mihi,
Incértumſt, quid agam. M. *míſera timeo, incértum hoc quorſus áccidat.*
Séd nunc peropuſt, aút hunc cum ipſa, aut de illa me aduerſum húnc loqui.
Dum in dúbio eſt animus, paúlo momento húc uel illuc inpéllitur,
P. *Quis hic lóquitur? Myſis? ſálue.* M. *o ſalue, Pámphile.* P. *quid agít?*
M. *rogas?*
Labórat e dolóre; atque ex hoc míſera ſollicita éſt, diem
Quia ólim in hunc ſunt cónſtitutae núptiae. tum autem hóc timet,

21 *Obſtupui. cenſen' ullum me verbum potuiſſe proloqui.* O. l. s. Ita collocant:
Obſtupui. cenſen' me verbum potuiſſe ullum proloqui?
qua ratione verſus eſt Trochaicus, ut ceteri. atque is quoque qui proxime ſequitur, ſi ejus prima ſyllaba praecedenti applicetur. Vaticanus, & Decurtatus *obſtipui* habent, quemadmodum & alibi Bembinus; & apud Virgilium antiquiſſimus liber Romanus. FAERNUS. Non omnes noſtri ita collocant, ut Faerniani; ſed eorum plerique.

22 *Ullam cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam: ommutui.* Rotundiores fluunt numeri, fide codicis Petrenſis:
Ullam cauſam | ſáltem ineptam |, falſam, iniquam |
Saltem non ſemper poſtponitur; etſi plerumque ita ſolet; quae cauſa interpolationis erat. Vide And. II, 1, 28, III, 2, 14. & Adel. II, 2. 41.

23 *Quód ſi ego réſciſſem íd prius; quíd facerém, ſiquis nunc mé roget.* Sic edidit Faernus. & ita habent codices vetuſti. Vides tamen, ut inconcinne ſe habeant Arſes & Theſes. Repone:
Quod ſi ego ſciſſem id prius, quid facerem, ſiquis nunc me interroget.
Si ſciſſem, ut infra IV, 5, 13. *Nam pol ſi id ſciſſem.* & Hec. II, 1, 25. *Quod ſi ſciſſem.* Ceterum *Interroget* pro *Roget*, etiam Eugraphius habet.

Tum pátris pudor, qui mé tam leni pássus éſt animo úſque adhuc. 27
Vides totum illud *Animo* in Theſi latere; plane contra artem. Sed nullo negotio, revocatur vera lectio:
Tum patris pudor, qui me tam leni pássus ánimo eſt úſque adhuc.

Incertumſt, quid agam. Miſera timeo hoc incertum quorſum accidat. 29
O. fere libri hunc ordinem verborum habent, *incertum hoc*; quae melior compoſitio eſt: verſus eſt Trochaicus, aut etiam octonarius Iambicus, ut proximi, ſi in *quorſum accidat* non fiat Synaloepha. FAERNUS.
Omnes codices *Incertum hoc.* Interpolatoris eſt *Hoc incertum*; Verſus nempe gratia, quem digitis metiebatur. Atqui hoc pacto, prius *Incértum*, poſterius *Incertum* pronuntiatur; quod minime ferendum. Faernus in *Quorſum* ſynaloepham prohibet, alius in *Timeo*; Neſcias, uter in artem magis peccet; niſi quod hic etiam accentum variet in *Incertum*. Quam in promtu eſt, quod reponendum erat, *Quorſus? Quorſum, Quorſus*, eodem ſenſu: ut Prorſum, prorſus; Rurſum, rurſus; Surſum, ſurſus; Adverſum, adverſus.

Sed núnc peropúſt, aut húnc cum ipſa, aut me aliquíd de illa ádverſum hunc loqui. 30
Cernis, opinor, verſus ſcabritiem. Syllabae finales acuuntur; *Ipſa, Illa*, quae in emphaſi eſſe debebant, in Theſi occultantur. Hujuſmodi verſus,

Ne déseras se. P. *hem, egone ístuc conarí queam?*
Egon' própter me illam décipi miserám sinam?
Quae mihi suum animum atque ómnem uitam crédidit?
Quam ego ánimo egregie cáram pro uxore hábuerim?
Bene ét pudice eius dóctum atque eductúm sinam,
Coáctum egestate íngenium inmutárier?
Non fáciam. M. *haut uerear, sí in te sit soló situm:*
Set ut uím queas ferre. P. *adeóne me ignauóm putas?*
Adeóne porro ingrátum, inhumanúm, ferum?
Ut néque me consuetúdo, neque amor, néque pudor
Commóueat, neque commóneat, ut seruém fidem?
M. *Unum hóc scio, esse méritam, ut memor essés sui.*
P. *Memor éssem? o Mysis Mýsis, etiam núnc mihi*
Scripta illa sunt in ánimo dicta Chrýsidis
De Glýceria. iam férme moriens mé uocat:

flus non pro arte Terentii, tam nobilitata. Est qui sic legat, *De illa* ejecto,

Séd nunc péropust, aút hunc cum ípsa, aut me áliquid adversum húnc loqui.

Sed dum metro prospicit, sententiae parum cavit. *De illa* profecto hic necessarium est: nisi enim *de Glycerio* loqueretur, quid ad rem? quid ad confirmandum aut accendendum Pamphilum? de aliis rebus loqui, plane garrire esset. Nimirum alia medicina tentanda est; quae quidem sponte se offert. Pro *me aliquid de illa*, nostri omnes alio ordine; *Aliquid de illa me*. Tolle, *Aliquid*, quod tam incertae sedis est.

Séd nunc péropust aut hunc cum ípsa, aut de illa me adversum húnc loqui.

Tolle inquam illud *Aliquid*: id enim hic minus nihilo est. *Aliquid loqui?* Immo omnia, quae ex arte meretricia blande loqui didicerat.

31 *Huc illuc impellitur.* Omnes libri antiquiores, & Donatus, *huc vel illuc.* FAERNUS.

36 *Ego propter me.* Omnes nostri codices *Egon' propter*. Recte: ut versu praecedente *Egone*.

41 *Haut vereor, si in te solo sit situm.* Plerique ex nostris *Verear*. Duo insuper, *In te sit solo*. Lege igitur, quod magis ex arte est,

Non fáciam. Haut verear, si in te sit soló situm.

42 *Sed vim ut queás ferre. Adeon' me ignavom putas?* Vides illa *Vim* & *Ferre*, in quibus solis vis hic atque emphasis est, in Thesi vix posse exaudiri; Scripsit poeta sine dubio,

Sed ut vim queas férre. Adeóne me ignavóm putas?

Queas una syllaba; ut passim.

'Adeon' me ignavom putas? 43

Adeón' porro ingratum aút inhumanum aút ferum? Primum in his vitium est, quod in repetitione varietur accentus; *adeón'*, & *adeón'*: Alterum est, in illis particulis *Aut-aut*. Quasi vero *Inhumanus* tam sollicite distinguendus esset a *Fero*? In tanta animi commotione, devolvenda haec erant rapidissime per Asyndeta, ut in Adelphis,

[*lentús, tonax.*
'Ego ille agrestis, saévus, tristis, párcus, truculentus.

Quin & illud *Porro* in Thesi totum delitescit, spondeo tibi, sic a poetae manu profectum esse:

Adeóne me ignavóm putas?
Adeóne pórro ingrátum, inhumanúm, ferum?

Unum hóc scio, hánc meritam ésse, ut mémor essés sui. 46 *Meritam*, in quo sententiae vis est, in depressione occultatur: quod ut clare exaudiri possit, sic verba colloca, ut in Donato Msto Oxoniensi ea vidi:

Unum hóc scio, esse méritam, ut memor essés sui.

Hanc abest a meliore parte codicum: nec ancillae de domina loquenti convenit.

Scripta illa dicta sunt in anima Chrysidis. 48

Ambi-

Accéssi: uos semótae: uos soli: incipit:
Mi Pámphile, huius fórmam atque aetatém uides:
Nec clám te est, quam illi utraéque res nunc útiles
Et ád pudicitiam ét ad rem tutandám sient.
Quod te égo per dextram hanc óro, et per geniúm tuum,
Per tuám fidem, perque húius solitúdinem,
Te obtéstor, ne abs te hanc ségreges, neu déseras:
Si te in germani frátris dilexi loco,

Ambiguum nullo modo tolerabile. Quis enim, ut primum haec audit, non sic accipiat *In Chrysidis animo?* non, ut Poeta vult *Pamphili.* Ne dubites, quin is sic dederit,

Scripta illa sunt in ánimo dicta Chrysidis.

51 *Nec clam te est, quam illi utraeque res inutiles.* Omnes fere l. s. *quam illi* nunc *utraeque res inutiles.* Duo tantum, scilicet Vaticanus, & Basilicanus itemque Donatus & Eugraphiùs haec habent sine dictione, *rei:* quod & placet. *utraeque* enim, refertur & ad *formam*, & ad *aetatem:* itaque legendum, *quam illi nunc utraeque inutiles:* ita stat versus, qui aliter admissa dictione *nunc*, impeditus est. FAERNUS.

Nostri omnes, uno excepto, agnoscunt illud *Res*, quod versum quidem jugulat. Accesserunt igitur olim correctores, & stilo id confoderunt. Atqui minime expungendum erat; cum adeo Terentianum sit, ut nihil supra. Mos enim ei est; quamvis ipsa nomina supra posita sint, *Rem* tamen subinferre. Phorm. II, 1, 40.

Si est, patrem culpam *ut Antipho in se admiserit,*
Ex qua re minus rei foret aut famae temperans.

Ubi Donatus: Ex qua re, *Haud venuste insertum* Re, *cum praeposuisset* Culpam. Sic hodie editum. Itane vero, bone Magister? Tun' quicquam in Terentio arguas dictum *invenuste?* Sed injuria hic facta est Donato. Editiones veteres non habent *Haud:* lege igitur, Vetuste *insertum* re. Jam, opinor, lentis, retinendum esse *Res*, non ejiciendum. Porro Donatus ad locum: Inutiles, *Legitur & Utiles.* Unde sic versus est constituendus,

Non clám te est, quám illi utraeque res nunc utiles.

Quam utiles, hoc est, quam parum utiles: moraliter & ex consuetudine dictum: quod cum olim Magistelli non caperent, locum interpolarunt. Ceterum & codex Regius hoc ordine ponit,

Non clam te est, quam illi utraeque res nunc inutiles.

Repone *Utiles*; & rem confieis. Rivius quoque vir doctissimus sic, ut nos nunc, olim legebat; firmabatque ex And. IV, 5, 16.

Nunc me hospitem
Lites sequi, quam *id mihi sit facile atque* utile.

Et ad pudicitiam & ad tutandam rem sient. 53
O. l. s. & Donatus ita collocant, *& ad rem tutandam.* FAERNUS.

Sic & Nostri omnes collocant. Atque hoc pacto, ita versus erit effrondus:

Et ad pudicitiam & ad rem tutandam sient.

Est tamen, qui sic versum modulatus est:

Et ád pudicítiam & ád rem tutandám sient.

Quid audio? an *pudicitia* secundam corripit; tamquam si veniret a *Púdicus?* Apage a Terentio talem maculam. Unum tamen errorem altero cumulat & defendit; Plautum quoque in partes advocans, Epid. III, 3, 23.

Num nimis potest
Pudicitiam quisquam suae servare filiae.

Pudeat in loco tam facili haesisse. Corrigendum,

Num nimis potest
Pudicitiam quis suae servare filiae?

Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum. 54
O. l. s. & Donatus ita collocant, *quod ego te per hanc.* quod vero sequitur, *& genium*, in omnibus libris, itemque Donato, & Eugraphio est, *& ingenium.* quod & versui magis convenit. exponemus autem *ingenium*, id est *naturam*; quam cum laude intelligendo, tanto magis quadrabit, ut' sit *per tuam stabilem constantemque naturam, per tuum probum & amabile ingenium*: ut & infra de Pamphilo, *Quandoquidem ipse est ingenio*

Siue haéc te ſolum ſémper fecit máxumi,
Seu tíbi morigera fúit in rebus ómnibus.
Te iſtí uirum do, amícum, tutorém, patrem. 60
Bona nóſtra haec tibi permítto, et tuae mandó fidei.
Hanc mi in manum dat: mórs continuo ipſam óccupat.
Accépi: acceptam ſéruabo. M. *ita ſperó quidem.*
P. *Set cúr tu abis ab illa?* M. *óbſtetricem adcérſo.* P. *propera. atque audin?*
Verbum únum caue de núptiis; ne ad mórbum hoc etiam. M. *téneo.* 65

genio bono. olidetur autem in ſcanſione, *d*, ex *quod*, ut *quod ego te* ſit anapaeſtus. FAERNUS.

D. in *Quod* elidi non poteſt. Senſit hoc *ò Dῦm*, & ſic verſum ſcandit,

Quod égo te pér hanc dextram óro.

Neque animum advertit, *Hanc dextram*, in quo ſumma emphaſis eſt, (tunc enim Pamphili dextram dextra ſua prehendit) in Theſi hoc pacto obtruderet. Plautus Capt. II, 3, 82.

Haec per dexteram tuam te dexteram retinens
Lege ergo: [*manu, Obſecro.*

Quod te égo pér dextram hanc óro & per geniúm tuum.

Quod te, notiſſima obteſtandi formula; & item *Per genium*: ut Horat. Ep. I, 7, 94.

Quod te per genium dextramque deoſque penates.

Plautus tamen Captiv. V, 2, 24. [*Philocrates, per tuum te* ingenium *obſecro, exi: te volo.*

Ubi tamen duo Codices Palatini *Genium*: quod & ſententia ipſa flagitat. Ceterum *Per* neceſſario hic continuatur: *Per dextram, per genium, per fidem, per ſolitudinem.* Si unum ex his tollis, de elegantia tollis: aut tria tollenda ſunt, aut ne unum quidem.

58 *Sive haec te ſolum ſemper fecit maxumi.* Aliqui libri, inter quos Vaticanus & Baſilicanus: item Donatus, & Priſcianus ſic collocant, *ſive te haec ſolum.* & ſtat verſus, ſi in *te haec* non fiat ſynaloepha: erit enim *ſive te*, dactylus. Quod vero ſequitur, *ſemper fecit maximi*, omnes recentes libri habent, *fecit maximum*, & ita etiam Priſcianus citat: infra quoque in eiſdem recentibus legitur, *maximum feci Chremi*: ſed utrobique in antiquis, *maximi*. FAERNUS.

Immo & Donatus Manuſcriptus, & Priſcianus p. 1143. *Sive haec te* non ut editiones modo, ſed ut codex veterrimus in Bibliotheca Iſle publica. Sic & duo codices Terentii, Regius & Academicus. Ignoratae artis crimen habent tam Faernus quam alius; cum ſic efferunt, *Sivé te haec. Te* enim, cum in Ictu non ſit, non poteſt non eſidi. Adde, quod *Haec* omnino in Ictu hic eſſe debet.

Sed cur tu abis ab illa? M. *obſtetricem adcerſo.* 64
P. *propera.* Verſus eſt trimeter Iambicus. ſed ex *abis* elidendum eſt, *s*, & in quinta ſede dactylus collocandus. FAERNUS.

Ne ad morbum hoc etiam. M. *teneo.* Verſus 65
eſt iambicus dimeter catalecticus. nam quod alii hunc ſupplent ex inſequenti ſcena, ut, *quid ais Byrria*, perficiat ſenarium, primum haec ordinatio verſuum in nullo libro invenitur. deinde verſus qui ſequuntur, impediti remanent, ut non facile certum eis genus poſſit aſſignari. FAERNUS.

In Faerni editione ſic verſus conſtituuntur,

Sed cur tu abis ab illa? Obſtetricem adcerſo.
Propera.
Atque audin. verbum unum cave de nuptiis;
Ne ad morbum hoc etiam. Teneo.

Ubi nihil facilius erat, quam vulgatiſſimum metri genus Tetrametros Catalecticos deprehendere, ſine ulla ordinis literulaeve mutatione, quod & alii ante nos viderunt.

Sed cur tu abis ab illa? Obſtetricem adcerſo.
Propera; atque audin?
Verbum unum cave de nuptiis: ne ad morbum hoc etiam. Teneo.

ACTUS

ACTUS II. SCAENA I.

CHARINUS. BYRRIA. PAMPHILUS.

C. *QUID ais Byrriá? daturne illa Pámphilo hodie núptum?* B. *sic eſt.*
C. *Quí ſcis?* B. *aput forúm modo e Dauo audíui.* C. *uae miſeró mihi.*
Ut ánimus in ſpe atque ín timore uſque ántehac adtentús fuit,
Ita póſtquam adempta ſpés eſt, laſſus cúra confectús ſtupet.
B. *Quaéſo edepol, Charíne, quando nón poteſt id fíeri quod vis,*
Id velis quod póſſit. C. *nil uolo áliud niſi Philúmenam,* B. *ah,*
Quánto ſatiuſt te íd dare operam, qui íſtum amorem ex córde eiícias;
Quam íd loqui, quo mágis lubido frúſtra incendatúr tua.

1 *Quid ais Byrria? daturne illa hodie Pamphilo nuptum?* O. l. s. hanc collocationem habent, *daturne illa Pamphilo hodie.* & infra, *modo e Dauo*, ut etiam Donatus legit, non *de Dauo.* quae vero paulo infra ſequuntur, ita & apud Donatum, & apud Priſcianum citantem hunc locum libro XVIII. & in omnibus Terentii l. s. collocata ſunt, *Quoniam non poteſt id fieri quod vis, id velis quod poſſit.* Qua collocatione conſtituta, verſus ita ordinamus:

CH. *Quid ais Byrria? daturne illa Pamphilo hodie nuptum?* B. *ſic eſt.*
CH. *Qui ſcis?* B. *aput forum modo e Dauo audivi.* CH. *vae miſero mihi,*
Ut animus in ſpe, atque in timore, uſque antehac attentus fuit,
Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.
B. *Quaeſo edepol Charine; quoniam non poteſt id fieri quod vis,*
Id velis quod poſſit. CH. *nihil volo aliud niſi Philumenam.*

Ut primus & quintus hujus ſcenae verſus, ſint trochaici tetrametri acatalectici, ſextus catalecticus, ſecundus octonarius iambicus, contracto *audivi* in duas ſyllabas. item tertius & quartus. FAERNUS.

5 *Quaeſo edepol Charine quoniam non poteſt id fieri quod vis, Id velis, quod poſſit.* Codex Regius pro *Quoniam* habet *Quando*; & ſic citat Donatus ad Aen. V, 704.

Quando id non poteſt fieri quod vis.

Sine dubio magis convenit ſententiae *Quando*: ut infra IV, 5, 10.

Ut quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet.

Crediderim tamen ab auctore fuiſſe,

Quando id non poteſt confieri quod vis.

Virgil. Aen. IV, 116.

Nunc qua ratione quod inſtas Confieri poſſit,

ſic Lucretius; Caeſar, alii.

B. *Ah quanto ſatius eſt te id dare operam,* 7
Qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo.

Hos duos verſus unum tantum trochaicum acatalecticum putamus eſſe, rejecta prima ejus ſyllaba in finem praecedentis verſus, detractoque in ſcanſione pronomine *tuo.* quod ſubditicium putamus, & tamen ob reverenciam omnium librorum, in impreſſione retinemus. aliter hi duo verſus adeo impediti, ſunt, ut non facile cujus ſint generis, agnoſcatur. FAERNUS.

Quanto ſatiuſt te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo. Omnino ſubditicium eſt illud *Tuo:* nec major reverentia Librariis habenda eſt, quam auctori atque arti. Monet autem Donatus, pro *Animo amoveas* v. 7. legi etiam *Corde ejicias.* Sane perplacet haec lectio. *Ejicere* majus eſt quam *Amovere*, & *Corde* aptius quam *Animo.* Eun. II, 2. 16.

Ejiciunda *hercle haec eſt mollities animi.*

Hec. III, 2, 12. *Et cura* ex corde *exceſſit.*

Ceterum eſt qui illud *Tuo* non ejicit, ſed ſequenti verſui apponit, hoc modo:

Qui iſtum amorem ex animo amoveas
Tuo, quam id loqui quo magis lubido fruſtra
incendatur tua.

Et ob hoc ſe magnifice effert, quaſi primus dederit lectionem dehinc ab omnibus tenendam.

Digitized by Google

Facile ómnes, cum ualémus, recta cónsilia aegrotís damus.
Tu si híc sis, aliter cénseas. B. *age age, út lubet.* C. *set Pámphilum*
Video. ómnia experíri certumst príus quam pereo. B. *quid hic agit?*
C. *Ipsum húnc orabo: huic súpplicabo: amórem huic narrabó meum:*
Credo ímpetrabo, ut áliquot saltem núptiis prodát dies,
Intérea fiet áliquid, spero. B. *id áliquid nihil est.* C. *Byrria,*
Quid tíbi uidetur? ádeon' ad eum? B. *quíd ni? nihil ut ímpetres,*
Ut te árbitretur sibi paratum moéchum, si illam dúxerit?
C. *'Abin hinc in malám rem cum suspícione istác, scelus?*
P. *Charínum uideo. sálue.* C. *o salue. Pámphile,*
'Ad te aduenio, spém, salutem, cónsilium, auxilium éxpetens.
P. *Néque pol consili locum habeo, néque ad auxilium cópiam.*

dam. Haud vidi magis. Haec praeclara istius correctio octonario pleno Iambicum subjicit, prorsus contra artem &, si aurem quis consulat, ipsius Rythmi & Muficae rationes. Octonarios semper excipit Trochaicus, numquam Iambicus.

10 *Tu si hic sis, aliter sentias.* Non *Hic* dumtaxat *Ego*; sed adverbialiter, *Meo loco*. Lege autem *Aliter censeas*; hoc est Putes, existimes; non *Sentias* quod est Percipias, intellegas. Sic Adelp. V, 8, 5. *Haut aliter censeo.*

15 *Quid ni? si nihil impetres.* Unus ex noftris, *Quid nisi? ut nihil impetres*: duo, *Quid nisi? nihil ut impetres*, ubi *Ut* eft *Etsi*, *Quamvis*, ut paſſim; *Quid nisi* idem ac *Quidni*. Feſtus; Quid nisi *usurpaviſſe antiquos teſtis eſt Afranius in Epiſtula:*

A. *Me auctore, mater, abſtinebis?* B. *Quid niſi?*

Afranius Terentio noſtro erat natu minor. Hic tamen numeroſius *Quidni*.

17 *Abi hinc in malam crucem cum ſuſpicione iſtac ſcelus.* Libri Vaticanus & Victorianus, *Abin hinc*, licet deinde ex *abin*, abraſum utrobique ſit, n. praeterea hi duo, & alii omnes fere l. s. *in malam rem* habent. qua lectione admiſſa verſus, qui aliter ſtare non poteſt, eſt trochaicus catalecticus. FAERNUS. Ex noſtris quattuor tantum *Abi*: nullus vero *Crucem*.

18 *Charinum video: salve.* C. *o salve, Pamphile.* Alia vis & virtus orationis erit, ſi ſic diſtinxeris; O *ſalve. Pamphile, Ad te advenio.* Elata voce pronuntiandum eſt, *Pamphile.*

'Ad te venio, spém, salutem, auxilium, consilium éxpetens. Aliqui libri ſcripti, & in iis antiqui, & Priſcianus, *Ad te advenio.* 19
FAERNUS.
Quanto melius ordine paulum immutato,
'Ad te advenio, spem, salutem, cónsilium, auxilium expetens.
Ut ſpes minus eſt ſalute, ita conſilium auxilio. Deinde commotius pronuntiatur. Poſtremo idem ordo eſt in reſponſione, verſu ſequente.

Neque pol consiliis locum habeo. O. l. s. & Donatus & Eugraphius *consilii*. & ita Robertus Stephanus impreſſit. FAERNUS. 20
Néque pol consilii locum habeo, néque auxílii cópiam.
Muretus, ut evitetur hiatus iſte in *Neque*, ſic legendum cenſuit, mutato ordine;
Neque pol auxilii locum habeo, neque consilii copiam.
Sed codices univerſi contra obnituntur. Majore nimirum morbo laborat hic verſus, cui medicinam mox faciam; ubi rem huic opinor ſaeculo novam narravero. Utcumque verba diſponas; vel *Auxilii* vel *Conſilii* quattuor ſyllabis conſtabit. Atqui veteres in nominibus ſubſtantivis, exeuntibus in *ius* vel *ium*, ſemper Genitivos caſus *i* ſimplici efferebant; numquam *Auxilii, Conſilii, Imperii, Negotii*; ſed *Auxili, Conſili, Imperi, Negoti*. Ego vero a puero diu credidi, ut didiceram, hujuſmodi Genitivos per contractionem fieri; & idcirco tali apice ſignatos vidi, *Imperî, Conſilî*. Poſtea ſuſpicio mihi incidit, rem aliter ſe habuiſſe. Diutina autem obſervatione facta, de plano affirmare auſim, neminem ex

Digitized by Google

Sét istuc quidnamst? C. *hódie uxorem dúcis?* P. *aiunt.* C. *Pámphile,*
Si íd facis, hodié postremum mé uides. P. *quid ita?* C. *ei mihi,*
Véreor dicere: huic dic quaeso Býrria. B. *ego dicám.* P. *quid est?*
B. *Spónsam hic tuam amat.* P. *né iste haut mecum séntit. ehodum dic mihi:*
Númquidnam ampliús tibi cum illa fuít Charine? C. *ah, Pámphile,*
Níl. P. *quam uellem.* C. *núnc te per amicítiam et per amorem óbsecro,*
Príncipio ut ne dúcas. P. *dabo equidem óperam.* C. *set si id nón potest,*
Aút tibi nuptiae haéc sunt cordi. P. *cordi?* C. *saltem aliquót dies*
Prófer, dum proficíscor aliquo, né uideam. P. *audi núnc iam:*
'Ego Charine neútiquam officium liberi esse hominis puto,
Cum ís nil mereat, póstulare id grátiae adponi sibi.
Núptias effúgere ego istas málo, quam tu adipíscier.
C. *Rédduxti animum.* P. *núnc si quid potes aút tute, aut hic Býrria,*

veteribus duplicem *i* in Genitivis illis usurpasse; non Virgilium, non Horatium, non priorum Poetarum quemquam; ne semel quidem: si quid aliter nunc feratur, mendosum esse; sicut Ennii illud apud Ciceronem de Senectute,

O Tite, siquid ego adjuro curamve levasso,
Ecquid erit pretii.

Codices quippe alii *praemi* habent; quae vera lectio est. Primus ex Poetis qui hodie extant Propertius bis vel ter, Ovidius saepissime, & post eum alii omnes geminum *i* usurpant. Sub Augusti scilicet senescentis aetate mutatio ista facta est. Egomet ergo fallebar, cum in Horatii Serm. I, 4, 70. ederem,

Non ego sim Caprii *neque Sulci?*

Nunc reponi velim *Capri:* tum enim hoc, quod nunc alios doceo, ipse nesciebam. Quod si in Poetis ubique hoc obtinuit; quis dubitet quin idem obtinuerit in oratione soluta? Cicero itaque sic semper locutus est: quod maxime attendendum est eis, qui numeros oratorios cupiunt intellegere. Nigidius Figulus, Romanorum a Varrone doctissimus, apud Gellium XIII, 24. *Voculatio*, inquit, *qui poterit servari? si non sciemus in nominibus, ut* Valeri, *interrogandi sint an vocandi. Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima; deinde novissima dejicitur. At in casu vocandi summo tono est prima, deinde gradatim descendunt.* Explicante ibidem Gellio, *Voculatio* apud Nigidium est, quem Accentum nos dicimus; *Casus interrogandi*, quem nos Genitivum. Ergo Nigidii aetate, qui post Augustum natum vixit, a Nominibus in *ius* nulla erat distinctio Vocativi & Genitivi, nisi solo accentu: A recto *Valerius*, Vocativus *Váleri*, Genitivus *Valéri* pronuntiabatur. Ad hanc faciem ubique Terentius, *Gaudi, fili, vidi, preti* genitivos facit. Quid igitur deversu hoc fiet? Duo ex codicibus mihi visis, Petrensis & Regius sic habent,

neque ad auxiliandum *copiam.*

at Eugraphius sic:

neque ad auxilium copias.

Lege igitur sine controversia,

Néque pol consili locum habeo, neque ad auxilium cópiam.

Sed si id non potes. Quid sodes id, quod non potes? *non potes non ducere.* Hocine placet? Veteres quaedam Editiones *Potest.* Donatus: *Deest* Fieri: *& hoc ad patrem retulit.* Apparet hunc legisse *Potest:* alioqui non deest *Fieri*, sed *Facere.* Recte: passim enim apud Nostrum & Plautum *Potest* perinde venit ac *Possibile est:* & saepe hic Librarii peccarunt, *Quantum potes*, pro *potest.* 27

Aut tibi nuptiae hae sunt cordi. Maluit, opinor, noster hic, ut alibi, *Nuptiae haec*; ut vitetur Homoeoteleuton. Sic IV, 1, 32. 28

Haec nuptiae non apparabantur mihi.

Officium esse liberi puto. Deest dictio *hominis*, quae in omnibus est l. s. & in plerisque ita collocata, *Officium liberi esse hominis puto*; quo modo etiam melius procedit trochaicus. liberi autem hominis intelligendum non ejus modo 30

Fácite, fingite, ínuenite, efficite qui detúr tibi:
'Ego id agam, qui míhi ne detur. C. *ſát habeo.* P. *Dauum óptume*
Video: cuius conſílio fretus ſum. C. *át tu hercle haut quicquám mihi;*
Níſi ea, quae nil ópus ſunt ſciri. fúgin hinc. B. *ego uero ác lubens.*

ACTUS II. SCAENA II.

DAUUS. CHARINUS. PAMPHILUS.

D. *DI' boni, boná quid porto? ſét ubi inueniam Pámphilum,*
'Ut metum quo in núnc eſt adimam, atque éxpleam animum gaúdio?
C. *Laétus eſt neſcío quid.* P. *nihil eſt: nóndum haec reſciuít mala.*
D. *Quem égo nunc credo, ſí iam audierit ſíbi paratas núptias,*
C. *Aúdin tu illum?* D. *tóto me oppido éxanimatum quaérere.*

modo qui non eſt ſervus, ſed & qui nobilitate & bona exiſtimatione inter ſuos cives cenſetur. Juvenalis:

Tu tibi liber homo: & regis conuiua videris,
Captum te nidore ſuae putat ille culinae.

Cicero libro primo officiorum: *Nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.* FAERNUS. Ita noſtri univerſi.

31 *Cum is níl promeréat póſtulare id grátiae adponí ſibi.* Iambicus hic inter tot Trochaicos non ſatis belle incedit. Lege,

Cum is nil mereat, poſtulare &c.

Donatus: Mereri *eſt aliquid mercedis pro labore ſumere; ut cum dicimus, Nihil meretur.* Satis hinc apparet Donatum *Mereat* hic legiſſe. Servius ad Aeneid. VI, 664.

Quique ſui memores alios fecere merendo,

hunc Terentii locum citat: unde & hunc quoque ſic legiſſe conſtat; licet Editiones ibi *Promereat.*

33 *Réddidiſti ánimum: Nunc ſi quid potes aút tu aut hic Byrria.* Duplex hic erratum eſt. Primo *Tu* non poteſt non elidi; cum extra Ictum ſubſidat. Deinde *Reddidiſti* perperam incipit a pede Cretico. Pro *Reddidiſti* codex noſter Petrenſis *Reddixti:* unde naſcitur certa emendatio:

Rédduxti animum. Núnc ſi quid potes aút
tute *aut hic By'rria.*

Reduxiſti animum; plane ut Hec. III, 2, 12.

Iſtoc verbo animus mihi redít, & cura ex corde exceſſit.

& And. III, 3, 27. [*diam.*

Redducunt animum aegrotum ad miſericor-

Plautus Epid. IV, 1, 42.

Remigrat animus nunc demum mihi.

Horatius quidem Carm. I, 16.

Fias recantatis amica
Opprobriis, animumque reddas.

& I, 19. *Finitis* animum reddere *amoribus:* Sed longe alio ſenſu. *Reddere animum* eſt In gratiam redire: quod ad hunc Noſtri locum nihil facit. *Redduco* ſemper apud Terentium prima longa, *d* geminato.

Efficite qui detur tibi; 36
Ego id agam, mihi qui ne detur. Quanto melius, ut *Mihi* ſub Ictum veniat? *Ego id agam, qui mihi ne detur.*

Niſi ea quae nihil opus ſunt ſcire. Unus 37
ex noſtris, *Opus* EST. Certe alterutrum legendum eſt, aut *opus eſt ſcire*, aut *opus ſunt ſciri.* Poſterius placet.

'Ut metum ín quo núnc eſt ádimam. Sic 2
omnes Scripti, & bis ad Virgilium Servius. Vides tamen, ut *Metum* in Theſi totum ſubſidat, ut exaudiri vix queat. Repone,

Ut metúm quo in nunc eſt adimam.

Quo in pro *In quo:* & ſimilia veteribus familiariſſima. Plautus Curc. IV, 1, 6.

Commonſtrabo. quo in *quemque hominem facile inveniatis loco.*

In Plauto haec manent: in Terentio puerorum gratia Magiſtri immutabant.

Sét ubi quaeram? quó nunc primum inténdam, C. *ceſſas ádloqui?*
D. *Hábeo.* P. *Daue: adés. reſiſte.* D. *quís homoſt, qui me? o Pámphile,*
Te ípſum quaero. eugé Charine: ambo ópportune: uós uolo.
P. *Dáue, perii.* D. *quín tu hoc audi.* P. *intérii.* D. *quid timeás ſcio.*
C. *Méa quidem hercle cérte in dubio uítaſt.* D. *et quid tú, ſcio.*
P. *Núptiae mi.* D. *etſí ſcio?* P. *hodie.* D. *optúndis, tametſi intélligo?*
'Id paues, ne dúcas tu illam: tu aútem, ut ducas. C. *rém tenes.*
P. *'Iſtuc ipſum.* D. *atque íſtuc ipſum níl pericli eſt: mé uide.*
P. *'Obſecro te, quám primum hoc me líbera miſerúm metu.* D. *hem,*
Líbero: tibi uxórem non dat iám Chremes. P. *qui ſcís?* D. *ſcies.*
Túus pater me módo prehendit: aít tibi uxorém dari

6 *Sed ubi quaeram? aut quo nunc primum intendam? Ceſſas adloqui? Abeo.* Donatus ad locum: *Habeo*, inveni: legitur & *Abeo*. Noſtri quidem codices *Abeo:* ſed illud alterum praetulerim, *Habeo*. Porro Sex ex noſtris meliores non agnoſcunt illud *Aut*. Lego igitur & diſtinguo:

Set ubi quaeram? quo nunc primum intendam, C. *Ceſſas adloqui?* D. *Habeo.*

Continuatur oratio, *Quo nunc primum intendam, habeo:* quam Charinus interloquendo mediam interſecat.

3 *Te ipſum quaero, euge o Charine ambo opportune vos volo.* Nec Donatus, nec l. s. habent *o*, interjectionem, & ſtat verſus omittendo facere ſynaloepham, in *teipſum*, vel diſſolvendo diphthongum in *quaero*. FAERNUS.

Noſtri quoque omnes, *Euge Charine* ſine *o*. Sed taedet ineptiarum iſtarum: *Te ipſum* ſine Synoloepha, *Quaëro* triſyllabum. Huc redactus eſt Faernus, quia *Euge* poſteriorem corripere putabat. Graece quidem Εὖγε: ſed Latinis *Euge* ambiguum, ut *Atat*, & alia ejuſmodi pro lubitu pronuntiantis. Plaut. Merc. III, 4, 41. [Eugé *papae.*

Di ſciunt culpám meam iſtanc nón eſſe ullam. & Aſin. III, 2, 9.

Vi púgnando perjúriis noſtris eugé *patiti.*

Ceterum Chariſius p. 96. & Servius ad Aen. XII, 342. in exemplis & hoc adducunt: *Amba opportune vos volo:* unde probent *Ambo* aeque ac *Ambos* accuſativi eſſe caſus. En tibi acumen Grammaticum? Immo caſu hic recto: *ambo opportune*, i. e. adeſtis; ut recte hic Donatus. Quo enim ſenſu dicas, ut iſti voluerunt, *opportune volo?*

P. *Dave perii.* P. *interii.* Haec verba Charino Donatus adſcribit: & bene. FAERNUS. 9

Itane vero? *Bene* hoc Donatus, te judice? Atqui omnes codices Pamphilo tribuunt, non Charino. Quippe abſurdum fuerit, Priores vel in amore vel metu partes Charino dare: abſurdum quoque, Davum prius Charinum compellare *Quid timeas ſcio*, quam herilem filium Pamphilum. Nam quod Nugator ille, (ſine dubio non hic Donatus) philoſophatur, ſi dis placet; Pamphilum plus feciſſe, *perituram ſe eſſe* dicendo, quam Charinum *ſe interiiſſe*; Pamphilum jusjurandum addidiſſe, *Hercle certe*; quo innuit illud Charini *Interii* falſum eſſe: dignus profecto eſt, qui ſua ſibi ferula vapulet, & inter cathedras diſcipulorum perpetuo ploret.

Mea quidem hercle. Donatus his addit adverbium, *certe*, & tres libri vetuſtiores. *Et tu quid ſcio.*] Iidem libri, *& quid tu.* FAERNUS. *Certe* etiam meliores ex noſtris; item *Quid tu.* 10

Et id ſcio. Affirmat Donatus etiam legi *& ſi ſcio*, & ita habent omnes vetuſtiores libri. FAERNUS. 11

Noſtri partim *Et id ſcio*, partim *Etſi ſcio.* Sed memorare hoc non ſatis erat; quid interſit, dictum oportebat. Neceſſario hic legendum, *Etſi ſcio.* Dixerat Davus, *Quid timeas, ſcio*; Nuptias ſcilicet. Si idem, Pamphilo dicente, *Nuptiae mihi*, reſpondeat *Et id ſcio*; ſequetur, ut praeter nuptias aliquid aliud timuerit Pamphilus: quod falſum.

Uxorem tibi jam non dat. Iidem libri vetuſtiores & aliqui alii, & Donatus ita collocant. 15

Hódie; item alia múlta, quae nunc nón eſt narrandi locus.
Cóntinuo ad te próperans percurro ád forum, ut dicám tibi haec:
'Ubi te non inuénio, eſcendo in quéndam ibi excelſúm locum.
Circumſpicio. núſquam es: ibi forte húius uideo Byrriam;
Rógo: negat uidiſſe. mihi moléſtum. quid agam, cógito.
Rédeunti interea éx ipſa re mi íncidit ſuſpício: hem,
Paúlulum obſoni: ípſus triſtis: de ínprouiſo núptiae:
Nón cohaerent. P. *quórſumnam iſtuc?* D. *égo me continuo ád Chremem*
Cum íllo aduenio: ſólitudo ante óſtium: iam id gaúdeo.
C. *Récte dicis.* P. *pérge.* D. *maneo: intérea introire néminem,*
Vídeo, exire néminem: matrónam nullam in aédibus,

cant, *tibi non dat jam.* FAERNUS.

Ita & noſtri; niſi quod unus ex Regiis numeroſius, *Libero: tibi uxorem non dat jam Chremes.* Porro in iſtis, *Qui ſcis? Scio. Tuus pater modo.* Nonne inutile eſt iſtud *ſcio?* non enim reſpondet interrogationi; quae non eſt *An ſciret*, ſed *Quomodo ſciret?* Codex Collegii Corp. Chriſti *ſcio* in textu quidem habet, ſed pro varia lectione *Scies.* Egregie & vere. Scies, qui ego ſciam. Quin & ſic Donatus, ut ex nota ejus conſtabit. *Scio. Praeparatio eſt auditoris ad narrationem.* Atqui *ſcio* non promittit narrationem: ſed *Scies.* ſupra I, 1, 89. *Quid id eſt? Scies.*

16 *Tuus pater modo me prehendit: ait tibi uxorem dare ſe.* O. l. s. *dare ſeſe.* ita erit trochaicus acatalecticus. FAERNUS.

In uno Noſtro locum mutat *ſeſe*, *Uxorem ſeſe dare:* in altero primariae notae codice non comparet illud *Seſe:* quod ſane in verſu redundat. Praeterea duo codices rotundius, *Tuus pater me modo prehendit.* Verſum integrum ſic conſtitue:

Tuus pater me modo prehendit: ait tibi uxo- [*rem* dari.
ut ſupra I, 2, 20.
Omnes qui amant, graviter ſibi dari uxorem *ferunt.*

19 *'Ubi te non invénio, ibi áſcendo ín quendam excelſúm locum.* A duobus noſtris abeſt *ibi.* At ſentis, opinor, quanto cum pondere, quanto molimine hic verſus ſe inferat, *áſcendo ín quendam excelſum.* Auget hoc ὁ Νῦν, qui tolli cupit *ibi*, &, in *Invenio* ſynaloepham omitti: *Ubi te non invénio, áſcendo.* Non jam dico hoc Artis non eſſe: ſed ipſe ſentica, ſi illi ponderi hic hiatus accedat, minoris pene operae eſſe locum excelſum aſcendere, quam hunc verſum pronuntiare. An forte dices captaſſe hoc Poetam? haud exiſtimo. Non enim Mons aliquis in foro eſſe potuit, ſed mollis quidam Clivus. Vide vero, an pondus iſtud ſic commode amoliar:

'Ubi te non invénio, eſcendo in quéndam ibi excelſúm locum.

Eſcendo codex vetus Gayeto viſus: magis ex vetere conſuetudine.

Circumſpicio: nuſquam: forte ibi hujus video Byrriam. Donatus: *Nuſquam, deeſt Vidi.* Immo & plus deeſt; *quem* enim vidit? Pro *Forte Ibi* tres ex noſtris *Ibi forte.* Spondeo, ſic ab auctoris manu eſſe. 20

Circumſpicio; nuſquam es: ibi forte hujus video Byrriam.

Nuſquam es; ut infra IV, 4. 4.

Nuſquam eſt: vae miſerae mihi;
Reliquit me homo, atque abiit.

Eun. III, 4. 5. *Homo ipſe nuſquam eſt.*

Cum illo advenio. O. l. s. Donatus, *cum illoc.* FAERNUS. 25

Atqui *Illo* priſcae editiones mihi viſae. Et ſic veterrimus Plauti codex paſſim, ut Amph. II, 1, 56.

Quid igitur? Prius múlto ante aedes ſtábam, quam illo advéneram.

Video exire neminem; matronam nullam. in aedibus Nihil ornati. Ita Faernus, & quantum ſcio omnes alii diſtinguunt. Atqui, cum prius dixerit *neminem* omnino introire vel exire, fruſtra additur, *matronam nullam* introire. 27

Nil ornati, nil tumulti. accessi: intro aspexi. P. *scio.*
Magnum signum. D. *num uidentur conuenire haec nuptiis?*
P. *Non, opinor, Daue.* D. *opinor, narras? non recte accipis.*
Certa res est. etiam puerum inde abiens conspexi Chremi
'Olera et piscículos minutos férre in cenam obolo seni.
C. *Liberatus sum hodie, Daue, tua opera.* D. *ac nullus quidem.*
C. *Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat.* D. *ridiculum caput,*
Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere:
Nisi uides, nisi senis amicos oras, ambis. C. *bene mones.*
'Ibo: etsi hercle saepe iam me spes haec frustratast. uale.

ACTUS II. SCAENA III.

PAMPHILUS. DAUUS.

P. *QUI'D igitur sibi uolt pater? cur simulat?* D. *ego dicam tibi.*
Si id suscenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes,
'Ipsus sibi esse iniurius uideatur: neque id iniuria:
Prius, quam tuum, ut sese habeat, animum ad nuptias perspexerit.
Set si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:
Tum illae turbae fient. P. *quiduis patiar.* D. *pater est, Pamphile.*

troire. Non opinor dicent, *Neminem* de viris dici: si meminerint III. 2, 26.

Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic.

Distinguent spero posthac in hunc modum.

Video exire neminem. matronam nullam in
Nihil ornati, nihil tumulti. [*aedibus,*

Nulla erat ibi ex vicinis & cognatis matrona, quae sponsam ornaret: sola domi sedebat cum ancillis virgo Philumena.

Conveni puerum ferre olera? Et tamen solus, quod sciam, Guyetus hoc animadvertit: qui tamen pro solita temeritate & audacia sequentem versum jugulat, ut huic versui medicetur. Atqui levi manu facile & certo sanatur locus: [spexi *Chremi.*

Certa res est. etiam puerum inde abiens con-
Conspexi puerum ferre; ut Hec. III. 2, 17.
Sed eccum, video ipsum egredi.

31 *Puerum inde abiens conveni Chremis.* Donatus: *Sic Chremi, ut Ulixi, & Achilli.* Contra Valerius Probus p. 1465. *Chremes, Chremis, vel Chremetis: Terentius: Puerum conveni Chremis.* Et eadem rursus habet p. 1468. Consentius quoque p. 2050. *Quaedam duplici modo declinantur, ut Jubeo Chremetem: & postea, etiam puerum inde abiens conveni Chremis.* Cuinam ex his magistris auscultabimus? Donato, opinor. Sic enim Noster Heaut. V, 5, 21. *Archonidi hujus filiam.* Ubi Codices omnes, ut hic *Chremis*, ita illic, excepto Bembino, *Archonidis.* Sed mirum profecto est, & Magistros illos & codices nostros *Conveni* hic agnoscere. Quod, quaeso, Sermonis genus est,

'Olera ac piscículos minutos férre obolo in ce- 32
nam seni. Obolo, quod hic emphasin habere debet, totum in Thesi latitat. Erigetur, si ordinem sic mutaveris:

'Olera ac piscículos minutos férre in cénam
oboló seni.

Si hoc, ut est, melius vulgato est; ne dubites, quin sic dederit Auctor, artificum omnium summus.

Liberatus sum Dave, hodie, tua opera. At 33
nullus quidem. O. l. s. *hodie Dave:* non *Dave hodie.* Et *Ac* non *At.* FAERNUS.

Tres ex nostris *Dave hodie*; omnes *At nullus.* Priscianus quoque utrumque habet, p. 1015.

Digitized by Google

Difficileſt. tum haec ſólaſt mulier. dictum ac factum inuénerit
Aliquam cauſam, quámobrem eam oppido eíciat. P. *eiciat?* D. *ác cito.*
P. *Cédo igitur quid fáciam, Daue?* D. *díc te ducturum.* P. *hém.* D. *quid eſt?*
P. *Egon' dícam?* D. *our non?* P. *númquam faciam.* D. *né nega.*
P. *Suadére noli.* D. *ex eá re quid fiát, vide.*
P. *Ut ab ílla excludar, húc concludar.* D. *nón itaſt.*
Nempe hóc ſic eſſe opínor: dicturúm patrem,
Ducás volo hodie uxórem: tu, ducam, ínquies:
Cedo quíd iurgabit técum? hic reddes ómnia,
Quae núnc ſunt certa ei cónſilia, incerta út ſient,
Sine omní periclo: nam hóc haut dubiumſt, quín Chremes
Tibi nón det gnatam. néc tu ea cauſa mínueris
Haec quaé facis, ne is mútet ſuam ſenténtiam.
Patrí dic velle: ut, cúm uelit, tibi iúre iraſci nón queat.
Nam quód tu ſperes, própulſabo fácile; Uxorem his móribus
Dabit némo. inueniet ínopem potius, quám te corrumpí ſinat.
Set ſí te aequo animo férre accipiet, néclegentem féceris:
Aliam ótioſus quáeret: interea áliquid acciderít boni.
P. *Itan crédis?* D. *haut dubium íd quidemſt.* P. *uide quó me inducas.* D. *quín taces.*
P. *Dicám. puerum autem né reſciſcat mí eſſe ex illa, cáutio eſt:*

1015. ubi hoc exemplum dat, *Nullus* dici pro *Minime*. Putſchius quidem edidit *At*; ſed ſcripti, quos vidi, *Ac*. Ceterum iſta cujuſdam conjectura, quae in tanta laetitia jocante Davo *Ah* pro *Ac* ſubſtituit, nec rebus nec tempori convenit: prorſus eſt ἀπροσδιόνυσος.

2 *Quia non det tibi uxorem Chremes.* Complures libri, *dat*. FAERNUS. Noſtri omnes *Det*: & ad ſententiam rectius eſt.

8 *Aliquam cauſam, quamobrem eiciat oppido. Eiciat? Cito.* Sic a Faerno eſt; & ſic codices *Eiciat*. Sl, ut quidam facit, utrobique ſcribis *Ejiciat*; prius acuet ſecundam ſyllabam *Ejiciat*, poſterius primam *Ejiciat*: atqui in repetitione numquam mutatur accentus. Repono igitur,

Aliquam cauſam, quamobrem eam oppido eíciat. Eíciat? Ac cito.

Eiciat triſyllabon, ut Virgilius. *A flumine reice capellas. Ac cito*, ut Heaut. IV, 5, 15.

Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens. Eun. V, 9, 55. *Recipimus. Ac libenter.* V, 3, 6. *Cognoſcitne? Ac memoriter.* Plautus Epid. I. 1, 28.

Pol illa ad hoſtis transfugerunt. Armam'? Atque quidem cito.

Eam abſorptum a praecedente *am*, *Ac* ab *at*.

Sine omni periculo. Niſi legas *periclo*, & ex *omni m* elidas, impeditus eſt verſus. FAERNUS. 17

Nam quod tu ſperas. Liber Vaticanus & Donatus, *ſpores*. FAERNUS. Ita & ex noſtris veterrimus. 21

Dabit nemo. inveniet inopem potius quam te corrumpi ſinat. Ex *dabit* elidetur ut ſit anapaeſtus in prima. ſi quis tamen contrahere velit, τὸ *potius* in pyrrichium, non repugno. FAERNUS. Apage Pyrrichium iſtum *Potius*: *Dabit* ex more ultimam corripit, in verſus initio. 22

Aliam otioſus quaeret. O. l. s. & Donatus *alia*. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Alia*. Rectum tamen eſt *Aliam*; cum dote ſcilicet; non ut v. 22. *Inopem inveniet*. 24

Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa cautio eſt. Mihi magis placet *ex illa*, quod 26

in

Nam póllicitus ſum ſúſcepturum. D. *o fácinus audax.* P. *hánc fidem*
Sibi me óbſecrauit, quí ſe ſciret nón deſertum iri, út darem.
D. *Curábitur. ſet páter adeſt. caue, té eſſe triſtem ſéntiat.*

ACTUS II. SCAENA IV.

SIMO. DAUUS. PAMPHILUS.

S. *REUI'SO quid agant, quídue captent cónſili.*
D. *Hic núnc non dubitat, quín te ducturúm neges.*
Venít meditatus álicunde ex ſoló loco:
Orátionem ſpérat inuenísſe ſe,
Qui díſſerat te: proín tu fac aput té ut ſies. 5
P. *Modo ut póſſim, Daue.* D. *créde inquam hoc mihi, Pámphile,*
Numquam hódie tecum cómmutaturúm patrem
Unum éſſe uerbum, ſí te dices dúcere.

ACTUS II. SCAENA V.

BYRRIA. SIMO. DAUUS. PAMPHILUS.

ERUS mé relictis rébus iuſſit Pámphilum

in multis libris, praeſertim antiquioribus, legitur. FAERNUS. Sane omnes noſtri *Ex illa.*

2 *Qui ſe ſciret non deſerturum.* Recte vetus Mureti codex *Deſertum iri.* Alioqui ſententiae deeſt *Me: ſciret me non deſerturum ſe.* Plautus Caſ. III, 5. 56.

Ni ſéſe ſciát villico non datum íri.

1 *Reviſo quíd agant, aút quid cáptent cónſili.* Attende ſodes, ut prius *Quid* in Arſi ſit, ut oportet: alterum vero in Theſi: Scripſit Auctor.

Reviſo quíd agant, quídve captent conſili.

Eun. II, 3, 12.

Quid tu es triſtis? quídve es alacris?

Infra IV, 4, 9. [*adtulit?*

Eho, Myſis, puer hic unde eſt? quiſve hunc

5 *Qua differat te.* Libri Baſilicanus & Decurtatus, *qui differat.* & ita etiam in Victoriano & Vaticano emendatum. FAERNUS. Duo tantum e noſtris *Qua:* ceteri *Qui.*

6 *Modo ut poſſim.* Hic verſus ita legi debet addita dictione *Daue,* ex o. l. s. & Donato,

Modo ut poſſim Dave. D. *crede inquam hoc*
mihi Pamphile.

Eliditur, *t* ex *ut.* FAERNUS. T nec eliditur, nec elidi poteſt: tota vero ſyllaba corripitur, ſequente licet conſonante.

Scirem, ut propterea nunc hunc venientem ſequor. Unus ex noſtris *Huc;* & mihi quidem pro certo eſt auctorem hujus verſus dediſſe *Huc.* Sed totum a mala manu ſuppoſitum eſſe, ſtatim evincam. Dicit Byrria, ſe Pamphilum ſequi *huc* (id eſt, in Scenam) venientem. Atqui Pamphilus, ex quo Byrria *fugere* juſſus eſt II, 1, 37. nuſquam pedem ex Scena moverat. Nunc & cauſam Interpolationis indicabo. Priores duo verſus ſic in omnibus libris feruntur: 3

Herus me relictis rebus juſſit Pamphilum
Hodie obſervare, ut quid ageret de nuptiis.

In hac lectione ſententia, ut vides, mutila & manca eſt: quam idcirco de ſuo aliquis, ut nunc habetur, integrabat. Atqui, non additione, verum correctione opus erat: quam hic praeſto.

Hodie obſervarem, *quid ageret de nuptiis.*

Apparet ex *m* natum eſſe *ut:* quia *juſſit facere* vulgatius eſt quam *juſſit facerem.* Eun. IV, 4, 25.

Digitized by Google

Hodie obſeruarem, quíd ageret de núptiis.
[Scirem: id propterea nunc hunc uenientem ſequor.]
Ipſum ádeo praeſto uídeo cum Dauo: hóc agam.
S. *Utrúmque adeſſe uídeo.* D. *hem, ſerua.* S. *Pámphile.*
D. *Quaſi de ínprouiſo réſpice ad eum.* P. *ehém pater.*
D. *Probe.* S. *hódie uxorem dúcas, ut dixí, uolo.*
B. *Nunc nóſtrae timeo párti quid hic reſpóndeat.*
P. *Neque iſtíc, neque alibi tibi erit uſquam in mé mora.* B. *hem.*
D. *Ommútuit.* B. *quid díxit?* S. *facis ut té decet,*
Cum iſtúc quod poſtulo ímpetro cum grátia.
D. *Sum uérus?* B. *erus, quantum aúdio, uxore éxcidit.*
S. *I núnc iam intro; ne ín mora, cum opus ſít, ſies.*
P. *Eó.* B. *nullane in ré eſſe cuiquam hominí fidem?*
Verum íllud uerbumſt, uólgo quod dicí ſolet,
Omnís ſibi eſſe béne mauelle, quam álteri,
Ego, cum íllam uidi, uírginem formá bona
Meminí uidere: quo aéquior ſum Pámphilo,
Si ſé illam in ſomnis, quam íllum, amplecti máluit.
Renúntiabo, ut pro hóc malo mihi dét malum.

IV, 4. 25. *jube mi denuo reſpondeat.* And. I, 1. 142. Obſerves *filium*, Quid agat, *quid cum illo conſili capiat.* *Obſerves quid agat*; non *Obſerves*, ut ſcias *quid agat.* Videſne jam verſum hunc ſpurium non re modo peccare, ſed oratione ſupervacua & inerti?

8 *Nunc noſtrae parti timeo.* O. fere l. s. ita collocant, *nunc noſtrae timeo parti.* FAERNUS. Sic & noſtri plerique omnes.

9 *Tibi uſquam erit.* Neſcio, qui hoc intactum praeterierit Faernus: cum omnes fere noſtri rotunde legant, *Tibi erit uſquam:* illud autem alterum metri legem violet.

14 *Eó. Nullane in ré eſſe hominí cuiquam fidem.* Sentiſne Ictum in ultimam tñ *Homini* perperam incidere, quippe in medio verſu? Veteres quaedam Editiones *Cuiquam hominum.* Codex Petrenſis, *Cuiquam homini.* Placet. Plautus enim & Noſter ſaepe habent, *Homo quiſquam* & *Quiſquam homo.*

16 *Omnes ſibi melius malle eſſe quam alteri.* Nullum fere librum invenias hac collocatione verborum, ſed pleroſque ea, quae infra ſcripta eſt, *Omnes ſibi eſſe melius malle, quam alteri.* Vaticanus & Baſilicanus,
Omnes ſibi malle melius eſſe quam alteri,
numero etiam meliore. FAERNUS.
Plerique codices cum Editionibus priſcis;
Omnes ſibi eſſe melius malle quam alteri.
Sed ſuſpicor, immo plane credo, correctores hic olim graſſatos eſſe. *Malle melius eſſe* quaſi duplex Comparativus eſt: neque *Melius eſſe* hoc ſenſu dicitur ſed *Bene eſſe.* Repono:
Omnís ſibi eſſe béne mavelle *quam álteri.*
Mavellem, Mavelim &c. Plautus paſſim; & Noſter Hec. IV, 1, 25. *Mavolo:* Cum autem Diſcipulorum cauſa *Malle* dediſſent Magiſtri: reſtabat, ut verſus cauſa *Melius* ſubſtitueretur, Noſter Adel. I, 1, 9.
Et tibi bene eſſe *ſoli, ſibi cum ſit male.*
Plautus Pſeud. 4, 7, 36.
Qui neque tibi bene eſſe *patere, & illis quibus eſt invides.*
Trin. II, 2, 71.
Quandoquidem nec tibi bene eſſe *potes pati*
& Truc. IV, 2, 31. [*nec alteri.*
Nam invidere alii bene eſſe, *tibi male eſſe, miſeria eſt.*

Ego illam vidi virginem: forma bona Memini 17
E *viuere.*

ACTUS II. SCAENA VI.

DAUUS. SIMO.

D. *HIC núnc me credit áliquam sibi falláciam*
Portáre, et ea me hic réstitisse grátia.
S. *Quid, Dáue, narrat?* D. *aéque quicquam núnc quidem.*
S. *Nilne? hém.* D. *nil prorsus.* S, *átqui expectabám quidem.*
D. *Praetér spem euenit: séntio: hoc male habét uirum.*
S. *Potin és mihi uerum dícere?* D. *ego? nil fácilius.*
S. *Num illí molestae quíppiam haec sunt núptiae,*
Propter hóspitaï hujúsce consuetúdinem?
D. *Nihil hércle: aut, si adeo, bídui est aut trídui*

videre. Distinguatur post *Vidi*, ut, *virginem* ad insequentia referatur, hoc modo. *ego illam vidi:* deinde subdatur, *virginem forma bona memini videre.* FAERNUS. Immo lege,

Ego, cum *illam vidi, virginem forma bona*
Memini videre.

Tum de distinctione non laborandum erit.

3 *Quid Davus narrat? Aeque quicquam nunc quidem.* Sic omnes codices, & diu inolevit mendum. Lego,

Quid, Dave, *narrat? Aeque quicquam nunc quidem.*

Hoc est, *Quid narrat* Pamphilus? Priore Scena v. 15. Domum ibat Pamphilus, comitante Davo: qui tamen extra ostium restitit, Pamphilo introeunte: constat hoc ex istis, *Et ea me hic restitisse gratia.* Jam sequitur v. 4. *Nihilne* narrat? *atqui expectabam quidem.* Quid iodes expectabat? Pamphilum, dum cum Davo iret, locuturum fuisse aliquid de Nuptiis. Atqui in recepta lectione; ut expectaverit Simo, Davum, dum ad ostium staret, solum secum garriturum fuisse, putidissimum est. Heaut. I, 2, 18. *Quid narrat? Quid ille? se miserum esse.*

6 *Potin és mihi verum dícere?* D. *nihil fácilius.* Prima, ut vides, Anapaesti syllaba Simonis est, duae alterae Davi. satis invenuste. Ne dubites, quin Poeta sic dederit;

Potin es mihi verum dicere? D. *ego? nil fa-*
ut Eun. I, 2, 21. [*cilius.*
Hoc primum, potin est hic tacere? P. *ego-*
ne? optume.

Num illi molestae quippiam hae sunt nuptiae. 7 Codex unus ex Regiis, *Haec.* Vetuste & vere. Vide infra IV, 1, 32. & supra I, 1, 99.

Propter hospitae hujusce consuetudinem. O. 8 l. s. quos vidimus, & Donatus, habent hanc collocationem,

Propter hújusce hospitae consuetudinem.

Utroque modo scanditur versus elisione *r*, ex *propter*, & dissolutione diphthongi in voce *hospitae.* FAERNUS.

Rectior tamen est alter ille verborum ordo.

Propter hóspitaï hujúsce consuetúdinem.

Hujúsce; non ut in recepto ordine *Hújusce*: quippe illa *ce* Paragoge accentum eo trahit. Phorm. V, 4, 8.

Hujúsce habendae: sed ubinam Getam inve-
Hec. I, 2, 97. [*nire possum?*
Horúnce: ea ad hos rediebat lege hereditas.

Ceterum *Hospitaï* edidimus; prout optimi codices apud Virgilium alioque exhibent, *Aquaï, Aurai, Terraï frugiferaï.* Nostri hic *Hospitae.*

Bidui aut tridui est. O. l. s. & Donatus, 9 *bidui est aut tridui.* ita & melius versus procedit. FAERNUS.

Etenim eam secum rem recta reputavit via. 11 Non ita habent l. s. sed hoc modo,

Etenim ipsus secum eam rem recta reputavit via:

sed senarius impeditus est, quem nos expedimus delendo dictionem, *recta:* quae nec est in libro Vaticano: nec ponitur a Donato. qui

via.

Digitized by Google

Haec ſóllicitudo: nóſti? deinde déſinet.
Etenim ípſus eam rem récta reputauít uia.
S. *Laudó.* D. *dum licitum eſt eíi, dumque aetás tulit,*
Amáuit: tum id clam: cáuit, ne umquam infámiae
Ea rés ſibi eſſet, út uirum fortém decet:
Nunc úxore opus eſt: ánimum ad uxorem ádpulit.
S. *Subtríſtis uiſuſt éſſe aliquantillúm mihi.*
D. *Nil própter hanc: ſet éſt, quod ſuſcenſét tibi.*
S. *Quidnámſt?* D. *puerileſt.* S. *quíd id eſt?* D. *nil.* S. *quin díc quid eſt.*
D. *Ait nímium parce fácere ſumptum,* S. *méne?* D. *te.*
Uix, ínquit, drachmis éſt obſonatúm decem:
Num filio uidétur uxorém dare?
Quem, inquít, uocabo ad cénam meorum aequálium

via, exponit conſilio, ratione. Nec ab Eugraphio, cujus haec verba ſunt. *Via*, id eſt *ratione:* ut Virg. *Inveni germana viam*, haec ille. Ita & M. Tullius libro de claris oratoribus, *Via*, inquit, *& arte dicere.* & ad Atticum: *Utor via.* item libro ſecundo de natura deorum: *Vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem.* FAERNUS.

Etenim ipſus ſecum *eam rem reputavit via.* Sic Faernus ex Vaticano ſuo; cui conſentit unus ex noſtris vetuſtiſſimus. Sed vereor, ne hoc Correctorum olim facinus fuerit, ut verſui conſulerent. Unus ex noſtris:

Etenim ſecum *ipſe eam rem recta reputavit via.* alter ſic.

Etenim ipſus eam rem ſecum *recta reputavit via.*

Nos hinc tollimus illud *ſecum*, quod, ut vides, toties locum mutat; magnum ſuppoſitionis ſignum: & praeterea ſententiae officit. Quippe *ipſe ſecum, Egomet mecum, Tute tecum*, notant quempiam ſolum ſine conſcio aut participe aliquid facere. Unde igitur Davus reſcivit, ſi ſolus ſecum hoc Pamphilus? Immo ſocium ſe & auctorem conſilii praedicat v. 38. *Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ega?* Jam vero *Recta via* paſſim apud Noſtrum ac Plautum: *Via* abſolute nuſquam. Et quod Donatus hic interpretetur *Via*; *Conſilio, Ratione*, id nihil refert; ſic enim exponat, etiam qui *Recta via*, hic legit. Ceterum, qui ex *Ipſus ſe* Anapaeſtum pedem facere aggreſſus eſt, non ſenſit ſe grave & plumbeum ſolum ſocco Comico ſuppegiſſe.

Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi. Aliqui libri & Donatus, *viſus eſt aliquantulum.* FAERNUS. Pro *Aliquantulum*, ut trochaeus ibi evitetur, lego,

Subtriſtis viſuſt eſſe aliquantillum mihi.

Plaut. Cap. I, 2, 34.

Foris aliquantillum etiam quod guſto, id beat.

Sed eſt quod ſuccenſet tibi. Antiquiſſimi libri hoc verbum *ſuccenſeo*, non per duo *c*, ſed per *s* & *c* habent. FAERNUS.

Nihil própter hanc rem: ſéd eſt quod ſuſcenſét tibi.

Atqui illud quod ſuccenſet, *Nimis parce facere ſumptum*, eſt *propter hanc rem*; utpote ejus pars. Lege igitur,

Nil propter hanc: ſed eſt quod ſuſcenſet tibi.

hoc eſt, propter hanc hoſpitam, hanc amicam, Glycerium. Nempe Simo id a principio interrogaverat v. 7; an hae nuptiae moleſtae eſſent Pamphilo.

Propter hoſpitaï hujuſce conſuetudinem.

III, 2, 17.

Credon tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pamphilo?

Quidnámſt? Puerileſt. Quid eſt? Nihil. Quin dic quid eſt. Non ſatis venuſte hic verſus pulpita percurrit. Codex Regius, *Quid eſt? Puerile eſt. Quidnam eſt.* Commode ad verſum. ſed repone, *Quid id eſt?*

Obſonatus eſt decem. Vaticanus & nonnulli alii, *eſt obſonatus.* FAERNUS.

Vix, inquit, drachmis eſt obſonatus decem.

Potíſſimum nunc? ét, quod dicendum híc ſiet,
Tu quóque per parce nimium. non laudó. S. *tace.*
D. *Commóui.* S. *ego iſtaec récte ut fiant uídero.*
Quid hóc eſt reii? quíd hic uolt ueteratór ſibi?
Nam ſi híc maliſt quicquam, hem íllic eſt huic reí caput.

ACTUS III. SCAENA I.

MYSIS. SIMO. DAUUS. LESBIA. GLYCERIUM.

M. *IT A pól quidem res eſt, út dixiſti, Lésbia:*
Fidélem haut ferme múlieri inueniás uirum.
S. *Ab 'Andriaſt ancilla haec.* D. *quid narrás?* S. *itaſt.*
M. *Set hic Pámphilus.* S. *quid dícit?* M. *firmauít fidem.* S. *hem.*
D. *Utinam aút hic ſurdus, aút haec muta fácta ſit.*
M. *Nam quód peperiſſet, iúſſit tolli.* S. *o Iúppiter!*
Quid ego aúdio? actumſt, ſíquidem haec uera praédicat.
L. *Bonum ingénium narras ádulescentis.* M. *óptumum.*
Set ſéquere me intro, ne ín mora illi ſís. L. *ſequor.*
D. *Quod rémedium nunc huíc malo inueniám?* S. *quid hoc?*
Adeóne eſt demens? éx peregrina? iám ſcio, ah

Duo ex noſtris libris primarii, *Eſt obſonatum.* Recte: Plaut. Bacc. I, 2, 35.
An hoc ad eas res obſonatumſt, obſecro?

24 *Tu quoque perparce nimium. non laudo. Tace.* Lege, *Per parce nimium*, hoc eſt, *Pernimium parce.* Quod ſupra v. 19. *Nimium parce* dixerat, nunc amplificat: ut Adelph. III, 4, 29.
Nimium inter vos, Demea, ac
Non quia ades praeſens dico hoc, pernimium in- [*tereſt.*
Sic & infra.
Per ecaſtor ſcitus puer eſt natus Pamphilo.
'Priſcianus v. 1070. Terentius in Andria *Poſt* 'deinde (III, 2, 3.) abundat *Poſt*. Idem in ea-'dem: *Pernimium. non laudo.* Per ſuperva-'cuum eſſe videtur: quamvis amplioris ſigni-'ficantiae cauſa poteſt eſſe. Vide & p. 1020.

26 *Quidnam hic volt veterator ſibi?* O. l. s. & Donatus, *quid hic volt.* FAERNUS.
Quid hoc rei eſt? quid hic volt veterator ſibi? Libri noſtri omnes & Eugraphius, *Hoc eſt rei.* Lege,
Quid hoc eſt reii? quid hic volt veterator ſibi.

Nam ſi híc mali eſt quicquam, hem íllic eſt 27
huic reí caput. Lege *Maliſt*; ne *Mali* totum in Theſi obſcuretur. Priſcianus p. 948. *Illicce*: unde *Illic*, quaſi Apocopa facta, in fine ſervat accentum: Terentius in Andria: *Illic eſt huic rei caput.* Sed fallitur ſummus Magiſter: *Illic* enim in hoc verſu non in fine, ſed in priore ſyllaba habet accentum. Atque ita apud Plautum; ut Aſin. II, 2, 6.
'Illic homo aedes cómpilavit, more ſi fecit ſuo. [*bariam.*
Cap. IV, 3, 1.
'Illic hinc abiit, mihi rem ſummam credidit ci-
Neque uſquam aliter: non igitur venit ab *Illicce* per Apocopam.

Ita pól quidem res éſt, ut dixti, Lésbia. 1
Donatus ad locum: *Et Dixti & Dixiſti* legitur. Duo tantum ex noſtris codicibus, *Dixiſti*: quae vera lectio eſt:
Ita pól quidem rés eſt, út dixiſti, Lésbia,
Concinnius *Res* in Arſi hic ponitur, quam illic in Theſi.

31. *Ab Andria eſt ancilla haec. quid narras?* 3
D. *itaſt.* Ita omnes ſcripti editique. Ego vero.

Vix tándem ſenſi ſtólidus. D. *quid hic ſenſíſſe ait?*
S. *Haec prímum adfertur iám mihi ab hoc fallácia:*
Hanc ſímulant parere, quó Chremetem abſtérreant.
G. *Iunó Lucina fér opem, ſerua me, óbſecro.*
S. *Hui, tám cito? ridículum: poſtquam ante óſtium*
Me audíuit ſtare, adpróperat. non ſat cómmode
Diuíſa ſunt tempóribus tibi, Daue, haéc. D. *mihin?*
S. *Num inmémores diſcipuli?* D. *égo quid narres néſcio.*
S. *Hícine me ſi inparátum in ueris núptiis*
Adórtus eſſet, quós me ludos rédderet?
Nunc huius periclo fít, ego in portu náuigo.

ACTUS III. SCAENA II.

LESBIA obſtetrix. SIMO. DAUUS.

L. *ADHU'C, Archylís, quae adſolént quaeque opórtet*
Signa éſſe ad ſalútem, omnia huíc eſſe uídeo.
Nunc prímum fac íſtaec lauét: poſt deínde,
Quod iúſſi ei darí bibere, et quántum imperáui,
Date: móx ego huc reuértor.

vero ſic verba diſtribuo. [*ras? si. itaſt.*
SI. *Ab Andria eſt ancilla haec.* DA. *quid nar-*
Quid narras Davi verba ſunt, non interro-
gantis, ſed admirantis & quaſi negantis, vel
gravate concedentis: ut Phorm. V, 7, 42.
DE. *Ut filius*
Cum illa habitet apud te, hoc veſtrum conſi-
PH. *Quaeſo, quid narras?* [*lium fuit.*
Et ſic alibi non raro. *Itaſt* Simonis ſunt, rem confirmantis.

19 *Num inmemores diſcipuli?* Sic lege cum Donato: *Diſcipuli Myſis, Lesbia, Pamphilus, omnes per quos agitur fallacia.* Altera lectio, quam ponit Donatus, & expreſſit Faernus, *Inmemor es diſcipuli*, ſcil. Pamphili, prorſus inepta eſt.

21 *Quos mihi ludos redderet.* Lege, *Quos* ME *ludos redderet?* ut Plautus ſaepe, *Ludos me facitis.* Reddere autem eſt facere. Adel. IV, 2, 18: *Tam placidum, quam ovis eſt reddo.* Sed *Reddere mihi ludos* ne Latine quidem dici exiſtimo.

1 *Adhuc, Archilis.* Apud Plautum quoque Truc. II, 5, 25. *Archilis.* Sed a Gracco Ἀρχυλὶς, ſcribendum *Archylis*; ut a Ἐλυπίδιον, *Glycerium.* Vide ſupra I, 4, 1.

Signa ad ſalutem eſſe. O. l. s. & Donatus: 2
ſigna eſſe ad ſalutem. FAERNUS. Ita & noſtri omnes.

Jam prímum | fac iſtaec ut | lavet: poſt | deinde. 3
Olim cum ad Tuſculanas Ciceronis Bacchiacos hos primus detexi, legebam *Fac iſtaec | lavet:* deleto *Ut*, ut pedem Creticum ſervarem. *Fac lavet*; ut *Fac tradas, Fac promiſſa appareant*; nihil vulgatius. Si qui *Ut* retinere malit, legat cum veterrimo Noſtro, *Fac iſta ut.*

Quod juſſi ei dare Bibere. Invenio emen- 4
datum *date bibere*, quemadmodum & Donatus legit. alii habent *dari bibere*: ut Vaticanus & Decurtatus. in aliis quoque antiquis ita emendatum eſt. FAERNUS.
Quod duo iſti Faerniani omnium principes habent, *Dari bibere*; id ipſum reperi in Septem ex Noſtris: & ſic ad Ciceronem edidi; ut Bacchiacorum lex & modi poſtulant.

Mox ego huc revertar. Aliqui libri, & Do- 5
natus,

Per ecástor scitus púer est natus Pámphilo.
Deos quaéso, ut sit supérstes, quandoquidem ipse est ingenió bono.
Cumque huíc est ueritus óptumae adulescénti facere iniúriam.
S. *Vel hoc quís non credat, qui te norit, ábs te esse ortum?* D. *quídnam id est?*
S. *Non ímperabat córam, quid opus fácto esset puérperae:*
Set póstquam egressast, íllis quae sunt íntus clamat dé uia.
O Dáue, itan contémnor abs te? aut ítane tandem idóneus
Tibi uídeor esse, quém tam aperte fállere incipiás dolis?
Saltem áccurate: ut métui uidear cérte si rescíuerim.
D. *Certe hércle nunc hic se ípsus fallit, haút ego. S. edixí tibi,*
Intérminatus sum, ne faceres; núm ueritus? quid rétulit?
Credón tibi hoc nunc, péperisse hanc e Pámphilo?

natus, *revertor*. FAERNUS. Ita & Noſtrorum pars major & melior.

6 *Perecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.* Priſcianus lib. IV. ita citat:
Percaſtor ſcitus puer eſt natus Pamphilo.
Et in hunc modum omnes fere Terentii, l. s. habent, & aliqui Donati. Vaticanus tamen & alii antiqui habent *Perecaſtor*, ſine diphthongo, ut & *Edepol*. quam lectionem ſequimur conſtituendo anapaeſtum in prima hujus verſus: correpta antepaenultima in *Per ecaſtor*. FAERNUS.
Omnes praeter unum Noſtri, *Perecaſtor*. Quin & Priſcianus p. 987. loco a Faerno laudato, non *Percaſtor*, ut editum eſt, ſed in duobus manu ſcriptis *Perecaſtor*, Sic & Nonius in *Scitum*; tam a Mercero editus, quam in veterrimo Codice Academiae. Ordo, etiam veteribus adnotatus, *Ecaſtor perſcitus*. Alcuinus p. 2138. *Terentius: Perſcitus puer, id eſt valde ſcitus.*

8 *Cumque huíc veritus eſt optumae adulescenti facere injuriam.* Sic Faernus, & codices plerique omnes: ſed immodulate. Lege ex codice Petrenſi, *Cumque huic eſt véritus.*

9 *Vel hoc quís non credat, qui nórit te, ábs te.* Unde hoc Faernus acceperit, neſcio: Noſtri omnes & vett. Edd. *Qui te norit*. Recte, *Te* in altera lectione non poteſt non ſynaloepham pati; cum extra lctum ſit. Donatus & *Ortum* & *Natum* hic legi adnotat. Si *norit te* adſciveris, lege etiam *Natum*. Sed prior lectio numeroſior.

13 *Tibi videor quem tam aperte*. Ex omnibus fere l. s. legendum eſt, *tibi videor eſſe*. aliter non ſtaret octonarius. FAERNUS. Sic & omnes noſtri.

15 *Edixin tibi*. Lege, *Edixi tibi*; & tolle notam interrogandi.

16 *Num veritus? quid retulit?* Ex accentu intellegas, *Veritus* hic eſſe *Veritus es*, ut *veritus* id quod *veritus eſt*.

17 *Credon tibi hoc, nunc peperiſſe hanc e Pamphilo?* Decepit virum optimum Faernum mala diſtinctio. Tu ſic interpunge.
Credon tibi hoc nunc, peperiſſe hanc e Pamphilo?

18 *Teneo quid erret, quid ego agam habeo. s. quid taces.* O. l. s. & Donatus, *& quid agam habeo*. FAERNUS. Noſtri quoque univerſi, *Et quid agam habeo.*

19 *Quid credas? quaſi non tibi renunciata ſint haec ſic fore.* Attende ad orationem: *Haec renuntiata ſint, ſic fore.* Ergo fuerunt haec, priuſquam forent. Immo dedit Auctor:
Quid credas? quaſi non tibi ſiet renuntiatum haec ſic fore.
ut mox v. 21. *Renuntiatumſt*; non *Renuntiata ſunt*: quod tamen oportebat; ſi ſupra ita dixiſſet.

20 *s. Mihin quiſquam?* DA. *eho, an tute intellexti hoc aſſimulari?* S. *inrideor*. Plerique libri ſcripti inter quos antiqui, habent *aſſimularier*. & ſtabit octonarius, ſi *mihin*, in unam ſyllabam contrahatur. item *eho*, quod per ſynaloephen elidatur. FAERNUS.
Mihin quiſquam?] Quanto melius aptiuſque, *Mihin'* QUICQUAM; ſupple, renuntiatum eſt?

Vide

D. *Teneó, quid erret: ét quid nam habeo.* S. *quíd taces?*
D. *Quid crédas? quaſi non tíbi ſiet renúnciatum haec ſíc fore.*
S. *Min quíſquam?* D. *vbo an tute intellexti hoc ádſimulari?* S. *inrídeor.*
D. *Renúntiatumſt: nám qui tibi iſthaec incidit ſuſpício?*
S. *Qui? quía te noram.* D. *quáſi tu dicas, fáctum id conſiliò meo.*
D. *Certe énim ſcio.* D. *non ſátis pernoſti me étiam, qualis ſim, Simo.*
S. *Ego nón te?* D. *ſet, ſi quíd narrare occoépi, continuó dari*
Tibi uérba cenſes fálſo: itaque hercle níl iam muttire áudeo.
S. *Hoc égo ſcio unum, néminem peperíſſe hic.* D. *intellexti.*
Set nihilo ſeciús mox puerum huc déferent ante óſtium.
Id égo iam nunc tibi, ére, renuntió futurum, ut ſcís ſciens.
Ne tu hóc poſterius díxas Dani fáctum conſilio aút dolis.

Vide vero, ut Faernus verſum metiatur.

Min' quíſquam? Ebo an tute intéllexti hoc adſimularier. Inrídeor.

Scilicet ubique eum digitos conſuluiſſe, de aure ſecurum. Recipiamus illud *Adſimulari*; & valeat prava haec erga codices ſuperſtitio.

21 *Tibi incidit ſuſpectio.* O. l. s. etiam vetuſtiſſimi *ſuſpicio* ſcriptum habent per *e* tantum. nec timendum verſui, antepenultima enim hujus vocis longa eſt. Martialis:

Oblimitur minimae ſi qua eſt ſuſpicio vimae.

FAERNUS. [*ſuſpicio.*

Renuntiatumſt. nam qui iſthaec tibi incidit Suſpicio, Noſtri omnes, & res nunc vel pueris nota eſt. Ceterum pro *Iſthaec tibi*, repone *Tibi iſthaec*; nonnullo & verſus & ſententiae commodo. Priſcianus quoque p. 1011. *Tibi iſtaec*; non in Editione modo, ſed in duobus, quibus utor, ſcriptis.

23 *Non ſátis me pérnoſti etiam qualis ſim, Simo.* Rotundius & verius ſic:

Non ſátis pernóſti me etiam, qualis ſim, Simo.

24 *Ego ne te? Sed ſi quid narrare occoepi, continuo dari.* Ubi vel pronuntiandum *Egóne te?* vel *Ego né te?* quorum utrumque eſt pravum. Repone: *Ego nón te?* quod & ſententia poſtulat. Dixerat Davus: Non *ſatis pernoſti me:* convenit, ut Simo reſpondeat, *Ego non te?* ſcilicet *Pernovi.* Male igitur Noſtri codices, *ſi quid* tibi *narrare*: quo admiſſo, legendum fuerit, *Egon te?* Et recte Faerniani, qui non agnoſcunt hic *Tibi*: ſiquidem iners plane & ſupervacuum eſt. Cum enim ſtatim ſequatur, *Tibi verba dari*, illud *Narrare* per ſe fatis indicat, *Simoni* id narrari.

Continuo dari Tibi verba cenſes. s. *Falſo.* D. *Itaque hercle nihil jam muttire audeo.* Omnes, quantum novi, ſcripti editique illud *Falſo* Simoni tribuunt: ut & Donatus ipſe, qui hoc dicit: 'Poteſt & ἀφαιρετῶς pronuntiari: poteſt '& *Falſo loqueris* dici. Non tanti erat; ut Simo vir, ut Ethos indicat, naris emunctae hoc tam nihil interponeret. Davi totum hoc eſt; *Continuo dari*

Tibi verba cenſes falſo: itaque hercle nil jam muttire audeo.

Falſo cenſes, ut *falſo credere, falſo queri, falſo ſuſpicari.* Heaut. II, 2, 27.

Quod malim, quam me hoc falſo ſuſpicarier.

Hec. V, 2, 11. *mulieres ſuſpectas fuiſſe falſo.*

Sed nihilo ſeciús mox deferént puerum huc ante óſtium. Videſne ut *Puerum*, verbum hic ἐμφατικὸν, totum in Theſi abſorbeatur? Quin & Trochaeus iſte *Deſe* in ſede incommoda eſt. Codices noſtri omnes *Puerum deferent huc.* Legendum ſine dubio eſt:

Sed nihilo ſeciús mox púerum huc déferent ante óſtium.

Id égo jam nunc tibí renuntio, ére, futurum, ut ſis ſciens. Non ſatis pro elegantia Terentii eſt ut *Tibi* nulla cum Emphaſi ultimam producat & acuat. Noſtri omnes & vett. Edd. alio ordine: [*ut ſis ſciens.*

Id égo jam nunc tibi, ére, renuntió futurum,

Melius profecto, quam illud prius. Auctor tamen adhuc melius fortaſſe,

Id égo jam nunc tibi, ére, renuntió eſſe futurum, ut ſis ſciens.

Ita Ilk, γνῶς. *An non dixi eſſe futurum?*

Ne tu hoc poſterius dicas. O. l. s. quot-

quot

Prórsus a me opínionem hanc tuam ésse ego amotám uolo.
S. *'Unde id scis?* D. *audíui, et credo: múlta concurrúnt simul,*
Quí coniecturam hánc nunc facio. iám primum haec se e Pámphilo
Gráuidam dixit ésse: inuentum est fálsum. nunc, postquám uidet
Núptias domi ápparari, míssast ancilla ílico
'Obstetricem accérsitum ad eam, et púerum ut adferrét simul.
Hóc ni fit, tu púerum ut uideas, níl mouentur núptiae:
S. *Quid ais? ubi intellexéras*
'Id consílium cápere, cur non díxti extemplo Pámphilo?
D. *Quis igitur eum ab ílla abstraxit, nísi ego? nam omnes nós quidem,*
Scímus, hanc quam mísere amarit. núnc sibi uxorem éxpetit.
Póstremo id da míhi negoti: tú tamen idem has núptias

quot sunt, habent *ne tu hoc mihi posterius dicas. mihi* autem non utique Davo intelligendum est, sed ea vox ex consuetudine sermonis est addita. ut in Phormione, *Qui mihi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.* versus est trochaicus ut ceteri, sed hypercatalecticus. FAERNUS.

Ne tu hoc mihi posterius dicas, Davi factum consilio aut dolis.

Faernus de versu nihil prospicit. Alius fatetur quidem versum hunc uno pede longiorem esse justo, alios tamen esse apud Nostrum hujus similes; more suo loca vitiosa pro exemplis constituens. Tres ex nostris codices, *Ne tu mihi hoc.* Tolle illud *Mihi*, utpote laris incerti; & repone:

Ne tu hóc posterius dícas Davi fáctum consílio aut dolis.

ubi ordo est, *Ne tu posterius dicas hoc factum esse.* Nulla distinctio hic ponenda est, & sane cum *Davi* dicit, qui potest dicere *Mihi?*

30 *Prorsus a me opinionem hanc tuam ego ésse amotam volo.* In l. s. etiam antiquis melior collocatio, & elegantior compositio est; *esse ego amotam volo.* stabit autem Trochaicus, si *tuam* una fit syllaba, quae per synaloepham abjiciatur. FAERNUS. Sic & nostri universi.

36 *Hóc nisi fit, puerum ut tu videas.* Codex C. C. C. *puerum ut videas*, sine *Tu.* Legendum: *Hóc ni fit, tu puérum ut videas.*

37 *Quid ais? cum intellexeras?* Diameter trochaicus catalecticus. FAERNUS.

Atqui debet esse Dimeter Iambicus Acatalectus, ut doceo in Prolegomenis: Lege igitur;

Quid ais? ubi *intellexeras.*

Id consilii capere. Terentii aevo & diu post 38
Consili semper dicebant, numquam *Consilii.* Vide nos ad II, 1, 20. Recte igitur Nostri praeter unum omnes: *Id consilium capere.*

Scímus, quám mísere hánc amárit. Lege, or- 40
dine meliore: *Scímus, hanc quam mísere amárit.* Heaut. I, 2, 16. *Eam mísere amat.* Adelp. IV, 5, 33. *An illam mísere nunc amat.*

Póstremo íd mihi dá negoti. Lege: *Póstremo* 41
id da mihi negoti: ut Prol. v. 2. *Id sibi negoti.*

Et id spero adjuturos deos. In antiquis li- 42
bris est, *adjuturos:* in recentibus habent *adjutores.* FAERNUS. Unus tantum *Ex* Nostris, *Adjutores.*

Conveniam: orabo gnato uxorem: si impétro. 48
Alia distinctio est in codice nostro vetusto;

Conveniam: orabo: gnato uxorem si impetro.

ut Scena proxima de hac ipsa re v. 12.

Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.

Placet tamen Prisciani lectio: ID *si impetro.* p. 1143. sic ibi quattuor codices scripti.

Quid alias malim quam hodie has fieri nuptias? 49
Donatus ad locum: *Quid, cur. Alias, alio tempore.* Charisius p. 175. 'Alias pro *Aliter.* Te-'rent. in Andr. *Quid alias malim quam hodie* 'has fieri nuptias. Ubi Flavius Caper de Lati-'nitate, Non ausim affirmare *Alias* pro *Aliter* 'dici.

Digitized by Google

Pérge facere ita, út facis: et id ſpéro adiuturós deos.
8. *Immo abi intro: ibi me ópperire, et quód parato opus éſt para.*
Non ínpulit me, haec núnc omnino ut créderem:
Atque haút ſcio, an quae díxit ſint uera ómnia:
Set párui pendo: illúd mi multo máxumumſt,
Quod míhi pollicituſt ípſe gnatus. núnc Chremen
Conuéniam: orabo gnáto uxorem: id ſi ímpetro,
Quando álias malim quam hódie has fieri núptias?
Nam gnátus quod pollícituſt, haut dubiúmſt mihi,
Si nólit, quin eum mérito poſſim cógere.
Atque ádeo in ipſo témpore eccum ipſúm Chremen.

'dici. Nam neque Pronomen eſt, neque Ad-'verbium temporis eſt: ſed proximum vero 'eſt, ut pro eo quod eſt *Aliter* dictum eſſe fa-'teamur. Vides hunc verſiculum veteribus Magiſtris negotium creaviſſe. Neuter tamen rem expedit. Quale enim eſt, *Cur* alio tempore malim quam hodie? Non ſane deliberandum hoc, ſed optandum. Quale vero illud, Quid *aliter* malim quam hodie? Nihil aliter; niſi velit nuptias non eſſe futuras. Controverſiam hanc dirimet Horatii Scholiaſtes Acron ad Serm. I, 4, 63.

Hactenus haec; alias juſtum ſit necne poema.

Alias, inquit, alio loco, tempore: Terentius:

QUANDO *alias malim quam hodie has fieri nuptias?*

Rectiſſime: etſi Priſcianus loco dicto *Quid* habeat, & Codices ibi firment. Quo alio tempore malim, quam hodie; ut ſimulatum fuit? Hec. I, 2, 5.

Alias ut uti poſſim cauſa hac integra.

ubi Donatus recte: *Alias*, alio tempore: *Aliàs*, aliter, aut per alia.

52 *Atque adeo in ipſo tempore eccum ipſum obviam.* Numerus & ſenſus pulchre conſtat hoc modo: utique enim, per hoc pronomen, *ipſum*, intelligimus Chremetem: quem jam Simo convenire velle ſe dixit: nec ab eo qui ſecum loquitur, exigi debet, ut omnia voce exprimat; ſed aliquid tacito ſenſui ſuo relinquat. Donatus tamen videtur addere *Chremen*, in fine hujus verſus. quae dictio & in aliquibus libris Terentii eſt. mihi tamen magis probantur exemplaria, quae eam non habent. FAERNUS.

Recte ſuſpicatur Faernus, Donatum addidiſſe huic verſui *Chremem*; licet in editis ſit *Chremetem*. Verba Donati ſunt: *Eccum ipſum obviam Chremetem*] *Continuo mutavit Declinationem, ut Jubeo Chremetem.* Nempe verſu ſequente. Si enim utrobique *Chremetem* ponas, quomodo *mutatur* declinatio? Si *Chremem* a ſexto abhinc verſu arceſſis, quomodo *continuo* mutatur? Quid quod *aliqui etiam libri*, Faerno teſte, & Rivii codex, *Chremem* adjiciunt. Repono:

Atque adeo in ipſo tempore eccum ipſum. Chremen.

Nam primo, niſi Chremetis nomen hic ponas, neceſſe eſt ut illud *Ipſum* de Pamphilo accipiatur, non de Chremete: lege modo duos verſus praecedentes. Deinde *eccum Chremen*, abſolute: ut *Eccum Parmenonem, Eccum Dromonem cum Syro, Eccum ſceleratum Syrum, Sed eccum ipſum*, & ſimilia. Nuſquam alibi apud noſtrum *Eccum obviam*. Quid quod obviam reciprocum eſt: atqui adhuc in Scena ſtabat Simo, nec dum Chremen conventum ierat.

Digitized by Google

ACTUS III. SCAENA III.

SIMO. CHREMES, senex.

S. *IUBEO' Chremetem.* CH. *o, te ipsum quaerebam.* S. *ét ego te.* CH. *optato áduenis.*
Aliquót me adierunt, éx te auditum qui aíbant, hodie fíliam
Meam núbere tuo gnáto: id uíso, tún an illi insániant.
S. *Auscúlta: paucis ét quid te ego uelim ét quod tu quaeris scies.*
CH. *Auscúlto: loquere quíd uelis.*
S. *Per te égo deos oro, et nóstram amicitiám, Chreme,*
Quae incépta a paruis cum aétate adcreuít simul,
Perque únicam gnatám tuam, et gnatúm meum,
Cuius tíbi potestas súmma seruandí datur,
Ut me ádiuues in hác re: atque ita uti núptiae
Fueránt futurae, fíant. CH. *ah ne me óbsecra:*
Quasi hóc te orando a me impetrare opórteat.

2 *Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam.* Unde vero hoc Faernus? Omnes, quos vidi, codices cum vett. Edd. *Adierunt*: recte, ut *Stéteruntque comae.* Si *Adiere* huc adscisas, claudicabit versus: neque enim sine synaloepha hiatum hic facies, contra artem. Nonius quoque v. Aditus: *Terentius in Andria: Aliquot me adierunt, ex te auditum.* Sic Merceri Editio, & codex Academicus 900 annorum. Sic etiam Eugraphius.

3 *Tu ne an illi insaniant.* In antiquis libris est, *tun an illi in s.* FAERNUS. Sic & in Nostris.

4 *Auscúlta: paucis, ét quid ego te vélim, & tu quód quaeris, scies.* Laxo neque satis adstricto socco hic versus incedit. Cui ut opem ferrent veteres Magistri; *Pauca* substituerunt pro *Paucis*. Donatus: *Et Paucis & Pauca legitur.* Priscianus p. 1167. *Terentius in Andria:* Auscultа pauca: & quid ego te velim & tu quod quaeris, scies: *nec enim aliter fiat Iambus qui est quaternarius: quod etiam Donati commentum approbat.* Idem p. 1186. *Auscultо cum accusativo. Terentius Andria.* Auscultа pauca: & quid ego te velim, & tu quod quaeris, scies. *Sic enim habent antiqui codices, teste Donato commentatore ejus.* Vides idcirco eum *Pauca* praetulisse, quod aliter non staret versus. Nos tamen cum omnibus, qui nunc supersunt, codicibus *Paucis* legimus ob sententiam: de versu alia via videbimus. Quid enim promptius occurrat, quam *Et quid te ego*, pro *Et quid ego te?* totumque versum sic constituendum;

Auscúlta: paucis ét quid te égo velim ét quod tú quaeris scies.

Ubi vides Terentianae artis specimen; *Et*, *Et* utrumque in Arsi; atque itidem *Ego* ac *Tu*: quod in Antithetis recte & venuste fieri, ἄμωμος plane est qui non sentiat.

6 *Per ego te deos oro.* Pronomen *ego*, non fere est in antiquis libris: nec ponitur a Donato, qua dictione sublata bene procedit senarius, alias impeditus, nisi quis ex *per r* elidat FAERNUS.

Nullis tormentis *per* istud potest elidi: Quinque ex Nostris, *Per ego te deos.* Repone:

Per te égo deos oro, & nóstram amicitiam, Chreme.

Vim & affectum orationi addit illud *Ego*; ut supra I, 5, 54.

Quod te égo per dextram hanc oro & per genium tuum. & V, 1, 15.

Per ego te deos oro, ut ne illis animum indu-
Dido apud Virgilium: [*cas credere.*

Ma

Alium ésse censes núnc me atque olim cúm dabam?
Si in rémst utrique ut fiant, accersí iube.
Set si éx ea re plús maliſt quam cómmodi
Utríque, id oro te, ín commune ut cónsulas,
Quaſi illa tua ſit, Pámphilique ego ſim pater.
S. *Immo íta uolo itaque póſtulo ut fiát, Chreme:*
Neque póſtulem abs te, ni ípſa res moneát. CH. *quid eſt?*
S. *Iraé ſunt inter Glýcerium et gnatum.* CH. *audio.*
S. *Ita mágnae, ut ſperem póſſe auelli.* CH. *fábulae.*
S. *Profécto ſic eſt.* CH. *ſíc hercle, ut dicám tibi:*
Amántium irae, amóris integrátio. S. *hem,*
Id te óro, ut ante eámus. dum tempús datur,
Dumque eíus lubido occlúſaſt contumélíis,
Prius quam hárum ſcelera et lácrumae confictaé dolis
Reddúcunt animum aegrótum ad miſericórdiam,
Uxórem demus. ſpéro conſuetúdine et
Coniúgio liberáli deuinctúm, Chreme,

Mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te.
Livius XXIII, 8. *Per ego te, fili, quaecumque jura,* &c.

10 *Atque íta ut nuptiae.* Haefit haec labes Editioni Faerni a veteribus accepta. Lege cum MSto Regio: *Atque ita uti;* ut paſſim.

14 *Si in rem eſt utrique, ut fiant, accerſi jube.* Ita antiqui libri ut in vulgata. nonnulli vero, & cum iis Donatus, *in re:* ſane & apud auctores, ubi in impreſſis eſt *in rem*, fere reperias in ſcriptis, *in re.* FAERNUS.

Unus tantum e noſtris *Re.* Elegans vero lectio apud Eugraphium habetur;

Si in rem eſt utrique, fiant, accerſi jube.

quae neſcio quomodo ſuavior videtur, quam recepta.

16 *Utrique, id oro te in commune ut conſulas.* O. l. s. *id te oro.* habent. in *ore* autem non fiet ſynaloepha. quod vero ſequitur, Donatus legit, *in commune conſule:* quod parvi refert utro modo dicatur. FAERNUS.

Atqui apud Noſtrum, in Arte metrica principem, nuſquam ſuſpenditur ſynaloepha. Recte igitur, *Id oro te;* atque ita Codex Petrenſis.

17 *Pamphilique ego ſim pater.* Codex Academicus: *Pamphiloque;* neſcio an verius.

Neque póſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. 19
Quid eſt? Quis tulerit illud *Niſi ipſa*, cum tam in propinquo ſit auxilium, *Ni ipſa?* ut ex Noſtris quinque codices habent. In Membranis veteribus vix differant *Niſi* & *Ni:* hoc integre ſcribitur, *ni*, illud compendioſe $\frac{i}{n}$; *i* ſuper *n*.

Audio. *Audio* hic ut ſaepe alias eſt negantis & aſpernantis: ut mox, *Fabulae.* 20

Amoris reintegratio'ſt. Antiqui libri & aliquot alii, & Donatus habent *integratio.* 23
FAERNUS.

Servius ad Virg. Eclog. II, 14. & Acron ad Horat. Carm. III, 9. *Redintegratio eſt.* Chariſius p. 98. *Reintegratio eſt.* Noſtri codices *Integratio eſt.* Equidem ſic verſum conſtituo.

Amantium irae amoris integratio. s. *hem,*
Id te oro.

Quippe ipſe animadvertes: *Hem, Hui, Ah,* & ſimilia, fere ſemper in verſus fine poni. Et venuſtius erit, ſiquid video, ſi *eſt* hinc abſit.

Reducant animum. Iidem antiqui libri *reducunt.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Reducunt.* 27

Et conjugio liberali devictum. Antiqua lectio *devinctum.* FAERNUS. Non aliter in Noſtris. 29

Digitized by Google

Dein fácile ex illis ſéſe emerſurúm malis.
CH. *Tibi ita hóc uidetur: át ego non poſſe árbitror*
Neque illum hánc perpetuo habére, neque me pérpeti.
S. *Qui ſciás ergo iſtuc, niſi periclum féceris;*
CH. *At iſtúc periclum in fília fieri, graue eſt.*
S. *Nempe incommoditas dénique huc omnis redit,*
Si euéniat, quod Di próhibeant, diſcéſſio.
At ſi corrigitur, quót commoditatés uide:
Princípio amico fílium reſtítueris:
Tibi génerum firmum, et fíliae inueniás uirum.
CH. *Quid iſtíc? ſi ita iſtuc ánimum induxti eſſe útile,*
Noló tibi ullum cómmodum interclúdier.
S. *Meritó te ſemper máxumi fecí, Chreme.*
CH. *Set quíd ais:* S. *quid?* CH. *qui ſcís eos nunc díſcordare intér ſe?*
S. *Ipſús mihi Dauos, qui íntumuſt eorúm conſiliis, díxit:*

30 *Dehinc facile.* Aliquot libri, inter quos Vaticanus, *Dein.* FAERNUS. Noſtri quoque, & Rivii unus *Dein.*

31 *Tibi ita videtur. Tibi ita hoc uidetur,* eſt in o. l. s. FAERNUS. Sic & noſtri plerique omnes.

33 *Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periclum feceris.* Non procedit oratio, *Qui* ſcis, *niſi feceris:* immo, *Qui* ſcias *niſi feceris. Scias* ſaepe monoſyllabon apud Plautum & Noſtrum.

34 *At iſtuc periclum in filia fieri graue'ſt.* Ita ut poſuimus ordinandus eſt hic verſus ex l. s. eliditur autem *s*, ex *iſtuc:* ut, *at iſtuc,* fit anapaeſtus. FAERNUS.

37 *At ſi corrigitur.* Sic vetuſtiores: aliis *Corrigatur,* vel *Corrigetur:* ſi hoc arridet, tum lege, *Sin corrigatur, quot commoditates vide.*

39 *Et filio invenies virum.* Vetuſtiores noſtri *Invenias.* Recte, ut prius *Reſtitueris.*

40 *Quid iſtuc? ſi iſtuc animum induxti eſſe utile.* Ex libris antiquis, & Donato, lego *quid iſtic?* deinde in iiſdem libris & omnibus aliis ſequitur. *ſi ita iſtuc.* FAERNUS. Ita noſtri omnes.

41 *Nolo tibi ullum commodum in me claudier.* Sententia ſatis conſtat: ſed qua dictum ratione ſit *In me claudier,* nemo adhuc oſtendit, ſimilis fertur locus Eun. I, 2, 84.

Nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier.

Quo ſane exemplo etiam hic dictum oportuit *In te claudier,* non *In me.* Lego utrobique *Intercludier.* Vide nos ad Eunuchum.

47 *Tute adeo jam ejus audies verba.* In libro ſcripto inveni ita ut ſequitur collocatum: qua collocatione, & Robertus Stephanus impreſſit, *Tute adeo jam ejus verba audies:* ita verſus aliter impeditus procedet, & quidem cum Iambo in quarta ſede, ſi tamen vox *ejus* monoſyllaba fiat. FAERNUS.

Recte. tametſi omnes noſtri habeant *Audies verba:* quod verſus reſpuit; niſi pro *Evocase* legeris *Vocate.*

48 *Sed eccum video ipſum foras.* O. l. s. & Donatus, *atque eccum.* FAERNUS. Pariter & Noſtri.

D. *Ad te ibam.* S. *quidnam eſt?* 1
D. *Cur uxor non accerſitur? jam adveſperaſcit.* S. *audin tu illum?*

Ego dudum nonnihil veritus ſum Dave abs te, ne faceres idem. Donatum ſuper hoc loco conſideranti, apertiſſime liquet legiſſe eum ſine illis verbis, *ne faceres idem:* ſic enim ait, *Nonnihil veritus ſum Dave abs te. Breviter, pro, Veritus ne quid abs te fieret, ſicut ſupra.*

Ei

Et ís mihi ſuadet, núptias quantúm queam ut matúrem.
Num cénſes faceret, fílium niſi ſcíret eadem haec uélle?
Tute ádeo iam eius uerba aúdies. heus, éuocate huc Dáuom.
Atque éccum: uideo ipſúm foras exíre.

ACTUS III. SCAENA IV.

DAUUS. SIMO. CHREMES.

D. *AD te ibam.* S. *quídnam eſt?*
D. *Cur úxor non adcérſitur? iam aduéſperaſcit.* S. *aúdin?*
Ego dúdum non nil uéritus ſum abs te, Dáue, ne facerés idem,
Quod úlgus ſeruorúm ſolet, dolís ut me delúderes:
Proptérea quod amat fílius. D. *egon íſtuc facerem?* S. *crédidi:*
Idque ádeo metuens uós celaui, quód nunc dicam. D. *quíd?* S. *ſcies:*
Nam própemodum habeo iám fidem. D. *tandém cognoſti quí ſiem?*

Ei metui a Chryſide. haec Donatus. ſed verbis illis demptis quomodo verſus ordinari poſſint, neſcio. quare quemadmodum in impreſſis eſt, relinquemus; ita ut hemiſtichium compleat imperfectum verſum praecedentis ſcenae: ut ſit tetrameter catalecticus. qui vero ſequitur hypercatalecticus, & qui poſt hunc eſt acatalecticus, omnes Iambici. FAERNUS.

Cur uxor non accerſitur? jam adveſperaſcit. Audin tu illum?

Hic verſus diu vexavit Interpretes, jam ab Eraſmi aetate, nec minus ab ipſis vexatus eſt. Spondeo tamen poſthac quietum fore. Tolle addititium illud *Tu illum*, & Iambicum Tetrametrum habebis, quales ſex priores:

Atque eccum video ipſum foras exire. Ad te ibam. Quidnam eſt?
Cur uxor non adcerſitur? jam adveſperaſcit. Audin?

Audin abſolute; ut ſupra I, 5, 66. *Atque audin? verbum unum cave de nuptiis.* V, 2, 24. *Atque audin? quadrupedem conſtringito.* Atque ita ſemper. Dixerat ad Chremen Simo, *Tute adeo jam ejus verba audies:* nunc ad eundem ait, *Audin?* ſcilicet *ejus verba*, quod ſubauditur. Porro nuſquam Octonarius plenus, ut hic vulgo eſt, Iambicus eſt, ſed Trochaicus: neque verſus qui plenum ſubſequitur, Iambicus eſt, ut hic ſequens, ſed Trochaicus. Utriuſque igitur verſus cauſa, ejiciendum eſt illud, quod ex notula in textum irrepſit, *Tu illum.*

Veritus ſum Dave abs te. *Dave* in Theſpene mutum eſt: ut exaudiatur, lege cum uno ex noſtris. 3

Ego dúdum non nil véritus ſum abs te, Dáve ne f. idem.

Donatus: *Veritus ſum abs te: Breviter, pro Veritus ſum ne quid abs te fieret: ſicut ſupra, Hei metui a Chryſide.* Quae ſit iſta *brevitas*, ſatis aperte liquet; nempe quia lucratus eſt tria verba, *ne quid fieret.* Inepta tamen haec Magiſtri notatio eſt; cum ſtatim ſequatur, quod eodem redit, *ne faceres.* Ceterum miſeret me illius, qui *Tu illum* e priore verſu in hunc concludit; & nunc Iambicum inficetum format, nunc Hypermetrum qualis nullus eſt nec fuit: quem tamen, ut ſolet, cum alio aeque mendoſo comparat, erroremque unum alio tutatur.

D. *Ego iſtuc facerem?* Omnes fere l. s. habent *egon'*: ita etiam melius procedit octonarius. FAERNUS. 5

Habeo jam fidem. Dictionem *tibi*, quae interciderat, ex fide o. l. s. reſtitue hoc modo, *habeo tibi jam fidem.* FAERNUS. 7

Nam propemodum habeo tibi jam fidem. Tandem cognoſti qui ſiem.

Dormis.

Digitized by Google

Non fúerant nuptiaé futurae. D. *quíd? non?* S. *ſet ea grátia*
Simuláui, uos ut pértemptarem. D. *quíd ais?* S. *ſic res éſt.* D. *uide,*
Numquam íſtuc ego quiui íntellegere. uáh conſilium cállidum.
S. *Hoc aúdi. ut hinc te introíre iuſſi, oppórtune hic fit mi óbuiam.* D. *hem,*
Numnám periimus? S. *nárro huic, quae tu dúdum narraſtí mihi.*
D. *Quidnam aúdiam?* S. *gnatam út det oro, uíxque id exoro.* D. *óccidi.* S. *hem,*
Quid díxiſti? D. *optume ínquam factum.* S. *núnc per hunc nulláſt mora.*
CH. *Domúm modo ibo: ut apparetur, dícam: atque huc renúntio.*
S. *Nunc te óro, Dave, quóniam ſolus mi éffeciſti has núptias,*
D. *Ego uéro ſolus.* S. *corrigere mi gnátum porro enítere.*
D. *Faciam hércle ſeduló.* S. *potes nunc, dum ánimus inritátus eſt.*
D. *Quiéſcas.* S. *age igitúr, ubi nunc eſt ípſus?* D. *mirum, ní domi eſt.*
Ibo ád eum: atque eadem haec tíbi quae dixi, dícam itidem illi. D. *núllus ſum.*
Quid caúſae eſt, quin hinc ín piſtrinum récta proficiſcár uia?
Nihil éſt preci locí relictum; iám perturbaui ómnia:

Dormitabat hic bonus Faernus, cum illud *Tibi*, quod verſum adeo deformat, ex libris ſuis evocavit: Abeat vero, unde malo pede exiit: nam ex noſtris veterrimus non agnoſcit. *Habeo fidem*; abſque illo *Tibi*. ut Eun. I, 2, 59. *Si fidem habeas, ſe praepoſitum iri.* Ceterum lege cum interrogatione: *Tandém cognoſti qui ſiem?* nam idcirco *Tandém* habet Ictum in ſecunda.

9 *Sic eſt res.* Antiqui libri & aliqui alii, & Donatus, *ſic res eſt.* FAERNUS. Sic & omnes Noſtri.

10 *Nunquam quivi ego iſtuc intelligere.* O. l. s. ita collocant haec verba: *Numquam iſtuc quivi ego intelligere.* numero & compoſitione meliore. FAERNUS.

Ita & noſtri: niſi quod duo, *Numquam ego iſtuc quivi.* Alter: *Numquam iſtuc ego quivi intellegere.* Quae vera lectio eſt, ut Ictus ſit in *Ego*.

11 *Ut hinc te juſſi introire.* O. l. s. *introire juſſi.* FAERNUS. Eodem ordine & Noſtri.

12 D. *Hem, num nam periimus?* Antiqui libri, & Donatus, *perimus*. more Terentii: qui hoc verbum in praeterito per unum, *i*, ſcribebat, teſte Probo. *Narro quae tu dudum narraſti mihi.* Poſt *narro*, adde pronomen *huic*, quod in omnibus eſt l. s. FAERNUS.

Hem numnam perimus? Ita dedit Faernus: quippe in veterrimis ſuis membranis quae vocales raro geminant, ſic ſcriptum invenerat. Repone, *Periimus:* Quod tamen cave cum quodam ut Dactylum pronunties; ſed illud *Hem* priori verſui appone: & ſtatim, quae antea deformia erant, fient pulcherrima. Jam dixi *Hem, Hui* in fine verſus plerumque poni: idque hoc certo indicio; quia ubicumque fere hodie *Hem* verſum inchoat, prior verſus vel vocali vel conſonante *m* terminatur: quod caſu accidiſſe non poteſt.

Quidnam audio. Gnatam ut det oro. Donatus ad locum. *Quidnam audio? Legitur & Audiam. Menander enim ſic ait,* Τί ἄκουσ' ἀχθές. Unica haec & vera lectio eſt; futuro tempore, non praeſenti. Dixerat Simo, *Narro Chremi, quae tu dudum narraſti mihi*, hoc eſt, *Iras eſſe inter Glycerium & filium.* Nondum exanimatus eſt Davus, licet hoc *audiverit*; poterat enim Chremes fidem non habuiſſe: ſed id metuit, quidnam *auditurus ſit*; nempe exoratum fuiſſe Chremen. 13

Hem. Quid dixti? Optume. Unus ex noſtris primariae notae. *Dixiſti.* Lege, *Quid dixiſti*, & *Hem* priori verſui appone. 14

Domum modo ibo: ut apparentur, dicam. Apparentur ſcilicet *Nuptiae:* atqui eae apparandae erant, in domo Simonis, non Chremis. Repone: *Ut apparetur, dicam:* Impersonaliter dictum; ut Eun. III, 5, 35. *Adhortor, properent.* 15

Digitized by Google

Erúm fefelli: in núptias coniéci erilem fílium;
Feci hódie ut fierent, ínsperante hoc, átque inuito Pámphilo. hem
Aſtútias: quod ſi quieſſem, níhil euenifſét mali.
Set éccum uideo ipſum: óccidi.
Utinám mihi eſſet áliquid hic, quo mé nunc praecipitém darem.

ACTUS III. SCAENA V.

PAMPHILUS. DAUUS.

P. *'UBI illic eſt? ſcelús, qui me hodie. périi. atque hoc confiteor iure*
Mi obtigiſſe; quándoquidem tam inérs, tam nulli cónſili ſum:
Sérvon fortunás meas me cómmiſiſſe fútili?
Ego prétium ob ſtultitiám fero: ſet inúltum id nunquam a me aúferet.
D. *Poſthác incolumem ſát ſcio fore me, núnc ſi hoc deuitó malum.*
P. *Nam quíd ego nunc dicám patri? negábon uelle mé, modo*

rem. dum apparatur, virgo in conclavi ſedet. Et Adel. V, 7, 2. *In apparando conſumunt diem.*

20 *Atque eadem haec quaé tibi dixi.* Unus ex noſtris, *Quae dixi tibi.* Lege, *Tibi quae dixi, dicam itidem illi. Tibi* & *Illi* utrumque in lectu.

1 P. *Ubi illic ſcelus eſt qui me perdidit?* D. *perii.* P. *atque hoc confiteor.* Multi l. s. & Donatus, *ubi illic eſt ſcelus:* eſt autem verſus trochaicus catalecticus contracto per ſynizeſin, *confiteor*, in dactylum. *Iure obtigiſſe*] Interpone pronomen *mihi*, ex omnibus l. s. ut ſit, *iure mihi obtigiſſe*, quod & ſenſus exigit & ratio verſus, qui eſt trochaicus hypercatalecticus, vel forte acatalecticus, ſi ex *quidem m*, elidatur, ut in quinta ſede ſit anapaeſtus. FAERNUS.

Ubi illic eſt ſcelus, qui me perdidit? D. *perii.*
P. *atque hoc confiteor*
Iure mihi obtigiſſe quandoquidem tam iners
tam nulli conſilii
Sum. ſervon fortunas meas me commiſiſſe futili?

Sic verſus conſtituit Faernus, quem ſecuti ſunt plerique omnes. Sed male rem hic geſſit vir optimus, cum ex *Confiteor* dactylum facit; nec melius alius, qui ex *Perdidit* anapaeſtum. Si ſic agatur, actum eſt de Terentio. Vide, ſi nos quid melius afferamus. Multi codices tam noſtri quam aliorum, *Ubi illic eſt ſcelus, qui me hodie perdidit.* Quae cum ultra metrum excurrerent; acceſſerunt veteres illi, quos ſupra indicavi, Correctores: & verbum innocens ejecerunt, noxium retinuerunt. Sic edim conſtituendus erat hic verſus, & ſequens:

'Ubi illic eſt? ſcelús, qui me hodie. périi.
atque hoc confiteor iure
Mi obtigiſſe; quándoquidem tam inérs, tam
nulli cónſili ſum:
Sérvon fortunás meas me cómmiſiſſe fútili?

Multo iracundius venit, *Qui me hodie*, quam ſi addas; *Perdidit:* ut *Quem quidem ego ſi ſenſero.*

Quos ego. ſed motos praeſtat componere fluctus. *Perii* autem, cave Davo tribuas cum libris ſcriptis: totum Pamphili eſt: ut Chaeſea, Eun. II, 3, 34. *Quid hoc eſt ſceleris? perii.* & paſſim. Animadverte autem, ut *Scélus* in lectu nunc ſit, elata voce pronuntiandum: at ſi *Perdidit* legis, in Theſi ita ſtrangulatur, ut aurem effugiat.

Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum 4
id numquam auferet. Sic dedit Faernus; ſed lege ex vett. Edd. & uno Regio,

Ego prétium ob ſtultitiám feró; ſed inultum
id númquam a me aliferet.

A me a ſyllaba praecedente *Am* abſorptum, a pleriſque exemplaribus abeſt.

Nunc ſi devito hoc malum. Concinnius 5
duo ex noſtris: *Nunc ſi hoc devito malum.*

Sed quid ego nunc dicam patri? Donatus 6
& aliqui libri, inter quos antiqui, *nam quid ego.* FAERNUS. Ita & omnes noſtri.

Nec

Qui ſúm pollicìtus dúcere? qua fidúcia id facere aúdeam?
Nec, quíd me nunc faciám, ſcio. D. *nec quíd me, atque id ago ſédulo.*
Dicam áliquid me inuentúrum, ut huic malo áliquam producám moram.
P. *Oh.* D. *uíſus ſum.* P. *ehodum bóne uir, quid agis? uíden me conſiliís tuis*
Miſerum ínpeditum eſſe? D. *át iam expediam.* P. *expédies?* D. *certe*
Pámphile. 11
P. *Nempe út modo.* D. *immo mélius ſpero.* P. *oh, tíbi ego ut credam, fúrcifer?*
Tu rem ínpeditam et pérditam reſtítuas? hem quo frétus ſim,
Qui me hódie ex tranquilliſſima re cónieciſti in núptias.
'Annon dixi eſſe hóc futurum? D. *díxti.* P. *quid meritú's?* D. *crucem.* 15
Sét ſine paululum ád me redeam: iam áliquid diſpiciam. P. *éi mihi,*
Cúm non habeo ſpátium, ut de te súmam ſupplicium, út uolo:
Námque hoc tempus, práecauere míhi me, haut te ulciſci, monet.

8 DA. *Nec quidem me.* Lege, *Nec quid me.* Venuſtas a repetitione tota eſt.

9 *Dicam aliquid jam inventurum.* In aliquibus libris eſt, *jam me*, in aliquibus & inter hos, Vaticano, & Baſilicano, ſolummodo eſt, *me*. FAERNUS.

Dicam aliquid jam inventurum. Ut duo ex Faernianis primarii *Me* pro *Jam*; itidem & duo ex noſtris veterrimi. Ceteri non *Jam me* ſed *Me jam:* Lege vero,

Dicam aliquid me *inventurum.*

10 P. *Oh.* D. *viſus ſum.* P. *ehodum bone vir, quid ais? viden me tuis conſiliis.* Et Vaticanus & omnes alii libri quos vidi, non *oh* ſed *ohe*, habent: pro quo tamen libenter legerim, *oho:* quae interjectio eſt exclamantis irati. ut & in Adelphis, *Oho, ſcis & pateris?* Sed ſive *ohe* ſive *oho* legas, eſt haec dictio neceſſaria ſuſtentando octonario: ita ut *ohe*, ſit ſpondeus: ex *quid* vero *d* abjiciatur, ut in quinta ſede ſit tribrachus; *tuis* una ſyllaba ſit; *conſiliis* creticus; utrumque per ſynizeſin. FAERNUS.

Ohe. Viſus ſum: Ehodum bone vir, quid ais?
viden me [illegible] *ſiliis.*

Miſeris modis [illegible] contorquet Faernus, ut verſum efficiat. Tu ſic conſtitue.

Oh, Viſus ſum, Ehodum bóne vir, quid agis?
víden me conſiliis tuis.

Si mavis *Ohe*, ut plerique ſcripti; tamen Monoſyllabon erit: *Agis* autem ex noſtris duo, non *Ais*. Recte. Ut *Bone vir* per Ironiam ita *Quid agis?* Noſtrates, *How do you do?* Ita paſſim, *Quid agitur*, eodem ſenſu. Supra I, 5, 32. *O ſalve, Pamphile. Quid agis? Rogas? Laborat e dolore.*

13 *Hem quo fretus ſiem.* Verſus, & ſermo exigit *ſum*, ut & alicubi ſcriptum invenimus. FAERNUS.

Quo fretus ſiem. Verſus & ſermo exigit *Sim* non *Sum*. Non enim hoc vult, *Hem cui confido:* jam enim minime confidit: ſed *Hem cui confidam, cui confidere debeam.*

15 *Quid meritus es?* Aliqui libri & in his antiquiores, non habent verbum *es*, quod nec a Donato quidem ponitur. FAERNUS.

Etiam in Noſtris melioribus deeſt *Es*. *Meritu's* autem ſcribendum, ut *Es* cum eo coaleſcat; ut *Merituſt* pro *Meritus eſt*. Noſtri autem plerique omnes, *Annon dixi* eſſe hoc *futurum*, melius quam *Hoc eſſe futurum.*

16 *Sed paululum ſine ad me ut redeam.* O. l. s. & Donatus, *ſed ſine paululum.* quod vero ſequitur in libris antiquioribus & pleriſque aliis eſt ſine particula *ut*; eſt autem verſus trochaicus, ut ceteri qui ſequuntur. FAERNUS. Non aliter Noſtri.

17 *Ei mihi, cur non habeo tempus.* Omnes antiqui libri habent, *cum non habeo:* cum enim, etiam indicativo temporis praeſentis jungitur, ut & in Phormione, *Peccandi cum ipſe de ſe finem non facit*. FAERNUS. Unus tantum ex noſtris recentior *Cur*.

18 *Namque hoc tempus.* Et hic quoque o. l. s. &

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA. I.

CHARINUS. PAMPHILUS. DAUUS.

C. *HOCCINE crédibile, aút memorábile;*
Tánta uecórdia innáta cuiquam út ſiet,
'Ut malis gaúdeant, átque ex incómmodis
'Alteriús ſua ut cómparent cómmoda? ah
'Idne eſt uerum? immo id eſt génus hominum péſſumum, in 5
Dénegandó modo quís pudor paúlum adeſt:
Póſt ubi témpus promiſſa iam pérfici,
Túm coacti neceſſário ſe áperiunt:
'Et timent: ét tamen rés premit dénegare:

& Donatus *hoc tempus* habent: ut & exigit ratio trochaici. FAERNUS.

Hoc tempus omnes noſtri quoque; & *ulciſci ſinis.* Sed quale, quaeſo, illud eſt? *Hoc tempus* finit *me mihi praecavere.* Itane vero *ſinit*, permittit, copiam facit? Cur ergo tam dolenter & tam acerbe fers; ſi poteſtas tibi eſt praecavendi? Hocine diutius feremus, quia codices nihil adjuvant? Immo valeant Codices & quicquid uſquam fuit Librariorum, potius quam ipſi Terentio talem maculam inuramus. Lege audacter, ut Poeta ſcripſit;

Namque hoc tempus, praecavere mihi me, haut te ulciſci, monet.

ut alibi, *Res monet. Res ipſa monet.* Salluſtius Jug. XXII. *Quoniam alio properare tempus monet:* & alii paſſim.

1 *Hocine credibile'ſt.* O. l. s. & Donatus', *hocine oſt credibile.* FAERNUS.

Noſtri quoque libri *Hocine eſt:* ſed perperam: Totus enim verſus e Dactylis conſtat.

Hóccine crédibile aút memorábile.

Bonum tibi ſponſorem dabo Priſcianum p. 948. *'Huncce, Hocce:* unde *Hocc*, quaſi duabus conſonantibus *cc* ſequentibus, ſolent poetae producere: ut Virgilius, *Hocc erat, alma parens:* & ſic in antiquiſſimis codicibus invenitur bis *c* ſcriptum: quomodo & apud Terentium in Andria. *Hoccine credibile aut memorabile.* Sic ibi codex Academicus 900 annorum: *eſt* enim inter lineas habet. In editione quidem Putſchii *Hocne eſt*, mendoſe. Res enim ipſa clamat; ſi *Hoccine* primam longam habet, *Eſt* abeſſe oportere: ne pro Dactylo Creticus fiat.

Ut malis gaudeat. Vaticanus liber & Baſilicanus, & Donatus, *gaudeant.* FAERNUS. 3

Alterius, ſua comparet ut commoda? Particulam, *ut*, poſt *ſua*, ex o. l. s. collocamus. *comparent* autem ſcribimus ex Donato & duobus antiquis libris paulo ante adductis. FAERNUS. 4

Unus tantum e noſtris, *Gaudeant, Comparent*, ſed ita habent Lactantius ad Statii Theb. II. p. 64. & Nonius v. Comparare.

Immo id genus hominum eſt peſſimum, in. Ita legendum, *immo id eſt genus hominum peſſimum.* Ita Donatus & o. l. s. in quibus tamen extremorum verborum alia collocatio eſt, quam in Donato: particulam autem *in*, non huic verſui, ſed ſequenti attribuunt. FAERNUS. 5

Noſtri, *Genus hominum peſſimum;* niſi quod duo recentiores, *Peſſimum hominum genus.*

In denegando modo quis pudor eſt paululum. Scripſimus ex Donato, & o. l. s. *pudor paulum adeſt.* FAERNUS. 6

Paululum adeſt. Codex Petrenſis *Paulum adeſt;* ut Creticus fiat.

Promiſſa eſt jam perfici. Antiqui libri, & aliqui alii non habent verbum *eſt*; cum quibus & Donatus concordat. FAERNUS. 7

Tum neceſſario. Interponimus verbum *coacti* ex o, l. s. & Donato. FAERNUS. 8

Et tamen res cogit denegare. In nullo l. s. praeter- 9

Digitized by Google

'Ibi tum eorum impudentíſſima orátio eſt,
Quís tu homo es? quís mihi es? cúr ego meám tibi? heus,
Próximus ſúm egomet mí. attamen ubí fides
Sí roges, níl pudent híc, ubi opuſt: íllic ubi
Níl opuſt, ibí uerentur.
Sét quid agam? adeamne ád eum, et cum eo iniúriam hanc expóſtulem?
'Ingeram mala múlta? atque aliquis dícat, Níl promóueris:
Nil? moleſtus cérte ei fuero: atque ánimo morem géſſero.
P. *Charíne, et me et te inprúdens, niſi quid Dí reſpiciunt, pérdidi.*
C. *'Itane inprudens? tándem inuentaſt cáuſa. ſoluiſtí fidem.*
P. *Quíd ita tandem?* C. *etiám me dictis dícere iſtis póſtulas?*
P. *Quíd iſtuc eſt?* C. *poſtquám me amare díxi, complacitáſt tibi.*
Héu me miſerum, quí tuum animum ex ánimo ſpectaui meo.

praeterquam in Victoriano, hanc lectionem invenio, ſed ita, *& tamen eos res premit denegare*: ſic & apud Donatum, licet alia collocatione: antiqui ſane libri non habent pronomen, *eos*. FAERNUS.

10 *Ibi tum impudentiſſima eorum oratio'ſt.* O l. s. ita collocant: *eorum impudentiſſima*. FAERNUS. Sic in his quattuor verſibus codices quoque Noſtri.

12 *Attamen ubi fides eſt,* In pleriſque l. s. etiam antiquis non habetur verbum *eſt*, itaque id delevimus. FAERNUS.

Quis tu es? quis mihi es, cur meam tibi?
Heus proximus ſum egomet mihi. attamen
ubi fides
Si roges, nil pudet. hic ubi opus eſt
Non verentur: illic ubi nihil opus eſt, ibi verentur.

Ita Faernus, & codices noſtri; niſi quod in noſtro omnium veterrimo, & MS. Regio apud Lindenbrogium deeſt illud *non verentur*, ut etiam Eugraphio. Egregie: unde Creticos ſic conſtituere in promtu erat:

Quis tu homo es? quis mihi es? cur ego
meám tibi? heus,
Próximus ſúm egomet mí. attamen, ubí fides,
Sí roges; nil pudent, hic ubi opuſt: íllic ubi
Níl opuſt, ibí verentur.

Quis tu homo 's, ut Plaut. Curc. III. 42,
Ut hás tabellas ád eum ferrem. Quís tu ho-
& Mil. II, 5, 15. *mo's?*
Quicúm, niſi tecum? Quís tu homo's? aut
mécum quid eſt negótii tibi?

Cicero quidem Epiſt. Fam. VII, 16. *Cui tamen dixi, cum me aliquoties invitares, ora te, quis tu es?* Verum, ſi ita apud noſtrum legeris, *Tu* cum in ictu non ſit, neceſſario elidetur; ut haec Plauti loca demonſtrant. Deinde ut *Homo* hic adſcivimus, ita mox *Ego*; *Cur ego meam tibi?* Ubi Guyetus mavult *Meum* genere neutro, τὸ ἐμόν. Sed Priſcianus p. 1095. *Terentius, Andr. Cur meam tibi? ſubauditur Conjugem vel Sponſam.* Porro, *Nil pudent hic*, oppoſitum ei quod ſequitur *Ibi verentur*: ut jam facile careamus illo *Non verentur*, quod verſum conturbat, ſententiam autem fruſtra onerat. *Pudent*, vetuſte: ut Adel. IV, 7. 36. *Non te haec pudent?* Plaut. Caſ. V, 2, 3. *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo.* Denique ejuſmodi Colon, *Ibi verentur*, clauſula eſſe ſolet tam Creticorum quam Bacchiacorum; *Ibi verentur, Ego hua revortor*, III, 2, 5. Plautus, *Velim ſepultam, Capit quadrantal, Te delicatam.* Eſt qui multum hic laborat, ut probet horum verſuum rationem Eraſmo & Bergio cuidam fuiſſe perſpectam, ante meam ad Tuſculanas operam. Mirum igitur, qui factum ut iſti neminem poſt ſe Interpretem eandem docuerint: mirum, qui hic ipſe, non ἀμνήμων, ut de ſe narrat, ab illis eam non didicerit; cum ultra ea quae in Tuſculanis ego digeſſeram, ne pedem quidem unum hic promoveat, quin labatur & cadat.

Multum, moleſtus certe ei fuero. Donatus: 17
Subauditur, Promovero. Sed non ſubjunxit, quo modo Multum. Quomodo ſodes id ſubjunge-
re?

P. *Fálsus es.* C. *non ſatís tibi eſſe hoc ſólidum uiſumſt gaúdium;*
Níſi me lactaſſés amantem, et fálſa ſpe produceres.
Hábeas. P. *habeam? ah néſcis quantis ín malis uerſér miſer;*
Quantáſque hic ſuis conſíliis mihi confécit ſollicitúdines
Meus cárnufex. C. *quid iſtúc tam mirum, dé te ſi exemplúm capit?*
P. *Haut iſtuc dicas, ſi cognoris uél me uel amorém meum.*
C. *Scio: cúm patre altercáſti dudum: et ís nunc propterea tibi*
Suſcénſet: nec te quíuit hodie cógere, illam ut dúceres.
P. *Immo étiam, quo tu mínus ſcis aerumnás meas,*
Haec núptiae non ádparabantúr mihi:
Nec póſtulabat núnc quiſquam uxorém dare.
C. *Scio: tú coactus tuá uoluntate és.* P. *mane.:*
Nondum étiam ſcis. C. *ſcio équidem ducturum éſſe te.*

ret? cum ea quae ſubjungit *Moleſtus certe*, clare indicent ſe parum promotnrum. Praeſtaret, ut opinor, ſine diſtinctione legere, *Multum moleſtus:* vel ut unus ex noſtris *Multum ei moleſtus certe fuero:* niſi quod nulla de cauſa Trochaicos duos Iambicus excipiat: Ut hoc evitetur, & quam verſui tam ſententiae conſulatur, ſic lego:

Atque aliquis dicat, Nil promoveris.
Nil? moleſtus cérte ei fuero, atque ánimo morem géſſero.

Plane, ut Phaedria Eun. IV, 2, 10.

Hem, biduum hic
Mutendum eſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nil eſt. quid? Nil? ſi non tangendi copia eſt.

20 P. *Quid tandem?* C. *etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas?* L. s. recentes *seducere* habent: antiqui vero, *ducere*. quod & placet. ita verſus eſt trochaicus ut praecedens, & ſequentes: *ducere* autem, *falſa ſpe*, ſubaudiendum, ut in Phormione: *Ut phaleratis dictis ducas me.* FAERNUS.

Quid tandem? etiam nunc me ducere iſtis dictis poſtulas?

Dixerat Charinus: *Tándem inventa eſt cauſa:* Pamphilus jam in repetitione accentum mutat, *Quid tandem?* ut *Tandem* in Theſi lateat. Ne dubites igitur mendum ſubeſſe, quod ſic tollo.

Quíd ita Tándem? Etiám me dictis dúcere iſtis póſtulas?

Quid ita Tandem, ut Eunuc. V, 5, 17. *Qua audacia Tantum facinus audet? Quid ita Tantum? Etiam* autem pro *Etiam nunc* paſſim. Acuitur in fine propter interrogationem. *Ita* abſorptum eſt a ſyllaba ſequenti.

Heu me miſerum, qui tuum *animum*. Donatus: *Legitur & Cum tuum.* Neſcio an recte. ſic III, 5, 17. 22

Hei mihi, cum non habeo ſpatium.

Fálſus es. Nónne tibí ſatis eſſe hoc viſum ſolidumſt gaudium. Verſus impeditus & inconcinnus. Duo ex noſtris cum vett. Edd. & Donato; *ſolidum eſt viſum.* Tolle interrogationem & lege, 23

Fálſus es. Non ſátis tibi eſſe hoc ſolidum viſumſt gaudium.

Confecit ſollicitudines. Donatus: Legitur & *Conflavit.* Qui hodie ſuperſunt libri omnes *Confecit.* 26

Quid iſtuc tam mirumſt. Tolle *eſt*, quod etiam neſcit Eugraphius. Virgilius: 27

Quid tam egregium, ſi femina forti Fidis equo?

Horatius: *Quid tam magnum? inquit.*

Hae nuptiae. Donatus: *Legitur & Haec nuptiae: ſic enim veteres dixerunt.* Recte: exempla jam ſupra habuimus, & habebimus rurſum. 32

Scio, coactus tua voluntate es. Poſt *ſcio* interponimus pronomen *tu*, ex o. b s. & Donato. FAERNUS. 34

Nondum ſcis. Scio equidem illam ducturum eſſe te. Nondúm ſcis: illud ſub Ictu, hoc in Theſi; 35

P. *Cur me énicas? hoc aúdi. numquam déſtitit*
Inſtáre, ut dicerém me ductúrum patri;
Suadére, orare, uſque ádeo donec pérpulit.
C. *Quis homo iſtuc?* P. *Dauos.* C. *Dáuos? quamobrem?* P. *néſcio:*
Niſi míhi deos fuiſſe irátos, qui auſcultáuerim.
C. *Factum éſt hoc, Daue?* D. *fáctum eſt.* C. *hem, quid ais ſcelus?*
At tíbi Di dignum fáctis exitiúm duint.
Eho, díc mihi, ſi omnes húnc coniectum in núptias
Inimíci uellent; quídni hoc conſiliúm darent?
D. *Decéptus ſum, at non défetigatús.* C. *ſcio.*
D. *Hac nón ſucceſſit, ália adgrediemúr uia.*
Niſi ſi íd putas, quia primo proceſſit parum,

non ſatis pro cetera Noſtri elegantia. Codex Palatinus, hoc eſt, Romanus apud Georg. Fabricium, *Nondum etiam ſcis.* Unde certiſſime eſt corrigendum.

Nondum étiam ſcís. Scio equidem ductúrum eſſe te.

Illam melius abeſſe ſcias ex verſu abhinc altero.

32 *Inſtare ut dicerem eſſe ductúrum patri.* Omnes quidem libri habent *me eſſe ductúrum*, ſed impedita eſt ratio ſcandendi, niſi aut ex *dicerem, m*, abjicias, aut legas ſine verbo, *eſſe*, ut Donatus. FAERNUS.

Nunquam deſtitit Inſtare, ut dicerem me eſſe ductúrum patri.

Reſpicit ad illa Davi II, 3, 9. *Dic te ductúrum*, & II, 4, 8. *Si te dices ducere.* Verſus tamen hic juſto longior eſt. Sunt qui ejiciant *Me*; Ego illud retineo, & *eſſe* rejicio:

Inſtare, ut dicerem me ductúrum patri.

ut ſupra, *Dic te dictúrum*, abſque illo *Eſſe*. *Dicerem* acuit ſyllabam ultimam, propter *Me* encliticum.

39 *Quis homo iſtuc?* P. *Dauos.* C. *Dauos.* P. *interturbat.* C. *quamobrem.* P. *neſcio:*
Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe irátos, qui auſcultaverim.

Sic dedit Faernus, Sed vide jam facinus veterum correctorum ſcripſerat olim aliquis in libri ſui margine, *Davos interturbat omnia*; quod poſtea in textum irrepſit, & nunc extat in pleriſque codicibus. Videbant tum qui metri peritiores erant, haec ultra verſus terminos excurrere. Ergo illud *Omnia* ejecerunt, ceteris retentis; & poſteriorem quoque verſum interpolarunt, ſic ut duo fierent Tetrametri. Quorſum vero *Interturbat*, tempore praeſenti? quod tamen agnoſcit & explicat ipſe Donatus; ut errati vetuſtatem vel inde colligas. Dixiſſet utique Pamphilus *Interturbavit*. Sed ecce tibi ipſum illud, quod dederat Terentius:

Quis homo iſtuc? P. *Davos.* C. *Davos? quamobrem?* P, *neſcio,*
Niſi mihi deos fuiſſe irátos, qui auſcultaverim.

Certe tres ex noſtris Codices, quorum duo veterrimi, non habent *Scio*. Tolle *ſatis ſcio*, quod elegantius abeſt. *Neſcio niſi.* Heaut. III, 2, 38. *Neſcio;*
Niſi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
Adelph. IV, 5, 64. *Neſcio;*
Niſi tam miſere hoc eſſe cupio verum, ea vereor magis.]
Phorm. III, 1, 11. *Neſcio;*
Niſi Phaedria haud ceſſavit pro te eniti.
& V, 8, 6. *Neſcio;*
Niſi me dixiſſe nemini: id certo ſcio.
Plaut. Pſeud. I, 1, 105. & I, 1, 155. *Neſcio. Niſi quia futurumſt.*
Rud. IV, 3, 85. [*ſcio;*
Neſcio, neque ego iſtas veſtras leges urbanas
Niſi quia hunc meum eſſe dico.

Factum eſt hoc Dave? D. *Factum.* C. *Hem* 41
quid ais ſcelus? Omnes libri antiquiores, *Factum hoc eſt Dave?* FAERNUS.

Factum hoc eſt, Dave? Factum. Hem quid ais ſcelus?

Atqui ex noſtris antiquiores omnes, *Factum eſt hoc.* & mox pro *Factum*, Petrenſis *Factum eſt*. Lege ergo

Factum.

Digitized by Google

Non iam ád ſalutem póſſe conuertí hoc malum.
P. *Immo étiam: nam ſatis crédo, ſi aduigiláueris,*
Ex únis geminas míhi conficies núptias.
D. *Ego Pámphile, hoc tibi pró ſeruitio débeo,*
Conári manibus, pédibus, nocteſque ét dies:
Capitís periclum adíre, dum proſím tibi:
Tuumſt, ſí quid praeter ſpem éuenit, mi ignóſcere.
Parúm ſuccedit quód ago: at facio ſédulo.
Vel mélius tute réperi, me miſſúm face.
P. *Cupió: reſtitue quem á me accepiſtí locum.*
D. *Faciam.* P. *át iam hoc opus eſt.* D. *ſét concrepuit hínc a Glycerio óſtium.*

Factum eſt hoc, Dave? Factum eſt. Hem quid ais, ſcelus?
Factum enim ante *Hem*, non poteſt non elidere ultimam.

44 *Quód, niſi hoc, cónſilium darent?* Quod conſilium, niſi hoc? Immo alia via eodem pervenire poterant. Vides quoque verſum duriter incedere: Lege, minima mutatione, duorum ſcilicet in MStis apicum;
Inimici vellent, quidni hoc conſilium darent?

46 *Alia aggrediemur.* Donatus: *Legitur & Adoriemur.* Codices nunc ſuperſtites, omnes *Aggrediemur.*

47 *Niſi id putas.* Lege, *Niſi ſi id putas.*

48 *Non poſſe jam ad ſalutem converti hoc malum.* Lege numeroſe magis;
Non jam ad ſalutem poſſe converti hoc malum.

54 *Tuum eſt ſiquid praeter ſpem evenit ignoſcere.* Ex l. s. interpone poſt *evenit*, pronomen *mihi*. & ſtat ſenarius, ſi *tuum* & *mihi* monoſyllaba fiant. FAERNUS.
Etiam noſtri omnes *Mihi*. Sed audiamus Donatum: *Evénit productum, magis quia hoc perpetuo non vult Pamphilo, accidere. Ergo* Evénit: *non autem* 'Evenit *media correpta?* Vide Magiſtrorum acumen. Nam & metri ratio *'Evenit*, non *Evénit*, efflagitat: & ſententia ipſa: quippe *'Evenit*, ut *Succedit.*

55 *Parum ſucceſſit quod ago.* Victorianus & aliqui alii libri etiam antiqui & Donatus, *parum ſuccedit.* FAERNUS. Sic & noſtri *ſuccedit.*

Vel melius tu aliud reperi. Non fere invenias librum ſcriptum in quo non legatur *vel tute:* vox vero *aliud* non eſt in aliquibus libris, inter quos Victoriano. ut & verſus expoſcit. FAERNUS. Noſtri *Tute:* ſed plerique etiam *Aliud.* 56

Reſtitue in quem me accepiſti locum. Omnes antiqui libri, *reſtitue quem a me accepiſti locum.* ita legit & Eugraphius. ita videtur legiſſe & Donatus. nam quamvis aliter verba Terentii citet, tamen in expoſitione ſic dicit: *omnia mihi integra & ſalva redde, qualia tibi tradidi conſuluro.* quae verba Donati optime quadrant cum *reſtitue mihi locum.* FAERNUS. 57
Sic & noſtri vetuſtiores, *Reſtitue quem*, non *In quem.* Phorm. Prol. 34.
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum.
Plautus Mil. III, 1, 108.
Si iſtam ſemel amiſeris
Libertatem, haut facile te in eundem rurſus reſtitues locum.
Idem, qui hic, error eſt: corrigendum enim ex metri ratione:
Libertatem, haut facile eundem rurſus reſtitues locum.

D. *Faciam.* P. *at iam hoc opus eſt.* D. *hem, ſet mane, concrepuit a Glycerio oſtium.* Poſt *hem* nullam videtur habere ſignificationem dictio *ſed*: quare licet reclamantibus omnibus libris accedimus ſententiae Mureti legentis *ſt.* quae nota ſilentii eſt. ita etiam optime procedente octonario Iambico. FAERNUS. 58
Neque *Hem*, neque *St* mihi videtur ſignificationem hic habere. Muretus, quem hic ſequitur

P. *Nihil ád te.* D. *quaero.* P. *hem, núncne demum?* D. *at iám hóc tibi inuentúm dabo.*

ACTUS IV. SCAENA II.

MYSIS. PAMPHILUS. CHARINUS. DAUUS.

M. *IAM, úbi ubi erit, inuentúm tibi curábo, et mecum addúctum*
Tuum Pámphilum: modo tu, ánime mi, nolí te maceráre.
P. *Mysís.* M. *quis eſt?* *ehem Pámphile, opportúne te mihi óffers..*
Oráre iuſſit, ſí ſe ames, era, iám ut ad ſeſe uénias:
Vidére ait te cúpere. P. *Vah, perii: hóc malum integráſcit.*
Sicíne me atque illam operá tua nunc miſeros ſollicitári?
Nam idcírco adcerſor, núptias quod mi ádparari ſénſit.

ſequitur Faernus, *Hem, St*, quaſi unam ſyllabam ponit, ubi omnes ubique Codices *Hem ſed.* At illud *St*, ubi recte venit, per ſe ſyllabam ſemper facit. Velius Longus p. 2213. 'Inventi ſunt tamen, qui & ſine vocali pu-'tent poſſe ſyllabam fieri. Nam animadverti-'mus apud Comicos *S* & *T* pariter ſcriptas 'literas: ut apud Terentium in Phormione. 'Non is obſecro eſt Quem ſemper te eſſe dixi-'taſti? St. quid has metuis fores? Hoc S & T 'pariter renuntiat ſilentium. Vides ex his ve-teris Magiſtri verbis, ex *St* ſyllabam fieri. Hieronymus Epiſtola ad Damaſum: (Tom. 'IV. p. 148.) Sicut nos in Lingua Latina ha-'bemus interjectiones quaſdam: ut inſultando 'dicimus *Vah*, & in admirando *Papae*, & in 'dolendo *Heu*: & quando ſilentium volumus 'imponere, ſtrictis dentibus ſpatium coarta-'mus; & agimus tantum ſibilum, inſonando 'Sith. Sic ex uno codice edidit Martianaeus; narrat tamen alios codices habere *Si*. Lege *St*; Ex his, & ex ipſa re patet, *St* ſyllabam per ſe facere; neque cum praecedente vocali, vel cum *Hem* poſſe coaleſcere. Quid igitur fiet? Videamus, an ex recepta librorum lectione aliquid excudi poteſt auctore ſuo dignum. Tolle iſta *Hem & Mane*, & eorum vice ſubſtitue *Hinc*.

Faciam. P. *ét jam hoc ópus eſt.* D. *ſed concrépuit hinc a Gly'cerio óſtium.*

Illud autem *Sed*, quod ſpreverunt Muretus & Faernus, tam apte & appoſite venit, ut nihil ſupra. Eun, V, 8, 3. *Sed fores creperuerunt ab ea.* Hec. IV, 1, 6. *Sed oſtium concrepuit.* Phorm. V, 5, 12. *Sed oſtium concrepuit abs te.* Heaut. I, 1, 122. *Sed quid creperuerunt fores*

Hinc a me? quiſnam egreditur? hinc conceſſero. Ubi nota *Hinc a me*, ut hic *Hinc a Glycerio*: & vix, opinor, de hac emendatione dubitabis. Omnes fores, quae in fabulis memorantur, intra Scenam erant, & eam verſus aperiebantur.

Hem nuncine demum. Codex e noſtris in- 59
figuis, *Hem nuncne demum.*

Tuum Pamphilum. Tu modo, anime mi, noli 2
te macerare. Ride eos, qui vel ſpondaeum hinc *Pamphilum*, vel Anapaeſtum *Paphilum* faciunt. Muta modo ordinem, & nihil opus erit ejuſmodi portentis.

Tuum Pamphilum. modo tu, anime mi, noli te macerare.

Modo ſententiam inchoat, ut *Modo ut poſſim*; *Modo ut tacere poſſis.*

P. *Myſis.* M. *quid eſt.* Haec verba omnia in 3
Vaticano & aliquibus aliis perſonae Pamphili aſcribuntur. quod vero ſequitur, *mihi te offers*, ita collocatum legitur, *te mihi offers*. eſt autem utroque modo Iambicus tetrameter catalecticus, ſi *quid* per dialyſin, diſſyllabum fiat. FAERNUS.

Myſis quid eſt? M. *Hem, Pamphile, optume te mihi offers.* P. *quid eſt?*

Apage illud *Quid* diſſyllabum per dialyſin, *Quid*. Repono:

P. *Myſis.* M. *quis eſt? ehem Pamphile, opportune te mihi offers:*

Orare

Digitized by Google

C. *Quibus quidem quam facile potuerat quiéſci, ſi hic quiéſſet.*
D. *Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.* M. *atque édepol*
Ea rés eſt: proptereáque nunc miſera in moerore eſt. P. *Myſis,*
Per ómnis adiuró deos, numquam eám me deſertúrum;
Non, ſi capiundos míhi ſciam eſſe inimícos omnis hómines.
Hanc mi éxpetiui, cóntigit: conuéniunt mores: uáleant,
Qui intér nos diſcidiúm uolunt: hanc, niſi mors, mi adimet némo.
M. *Reſpíſco.* P. *non Apóllinis magis uérum atque hoc reſpónſum eſt.*
Si póterit fieri, ut né pater per mé ſtetiſſe crédat,
Quo mínus hae fierent núptiae, uoló. ſet ſi id non póterit,
Id fáciam, in procliuí quod eſt, per mé ſtetiſſe ut crédat.
Quis uídeor? C. *miſer, aeque atque ego.* D. *conſílium quaero,* C. *fórtis;*
Si quíd conere. D. *hoc égo tibi profécto effectum réddam.*

Orare juſſit, ſi ſe ames; era; jam ut ad ſeſe venias.

Quis eſt? ita unus ex noſtris, & pro varia lectione alter. Sic & ſupra II, 2, 7. *Quis homo eſt, qui me? o Pamphile:* & alibi: *Ebem* autem monoſyllabon in hujuſmodi locis: non *Hem*, quod indignantis vel conturbati eſt. *Opportune te mihi offers*; ut Adel. III, 2, 24. *Opportune te obtuliſti mi obviam. Optume & oportune* non ſemel permutantur, tam apud Noſtrum, quam Plautum: quippe in ſcriptis vix differunt, *optume*, & *optume*. Ceterum illud *Quid eſt* olim a Correctoribus venit ad ſupplendum verſum; poſtquam *Optume* coeptum eſt legi pro *Opportune*.

6 *Sic miſeros ſollicitarier?* Lege, ut verſus, poſtulat *ſollicitari*. At, inquiunt, in dimetiendo verſu *er* omittendum. Quae malum, haec ſuperſtitio eſt; praeter communem loquendi morem apponere Paragogen, quam tamen non pronunties?

8 *Quibus quidem quam facile poterat.* Antiqui libri *potuerat*. FAERNUS. Sic & Noſtri, ipſo verſu poſtulante.

11 *Per omnis tibi adjuro deos, numquam eam me deſerturum.* *Tibi* redundat; niſi primam vel in *Omnis*, vel in *Adjuro* corripueris: quorum neutrum neceſſe eſt. Duo ex noſtris, *Te adjuro*: unus, *Tibi juro*. Deleatur *Tibi*. Plaut. Bacch. IV, 6, 8.

Taces? per omnis deos adjuro, ni meum
Mem. IV, 2, 52.
Per Jovem deoſque omnis adjuro, uxor, ſatin hoc eſt tibi?

Qui inter nos diſſidium volunt. Antiquiſſimi libri *diſcidium* per *s* & *c* ſcriptum habent; unde conjicimus a *diſcindo* venire *diſcidium*, ſicut ab *excindo excidium*, quod ita eſſe ipſa vocabuli hujus ſignificatio oſtendit. uſurpatur enim & hic & alibi apud auctores non pro diſcordia, in quem ſenſum neceſſe eſſet hoc nomen accipi, ſi a diſſideo veniret, ſed pro ſeparatione violenta, & abruptione duorum inter ſe conjunctorum. quod & hic ipſe locus probat, & ille in Hecyra: *Neque mea culpa hoc evenisſe diſcidium, id teſtor deos.* & Ciceronis ad Atticum libro quarto: *Acerbiſſime diſcidium noſtrum tuliſſe.* FAERNUS. Recte hoc: & ſic ex noſtris vetuſtiores.

CH. *Reſpiſco.* Sic codices & Faernus. Atqui hoc Myſis loquitur, non Charinus: ut locum contemplanti ſtatim patebit. Ceterum Codex C. C. *Reſpiro*. Utrumvis recte & eodem ſenſu. Heaut. II, 2, 12. *Timeo. Reſpira.*

Quis videor? C. *Miſer aeque atque ego.* D. *Conſilium quaero.* C. *Fortis,* P. *Scio quid conere.* Tan. Faber, *At ſortis*: nempe a Charino hoc dictum putavit: quo poſito, ſane meliuſcule erit: quam vulgata lectio. Sed aliud me & melius ſpero allaturum. Charinus non Pamphilo hoc dicit, ſed Davo, qui dixerat, *Conſilium.*

Digitized by Google

P. *Iam hoc opus eſt.* D. *quin iam habeó.* C. *quid eſt?* D. *huic, non tibi habeo, né erres.*
C. *Sat hábeo.* P. *quid faciés? cedo.* D. *dies mí hic ut ſatis ſit uéreor*
Ad agéndum: ne uacuum éſſe me nunc ád narrandum crédas:
Proinde hínc uos amolímini: nam mi ímpedimento éſtis.
P. *Ego hanc uíſam.* D. *quid tu? quó hinc te agis?* C. *uerúm uis dicam?*
D. *immo étiam*
Narrátionis íncipit mi inítium. C. *quid me fíet?*
D. *Eho tu ínpudens, non ſátis habes, quod tíbi dieculam áddo,*
Quantum húic promoueo núptias? C. *Daue, át tamen.* D. *quid érgo?*
C. *Ut dúcam.* D. *ridiculum.* C. *húc face ad me uénias, ſi quid póteris.*
D. *Quid uéniam? nil habeo.* C. *át tamen ſiquid.* D. *age, ueniam.*
C. *ſí quid;*
Domi eró. D. *tu, Myſis, dúm exeo, parúmper opperíre hic.*
M. *Quaprópter?* D. *ita facto éſt opus.* M. *matúra.* D. *iam inquam hic ádero.*

ſilium quaero. Lege & diſtingue: CH *Fortis; Si quid conere.* poſterius Colon in vulgatis Pamphilo aſſignatur. Perperam: Pamphilus enim adhuc ita ſuccenſet Davo; ut nondum quicquam ei blandius dicat. Quin & Donatus hoc a Pamphilo abjudicat, & Charino adſignat; & ſic unus codex ex Noſtris. *Fortis; ſi quid conere:* hoc eſt, optimum conſilium extundes, ſi modo nervos intendas. ut ſupra IV, 1, 49. *Si advigilaveris.* Eun. V, 9, 26.

GN. *Difficile eſt.* TH. *Si quid conlibuit, novi te.* Illud vero, *Scio quid conere* plane abſurdum. Quomodo enim vel Charinus vel Pamphilus praeſcire id poſſet? Cur etiam & poſtea alter interrogat *Quid eſt?* alter, *Quid facies? cedo:* ſi jam reſciſcerent? Ex pronuntiatione ſciebant, *Forti's, ut Triſti's, veritu's, meritu's* coalitum eſſe ex *Fortis es.*

22 C. *Sat habeo.* P. *quid facies cedo.* D. *dies hic mihi ut ſit ſatis vereor.* Ita haec colloca ex l. s. *dies mihi hic ut ſatis ſit vereor.* & verſus procedit, qui eſt ejuſdem generis cum ſuperiore aliter impeditus eſt. FAERNUS.

Noſtri omnes, *Dies hic mi,* non *Dies mi hic.* Non flocci intereſt.

28 *Huc face ad me ut venias.* Duo ex noſtris vetuſtiſſimi *Ad me venias,* Concinnius.

31 *Dum exeo, parumper opperire me hic.* Peccat hoc in metri leges: ac licet vetuſtiores quoque noſtri ſic ordinent: vix crediderim a Faerno ſic datum. Unus ex noſtris, *Me parumper opperire hic.* Tres *Parumper me opperire hic.* Hoc certe verſui ſatisfacit. Ejice tamen potius *Me,* quod ſedem adeo incertam habet: neque eo hic opus eſt, cum dicat *Exeo.* Sic And. I, 4, 8. *Opperiar ut ſciam,* & alibi: abſolute, non ſequente accuſativo.

Ita facto opus eſt. Lege ex ratione verſus & libro ſcripto, *ita facto eſt opus.* FAERNUS. 32

Noſtri quidem omnes, *Facto opus eſt;* cui lectioni eſt qui faveat contra Faernum; ſed ut verſui, inquit, conſulatur, inſerendum *At.*

Qua propter ita facto opus eſt. M. *At matura.* Sane optime verſui conſultum eſt: ſi conſulere eſt jugulare. Quid? an *opus eſt at* corripiet *eſt* in ea ſede? ut fiat Paeon quartus, quomodo ſupra v. 8. *Potuerat;* infra, *Digitulo, Philoſophor'?* Non, opinor, hoc dicere ſuſtinebit. Sed *Matura,* ait, nude poſitum languet frigetque. At ex cujus contagione friget? Non certe in Epidico friget V, 1, 27.

Opperire dum effero ad te argentum. DA. *Matura.* EP. *Domiſt.*

Summum bonum eſſe herae putavi hunc Pamphilum. Quinque ex noſtris cum Edd. vett. *Putabam.* Recte. Sic enim loquimur, cum poſtea 2

ACTUS IV. SCAENA III.

MYSIS. DAUUS.

M. *NILNE éſſe proprium cuíquam? Di noſtrám fidem:*
Summúm bonum eſſe erae députabam hunc Pámphilum,
Amícum, tutorém, uirum in quouís loco
Paratum: uerum ex eó nunc miſera quém capit
Labórem? facile hic plús mali eſt, quam illíc boni.
Set Dáuos exit. mí homo, quid iſtuc óbſecroſt?
Quo pórtas puerum? D. *Myſis, nunc opus éſt tua*
Mihi ad hánc rem expromptа málitia, atque aſtútia.
M. *Quid nam íncepturu's?* D. *áccipe a me hunc ócius,*
Atque ánte noſtram iánuam adpone. M. *óbſecro,*
Humíne? D. *ex ara hinc ſúme uerbenás tibi,*
Atque eás ſubſterne. M. *quámobrem tute id nón facis?*
D. *Quia ſí forte opus ſit ád erum iurató mihi*

ſtra nos deceptos eſſe intellegimus. Praeterea pes tertius integro verbo *Erae* conſtat, contra veterum Metricorum effatum. Repone,

Summum bonum eſſe erae deputabam hunc Pamphilum,

Eſſe erae anapaeſtus eſt. Hec. IV, 1, 9.

Tun virum me aut hominem deputas adeo eſſe?

3 *Amicum, amatorem, virum in quovis loco Paratum.* Non placet illud *Amatorem*; quod minus eſt quam *Amicum*: Et ſi hic eſt *Amator*, Glycerium erit *meretrix*; prorſus contra fabulae argumentum. Lege ergo vel Terentii cauſa, velint nolint Librarii,

Amicum, tutorem, *virum in quovis loco*;

ut ſupra de re eadem, I, 5, 6.

Te iſti virum do, amicum, tutorem, patrem.

Infra IV, 5, 18.

Aliquem eſſe amicum & defenſorem ei.

Amator in quovis loco paratus obſcoene accipi poſſit.

5 *Quem capit dolorem?* Multi libri ſcripti, etiam antiqui, habent, *quem capis laborem?* ita legit & Donatus, licet variare videatur; ita & Eugraphius, qui hic *laborem* accipi dicit pro *dolore*, ſic ut *periculum* pro *tentamento*. FAERNUS. Etiam ex noſtris plures & meliores *Laborem*.

8 *Memoria atque aſtutia.* Liber Vaticanus & Baſilicanus, pro *memoria* habent *malitia*, & aliqui alii. ita legit & Eugraphius. in aliquibus corrupte legitur *militia*. FAERNUS. Donatus *Memoria*. Noſtri codices, partim hoc, partim *Malitia*: quae verior lectio eſt, *Malitia*, calliditas, vafrities.

12 *Quamobrem id tute non facis?* Lege ob numeros meliores,

Quamobrem tute id non facis?

13 *Quia ſi forte opus ad erum jurandum mihi.* Poſt *opus*, deeſt verbum *ſit*, quod in omnibus ſcriptis eſt, & videtur neceſſarium. FAERNUS.

Donatus ad locum: *Sic locutus eſt, ut explicari atque intelligi non poſſit; aut enim deeſt Jus, ut ſit Jurandum pro jusjurandum, aut ut vulgo dicitur Juramentum.* Ex his apparet, nullam alibi locutionis hujus exemplum Donato occurriſſe: neque ſane crediderim vel Noſtrum vel quemquam hominum ſic locutum. Ratio enim & ſenſus communis non patitur, ut *Jurandum* valeat *Jusjurandum*; non magis quam ut *Familias* ſit *Paterfamilias*. Hodie tamen ex Plauto auctoritatem, ſed falſo, petunt. Ciſtell. II, 1, 25. [*ſidi.*

Abi quaerere ubi tuo jurando tuo ſatis ſit ſub-

Ita codex omnium veterrimus: unde ſic locum extra aleam conſtituo:

Non ádposuisse, ut líquido possim. M. *intéllego:*
Noua núnc religio te ístaec incessít cedo?
D. *Moue ócius te, ut quid agam porro, intéllegas.*
Pro Iúppiter. M. *quid est?* D. *spónsae pater intéruenit.*
Repúdio quod consílium primum inténderam.
M. *Nescío quid narres:* D. *égo quoque hinc ab déxtera*
Uenire me adsímulábo: tu, ut subséruias
Orátioni, utcúmque opust, uerbís uide.
M. *Ego quid agas nihil intéllego: set, sí quid est,*
Quod méa opera opus sit nóbis, ut tu plús uides,
Manébo, ne quod nóstrum remorer cómmodum.

ACTUS IV. SCAENA IV.
CHREMES. MYSIS. DAUUS.

CH. *REVE'RTOR, postquam quae ópus fuere ad núptias*

'Alibi quaere, ubi tuó jurando júri satis sit subsídi;
Hic apud nos, Alcésimarche, cónfregisti tésseram.
Jurando juri, hoc est, *jurijurando*: ut Pseud. I, 2, 63,
Lanios qui item ut nos jurando jure malo quaerunt rem audi.
ita scripti veteres: ubi corrigendum:
Lánios, qui item ut nós jurando júre male quaerúnt rem, adi.
Jurando jure pro *Jure jurando*. Desinant igitur posthac huic *Jurando* ex Plauto patrocinari. Sane apud Terentium omnes, quos vidi codices, versu licet invito, habent,
Ut si forte opus sit ad herum jusjurandum mihi.
praeter unum Academicum, qui *Jure jurando*; quod egregie versui medebitur; si tollas hinc *Ad herum:*
Ut si forte opus sit jure jurando mihi
Non adposuisse: ut liquido possim.
Sed aliam viam & meliorem, immo rectissimam, insistemus: sic enim dedit Auctor.
Ut si forte opus sit ad herum jurato *mihi.*
Opus sit mihi jurato, ut *opus est tibi transcurso.* Hec. III, 4, 17.
In arcem transcurso opus est. Cui homini? Tibi. Phorm. V, 8, 14.
Non opus est dicto. Tibi quidem, at scito huic Sic alibi *opus prolato, parato, tacito* &c. Plaut. Asin. I, 1, 8.
Per Dium Fidium quaeris: jurato mihi
Video necesse esse *eloqui, quicquid roges.* Amph. I, 1, 280.
Nam injurato scio plus credet mihi, quam ju- Pers. III, 3, 11. [*rato tibi.*
Qui nisi jurato mihi nil ausu's credere.

Nova nunc religio in te istaec incessit. cedo. 15
Turpe mendum in omnibus libris inolevit: *In te incessit*, quasi praeteritum esset ab *Incedo*. At praesens tempus est ab *Incesso*: Lege
Nova nunc religio te istaec incessit cedo?
Incessit te *metus, timor, religio &c.* non *in te.*

Pro Juppiter. M. *quid?* Addatur verbum *est*, ex o. l. s. ita ex *quid d* elisо, factaque synaloepha, versus procedet. FAERNUS. Ita & nostri, *Quid est?* 17

Repudio consilium quod primum intenderam. 18
Antiqui libri ita collocant,
Repudio quod consilium p. i. FAERNUS.
Ita & nostri, praeter tres recentiores.

Utcúmque opus sit. Opus in Thesi totum occultatur. Lege, *Opust.* Vide ad Heaut. III, 3, 17. 21

Aut tu plus vides. Lege cum Guyeto, *Ut tu plus vides.* Certum quippe erat, non, cum *Aut*, dubium. Davum Mysde longe callidiorem esse. 23

Puer hercle est. mulier, tun adposuisti hunc? 3
Ubi illic est? Versus justo longior est vel syllaba vel toto pede: unde plerique ex nostris,

Tun'

Gnatáe paraui, ut iúbeam accersi. sét quid hoc?
Puer hércleſt. mulier, tu ádpoſuiſti hunc? M. *úbi illic eſt?*
CH. *Non mihi reſpondes?* M. *núſquam eſt. uae miſeraé mihi,*
Relíquit me homo, atque ábiit. D. *Di uoſtrám fidem,*
Quid túrbae aput forumſt? quíd illic hominum litigant?
Tum annóna caraſt. quíd dicam aliud, néſcio.
M. *Cur tu óbſecro hic me ſólam?* D. *hem! quae haec eſt fábula?*
Eho Myſis, puer hic únde eſt? quiſue huc áttulit?
M. *Satin ſánu's, me qui id rógites.* D. *quem igitúr rogem?*
Qui hic néminem alium uídeam. CH. *miror, únde ſit.*
D. *Dictúra es quod rogo?* M. *áh.* D. *concede ad déxteram.*
M. *Delíras: non tute ípſe?* D. *uerbum unúm mihi,*
Praetéreaquam quod té rogo, faxís caue.
Quin dícis undeſt cláre. M. *a nobis.* D. *áttate:*

Tun' poſuiſti hunc? Sed hoc a correctoribus minus peritis. Lege,

Puer hércle eſt. mulier, tun' adpoſuiſti? Ubi illic eſt?

Dele *Hunc*; quod, cum *Puer eſt* dixerit, facile abeſſe poteſt. vel etiam lege: *Tu adpoſuiſti hunc?* ut editiones veteres habent. *Adpoſuiſti*, ad Januam ſcil. (non abſolute *Poſuiſti.*) ut ſupra IV, 3, 10 & 14. & in hac Scena 24 & 34. Ceterum Iambicorum, qui inter Senarios pedibus ſeptem incedant, cum ex corruptis Plauti locis creati ſint, gratiam facimus eorum repertori.

6 *Quid turbae eſt aput forum? quid illic hominum litigant?* Etiam hic verſus ultra menſuram excurrit. Eſt qui refingat *eſt ad forum*, melius, opinor, Guyetus:

Quid turbae apud forumſt? quid illic hominum litigant?

vel, *Quid illud hominum?* ut Plautus Rud. I, 2, 60.

Quid illud eſt, Sceparnio, Hominum ſecundum littus?

8 *Cur tu obſecro, hic me ſolam?* D. *Quae eſt haec fabula?* Plures & meliores e Noſtris, concinnius:

Cur tu, obſecro, hic me ſolam? D. *Hem, quae haec eſt fabula?*

10 *Quem igitur rogem.* Poſt *quem*, o. l. s. habent pronomen *ego*: quod in ſcanſione in unam ſyllabam contrahendum, & per ſynloepham abjiciendum eſt. FAERNUS.

Satin ſanus es, qui me id rogites? Quem ego igitur rogem?

Ita codices cum Faerni, tum noſtri. Repone:

Satin ſánu's mé qui id rógites? Quém igitúr rogem?

Vel lectus ipſi ſatis hoc probant.

11 *Qui hic neminem alium video?* Ita & Donatus; ſed o. l. s. Terentii, *videam*. FAERNUS. *Videam* noſtri quoque omnes.

12 D. *Dicturan quod rogo?* Liber Victorianus, *dicturan es:* alii omnes, *dicturane es*, itaque Priſcianus citat libro XV. verſus autem ſuſtentatur vel abjectione *s* ex *es*, vel *d* ex *quod*. primo modo, ſecundus pes erit anapaeſtus, tertius Iambus; altero, ſecundus erit Iambus, tertius anapaeſtus. FAERNUS.

Dicturan es quod rogo? Unus ex Noſtris: *Dicturan' quod rogo*, Lege, *Dicturа es.*

13 *Verbum ſi mihi Unum, praeterquam quod te rogo, faxis cave.* Quinam, quaeſo, hic ſermo eſt, *Cave ſi faxis?* pro *Cave faxis.* Deinde omnes fere Noſtri, *Praetereaquam*, non *Praeterquam*. Unde facilis eſt loci reſtitutio:

Verbum unum mihi,
Praetereaquam quod te rogo, faxis cave.

Praetereaquam, praeterquam; ut *Poſteaquam*, poſtquam. Mutarunt hoc, ut alia, Magiſtelli; ne diſcipuli vetuſte loqui diſcerent.

15 D. *Unde eſt? dic clare.* M. *a vobis.* Non fere

Mirúm uero, inpudénter mulier ſí facit
Meretríx. CH. *ab Andria éſt haec, quantum intéllego.*
D. *Adeón uidemur uóbis eſſe idónei,*
In quíbus ſic inludátis? CH. *ueni in témpore.*
D. *Propera ádeo puerum tóllere hinc ab iánua:*
Mané: cauе quoquam ex íſtoc exceſſís loco.
M. *Di te éradicent: íta me miſeram téritas.*
D. *Tibi díco ego, annon?* M. *quíd uis?* D. *at etiám rogas?*
Cedo, cúium puerum hic ádpoſuiſti? díc mihi.
M. *Tu néſcis?* D. *mitte id, quód ſcio: dic, quód rogo.*
M. *Veſtri.* D. *cuius noſtri?* M. *Pámphili.* D. *hem, quid? Pámphili?*
M. *Eho, annón eſt?* CH. *recte ego némpe has fugi núptias.*
D. *O fácinus animaduértendum.* M. *quid clámitas?*
D. *Quemne égo heri uidi ad uós adferri uéſperi?*
M. *O hóminem audacem.* D. *uérum. uidi Cántharam*
Suffárcinatam. M. *Dís pol habeo grátiam.*

fere invenias librum ullum ſcriptum, qui non habeat, *a nobis*: quemadmodum etiam Donatus legit, ita dicens, *Quia a nobis, parum intelligebatur, hic addidit morem meretricis. ut vel ſic intelligat ſenex.* haec Donatus. Ceterum qui *a vobis* legunt, ex eo falſi ſunt, quod *unde eſt*, acceperunt pro, *cujus eſt*. quod ſi ita intelligeretur, jam illud quod infra dicitur, *cedo, cuium puerum hic adpoſuiſti?* ut geminatum, ſupervacaneum eſſet. Duo ergo Davum interrogare dicendum eſt, unum *unde ſit puer*, id eſt ex cujus domo exportatus, ad quod Myſis reſpondet, *a nobis*, id eſt ex domo noſtra: ut re vera erat: alterum, *cujum puerum adpoſuerit* ante aedes Simonis: ad quod illa reſpondet, *Pamphili*: quod vero Davus Myſidem, cum reſpondiſſet, *a nobis*, impudentiae inſimulat, ad id reſpicit, quod infra dicturus erat. *Quemne ego heri uidi ad vos adferri veſperi?* in eo enim videri vult eam accuſare, quod puerum ut ipſe vult credi ſuppoſitum Glycerio, adpoſuerit ante aedes Simonis, tanquam filium Pamphili. FAERNUS.

[*ah eh.*
Male dicis. Undeſt? dic clare. A nobis. Ah Vides, opinor, cum *Nobis* ultimam producas, *Ah ah eh* non Triſyllabon, ſed Diſyllabon eſſe. Reponere poſſis:

Male dixti. Undéſt? dic cláre. A nóbis.

Male dixti eſt querentis & indignantis, ut *Bene dixti, Benefeciſti*, gratias agentis. Eun. III, 1, 61.

Bene dixti: ac mi iſtuc non in mentem venerat. & III, 2, 10.

Iturae, Thais, quopiam es? Ehem Parmeno.
Bene feciſti: hodie iturae.

Atque hoc pacto verſui quidem conſules; ſententiae vero parum proſpicies: cui nec *Maledicis* neque *Maledixti* ſatis apte reſpondet. Donatum vide, qui hic haeſitat, nec expedire ſe poteſt. Fuit, opinor, ab Auctore:

Verbum unum mihi,
Praetereaquam quod te rogo, faxis cave:
Quin dicis undeſt clare. MY. *a nobis.* DA. *attate.*

Rogaverat Davus v. 9. *Eho Myſis, puer hic undeſt?* Illa bis tergiverſata eſt, nec dum certum & clarum reſponſum dederat: ergo hic denuo ei praecipit, *Quin dicis undeſt clare.* Porro meliores ex noſtris *Ahahe*: non ut in riſu ſolet *Ha ha he*. Neque ſane ullus hic ridendi locus eſt; ſi modo bene ſuas partes agat Davus. Lege *Attate*, quae interjectio eſt admirantis & conterriti & ob rem ſubitam conturbati. Plaut. Epid. III, 4, 21.

Meam amicam audivi te eſſe mercatum. Attate, (& alibi non ſemel.) Merc. H, 3, 31. *Attate: Meus pater hic quidem eſt.*

Mirum vero inpudenter mulier ſi facit meretrix. 16
Ab Andria eſt ancilla haec, quantum intellego.

Prior.

Digitized by Google

Cum in páriundo aliquot ádfuerunt líberae.
D. *Ne illa íllum haut nouit, cúius causa haec ínsipit.*
Chremés, si adpósitum púerum ante aedis uíderit,
Suam gnátam non dabít: tanto hercle mágis dabit.
CH. *Non hércle faciet.* D. *núnc adeo, ut tu sís sciens,*
Nisi púerum tollis, iám ego hunc in mediám uiam
Prouóluam: teque ibídem peruoluam ín luto.
M. *Tu pól homo non es sóbrius.* D. *fallácia*
Alia áliam trudit. iám susurrari aúdio,
Ciuem Atticam esse hanc. CH. *hém.* D. *coactus légibus*
Eam uxórem ducet. M. *eho, óbsecro, an non cíuis est?*
CH. *Ioculárium in malum ínsciens paene íncidi.*
D. *Quis hic lóquitur? o Chremé, per tempus áduenis.*
Auscúlta. C. *audiui iam ómnia.* D. *anne haec tu ómnia?*
CH. *Audíui, inquam, a princípio.* D. *audístin, óbsecro? hem*
Scelera, hánc iam oportet ín cruciatum hinc ábripi.

Prior versus toto pede ultra terminum vagatur. Repone:

Mirum vero inpudenter mulier si facit
Meretrix. Ab Andria est haec, quantum intellego,

Mulier meretrix; Plautus aliquoties: ut Merc. IV, 1, 19.

Quid, mulier? Mulier meretrix. Veron serio.

Turpilius apud Nonium v. Quaesti:

Mulier meretrix, quae me quaesti causa cognovit sui.

Ancilla autem nihil confert sententiae: cum id ex vestitu constaret.

21 *Mané. cave quoquam ex istoc excessis loco.* Est qui corrigit: *Mane, cave tu quoquam*: quia sensus, inquit, exigit, ut *Mane* raptim pronuntietur. Immo sensus exigit potius, ut mora fiat in *Mane*: quia jubet, ut Mysis in eodem loco moretur.

23 *Tibi ego dico annon?* Venustius Edd. vett. *Tibi dico ego annon?*

27 *Eho annon est? Recte ego semper fugi has nuptias.* Quomodo *semper* fugit, qui I, 1, 73. ultro ad Simonem venit, ut cum summa dote filiam Pamphilo uxorem daret: & postea III, 3. consensit ut hodie fierent nuptiae? Codex ex Nostris unus *Semper has fugi*; duo cum editione vetere *Has semper fugi*. Repone:

Eho annon est? Recte ego nempe has fugi nuptias.

Dis pol habeo gratias. Duo ex nostris *Gratiam*. Recte & ex more. Eunuch. I, 2, bis, *Est dis gratia*. Hec. III, 2, 11. *Dis gratiam habeo.* 33

Chremes, si positum puerum ante aedis videris. Nostri aliquot cum Edd. vett. *puerum positum*. Lege, ut antea bis, ter: 34

Chremes, si adpositum puerum ante aedis viderit.

Ni puerum tollis. O. l. s. *Nisi*. FAERNUS. Nostri etiam *Nisi*. 37

Eho obsecro. Donatus legit *au*, dicens esse interjectionem perturbatae mulieris. FAERNUS. Omnes nostri, *Eho*: & recte. 42

Audivi omnia. Omnes fere libri & in his plerique antiquiorum, *audivi jam omnia*. versu etiam id postulante. FAERNUS. 45

In omnibus nostris deest *Jam*. Ceterum pro *Ah ne tu omnia*. Plures & meliores nostri *An haec tu omnia*: Donatus: 'Aut *ne* pro *non* legitur, aut *Ne tu omnia*, ut *Ne* producatur, & accipiatur pro *Non*. Atqui *Ne* productum nullum hic locum habet. Lego, *Anne haec tu omnia?*

Obsecro. Hem scelera. Hem ut supra monui, in fine versus fere semper sedem habet: ut 47

Hic eſt ille: non te crédas Dauom lúdere.
M. *Me míſeram: nil pol fálſi dixi, mí ſenex.*
CH. *Noui ómnem rem. eſt Simo íntus?* D. *eſt* M. *ne me átligas*
Sceléſte. ſi pol Gly'cerio non ómnia haec.
D. *Eho inépta, neſcis quíd ſit actum?* M. *quí ſciam?*
D. *Hic ſócer eſt. alio páćto haut poterat fieri,*
Ut ſcíret haec, quae uóluimus. M. *praedíceres.*
D. *Hilum íntereſſe cénſes, ex animo ómnia,*
Ut fért natura, fácias, an de indúſtria?

ACTUS IV. SCAENA V.

CRITO hoſpes. MYSIS. DAUUS.

CR. *IN hác habitaſſe plátea dictumſt Chry'ſidem,*

ut & hic legendum: *Obſecro. hem Scelera, hanc jam oportet.* Viderunt jam alii.

48 *Hic illic eſt.* Libri omnes & Donatus, *hic eſt ille*, & τὸ *hic* praecedenti verſui in ſcanſione attribuitur. FAERNUS. Plerique etiam Noſtri *Hic eſt ille*, & Priſcianus p. 1114. tam editus quam Manu ſcriptus.

50 *Novi rem omnem, ſed eſt Simo intus?* D. *eſt.* L. s. o. *novi omnem rem:* particula vero *ſed*, non eſt in antiquis libris: verſus autem eſt dimeter Iambicus. FAERNUS.

Ita hos verſus ordinavit Faernus:

Novi omnem rem. Eſt Simo intus? Eſt.
Ne me attingas, ſceleſte. ſi pol Glycerio non omnia haec.

ubi inter Senarios male Dimeter & Tetrameter locum occupant. Sed jam dudum correxerunt Guyetus aliique. *Attigas* Plautinum quoque eſt Epid. V, 2, 58.

Ne attigas. oſtende vero. Nolo. Non aequum facis. Porro hinc intelligitur, Davum Myſidi oſculum obtuliſſe.

52 *Quid ſciam.* O. l. s. *qui ſciam.* FAERNUS. Unus tantum & alter ex noſtris *Quid.*

54 *Ut ſciret haec quae volumus.* M. *praediceres.* Hunc verſum ſuſtentamus diſſolutione ex diphthongis, alterius quae in hoc verſu ſunt. FAERNUS.

Ut ſciret haec quae volumus. Praediceres.

Faernus libris ſuis ſemper addictus, ex *Quaë* vel *Praë* diſyllabon facit. Deſpueretur Terentius, ſi hoc & plura ejuſmodi vera eſſent. Codex 900 annorum, nunc inter Academicos, *Voluimus.* Recte; quod & alii ex conjectura dederunt.

Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia,
Ut fert natura, facias, an de induſtria? 55

Donatus ad locum: Paulum *intereſſe*; *nove pro* Multum: ὁ *eſt* Ταπείνωσις ῥήματος. Sane & nove & mire; ſi *Paulum* idem ſignificare queat ac *Multum*: praeſertim ubi nullus ſit Ironiae locus. Et tamen verum eſt, quod Magiſter hic ex cathedra pronuntiat: aut in hac lectione *Paulum* perinde eſt ac *Multum*; aut ſenſu caſſa eſt tota ſententia. Pone enim, *Multum intereſſe cenſes?* & ille ipſe ſenſus recte naſcitur, quem prave accipiunt, qui legunt *Paulum*. Hoc tamen praetereunt, & conſulto, opinor, diſſimulant, omnes, in quos incidi, Interpretes. Nos, ſi poſſumus, etiam hic ſuppetias Terentio feremus. Donatus iterum: *Ex animo omnia, ut fert natura, facias. Figura ἐπιζήτησις. nam quid eſt ex animo, niſi ut fert natura? Et haec ſententia a Terentio ἐρωτηματικῶς prolata eſt, quam Menander ἀποφατικῶς poſuit.* Fallit primo Magiſter; cum *ex animo* dicit idem eſſe quod *ut fert natura*. Immo *ex animo* eſt proſpere, ex animi ſententia: *ut fert natura* eſt ſponte, forte, temere, oppoſitum τῷ *de induſtria*. Quod ſequitur apud Donatum, Terentium quidem per Interrogationem, Menandrum autem per Affirmationem ſententiam hanc protuliſſe; uterque affirmative dixerit, ſi ſic legas:

Paulum intereſſe cenſeo, *ex animo omnia,*

Ut

Quae ſibi inhoneſte optáuit parere hic diúitias,
Potiús quam honeſte in pátria pauper uíueret:
Eius mórte ea ad me lége redierúnt bona.
Set quós perconter uídeo. ſaluete. M. *óbſecro,*
Quem uídeo? eſtne hic Critó ſobrinus Chryſídis?
Is éſt. CR. *o Myſis, ſálue.* M. *ſaluos ſís Crito.*
CR. *Itan Chryſis? hem.* M. *nos pól quidem miſeras pérdidit.*
CR. *Quid uós, quo pacto hic? ſátine recte?* M. *nóſne? ſic*
Ut químus, aiunt; quándo, ut uolumus, nón licet.
CR. *Quid Glycerium? iam hic ſuós parentes répperit?*
M. *Utinam.* CR. *án nondum etiam? haut aúſpicato huc me ádtuli:*
Nam pól, ſi id ſciſſem, númquam huc tetuliſſém pedem:
Sempér ei dicta eſt éſſe haec atque habita éſt ſoror:

Ut fert natura, facias, an de induſtria. Sed vera lectio eſt, *Hilum intereſſe conſes? Hilum intereſſe, hilum differre.* Lucret. III, 881. *Neque hilum Differre, an nullo fuerit jam tempore natus.*

2 *Quae ſe inhoneſte optavit parare hic divitias.* Ex o. l. s. & Donato geminamus pronomen *ſe*; pro *parare* autem *parere* habent omnes libri antiquiores & aliqui alii, tam Terentii, quam Priſciani hunc locum citantis. atque ita ratio verſus requirit. *divitias* autem, per ſynizeſin coeuntibus vel duabus primis ſyllabis vel duabus extremis, contrahitur in creticum. ita remanet Iambus in fine. atque hoc modo ſaepe ab Terentio & Plauto uſurpatur haec dictio. FAERNUS.

3 *Potiuſquam in patria honeſte.* Ita & Donatus, & antiquiores libri Terentii, ſed omnes alii, *potiuſquam honeſte in patria.* FAERNUS.

Duo quoque ex noſtris recentiores *Honeſte in patria.* & ſic Priſcianus p. 647, & 1030. etiam ſcriptus. Ita quoque Val. Probus 1457. Suaviores ſic ſunt numeri. Sed aliud quid ſodes, vide. *Quae optavit ſeſe parare divitias, potius quam (ſeſe) vivere pauper.* Fateris jam, in hac lectione *pauperem* dictum oportuiſſe, caſu accuſandi. Codex ex Regiis Charta ceus, ſed e vetuſto tranſcriptus,

Quae ſibi *inhoneſte optavit parere hic divitias.* Hoc quidem poſito, recte erit Pauper. *Sibi parere divitias*, ut Eun. V, 2, 32.

Ut ſolidum parerem hoc mi beneficium, Chaerea.

Codices duo Bodleiani, qui *ſeſe* agnoſcunt, alia tamen via Syntaxi cavent,

Potius quam honeſte in patria pauper viveret. Et hoc etiam recte: ut Adel. I, 2, 28. *Et tu illum tuum ſineres nunc* facere, potius quam faceret *alieniore aetate.* Utrumque nos amplectimur & *ſibi* & *viveret.*

Nos quidem pol miſeras perdidit. Lege, *nos pol quidem*, ut III, 1, 1. *Ita pol quidem res eſt.* 8

CR. *Quid vos, quo pacto hic? ſatin recte?* M. *nos ne? ſic.* Ratio verſus exigit ut *ſatine* legatur. quae vox non minus quam *ſatin* Terentio eſt familiaris; aut in *pacto* non fiet ſynaloepha. ex *ſatin* vero, *n*, elidetur. quae omnes licentiae ceſſarent, ſi legeretur, *ſatine.* FAERNUS. Sine dubio legendum *Satine*; ſeu aiant ſeu negent Librarii. 9

Haut auſpicato huc me adpuli. Sic Faernus dedit; & quaſi omnes codices congruerent, nihil adnotavit. Unus ex Noſtris bonae notae *Adtuli.* Priſcianus p. 1009. *Auſpicato: Terentius in Andria: Haut auſpicato huc me adpuli.* Ita quidem Putſchius dedit: ſed noſtri ibi Codices *Adtuli*; ut & illi quos Geor. & Fran. Fabricii conſuluerunt. Plaut. Amph. III, 4, 6. 12

Ego ſum Jovi dicto audiens, ejus juſſu nunc
huc me adfero.
Ubi non poteſt ſubſtitui, *Adpello.*

Semper enim ejus dicta eſt haec atque habita eſt ſoror. Hic verſus varie legitur. Vaticanus & Baſilicanus ſic: 14

Semper

Digitized by Google

Quae illíus fuerunt, póſſidet: nunc me hóſpitem
Lités ſequi, quam id míhi ſit facile atque útile,
Aliórum exempla cómmonent: ſimul árbitror,
Iam eſſe áliquem amicum et défenſorem ei: nám fere
Grandiúſcula iam profectaſt illinc. clámitent,
Me ſycophantam: heréditatem pérſequi,
Mendícum: tum ipſam déſpoliare nón lubet.
M. *O óptume hoſpes, pól Crito antiquum óbtines.*
CR. *Duc me ád eam: quando huc uéni, ut uideam.* M. *máxume.*
D. *Sequar hós: nolo me in témpore hoc uideát ſenex.*

ACTUS V. SCAENA I.

CHREMES. SIMO.

CH. *SATIS iam ſatis, Simó, ſpectata ergá te amicitiáſt mea:*
Sátis pericli incépi adire: orándi iam finém face.
Dúm ſtudeo obſequí tibi, paene inlúſi uitam fíliae.

Semper enim dicta eſt eſſe haec, atque habita eſt ſoror.

Alii omnes: *Semper ejus*, &c. Donatus vero quem & ſequimur:

Semper enim dicta eſt ejus haec atque habita eſt ſoror.

Verſus autem ſtat contracto *ejus*, in unam ſyllabam longam. FAERNUS.

Eadem in noſtris lectionis inconſtantia eſt. Pro *enim* lege *ei*:

Semper ei dicta eſt eſſe haec atque habita eſt ſoror.

ut Heaut. II, 3, 29. *Anus.*

Quae eſt dicta mater eſſe ei *antehac, non fuit.* Senſus quoque eſt gravior per aſyndeta, ſublato *Enim*.

16 *Quam hic mihi ſit facile atque utile.* Quattuor ex noſtris, ex quibus tres omnium veterrimi, *Quam* Id *mihi*: non *Hic*. Si *hic* legis; convitium erit Athenienſibus ſolis, quaſi inſignite erga hoſpites injuriis: Sin *Id* mavis; generaliter dictum erit, in quavis civitate hoſpites vix poſſe ſuum jus conſequi. Atque hoc rectius: cum enim *aliorum exempla* dicit, domi in Andro vel alibi intellegit; utique non Athenis, ubi (V, 4, 4.) *inſolens* & rarus fuit. Quid quod Menander Atticus noluiſſet civitatem ſuam inutili dicto lacerare.

18 *Jam aliquem eſſe amicum.* Quattuor ex noſtris cum Edit. vetere; *Jam eſſe áliquem amicum.* Concinnius.

Me ſycophantam hereditatem perſequi. Invidioſius eſt *hereditates*; ut apud Donatum legitur ſcena quarta actus quinti. FAERNUS.

Omnes Noſtri, &, ut ex nota ejus ſcire eſt, Faerni codices *Hereditatem*. At, inquit, Donatus ad V, 4, 4. legit *Hereditates*: in codice quodam ſcripto fortaſſe; nam editi ibi *Hereditatem*. At *invidioſius eſt Hereditates*. Atqui Invidiae minime quaerendus hic locus eſt, cum non in alium hoc ſed in ſe dicat. Quare recte Codices *Hereditatem*, hanc ſcil. Chryſidis. Et recte Donatus: *Sycophantam ſubdiſtingue, & ſic infer ſequentia.* Lege igitur,

Clamitent
Me ſycophantam: hereditatem perſequi,
Mendicum: tum ipſam deſpoliare non lubet.

Ita duo ex noſtris veterrimi; & totidem apud Rivium, non, ut Faernus, *licet*. Neque aliter Donatus legit, qui hoc exponit *Ab Honeſto*; ut ſuperiora *A Poſſibili & Utili*. Hoc vult: Si cupiam hereditatem hanc acquirere; cum peregrinus hic ſim, non poſſim: immo ſi poſſim, non cupiam; cum eo pacto deſpolianda ſit Glycerium. Hoc viri honeſti eſt; cum non libeat inhoneſte rem quaerere; etiamſi legibus liceret.

Optume

Digitized by Google

S. *'Immo enim nunc tum máxume abs te póstulo atque oró, Chreme,*
'Ut beneficium uérbis initum dúdum, nunc re cómprobes.
CH. *Uíde quam iniquus sís prae stúdio: dúm id efficias quód cupis,*
Néque modum benignitatis, néque quid me ores, cógitas:
Nám si cogités, remittas iám me onerare iniúriis.
S. *Quíbus?* CH. *at rogitas? pérpulísti me, hómini ut aduleścéntulo,*
'In alio occupáto amore, abhórrenti ab re uxória,
Fíliam darem ín seditionem, átque in incertas núptias;
Eíus labore atque eíus dolore gnáto ut medicarér tuo:
'Impetrásti: incépi: dum res tétulit. nunc non fért: feras.
'Illam hinc ciuem esse aíunt: puer est nátus: nos missos face.
S. *Pér ego te deos óro, ut ne illis ánimum inducas crédere,*
Quíbus id maxume útilest, illum ésse quam detérrimum.
Núptiarum grátia haec sunt fácta atque incepta ómnia.
'Ubi ea causa, quámobrem haec faciunt, érit adempta his; désinent.
CH. *'Erras: cum Dauo égomet uidi ancíllam iurgantém.* S. *scio.*

22 *Optume hospes, pol Crito ántiquum obtines.* Duo ex noſtris *O optume*, ut olim ex conjectura dederat Muretus.

2 *Satis pericli coepi adire.* Omnes Noſtri cum Edd. vett. *Satis pericli incepi adire.* Recte: *Incepi* plus eſt quam *Coepi:* & ſuavior per eliſionem fit verſus. Infra, v. 13. *Impetraſti: incepi, dum res tetulit.*

4 *Immo enim quam maxime abs te poſtulo, atque oro, Chreme.* O. l. s. *Immo enim nunc quam maxime.* Donatus vero. *nunc cum maxime.* ita & Eugraphius. & ita legendum eſt. ſupereſt ut verſui conſulatur: quod ita fiet, ſi vel in *immo*, priore correpta per parellipſin, primus pes ſit anapaeſtus: vel ex *enim* abjecto *m*, dactylus. FAERNUS. Recte *Cum maxime*: licet omnes noſtri *Quam.*

6 *Dum efficias id quod cupis:* O. l. s Donatus, *dum id efficias.* FAERNUS.

Vide quam iniquus sis prae studio, dum id efficias quod cupis:

Prava hic diſtinctio invaluit, ſententiae detrimento. Tu ſic interpunge,

Vide quam iniquus sis prae studio: dum id efficias quod cupis,
Neque modum benignitatis &c.

Quibus? Ah rogitas? perpulisti me, ut homini aduleſcentulo. Omnes noſtri *At rogitas?* ut Hec. IV, 1, 11. & alibi. Legendum etiam, *Hómini ut*, non *út homini.* 9

Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias. O. l. s. & Donatus, *filiam ut darem.* quod ſi recipimus, particula *ut*, vel hic, vel ſupra, ſuperfluit. & tantum ad majorem expreſſionem poſita eſt. praeterea omnes fere l. s. & maxime antiqui habent, *atque in incertas.* qua lectione admiſſa, *in* abjiciendum in ſcanſione eſt. ut in Eunucho: *In hanc noſtram plateam.* FAERNUS. 11

Filiam ut darem. Valeant libri omnes, potius quam ut Terentius prae oblivione bis dederit *Ut.* Lege, *Filiam darem*, ut Edd. pleraeque habent.

Ficta atque incepta omnia. Chartaceus noſter *Facta*; & a prima manu duo alii; poſtea interpolatum *Ficta.* Vera lectio eſt *Facta*; ut v. ſequente, *Ubi ea cauſa, quamobrem id faciunt*; non *Quamobrem id fingunt.* Videre hoc, vel ex conjectura, alii. 17

Erras: cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam. Scio. Lege numeroſius: *Vidi ancillam jurgantem.* Ita ſolet Noſter, *Ancilla*, accentu in ſyllaba media. 19

CH. *Uéro uoltu; cum ibi me adeſſe néuter tum praeſénſerat.*
S. *Crédo; et id futúrum Dauos dúdum praedixít mihi:*
'Et neſcio qui tíbi ſum oblitus hódie, ut uolui, dícere.

ACTUS V. SCAENA II.

DAUUS. CHREMES. SIMO. DROMO.

D. *'ANIMO nunc ïam ótioſo eſſe ímpero.* CH. *hem Dauóm tibi.*
S. *'Unde egreditur?* D. *meó praeſidio atque hóſpitis.* S. *quid illúd mali eſt?*
D. *'Ego commodiorem hóminem, aduentum, témpus, non uidí.* S. *ſcelus,*
Quémnam hic laudat? D. *ómnis res eſt iam ín uado.* S. *ceſſo ádloqui.*
D. *'Erus eſt: quid agam?* S. *o, ſálue bone uir.* D. *éhem Simo, o noſtér Chreme,*
'Omnia adparáta iam ſunt íntus. S. *curaſtí probe.*
D. *'Ubi uoles, adcérſe.* S. *bene ſane: íd enimuero hinc núnc abeſt.*
'Etiam tu hoc reſpónde, quid iſtic tíbi negotiſt? D. *míhin?* S. *ita.*
D. *Míhi?* S. *tibi ergo.* D. *módo ego introiui.* S. *quáſi ego quam dudúm rogem.*
D. *Cúm tuo gnato una.* S. *ánne eſt intus Pámphilus? cruciór miſer.*

20 CH. *At vero voltu, cum ibi me adeſſe neuter tum praeſenſerat.* Hic verſus in libro Bembino incipit a dictione *at:* ceterum in ſcanſione ea particula in finem praecedentis verſus rejicitur. quod vero ſequitur *neuter tum,* conjicit Lolgius legendum *neuter dum.* quod nobis maxime placet. hoc tamen addimus videri nobis legendum eſſe, *perſenſerat.* FAERNUS.

Tolle illud *At:* obeſt enim potius quam prodeſt. Lolgius *neuter dum,* id eſt, *neuter adhuc.* Atqui Codicum omnium lectio, *Tum,* eodem prorſus ſenſu eſt. *Tum, cum,* paſſim: & nonnumquam *Cum, tum.* Ovid. Triſt. III, 3, 53.

Cum patriam amiſi, tum me periiſſe putato.

Ergo recte *Tum:* quaſi dixerit, *Tum, cum neuter praeſenſerat ibi me adeſſe.*

21 *Credo, & id facturas Davos dudum praedixit mihi.* Quid, obſecro, *facturas?* Praeceſſit, *Se vidiſſe ancillam cum Davo jurgantem.* Anne hoc praedixit Davus? aut, ſi feciſſet, *Facturas* hic ullam Syntaxin habet? Supra v. 18. habuimus, *Quamobrem* haec *faciunt:* nunc ex multis unum fit, *Id facturas.* Repone,

Credo, & id futurum *Davos dudum praedixit mihi.*

Nempe *puerum delatum iri ante oſtium:* III, 2, 27.

Sed nihilo ſecius mox puerum huc deferent ante oſtium:

Id ego jam nunc tibi, ere, renuntio futurum, ut ſis ſciens.

Vide haec, *Id futurum renuntio; Id futurum praedixit.* Non verbum addam.

22 *Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere.* Lege, *Et neſcio qui:* Neſcio quomodo oblitus ſum tibi dicere, id quod Davus mihi praedixerat. *Ac volui,* Donatus explicat *Contra quam volui.* Mira vero Magiſtrorum auctoritas: *Paulum,* cum ipſis placet, erit idem quod *Multum: Ac* idem quod *Contra quam.* Nimirum retulit hoc ad *Oblitus; Oblitus ſum, ac volui;* ſive *Contra quam volui.* Tu vero ad *Dicere* refer; & ſic verſum conſtitue,

Et neſcio qui tibi ſum oblitus hodie, ut volui, dicere.

Dicere, ut volui: ut mecum conſtitui tibi dicere. Supra,

Ut quimus, aiunt, quando, ut volumus, *non licet.* Phorm. V, 1, 32.

Quicum volebam, atque, ut volebam, *filiam locatam.*

Animo jam nunc otioſo. Nunc jam o. l. s. & Donatus, & ſtat verſus diviſa voce *jam* in duas ſyllabas. FAERNUS. 8

Bene ſane, id enimvero hic nunc abeſt. Omnes fere l. s. & Donatus habent *hinc nunc abeſt:* 7

'Eho, non tu dixti ésse inter eos ínimicitias, cárnufex?
D. *Súnt.* S. *cur igitur hic est?* CH. *quid illum cénses? cum illa lítigat.*
D. *'Immo uero indignúm, Chreme, iam fácinus faxo ex me aúdies.*
Néscio qui senéx modo uenit: éllum, confidéns, catus:
Cúm faciem uideás, uidetur ésse quantiuis preti:
Tristis seueritás inest in uóltu, atque in uerbís fides.
S. *Quídnam adportas?* D. *níl equidem, nisi quód illum audiui dícere.*
S. *Quíd ait tandem?* D. *Gly'cerium se scire ciuem esse 'Atticam.* S. *hem, Dromó, Dromo.* DR. *quidést?* S. *Dromo.* D. *audi.* S. *uérbum si addideris. Dromo.*
D. *Audi óbsecro.* DR. *quid uís?* S. *sublimem hunc íntro rape, quantúm potes.*
DR. *Quem?* S. *Dáuom.* D. *quamobrem?* S. *quía lubet. rape ínquam.* D. *quid fecí?* S. *rape.*
D. *Si quícquam inuenies mé mentitum, occídito.* S. *nihil aúdio.*
'Ego iam te commótum reddam. D. *támen etsi hoc uerum ést?* S. *tamen.*
Cura ádseruandum uínctum. atque audin? quádrupedem constríngito.
Age núnc iam: ego pol hódie, si uiuó, tibi

abest: item Eugraphius, qui hoc ita exponit, *Id enimvero.* s. solum. *hinc nunc abest*, id est puella. FAERNUS.

Tres ex nostris, *Is enimvero*: unus *Hic nunc.* Frustra. Plaut. Stich. V, 4, 29.

Modo nostra huc amica accedat: id abest: aliud nihil abest.

8 *Etiam tu hoc respondes?* Donatus: *Etiam tu hoc respondes? Deest Annon.* Qui hoc adnotavit, legit *Respondes.* Sequitur: *Etiam aut adhortatio est aut conjunctio.* Qui hoc, legit *Responde*, ut nostri codices praeter unum universi. Servius ad Aen. XI, 373.

Etiam tu, siqua tibi vis
Si patrii quid Martis habes, illum aspice contra.

Nunc, ait, *Etiam hortantis adverbium est, ut Eia: Terentius: Etiam responde.* Vides ut *Aspice*, ita & *Responde.*

9 *Modo introii.* Codex C. C. C. *Introivi.* Lege, *Mihi? Tibi ergo. Modo ego introivi.* Apud Nostrum *Introire* semper in medio Synaloepham facit; tamquam bina fuerint verba, *Intro ire.*

13 *Immo vero indignum, Chremes, jam facinus faxo ex me audias.* Lege *Chreme* cum uno ex nostris; & cum quattuor *Audies.* ut *Faxo insultabis, Jam faxo scies* &c.

Nescio quis senex. In antiquo Decurtato est *nescio qui.* FAERNUS. Unus quoque e nostris, *Nescio qui*: & Nonius v. Confidens. 14

Glycerium se scire esse civem Atticam. Ex vetustioribus libris, & Donato, versusque ratione lege, *civem esse.* FAERNUS. Ita & nostri omnes. 18

Hem, Drómo, Dromo. Ut saepe antea, appone *Hem* ad finem prioris versus, *Atticam.* s. *hem,* *Dromó, Drome.* 19

Si quicquam mentitum invenies occidito. Antiqui libri, 22

Si quicquam invenies me mentitum occidito.

alii eandem collocationem verborum habent, sine pronomine *me*; alii, & cum iis Donatus,

Si quicquam invenies mentitum me.

FAERNUS. Nostri omnes, *Me mentitum.*

s. *Ego jam te commotum reddam.* D. *Tametsi hoc verum est.* s. *tu tamen.* Omnes fere l. s. & in his antiquiores, *tamen & si.* quod vero sequitur, *tu tamen*, omnes libri habent *tamen tu.* Solus Vaticanus non habet vocem *tu*, quae etiam versui incommodat. Itaque delenda est, & distinguendum est post *tamen.* ut ad eam interrogationem Davi, *tamen & si hoc verum est?* respondeat Simo, *tamen.* 23

Digitized by Google

Osténdam, quid erum sít pericli fállere,
Et illí patrem. CH. *ah ne saéui tantopere.* S. *ó Chreme,*
Pietátem gnati. nónne te miserét mei?
Tantúm laborem cápere ob talem fílium?
Age Pámphile: exi Pámphile: ecquid té pudet?

ACTUS V. SCAENA III.

PAMPHILUS. SIMO. CHREMES.

P. *QUIS mé uolt? perii, páter est.* S. *quid ais, ómnium?* CH. *ah,*
Rem pótius ipsam díc, ac mitte mále loqui.
S. *Quasi quícquam in hunc iam gráuius dici póssiet.*
Ain tándem, ciuis Glycerium st? P. *ita praédicant.*
S. *Ita práedicant? o ingéntem confidéntiam:*
Num cógitat quid dícat? num factí piget?
Numnam eius color pudóris signum usquam índicat?
Adeo ínpotenti esse ánimo, ut praeter cíuium
Morem átque legem, et suí uoluntatém patris,
Tamen hánc habere stúdeat cum summó probro?
P. *Me míserum.* S. *hem, modone id démum sensti, Pámphile?*
Olim ístuc, olim, cum íta animum induxtí tuum,

Deinde subdat ad Dromonem, *cura adservandum vinctum.* FAERNUS. Veterrimus noster *Tamen.* neque agnoscit *Tu.*

25 *Ostendam, erum quid 'sit pericli fallere.* Lege commodiore ordine:
Ostendam, quid erum sit pericli fallere.

27 CH. *Ah ne saevi tantopere.* S. *Chreme,* Omnes fere l. s. *o Chreme.* & sane majorem emphasin habet adjecta ea interjectio. FAERNUS. Ita omnes nostri, duobus exceptis.

7 *Vide num ejus color.* Donatus legit sine dictione *Vide.* FAERNUS.
Num eius color pudoris signum usquam indicat? Omnes ubique codices: *Vide num.* Nempe viderunt aliquid versui deesse. Lego:
Numnam eius color pudóris signum usquam indicat?
ut passim: *Numnam periimus? Numnam illa quaeso parturit?*

8 *Adeo impotente.* O. l, s. *adeon,* quam tamen dictionem oportebit per synizesin contrahere in pyrrichium. FAERNUS.
Apage Synizesin istam *Adon:* & alteram quam nescio quis somniat in Eun. IV, 6, 3. *Usque* ado ego *illius.* Legendum hic: *Adeo impotenti;* & illic, *Usquo adeo illius.*

s. *Modone id demum sensti Pamphile?* O. l. s. quotquot vidi, post ascriptam Simonis personam habent. *hem.* FAERNUS. Sic & Nostri omnes. 12

Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Codex Academicus: 15
Sed quid ego me autem? cur excrucio? cur me
Lege, vocula *cur* ejecta, [*macero?*
Sed quid ego me autem excrucio? cur me macero?
Virg. Aen. II, 101.
Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata revolvo?

CH. *Attamen Simo audi.* S. *ego audiam? quid ego audiam Chreme.* CH. *attamen dicat sine.* Liber Bembinus, qui hic fere incipit posse legi. 23

Quod cúperes, aliquo pácto efficiundúm tibi:
Eodém die istuc uérbum uere in te áccidit.
Set quíd ego me autem excrúcio? cur me mácero?
Cur meám senectutem huius sollicito améntia?
An ut pro huíus peccatis égo supplicium súfferam?
Immo hábeat, ualeat, uiuat cum illa. P. *mí pater.*
S. *Quid mí pater? quasi tu húius indígeás patris.*
Domus, úxor, liberi inuenti inuitó patre.
Addúcti qui illam cíuem hinc dicant: uíceris.
P. *Patér, licetne paúca?* S. *quid dicés mihi?*
CH. *Tamén, Simo, audi.* S. *egon aúdiam? quid ego aúdiam,*
Chreme? CH. *át tamen dicát sine.* S. *age dicát: sino.*
P. *'Ego me amare hanc fáteor. si id peccáre est, fateor íd quoque.*
Tibi, pater, me dédo. quiduis óneris inpone: ímpera:
Uís me uxorem dúcere? hanc uis míttere? ut poteró, feram.
Hóc modo te obsecro, út ne credas á me adlegatum húnc senem:
Síne me expurgem, atque íllum huc coram addúcam. S. *adducas?*
P. *síne, pater.*
CH. *Aéquum postulát: da ueniam.* P. *síne te hoc exorém.* S. *sino.*
Quíduis cupio, dúm ne ab hoc me fálli comperiár, Chreme.
CH. *Pró peccato mágno paulum súpplici satis ést patri.*

legi, nam reliquum Andriae vetustate corrosum est, habet *Tamen Simo audi:* ut & Basilicanus, quod numero magis servit, habet etiam idem liber Bembinus, *quid audiam Chremes?* sine geminatione pronominis, *ego*, ut & Victorianus: & pro *attamen dicat*, hic & Vaticanus, & nonnulli alii praesertim antiqui, *attandem dicat.* verbum vero *sine*, Bembinus liber non habet, nisi supperadditum.

CH. *Tamen Simo audi.* S. *ego audiam? quid audiam*
Chremes? CH. *at tandem dicat.* S. *age dicat, sino.* FAERNUS.

Tamen Simo audi. Ego audiam? quid audiam, Chreme. At tandem dicat sine. Age dicat; sino. Sic dedit Faernus *Tamen Simo*, Nostri omnes; &, uno excepto, *Quid ego audiam:* Tres ex vetustioribus *At tandem.* Lege,

Tamen, Simo, audi. Egon audiam? quid ego audiam,
Chreme? At tamen dicat, sine. Age dicat, sino. Quid ego audiam? ne ante dactylum finalem trochaeus sit; quod cavent, quantum possunt Poetae. *'Attandém* duplici Ictu plane invenustum. *Tamen Simo, At tamen dicat*, ut supra IV, 2, 28. *Dave at tamen*, & 31. *Attamen si quid.*

Hanc vis amittere? Ex *vis* elidendum est, *s*, ut sit trochaicus. expeditius tamen mihi videretur si legeretur, *mittere.* FAERNUS. 27

Recte Faernus ex conjectura *Mittere:* ut Phorm. IV, 3, 70.

Si illam dant, hanc ut mittam: ne incertus siem.

& V, 3, 29. *Hanc igitur mittimus.* At alius retinet illud *Amittere* & innocentem voculam *Vis* e textu relegat.

Vis me uxorem ducere, hanc amittere?

Perperam omnino: quippe *Amittitur* uxor, jam domum ducta. *Mittitur*, quae nondum ducta est. Ergo hic, *Mittere* vis Glycerium, non *Amittere.*

Paululum supplicii. Aliqui recentes libri habent *paulum*, ut & exigit versus. omnes tamen antiqui & Donatus *paululum.* Item 32

Eugra-

ACTUS V. SCAENA IV.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILUS.

CR. *MITTE orare. una hárum quaeuis cáusa me ut faciám monet,*
Uél tu, uel quod uérum eſt, uel quod ípſi cupio Glycerio.
CH. *Andrium ego Critónem uideo? is cérte eſt.* CR. *ſalues ſis, Chreme.*
CH. *Quíd tu Athenas ínſolens?* CR. *euénit. ſet hicinéſt Simo?*
CH. *Híc.* CR. *Simo, men quaéris?* S. *eho, tu Glycerium hinc ciuem éſſe ais?*
CR. *Tú negas?* S. *itane húc paratus áduenis?* CR. *qua ré?* S. *rogas?*
Túne inpune haec fácias? tune hic hómines adoleſcéntulos
Inperitos rérum, eductos líbere, in fraudem ínlicis
Sóllicitando, et póllicitando eorum ánimos lactas? CR. *ſánum es?*
S. *Ac meretricios amores núptiis conglútinas?*
P. *Périi: metue, ut ſúbſtet hoſpes.* CH. *ſi, Simo, hunc noris ſatis,*

Eugraphius, qui ſuper hoc loco ita dicit; *Adverbia frequenter fiunt nomina cum pro caſu accipiuntur; ut paululum, & ſatis.* Horatius, *Jam ſatis nivis minis parcer.* FAERNUS.

Quae tanta indoctorum Librariorum reverentia eſt? Si *Paulum*, ut ſpondeus, pronuntietur, cur ſcribamus *Paululum?*

3 *Certe is eſt.* Lege, *Is certe eſt.*

5 CH. *Hic.* S. *men quaeris? eho tu Glycerium hinc civem eſſe ais?* Ita in omnibus vetuſtioribus libris & aliquot recentibus. ſed huic trochaico dimetiendo neceſſe eſt diphthongum diſſolvere in *quaeris*, in *Glycerium* vero non facere ultimae ſyllabae colliſionem. FAERNUS.

Cuinam hoc & hujuſmodi alia perſuaſerit Faernus? *Quaëris* triſyllabon? Codices ſcripti ita fere habent, *Hic.* SIMO. *men' quaeris?* At duo ex melioribus. *Hic.* SIM. *Simo men' quaeris.* unde facilis emendatio eſt.

CH. *Hic.* CR. *Simo, men quaeris?* SI. *Eho, tu Glycerium hinc civem eſſe ais?*

Critonis verba ſunt; cui Pamphilus ſcilicet dixerat, a Simone eum quaeri.

6 CR. *Quare.* S. *rogas?* O. l. s. *qua de re:* & ſic quoque ſtat trochaicus. FAERNUS.

Tu negas? Itan huc paratus advenis? Qua de re? Rogas?

Fallit Faernus, cum & ſic quoque ſtare Trochaicum dicit. Neque enim *Advenis* primam corripit, neque *s* in ultima elidi poteſt, cum ſyllaba natura ſit longa. Lege igitur cum duobus Noſtris, *Qua re.*

Tu ne impune hoc facias? Antiqui libri *haec facius?* quod & invidioſius eſt. FAERNUS. Sic & noſtri; & in expoſitione Donatus. 7

In fraudem inlicis, Sollicitando, & pollicitando. eorum animos lactans. Sic dedit Faernus, *Lactans* pro *Lactas*, ut codices omnes habent & Eutyches p. 2185. Erratum, ut credo, Typographi eſt: quod tamen virum eruditum in fraudem illexit. Ceterum Diſtinctio prava eſt, quae ſic corrigetur; *In fraudem inlicis Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas?* Divide iſta, non conjunge. Porro *ſanun es?* edidimus; non literis ſupervacuis, *Sanus ne es?* 9

Bonus hic eſt vir. O. l. s. *bonus eſt hic vir,* & Donatus. FAERNUS. Sic & noſtri omnes. 12

Itane adtemperate venit hodie in ipſis nuptiis, Ut veniret antehac numquam? 13

Lege, & diſtingue,

Itane adtemperate evenit, hodie in ipſis nuptiis
Ut veniret, antehac numquam? eſt vero huic credendum, Chreme,

Evenit, plurimi ex noſtris: & refer ad illud Critonis v. 4.

Quid

Digitized by Google

Nón ita arbitrére: bonus eſt híc uir. S. *hic uir ſít bonus?*
'Itane adtemperáte euenit, hódie in ipſis núptiis
'Ut ueniret, ántehac numquam? eſt uéro huic credendúm, Chreme.
P. *Ní metuam patrem, hábeo pro illa re íllum quod moneám probe.*
S. *Sý'cophanta.* CR. *hem.* CH. *ſíc, Crito, eſt hic: mítte.* CR. *uideat quí ſiet.*
Sí mihi perget quaé uolt dicere, éa quae non uolt aúdiet.
'Ego iſtaec moueo aut cúro? non tu tuúm malum aequo animó feres?
Nam égo quae dico, uéra an falſa audíerim, iam ſcirí poteſt.
'Atticus quidam ólim naui frácta ad Andrum eiéctus eſt,
'Et iſtaec una párua uirgo. tum ílle egens forte ádplicat
Prímum ad Chryſidís patrem ſe. S. *fábulam inceptát.* CH. *ſine.*
CR. *'Itane uero obtúrbat?* CH. *perge tu.* CR. *ís mihi cognatús fuit,*
Qui eúm recepit. íbi ego audiui ex íllo ſeſe eſſe 'Atticum.
'Is ibi mortuus éſt. CH. *eius nomen?* CR. *nómen tam cito?* P. *Phánia.* CH. *hem,*
Perií. CR. *uerum hercle opínor fuiſſe Phániam: hoc certó ſcio,*

Quid tu Athenas inſolens? CR. *Evenit:* Hoc Simo, ut irati ſolent, repetit: Ceterum noli cum Faerno per interrogationem efferre, *Eſt vero huic credendum?* Longe melius eſt per Ironiam.

17 *Si mihi pergit quae volt dicere, ea quae non volt audiet.* Omnes praeter unum Noſtri *Perget*; & ſic Edd. vett: Recte. *Perget*, ut *Audiet.* Eun. Prol. 18.

Quae proferentur poſt, ſi perget laedere. Neque aliter, credo, ipſe Faernus; ſed eo deventum eſt, ut vel menda Typographica pro Bembinis theſauris accipiantur.

19 *Nam ego quae dixi vera an falſa audieris jam ſciri poteſt.* Liber Bembinus habet, *nam ego quae dico*, quod etiam magis quadrat: nam ſi utique jam dixiſſet, quid opus erat iterum dicere, ea quae jam dixiſſet? iccirco in praeſens tempus ait, *nam ego quae dico*; in futurum autem *vera an falſa audieris*: ſane in libro Bembino erat *audierim*. quod forte malum ſenſum non habet. FAERNUS.

Nam ego quae dico, vera an falſa audieris, jam ſciri poteſt.

Dico, apud ſolum Bembinum eſt; *Audierim*, etiam Collegii C. C. codex: quod poſtea interpolatum *Audieris*. Atqui recte habuit a manu prima. *Audierim*, ex Phania ſcilicet. Sic v. 28. de re eadem:

Multi alii in Andro audiuere.

Apud Andrum ejectus eſt. Liber Bembinus *ad Andrum*. FAERNUS. 20

Noſtri omnes *Apud Andrum*. Sed recte Bembinus: *Ad* in ſignificatione motus. Cicero, *Ejectus in exilium*, Seneca, *Ejectus in deſertum litus.*

CH. *Perge.* CR. *tum is mihi cognatus fuit.* Inepte proríus, *Tum cognatus.* Si enim *Tum*, utique nunc & ſemper. Corrige, 23

CH. *Perge tu.* CR. *Is mihi cognatus fuit.*

Is ibi mortuus eſt. Idem liber, cum quo omnes alii fere concordant, ita ordinatos habet hos verſus: 25

Is ibi mortuus eſt. CH. *ejus nomen?* CR. *nomen tam cito tibi? Phania.*
CH. *Hem perii.* CR. *verum hercle opinor fuiſſe Phaniam. hoc certo ſcio,*
Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. CH. *o Juppiter.*
CR. *eadem haec Chreme*
Multi alii in Andro tum audivere. CH. *utinam id ſit, quod ſpero: eho dic mihi*
Quid eam tum? ſuam ne eſſe aiebat? CR. *non.*
DH. *cujam igitur.* CR. *fratris filiam.*

Iambici octonarii ſunt quorum in primo, *ejus* monoſyllabum eſt. ſecundi prima ſyllaba fini praecedentis adjungitur. in quarto *audivere* triſyllabum eſt. in quinto, ex *quid d* abjicitur. *eam*, vero monoſyllabum eſt. FAERNUS.

Quae hic peccavit Faernus, ad ſingulos ver-

ſus.

Rhamnúſium ſeſe aíbat eſſe. CH. *o Iúppiter.* CR. *eadem háec, Chreme,*
Multi álii in Andro audíuere. CH. *utinam id ſít, quod ſpero. eho, díc mihi,*
Quid eám tum? ſuamne eſſe aíbat? CR. *non.* CH. *cuiam ígitur?* CR. *fratris fíliam.*
CH. *Certé meaſt.* CR. *quid aïs?* S. *quid tu aïs?* P. *árrige auris, Pámphile.*
S. *Qui crédis?* CH. *Phania íllic frater meús fuit.* S. *noram ét ſcio.*
CH. *Is hinc, béllum fugiens méque in Aſiam pérſequens, proficíſcitur;*
Tum illam híc relinquere uéritus eſt. poſtílla nunc primum aúdio
Quid illó ſit factum. P. *uíx ſum aput me: ita ánimus commotúſt metu,*
Spe, gáudio, mirándo hoc tanto tám repentinó bono.
S. *Ne iſtám multimodis cíuem inuentam gaúdeo.* P. *credó, pater.*
CH. *At mi únus ſcrupulus étiam reſtat, quí me male habet.* P. *dígnus es*
Cum tuá religione, ódium. nodum in ſcírpo quaeris. CR. *quíd iſtuc eſt?*

ſus notabimus. Ceterum male hic rem geſſit ὁ δῦνα, qui a Faerno deſciſcens, & Mureto obſecutus, quattuor totos verſus miſeris modis luxavit: & multis verbis nihil dixit.

25 *Nomen tam cito tibi? Phania.*
Donatus: *Phania: Hoc ita dixit Crito, ut nemo audiret: ſcilicet adhuc dubitans, an ipſe ſit.* Falſum hoc: quippe, ſi *nemo audiebat*; qui factum eſt, ut ſtatim ſubinferret *Hem* & *Perii?* Donatus iterum: *Hem: ſunt qui putant Simonem Hem dicere, iraſcentem filio Critonem ſubmonenti.* Hinc patet, olim fuiſſe qui illud *Phania* Pamphilo tribuerent, non Critoni. Recte; unde ſic legendum:
CR. *Is ibi mortuus eſt.* CH. *Ejus nomen?* CR. *Nomen tam cito?* PA. *Phania.* CH. *Hem.*
Ejecimus *Tibi*, quod abeſt a Regio & C. C. C: & in altero 900 annorum a manu ſecunda eſt poſt raſuram; ut jure quis ſuſpicetur PAM fuiſſe eraſum, & interpolatum *Tibi*.

27 *Rhamnuſium ſe aiebat eſſe.* Lege, *Rhamnuſium ſeſe aibat eſſe.*

28 *Multi alii in Andro tum audivere.* Triſyllabon eſſe putat Faernus *Audivere.* Quo pacto? *Audire* an *Audere?* Quis ita pronuntiantem ferat? Immo ejice illud *Tum*, quod nihil confert ſententiae, nec in Codice Petrenſi eſt. In ſequente verſu *d* ex *Quid* abjici vult Faernus. Qui fieri poteſt, ut *Quid* ſit *Qui?* ſuccurrendum erat alia via, *Aibat* ſcilicet pro *Aiebat*; ut paſſim.

Tum illam hic relinquere eſt veritus. Nullus eſt liber, qui ita collocet; ſed omnes in hunc modum: 33
Tum illam relinquere hic eſt veritus. poſt illa nunc primum audio.
Sed verſus impeditus eſt, niſi *poſt illa* in duas dictiones dividas, ita ut *illa* ſit pyrrichius. FAERNUS.
Male Faernus & eum ſecutus vir doctus dactylum faciunt ex *Poſtilla*, quod tribus conſtat longis: ut Heaut. III, 1, 38. & ſemper,
Poſtilla coepit victum vulgo quaerere.
Lege, ordine paululum immutato:
Tum illam hic relinquere veritus eſt: poſtilla nunc primum audio.

Ne iſtam multis tuam inveniri gaudeo. O. libri antiqui & Donatus, *multis modis*, habent. Sed Bembinus, *multimodis*. quod & ad verſum optime quadrat, qui eſt octonarius, ut ceteri. FAERNUS. 36
SI. *Nae iſtam multimodis tuam inveniri gaudeo.* PA. *credo, pater.*
Turpe mendum jam diu hic inſedit: vide apud Donatum, quas turbas Magiſtris olim dederit. *Tuam inveniri*, hoc eſt, *Tuam, o Chreme, filiam inveniri.* Cur hoc dicenti Simoni non Chremes reſpondet, ſed Pamphilus? Repone:
SI. *Nae iſtam multimodis* civem inventam *gaudeo.* PA. *credo, pater.*
Hoc dixit Simo, non Chremetem, ſed Pamphilum intuens: ideo recte ei Pamphilus reſpondit: poſtea autem v. 43. Chremetem alloquitur,

Digitized by Google

Nomén non conuenít. CR. *fuit hercle huic áliud paruae.* CH. *quód, Crito?*
Numquíd meminísti? CR. *id quáero.* P. *egon huius mémoriam patiár meae,*
Uoluptáti obstare, cum égomet possim in hác re medicarí mihi?
Non pátiar. heus, Chremé, quod quaeris, Pásibula. CH. *ipsást.* CR. *east.*
P. *Ex ipsa miliés audiui.* S. *omnís nos gaudere hóc, Chreme,*
Te crédo credere. CH. *íta me Di ament, crédo.* P. *quid reliquí, pater?*
S. *Iam dúdum res reddúxit me ipsa in grátiam.* P. *o lepidúm patrem.*
De uxóre, ita ut possédi, nil mutát Chremes. CH. *causa óptumast:*
Nisi síquid pater ait áliud. P. *nempe id.* S. *scílicet.* CH. *dos, Pámphile, est*
Decém talenta. P. *accípio.* CH. *propero ad fíliam. eho mecúm, Crito:*
Nam illám me credo haut nósse. S. *cur non íllam huc transferrí iubes?*
P. *Recte ádmones. Dauo égo istuc dedam iám negoti.* S. *nón potest.*
P. *Qui?* S. *quía habet aliud mágis ex sese et máius.* P. *quidnam?* S. *uínctus est.*
P. *Patér, non recte uínctust.* S. *at ita iússi.* P. *iube solui óbsecro.*

loquitur, *Omnes nos gaudere hoc, Chreme, Te credo credere.* Ceterum *civem inventam gaudeo*, ut Eun. V, 5, 10.

Scis eam hinc civem esse? Atqui sic inventa est. & V, 9, 6.

Scis Pamphilam meam inventam civem? Hec. IV, 4, 21.

Gaudeo Natum illum, & tibi illam salvam.

38 *Cum tua religione odio.* *Odium* habet liber Bembinus & Vaticanus, quemadmodum & Donatus legit. FAERNUS.

Noster quoque veterrimus *Odium*: & sic Nonius v. Religio, & Cledonius p. 1901.

41 *Cúm ego possim.* Tres ex nostris cum vett. Edd. *Cum égomet possim.* Recte, & tum *Egomet* acuetur.

42 *Pasibula.* Per unum *s*, & in Bembino & Vaticano, & in multis aliis est libris. FAERNUS.

Non patiar. heus, Chreme, quod quaeris, Pasibulast. Ipsast. East.

Teterrimum mendum: an *Pasibulast* hic legemus, tertia brevi, cum Graece sit Πασιβύλη? Immo lege, *Pásibúla. Ipsast. East.* Ceterum nihil opus est aut T. Fabri acumine, qui hic correctum vult, *Heus*, Crito, *quod quaeris*; aut viri docti, qui *Heus, Chreme, quod* quaerit. Cur sodes utrumvis? Nempe, quia versu abhinc altero, Crito dixerit, *Id quaero*: & ideo hic dicendum sit, vel *Crito, quod quaeris*; vel *Chreme, quod quaerit*, Crito scilicet. Quid aliud est, si hoc non est, nodum in scirpo? Crito quidem quaerebat, cogitabat, haesitabat: at qui quaerebat, sciscitabatur, percontabatur, Chremes erat. Non ergo hoc Pamphilus retulit ad Critonis memoriam, sed ad Chremetis sollicitudinem.

Nisi quid pater aliud ait. Bembinus & multi alii, *ait aliud*. item *dos Pamphile est*. FAERNUS. 47

Nisi quíd patér ait aliud. P. *Nempe.* S. *Id scilicet.* CH. *dos, Pamphile, est.*

Pamphile, etiam nostri omnes. Lege, & distingue.

Nisi síquid páter ait aliud. Nempe id. Scilicet. Dos, Pamphile, est.

Propero ad filiam. eho mecum Crito. Codex Academicus paulo aliter. *Propere ad filiam eho mecum Crito.* Sic V, 6, 15. *Propere adcerse*: ubi antea, *Propera.* 48

Nam illam me haud nosse credo. Antiqua exemplaria, *nam illam me credo haut nosse.* FAERNUS. Sic & Nostri, duobus exceptis. Quod mox sequitur, *Magis ex sese*, est *Magis ex re sua*; ita ut hoc curare non possit. 49

Dauo istuc dedam jam negotii. Omnes fere libri, & in iis vetusti, post *Dauo*, habent pronomen *ego*. & stat versus, si ex *istuc s*, elidatur. FAERNUS. Sic & omnes Nostri. 50

Pater, non recte vinctust. S. *Haut ita jussi.* P. *Jube solvi, obsecro.* Quid est, *Haut ita jussi?* 52

S. *Age fiat.* P. *at matúre.* S. *eo intro.* P. *o fauſtum et felicém diem.*

ACTUS V. SCAENA V.

CHARINUS. PAMPHILUS. DAUUS.

C. *PROUI'SO quid agat Pámphilus: atque eccum.* P. *áliquis forſan mé putet*
Nón putare hoc uérum: at mihi nunc ſíc eſſe hoc uerúm liquet.
'Egò Deorum uítam eapropter ſémpiternam eſſe árbitror,
Quód uoluptates eórum propriae ſúnt: nam mi immortálitas
Pártaſt, ſi nulla aégritudo huic gaúdio intercéſſerit. 5
Sét quem ego mihi potíſſimum optem, cui nunc haec narrém, dari?
C. *Quíd illud gaudi eſt?* P. *Dáuom uideo. némoſt, quem mallem ómnium:*
Nam húnc ſcio mea ſólide ſolum gáuiſurum gaúdia.

Nihil extricare poſſis. Recte codex Academicus: *At ita juſſi.* hoc eſt, ut recte vinciretur. Jocatur ſenex ex ambiguo verbi *Recte.* Donatus hic egregie (qui, ut nos, legebat *At*; Etſi hodie ejus exemplaria *Haut* habeant) 'Non 'recte: id eſt, *Non juſte:* ſed hic ad Cauſam 'retulit *Non recte,* ſenex vero ad Rem. *Ita juſſi:* 'quia quadrupedem conſtringi juſſerat, quaſi 'Recte ac Diligenter. Et hoc ipſum non va- 'cat. Nam jam joculariter loqui, & minus 'iraſcentis eſt & placabilis animi.

3 *O fauſtum & felicem hunc diem.* In Bembino, & aliquibus aliis libris non eſt pronomen *hunc,* quod & conſuetudini dicendi accommodatius eſt. FAERNUS.

Etiam ex noſtris pars major non agnoſcit *Hunc:* nec Nonius v. Fauſtum. Ceterum verum eſt, quod T. Faber conjecit, *Mature;* non *Matura.* Eun. II, 1, 2. *Faciam. At diligenter. Fiet. At mature. Fiet.* Plane, ut hic: & fruſtra cavillatur vir doctus. Certe propius eſt, ut *Fiat* ſubintellegatur, quam *Facere.*

4 *Aliquis forſan me putet*
Non putare hoc verum: at mihi nunc ſic eſſe
hoc verum lubet.

Quid hic facit *Lubet?* An quod ei lubet, verum erit? an ex ejus libidine verum eſt mutabile? Codex Academicus, *Licet.* Repone.

At mihi nunc ſic eſſe hoc verum liquet.

Liquet mihi, conſtat, patet, certum, comperтum eſt. Eun. II, 3, 39.

Illum, liquet mihi dejerare, his menſibus.

Ego vitam deorum. Ita Bembinus & Baſilicanus libri, ſed omnes alii, & Donatus, *ego deorum vitam.* FAERNUS. 3

Ego deorum vitam propterea ſempiternam eſſe arbitror.

Sic dedit Faernus: at noſtri omnes: *Ego vitám deorúm propterea.* Vides, ut inconcinne fiant lctus in ſyllabis poſtremis. Neque hilo melius, *Ego deorúm vitám propterea. Deorum vitam* Nonius habet v. Proprium; & Servius ad Virgil. Eclog. VII, 31. Vir eruditus ſolita ſibi felicitate, *Ego deûm vitam propterea:* Sed locus erat ex Servio reſtituendus, qui ſic citat,

Ego deorum vitam eapropter ſempiternam eſſe arbitror.

Sed quem ego potiſſimum. Bembinus liber & multi alii haec verba ſic collocata habent, 6

Sed quem ego mihi potiſſimum exoptem nunc, cui haec narrem, dari?

Ita trochaicus, aliter impeditus, procedit. Ceterum liber Bembinus pro *exoptem,* habet *optem.* FAERNUS. Faernus ſic dedit,

Sed quem ego mihi potiſſimum optem nunc, cui haec narrem, dari?

Sed verſus laborat: *Cui* enim, cum extra lctum ſit, non poteſt ſynaloepham evadere. Succurrunt duo ex noſtris codices, qui recte habent, *Cui nunc haec narrem, dari?* Et ex iis alter *Optem* cum Bembino: ceteri omnes *Exoptem.*

ACTUS V. SCAENA VI.

DAUUS. PAMPHILUS. CHARINUS.

D. *P'AMPHILUS ubinamſt?* P. *hic eſt, Daue.* D. *quís homoſt?* P. *ego ſum Pámphilus:*
Néſcis quid mi obtígerit. D. *certe: ſét quid mi obtigerít ſcio.*
P. *'Et quidem ego.* D. *more hóminum euenit, út quod ſim ego náctús mali*
Príus reſciſcerés tu, quam ego tíbi quod euenít boni.
P. *Méa Glycerium ſuós parentes répperit.* D. *factúm bene.* C. *hem.*
P. *Páter amicus ſúmmus nobis.* D. *quís?* P. *Chremes.* D. *narrás probe.*
P. *Néc mora ulla eſt, quín iam uxorem dúcam.* C. *num ille ſómniat*
'Ea, quae uigilans uóluit? P. *tum de púero, Daue?* D. *ah déſine:*
Sólus es quem díligunt Di. C. *ſáluus ſum, ſi haec uéra ſunt.*
Cónloquar. P. *quis homóſt? Charine, in témpore ipſo mi áduenis.*

1 D. *Quiſnam homo eſt.* Antiqui libri *quis homóſt*, ut verſus expoſcit: qui trochaicus eſſe debet ut ceteri. FAERNUS.

Etiam noſtri omnes. *Quis homo eſt.* Sed locus a Faerno ſic datus eſt:

Pamphilus ubinam hic eſt? P. *Dave.* D. *quis homoſt?* P. *ego ſum.* D. *o Pamphile.*
P. *Neſcit quid mi obtigerit?* D. *Certe.*

Duo ex noſtris *Ubinam eſt:* quorum alter *Pamphile* ſine *o:* at codex Academicus, *Ego ſum Pamphilus.* Lege & diſtingue:

Pámphilus ubinamſt? P. *Hic eſt, Dave.* D. *Quís homoſt?* P. *Ego ſum Pámphilus:*
Néſcis quid mi obtigerit. D. *Certe.*

Inepta prorſus eſt iſta exclamatio, *o Pamphile:* cum nihil aliud addatur. At ex more, *Ego ſum Pamphilus:* ut Eun. III, 3, 25. *Ego ſum Chremes:* & Adel. IV, 4, 24. *Aeſchinus ego ſum.* Antea reſpondebat, tertia perſona *Hic eſt*; ut Eun. V, 8. 20. *Sed ubi eſt frater? Praeſto adeſt.* Ceterum illud, *Neſcis quid mi obtigerit*, ſine interrogatione pronuntia.

4 *Quam ego quod tibi evenit boni.* O. l. s. poſt *ego* habent pronomen *illud*, ſtat trochaicus abjecto uno *l* ex *illud*. FAERNUS.

Noſtri item omnes *Illud* ſed male: ut ex oppoſitione conſtat, *Quod mali mihi, Quod boni tibi*, Porro pro *Ut quod ſim nactus mali* repone, *Ut quod ſim ego nactus mali*, & pro *Quód tibi*, repone *Tibi quod:* & ſtatim accentuum vim & venuſtatem agnoſces. Codex Palatinus Fabricii non habet *Illud.*

O *factum bene.* Bembinus, & aliqui alii libri non habent interjectionem *o*, ſicut hic ipſe antiquiſſimus liber, nec in Eunucho eam habet, niſi ſuperadditum, in eo verſu, *quid ni habeam? factum bene.* FAERNUS. Omnes noſtri praeter unum agnoſcunt O. 5

Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. 7
Duo ex noſtris veterrimi. *Quin jam uxorem.* Recte: ut Adel. IV, 5, 66.

Quid? jam uxorem? Jam. Jam? Jam quantum poteſt.

Solus eſt quem diligunt dii. Scripſimus, *diligant*, ex antiquis libris. FAERNUS. 9

Duo ex noſtris cum vett. Edd. *ſolus es*, quod & viro erudito jure placuit: non tamen ideo, quia eſt Phorm. V, 6, 15.

Nam ſine controverſia ab dis ſolus diligere, Antipho.

Sed quia non tam infanti, hoc convenit, quam patri, cui omnia bona tam repentino contigerunt. Hoc tamen ex Phormionis loco ſcire licet, *Diligunt*, quod ex noſtris aliquot habent, non *Diligant* legendum. Ut enim illic *Diligere*, ita hic *Diligunt:* ut & in Graeco proverbio: [a]Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.

Conloquar. P. *quis homo eſt? Charine in tempore.* Omnes quot quot ſunt l. s. habent, *o Charine*; & ſtat verſus, ſi vel ex *conloquar r*, vel ex *quis s*, elidatur. FAERNUS. 10

Apage iſtas eliſiones: velint, nolint Libra-

Digitized by Google

C. *Béne factum.* P. *audiſti?* C. *ómnia. age, me in tuís ſecundis réſpice.*
Túus eſt nunc Chremés: facturum quaé uoles ſcio eſſe ómnia.
P. *Mémini: atque adeo lóngumſt nos illum éxpectare dum éxeat.*
Séquere hac me. intus ápud Glycerium núnc eſt. tu, Daue, ábi domum:
Própere adcerſe, hinc qui aúferant eam. quíd ſtas? quid ceſſás? D. *eo.* 15
Ne éxſpectetis dum éxeant huc: íntus deſpondébitur:
Intus tranſigétur ſi quid éſt quod reſtet. Plaúdite.

rii, ejiciendum eſt *o*, ut in verſu ſequente *n*, *Audiſti* non *Audiſtin*. Ludit enim operam vir doctus, cum ex eo, quod plurimi codices habeant, *Adibo & conloquar. Quis homoſt*, mavult ejici *Et conloquar:* & in textum recipi, *Adibo. Quis homoſt? o Charine:* ſic ut hic verſus Iambicus fiat, qualis & ſequens. Immo neuter Iambicus eſt, quippe in mediis Trochaicis ſiti. Jam autem quod addit, *Adibo* per ſe ſtare poſſe; *Conloquar*, niſi *Adibo* praecedat, minime; id nihil eſt. Phorm. V. 1, 12.

Eaſt ipſa:
Conloquar. Quis hic loquitur? Sophrona. Et meum nomen nominat?

11 *Hem audiſtin'?* Aliqui libri, inter quos Bembinus, non habent interjectionem *hem*.
Me in ſecundis reſpice. Libri vetuſti, *me in tuis ſecundis.* Donatus; *tuis ſecundis rebus.* quod tamen dicit eſſe ex iis, quae abſolute dicuntur; ex quo apparet eum legere, *ex tuis ſecundis*, nam ſi adderetur *rebus*, non eſſet abſolutum. Sane verſus hic eſt octonarius Iambicus; ſi vero legeretur, *audiſti?* eſſet trochaicus, ut ceteri. quod & placet. FAERNUS. Plures quoque ex noſtris non habent *Hem*.

14 *Sequere hac me intus. apud Glycerium eſt nunc.* Liber Bembinus ita habet.
Sequere hac me intus ad Glycerium nunc. Donatus ſic:
Sequere me intus apud Glycerium. FAERNUS.
Pro *Nunc*, noſtri omnes *Nunc eſt*, quod verſus ipſe poſtulat; ut & vidit vir eruditus.

15 *Propera. adcerſe.* Meliores & plures libri *Propere adcerſe.* Sine dubio haec melior lectio.

17 *Plaudite.* Hic ante verbum *Plaudite*, in omnibus vero aliis fabulis ante ea verba *Vos valete*, Bembinus liber & omnes alii antiqui hanc notam habent Ω: ſuper quo loco ita Eugraphius: Verba ſunt recitatoris, qui dum fabulam terminaret, elevabat aulaea ſcenae: & dicebat ad populum: *Vos valete & plaudite.* FAERNUS.
Nota illa in Libris veteribus non eſt Ω ſed ω: de qua, praeter Eugraphii ſententiam, tres alias longa commentatione producit vir doctus: quarum tamen nulli adſentitur, nec ſuam addit. Nos novam, & aut veram aut certe vero proximam, tribus verbis adferemus. Horat. Art. Poet. 154.

Si fautoris eges aulaea manentis, & uſque
Seſſuri, donec cantor, Vos plaudite, dicat.

Nota illud *Plaudite* a Cantore dici ſolere. Alius eſt Actor, alius Cantor. Actores in hac Andria Primarum & Secundarum partium *Ambivius* & *Atilius* erant. Tertiarum partium actor, utpote ignobilis, nuſquam memoratur. Cantor autem *Flaccus Claudii filius*, qui tibiis paribus canebat, dextris & ſiniſtris. Ergo cum Actores omnes ex Scena exirent; Cantoris erat, depoſitis ex ore tibiis, *Plaudite* inſonare. Ut igitur in veteribus libris perſonae aliae notantur, PAM, DAV. CHREM; ita hic olim CA. pro Cantore ſcilicet: quae nota, cum non intellecta eſſet, paulatim & compendii cauſa in proximam ei formam ω degeneravit.

Digitized by Google

EUNUCHUS TERENTI.

Fabulæ interlocutores.

PHAEDRIA adulescens.
PARMENO seruus.
THAIS meretrix.
GNATHO parasitus.
CHAEREA adulescens.
THRASO miles.
PYTHIAS ancilla.
CHREMES adulescens.
ANTIPHO adulescens.
DORIAS ancilla.
DORUS eunuchus.
SANGA coquus.
SOPHRONA nutrix.
LACHES senex.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. L. POSTUMIO ALBINO L. CORNELIO MERULA AEDILB. CURULIB. EGERE L. AMBIUIUS TURPIO L. ATILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI TIBIIS DUABUS DEXTRIS. GRAECA MENANDRU. ACTA II. M. VALERIO C. FANNIO COSS.

EUNUCHUS.

PROLOGUS.

SI quíſquam eſt, qui placére ſe ſtudeánt bonis
Quam plúrimis, et minime multos laédere,

1 *Bonis quam plurimis.* Super his verbis ita Eugraphius: *Bonis quam plurimis, quidam intelligunt, quam plurimis bonis. nos intelligamus extrinſecus plurimos, nihil aliud poſuiſſe niſi malos. boni enim admodum pauci ſunt. ita quod dixit in numero plurimis, qualitatem potius declaravit.* FAERNUS.

Ex Eugraphii ſententia ſic locus accipiendus eſt, Placere Bonis potius quam Plurimis ſive Malis, quoniam οἱ πλέονες κακοί. Tu ridebas Grammaticorum ineptias; & junctim accipe, *Quamplurimis bonis*, ut *Minime multos bonos*. Sed aliud & majus adhuc reſtat: Legendum inquam,

Si

In hís poëta hic nómen profitetúr ſuum.
Tum ſiquis eſt, qui dictum in ſe incleméntius
Exiſtimarit éſſe, ſic exiſtimet,
Reſpónſum, non dictum éſſe, quia laeſit prior:
Qui béne uertendo, et eádem ſcribendó male, ex
Graecís bonis Latínas fecit nón bonas:

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeant *bonis.* Niſi enim *ſtudeant* legeris, inepte infertur, *In his. Quiſquam qui ſtudeant,* plane ut And. IV, 1, 3. *Cuiquam, ut gaudeant.* Ubi Donatus: *Cum dimiſſet Cuiquam, intulit numerum pluralem: ut alibi:*

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis.

Ita quidem hodie editum eſt: ſed luce clarius eſt Donatum hic legiſſe *ſtudeant.* Priſcianus p. 1099. *Conſtruuntur,* inquit, *diverſi numeri: Terentius in Eunucho, Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeant bonis* &c. *Quiſquam enim ad multos intellegitur: quomodo in Adelphis, Aperite aliquis actutum.* Ubi Putſchius quidem *Studeat* dedit, plane contra loci ſententiam. At teſtor ego me in quattuor Priſciani exemplaribus *Studeant* repperiſſe.

5 *Exiſtimet eſſe, ſic exiſtimet.* Donatus videtur legiſſe *exiſtimat,* pro *exiſtimavit.* ſed non ſtat verſus. liber vero Bembinus & Eugraphius in hunc modum habent, *exiſtimavit eſſe, ſic exiſtimet.* ita & alii fere o. l. s. ſed eo amplius, poſt *exiſtimet,* in aliquibus eſt *praeſumat,* in aliquibus vero, *ſciat praeſumat.* ut facile appareat ea verba inculcata ex gloſſemate alicujus interpretantis verbum *exiſtimet.* FAERNUS.

Plures ex noſtris *Exiſtimavit*; unus *Exiſtimabit.* Sane ſententia ipſa Futurum poſtulat; *Si quid in hoc prologo dicturus eſt inclementius.* Legendum tamen,

Exiſtimarit eſſe ſic exiſtimet.

Siquis exiſtimaverit, ut v. 1. *Siquis ſtudeat:* Donatus ad locum: *Exiſtimat, pro Exiſtimavit:* Corrige, *Exiſtimarit, pro Exiſtimaverit.*

6 *Quia laeſit prius. Prior,* quod eſt in Bembino, & Vaticano, mihi magis probatur. FAERNUS. Noſtri libri *Prius:* Eugraphius *Prior.*

7 *Qui bene vertendo & eas deſcribendo male.* Lego ex libro Bembino, *& eaſdem ſcribendo male*; ut ſit ſenſus: elegit ille quidem bonas quas verteret, ſed eaſdem male ſcripſit. quem ſenſum confirmat inſequens verſus: *Ex Graecis bonis, Latinas fecit non bonas.* eſt & haec lectio in libro Victoriano, licet is pro *ſcribendo,* habeat *conſcribendo.* ita legit & Eugraphius ſic dicens: *bene vertit, de Graeco in Latinum: male ſcribit, male verba componit.* FAERNUS.

Duo ex noſtris optimi, *Eaſdem ſcribendo.* Recte. Quid autem ſit *Bene vertere & eaſdem male ſcribere,* quot Interpretes, tot fere ſententiae. Vir doctus multis hic verbis declamavit, ſed nihil expedivit. *Bene vertere,* eſt Fideliter vertere, verbum verbo reddere ex Graeco: id ipſum *Bene vertere,* eſt *Male ſcribere Latine.* Diverſa enim eſt indoles utriuſque ſermonis. Terentius itaque ita libere vertebat, ut poëmata ſua nativum Latinitatis colorem praeſtarent; neque tam ex Graecia petita, quam in Latio nata viderentur. Contra Lavinius Luſcus: dum nimis fidum interpretem agit; id quod neceſſe erat, ex Graecis bonis malas Latinas fecit. Notum eſt Horatii praeceptum.

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.

Boethius in Porphyrium: *In quo quidem vereor, ne ſubierim fidi interpretis culpam; cum verbum verbo expreſſum comparatumque rediderim.*

Ex Graecis bonis. Sic Faernus: ſed *Ex* priori 8
potius verſui apponendum: ut infra V, 2, 20. *Quin involem in Capillum.* Neque enim cum viro docto tam facile corripuerim ſyllabam, cum poſitione, tum natura longam.

Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. 9
Donatus: *Apparet pronuntiatum, quaſi hoc ipſo admonuerit ſpectatorem, quam turpiter & imperite haec fabula ſcripta ſit.* Iterum: *Phaſma; hanc fabulam totam damnat, ut apparet, ſilentio; Theſaurum vero non totum, ſed ex uno loco.* Recte quidem haec: ſed tamen, ut

Digitized by Google

Item út Menandri Phásma nunc nupér dedit:
Atque ín Theſauro ſcripſit, cauſam dícere
Prius únde petitur, aúrum quare ſít ſuum,
Quam illíc qui petit, unde ís ſit theſaurús ſibi:
Aut únde in patrium mónumentum peruénerit.
Dehinc, né fruſtretur ípſe ſe, aut ſic cógitet,

nunc fertur, totus hic verſus arena ſine calce eſt: nec cum prioribus nec cum ſequentibus cohaeret. Equidem in Donato manu ſcripto hoc legi, quod in editis non reperitur: *Item, id eſt, Similiter.* Unde ſic legendum conſtat,

Qui bene vertendo & eaſdem ſcribendo male, ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas:
Item ut Menandri Phaſma nunc nuper dedit.

Item ut, Similiter ac Phaſma dedit, ex bona Graeca Latinam non bonam. De *Item ut* vide II, 2, 33. Heaut. 3, 1, 8.

12 *Quam illum qui petit.* Liber Bembinus ac Vaticanus & Donatus, *quam ille qui* habent. qua lectione ſtante illae tres dictiones anapaeſtum faciunt, correpta priore ſyllaba in *ille*; *petit* vero Iambus eſt, poſteriore item producta more veterum. FAERNUS.

Quam ille qui petit, unde is ſit theſaurus ſibi. Tres ex noſtris *Ille*, multi *Ili*, unus *Illum*. Audiamus Donatum: *Quam ille qui petit: eſſet recta locutio, ſi diceret* Quam petitorem, *aut* Quam illum qui petit. *Sed* Quam ille *maluit, ut ſubaudiamus* Cauſam dicat. Verum hoc eſt; Syntaxis enim ſimplex poſtulat *Illum*, non *Ille*. Concedimus ſane auctoritati Magiſtri, qui Nominativum hic poſitum teſtatur: ita tamen ut non *Ille*, quod (quicquid dicat Faernus) a verſu ipſo reſpuitur, ſed *Illic* adſciſcamus ex tribus codicibus Rivii, G. Fabricii, & Lindenbrogii.

Ceterum de Phaſmate & Theſauro, vetus Scholiaſtes ſive is Donatus hic ſit, ſive quis eo antiquior, ea nos docet & lectiſſimis quidem verbis, quae & hic quoque digna ſunt quae legantur. ‘ Phaſma, ait, nomen eſt fabulae Menandri: in qua Noverca ſuperducta Adoleſcenti, Virginem quam ex vicino quodam conceperat furtim eductam, cum apud vicinum proximum haberet in latebris, hoc modo ſecum habebat aſſidue nullo conſcio: Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut in ipſo tranſitu ſacrum locum eſſe ſimularet. Cumque tranſitum intenderet ſertis & fronde felici, rem divinam ſaepe faciens evocabat ad ſe virginem. Quod cum animadvertiſſet Adoleſcens, primo aſpectu pulchrae virginis, velut numinis viſu, perculſus exhorruit: unde Phaſma nomen Fabulae. Deinde paulatim re cognita, exarſit in amorem puellae: ita ut remedium tantae cupiditatis, niſi ex nuptiis, non reperiretur. Ita ex commodo matris ac virginis, & ex voto amatoris conſenſuque patris, nuptiarum celebratione finem accipit Fabula.

In Theſauro autem hujuſmodi eſt Luſcii argumentum. Adoleſcens, qui rem familiarem nequitia prodegerat, Servum mittit ad patris Monumentum, quod ſenex ſibi vivus magnis opibus apparaverat, ut id aperiret; illaturus Epulas quas pater poſt annum decimum caverat ſibi inferri. Sed eum agrum, in quo Monumentum erat, Senex quidam avarus ab adoleſcente emerat. Servus ad aperiendum Monumentum auxilio uſus ſenis, Theſaurum cum Epiſtola ibidem reperit. Senex Theſaurum, tamquam a ſe per tumultum hoſtilem defoſſum, retinet & ſibi vindicat. Adoleſcens judicem capit: apud quem prior Senex, qui aurum retinet, cauſam ſuam ſic agit:

Athenienſes; bellum cum Rhodienſibus
Quod fuerit, quid ego praedicem?

& cetera, quae contra naturam juriſque conſuetudinem poſita arguit & notat Terentius: quod ille ordo potior erat, ut Adoleſcens prior proponeret Cauſam, qui petitor inducitur.

Vides argumenta duarum fabularum toto caelo inter ſe diſtantia. Scholiaſtam autem, quicumque ſit, vetuſtiſſimum fuiſſe vel ex Luſcii verſibus certo ſcias; quos inter reliqua latitantes primus, quod ſciam, verſus eſſe deprehendi. Ceterum quis dubitet, quin haec vera retulerit Scholiaſtes? Quod ſi conſtat, quis eos ferat, qui Theſaurum Luſcii non fabulam integram; ſed Phaſmatis fuiſſe partem volunt? Quin addunt, Eunuchum partem fu-

Digitized by Google

Defúnctus iam sum, níhil est quod dicát mihi:
Is ne érret, moneo, et désinat lacéssere.
Habeoália multa, núnc quae condonábitur;
Quae próferentur póst, si perget laédere;
Ita ut fácere instituit. quám nunc acturi sumus
Menándri Eunuchum, póstquam Aediles émerunt;
Perfécit, sibi ut inspíciundi esset cópia.
Magistrátus cum ibi adéssent, occeptást agi.
Exclámat, furem, nón poëtam, fábulam
Dedísse, et nil dedísse uerborúm tamen:
Colacem ésse nempe, Pláuti ueterem fábulam:
Parasíti personam índe ablatam et mílitis.
Si id ést peccatum, péccatum inprudéntiast
Poétae: non quo fúrtum facere stúduerit.
Id ita ésse, uos iam iúdicare póteritis.

isse Andriae; Aululariam, partem Amphitryonis? Quae in nulla una re conveniunt, ut in eandem fabulam contrudantur? Et jure mireris, virum eruditum tam prava in sententia esse potuisse.

17 *Habeo alia multa, quae nunc condonabitur, Quae proferentur póst.*
Egregie Codex C. C. *núnc quae condonabitur.* Sic enim & *Nunc* & *Post*, quae opponuntur, in Ictu ambo sunt; & *Quae* non inchoat utrumque Colon, parum venuste.

19 *Nunc quam acturi sumus.* O. l. s. *quam nunc*, qua collocatione admissa, primam hujus versus syllabam praecedenti versui in scansione applicabimus. FAERNUS.
Nostri etiam omnes *Quam nunc.* Nec tamen syllabam priori versui applicabimus, sed *Ut*, quod passim fit, corripiemus.

22 *Magistratus cum ibi adesset, occepta est agi.* Magistratus hic sunt Aediles. Ergo recte tres ex nostris antiquissimi *Adessent.* Phorm. II, 3, 56.
At tu, qui sapiens es, magistratus adi.

23 *Fabulam Dedisse, & nil dedisse verborum tamen.* Est Luscii jocus in Terentium, paulo obscurior. Donatus: 'Aut, Neminem fefellisse '(dare enim verba, decipere est) aut Nihil ap-'posuisse de suo, Nihil addidisse de stilo suo: Posterius illud *De suo* vir doctus amplectitur. Neutrum verum est, sed prius illud est vero propius. Sententia est. *Fabulam dedisse*, quod ipsum est quodammodo *verba dare*, fallere: & *verba tamen non dedisse*, nempe Luscio; quo minus deprehenderet furtum factum ex Colace Plauti.

Colacem esse Naevi & Plauti veterem fabulam. 25
Colax Plauti a Nonio Marcello citatur; Naevii Colax nusquam memoratur: nam quae superiore saeculo apud Nonium & Priscianum ferebantur, tamquam ex Naevii Colace; ea jam ex vetustioribus Codicibus Novio tribuuntur. Mira vero locutio est, *Esse Colacem Naevi, & veterem fabulam Plauti:* Veterem modo fabulam? an nullum ei nomen erat? & cur *veterem* de Plautinis, cum Naevianae essent illis veteriores? Denique, si haec vera lectio est; in eo quo accusat Luscius Terentium, etiam excusat. Quippe si noster furatus sit personam Parasiti & Militis & a Plauto & a Naevio; etiam Plautus suam a Naevio sit furatus. Exemplo igitur ipso accusatio difflatur. Si haec displicent; de correctione cogitandum erit. Codex bonus C. C. C. *Naevi Plauti*, sine conjunctione *Et*. Fallor, an sic dedit Terentius:
Colacem esse nempe, *Plauti veterem fabulam:*
Parasiti personam inde ablatam & militis.

Non qui furtum facere studuerit. Antiquis- 28
simi

Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et miles gloriosus: eas se hic non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam
Ex Graeca: set eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id uero pernegat.
Quod si personis isdem uti aliis non licet:
Qui magis licet currentis seruos scribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, glorioſum militem,
Puerum supponi, falli per seruum senem,
Amare, odisse, suspicari? denique
Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.
Quare aequum est uos cognoscere atque ignoscere,
Quae ueteres factitarunt, si faciunt noui.
Date operam, et cum silentio animum attendite

simi libri *quo* habent, non *qui*. *quo* autem pro *quod* exponendum. FAERNUS. Etiam unus noster & vetustissimus. *Quo*.

31 *Eas se non negat.* Lege, *Eas se hic non negat.* Vide supra ad And. Prol. v. 13. Mox v. 33. *Eas fabulas* intellege Menandri Colacem & Eunuchum.

34 *Latinas scisse sese.* Haec lectio placet mihi propter versum. quamvis o. l. s. non habeant nisi unum *se*; & in Bembino, ubi geminatum erat, posterius sit deletum. FAERNUS.

Male factum, quod ex Bembino deleverunt *Se*. Fallitur enim vir doctus, cum versum stare posse opinetur unico *Se*. At, inquit, *Me, te, se*, sequente vocali saepius produci solent, neglecta Synaloepha. Ita quidem, sed (quod sero nunc discet) in initio Anapaesti vel Tribrachi; nusquam Iambi. Sed exemplum adducit, Hec. I, 1, 11.

Quin ita paret se, abs te ut blanditiis suis.

Hic quidem Iambus est: sed incommode, ut semper fere, affert Erratum pro Exemplo. omnes Faerni praeter Bembinum & Nostri universi ibi *Sese* habent.

35 *Quod si personis iisdem uti aliis non licet.* In Bembino est, *iisdem huic uti non licet*, quarum lectionum utra melior sit statuere nescio. interim vulgatam tenebimus. FAERNUS. Atqui facile erat, utra melior esset, statuere. Recte *Aliis*, qui multi tum una florebant Poetae: non *Huic*, quasi hic solus tum scriberet.

Qui magis licet currentes servos scribere. 36
Ego potiorem arbitror lectionem, quam continet liber Bembinus, *currentem servum*; ut & in Heautontim. *Ne semper servus currens.* FAERNUS.

Immo *Currentes servos* cum omnibus aliis exemplaribus lege. *Servos*, ut postea *Matronas, Meretrices*. In loco, quem citat, Heaut. Prol. v. 37. alia ratio est: nam ibi singularis sunt numeri etiam cetera, *Servus, Senex, Parasitus, Sycophanta, Leno*. Quid quod etiam vir doctus, Faerno licet addictus, *Currentes servos* recte hic praefert?

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit 41
prius. Quinque ex nostris, *Non sit dictum*. Credo poetam sic dedisse:

Nullum est jam dictum, dictum quod non sit
ut supra v. 27. [*prius.*

Si id est peccatum, peccatum imprudentia est.

In utroque loco, prius Nomen est, posterius Participium.

Date operam & cum silentio animadvortite. 44
Ab antiquis libris abest copula &; sed hoc amplius Bembinus & Basilicanus habent, *animum attendite*. eandem lectionem continet

Digitized by Google

Ut pérnoſcatis, quíd ſibi Eunuchús uelit.

ACTUS I. SCAENA I.

PHAEDRIA adulescens. PARMENO seruus.

PH. *QUID ígitur faciam? nón eam, ne núnc quidem*
Cum adcérſor ultro? an pótius ita me cómparem,
Non pérpeti meretrícum contumélias?
Exclúſit: reuocat: rédeam? non, ſi me óbſecret.
PA. *Siquidem hércle poſſis, níl prius neque fórtius:*
Uerúm ſi incipies, néque pertendes náuiter,
Atque úbi pati non póteris, cum nemo éxpetet,
Infécta pace, ultro ád eam uenies; índicans
Te amáre, et ferre nón poſſe: actumſt. ílicet.
Períſti. eludet, úbi te uíctum ſénſerit.
Proin tú, dum eſt tempus, étiam atque etiam hoc cógita,
Ere, Quaé res in ſe néque conſilium néque modum

& Donatus, licet aliqua ex parte corruptus: ita enim dicit: *Nos dicimus Attendite, quod veteres plene Animadvertite.* ubi pro *animadvertite* legendum *animum attendite.* lectionem vero Donati, quae impressa est, in nullo l. s. ejus inveni. est autem locutio Terentiana, ut in Phormione: *Nunc quid velim animum attendite.* FAERNUS. Tres etiam ex nostris, *Animum attendite.*

1 *Siquidem hercle possis, nil prius neque fortius.* Donatus: *Siquidem hercle possis:* διαλογισμὸς, quasi ad alterum: ut

Nescis heu perdita, necdum
Laomedonteae sentis perjuria Trojae.

Ergo secundum hunc Magistrum Phaedria haec secum loquitur; & ab hoc, credo, inductus Faernus, contra omnes quos viderim Codices, Phaedriae omnia tribuit, usque ad v. 12. *Here, quae res in se* &c. in quo judicium ejus desidero. Quippe ab hoc v. 5. usque ad 25. *indignum facinus*; perpetua Parmenonis oratio est, ut recte olim vidit Muretus. Vir tamen eruditus, *re*, ut loquitur, *altius perpensa* a Faerno suo stat, multis scilicet rationibus inductus. *Clarissime*, ait, *liquet, Here quae res*, esse hominis orationem tum incipientis. Quo argumento? quave sua luce hoc liquet? Nego omnino liquere. An id credo voluit; quia quicumque herum alloquitur, a verbo *Here* incipit? Quale igitur hoc Davi? And. III, 2, 26. *Intellexti?*

Sed nihilo secius mox puerum hue deferens
ante ostium:
Id ego jam nunc tibi, here, renuntio futurum, ut sis sciens.

Qui minus hoc in medio sermone potuit Parmeno, quam Davus? praesertim ubi gravior ceteris sententia in medio nascitur & exsurgit. Pergit autem: Si ab hoc versu incipit Parmeno, tum prior versus est Phaedriae. Hoc quidem certum; si modo inceperit: sed non hinc primum incipit Parmeno. Pergit porro: Si prior iste Phaedriae est; tum & ei proximus est ejusdem: donec paulatim ad primum perveniat. Haec omnia, utpote πρώτῳ ψεύδει & invalido talo nitentia sponte sua per se cadunt. Sed, ait, diversas esse personas diversi hic sensus aperte docent. Immo vero tota oratio & eandem personam & eandem sententiam prae se fert. Phaedria iratus deliberat, an vel ultro invitatus recuset accedere: Parmeno, ut accedat, consulit; neque frustra cum victrice contendat. Si quidem, inquit, possis pertendere, laudo & hortor. Sed cum hoc non possis, ne incipias quidem velim. Amore devinctus es; & repugnando in

strictiores

Habet úllum, eam rem consílio regere nón potes.
In amóre haec omnia ínsunt uitia: iniúriae,
Suspíciones, ínimicitiae, indútiae,
Bellúm, pax rursum: incérta haec si tu póstules,
Ratióne certa fácere, nihilo plús agas,
Quam sí des operam, ut cúm ratione insánias.
Et quód nunc tute técum iratus cógitas,
Egone illam? quae illum? quáe me? quae non? síne modo,
Morí me malim: séntiet qui uír siem:
Haec uérba una mehércle falsa lácrimula,
Quam oculós terendo mísera uix ui exprésserit,
Restinguet: et te ultro áccusábit: ét dabis
Ultro ei supplicium. PH. *o indígnum facinus: núnc ego*
Et illám scelestam esse, ét me miserum séntio:
Et taédet: et amore árdeo: et prudéns sciens,
Uiuús uidensque péreo: nec quid agám scio.
PA. *Quid agás? nisi ut te rédimas captum quám queas*

strictiores laqueos te indues. Proin, dum tempus est, hoc tecum cogita: Non magis cum ratione ames, quam cum ratione insanias. Cede igitur necessitati: & captum te redime, quam minimo queas. Sed Horatius, ait, ab O *here* servi verba incipit. At non ad finem usque persequitur. Quid miri igitur, si insigniora seligens, vel e medio incipiat? At Cicero dicit Phaedriam *subtiliter* hic *disputare*. Et recte quidem. Nam in primis quatuor versibus, quos & nos Phaedriae damus, singula verba sunt totidem hinc inde argumenta: adde huc quae Phaedria dicit a versu 25.

6 *Verum si incipies neque perficies naviter. Pertendes naviter,* videtur antiquius: quod in Bembino & nonnullis aliis antiquis libris est. FAERNUS. Nostri quidem *Perficies:* sed Charisius p. 185. & Servius ad Aen. I, 41. *Pertendes.*

11 *Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita. Here, quae res.* Lego & distinguo:
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam hoc cogita.
Here, Quae res in se. ut infra IV, 6, 21.
Immo hoc cogitato; quicum res tibi est, peregrinus est.

13 *Eam consilio regere non potes.* Lege *Eam rem.* Vetuste. Hoc pacto ex laxo densior fit versus & solidior.

17 *Incerta haec si tu postules Ratione certa facere. Certa* hic est Accusativus pluralis. Horat. Serm. II, 3, 270. dum hunc locum tractat,
Haec siquis tempestatis prope ritu
Mobilia & caeca fluitantia sorte laborat
Reddere certa *sibi.*

23 *Quam oculos terendo misere vix vi expresserit.* Lege *Misera,* non *Misere.* Qui hoc non probet, parum in Terentio profecit. Quamvis Servius ad Aen. II, 196. *Misero*; & Charis. p. 184. *Misere* hic exponat, *Male.*

24 *Et te ultro accusabis.* Si hoc dicere voluisset, rectum erat ut diceret, *& te ipse accusabis*: quare melior mihi videtur ea lectio, quae est in Bembino & tribus aliis antiquis libris, & omnibus fere aliis: *& te ultro accusabit:* ut sit *ultro* pro *insuper:* ut non modo Thais minas Phaedriae una lacrimula restinctura, sed insuper eum accusatura dicatur. FAERNUS.
Accusabit nostri etiam omnes. Ceterum pro,
Accusabit, & dabis ei
Ultro supplicium,
tu sic verba dispone,
Accusabit, & dabis
Ultro ei supplicium.

Minimó: ſi nequeas paúlulo, at quantí queas:
Et né te adflictes. PH. *ítane ſuades?* PA. *ſí ſapis.*
Neque, praéterquam quas ípſe amor moléſtias
Habet, áddas: et illas, quás habet, rectè feras.
Set ecca ípſa egreditur, nóſtri fundi cálamitas:
Nam quód nos capere opórtet, haec intércipit.

ACTUS I. SCAENA II.

THAIS meretrix. PHAEDRIA. PARMENO.

TH. *MISER'AM me, uereor ne íllud grauius Phaédria*
Tulerít, neue aliorſum átque ego feci accéperit,
Quod heri íntromiſſus nón eſt. PH. *totus, Pármeno,*
Tremo hórreoque, póſtquam aſpexi hanc. PA. *bóno animo es:*
Accéde ad ignem hunc, iám caleſces plús ſatis.
TH. *Quis hic lóquitur? ehem, tun híc eras, mi Phaédria?*
Quid hic ſtábas? cur non récta introibas? PA. *céterum*
De exclúſione uérbum nullum. TH. *quíd taces?*
PH. *Sané, quia uero hae míhi patent ſempér fores,*
Aut quía ſum aput te prímus. TH. *miſſa iſtaéc face.*

34 *Sed ipſa egreditur.* Nullum librum vidi, in quo non ita legatur, *Set ecca ipſa egreditur.* ratio carminis conſtat, ſi ex *ſet*, elidas *t*. FAERNUS. Eadem chorda ſemper oberrat: noli *t* elidere, ſed *Et* corripere.

6 *Tun' eras hic mi Phaedria?* O. l. s. hanc collocationem habent, *tun' hic eras mi Phaedria?* qui ordo verborum verſum reddit expeditiorem. FAERNUS. Sic & Noſtri omnes.

12 *Ac pariter fieret, ut.* In libro Bembino particula *ut* ſubſequenti verſui adjungitur. ita *fieret* primam producit. FAERNUS.

14 *Nihili penderem.* Codex Academicus, *Vili penderem.*

15 *Anime mi Phaedria.* Sic Faernus, errato opinor Typographi. Recte alii, *Anime mi, mi Phaedria.*

18 *Credo, ut ſit, miſera prae amore exclusit hunc foras.* Ita ut ſupra habent omnes antiqui libri. at omnes recentes & Donatus ac Priſcianus *excluſiſti*. ego *exclusti* legendum arbitror, ordine tantum duarum litterarum ex antiqua lectione immutato. ita conveniet cum verbis Donati dicentis Parmenonem hoc intuliſſe παρὰ προσδοκίαν, intuendo puellam, & ei Phaedriam oſtendendo; quae in *excluſit* locum habere non poſſunt. FAERNUS.

Recte Faernus *Excluſti*. Duo ex noſtris *Excluſiſti*. Ceteri *Excluſit*: ut & Priſcianus p. 997. etiam in Scriptis; non ut Faernus citat, *Excluſiſti*.

19 *Sicine ais?* Quinque antiqui libri, *ſicine agis?* ut ſit ſenſus: hocine modo me tractas? FAERNUS. Noſtri omnes *Agis*, duobus exceptis.

24 *Sin falſum aut vanum aut fictum eſt, continuo palam eſt.* Qua ſedes ſubtilitate diſtingues tria iſta *Falſum Vanum Fictum*, ut, quod conjunctio *Aut* poſtulat, diverſa ſint. Quattuor hoc modis aggreditur Donatus; & de verbis ſervuli mirifice philoſophatur. Tu eum, ſi ſapis, ſibi ſapere jubeto: & de emendatione cogita. Pro *Aut vanum*, unus ex noſtris Academicus *Aut varium*.

Digitized by Google

PH. *Quid míssa? o Thais, Thais, utinam essét mihi*
Pars aéqua amoris técum, ac pariter fieret,
Ut aút hoc tibi doléret itidem, ut mihi dolet;
Aut égo istuc abs te fáctum nihili pénderem.
TH. *Ne crúcia te obsecro, ánime mi, mi Phaédria.*
Non pól, quo quemquam plús amem aut plus díligam,
Eo féci: set ita erát res, faciundúm fuit.
PA. *Credo, út fit, misera praé amore exclusti húnc foras.*
TH. *Sicíne agis, Parmeno? áge: set huc qua grátia*
Te accérsi iussi, auscúlta. PH. *fiat.* TH. *dic mihi*
Hoc prímum, potin est híc tacere? PA. *egone? óptume.*
Uerum heús tu, hac lege tíbi meam adstringó fidem:
Quae uéra audiui, táceo et contineo óptume:
Sin fálsum audierim ac fictum, continuó palamst:
Plenús rimarum sum, hác atque illac pérpluo.
Proin tú, taceri sí uis, uera dícito.
TH. *Samiá mihi mater fúit: ea habitabát Rhodi.*
PA. *Potést taceri hoc.* TH. *ibi tum matri párvolam*
Puéllam dono quídam mercatór dedit,
Ex Attica hinc abréptam. PH. *ciuemne?* TH. *árbitror:*

varium, alter Regius *Aut vacuum*. Certe in isto *Aut vanum* mendum latitat. Lego,

Quae vera audivi, taceo & contineo optume:
Sin falsum audierim ac *fictum*, *continuo palamst.*

Vides ut ex illo *Audierim* facta sint *Aut varium*, *Aut vacuum*, *Aut vanum*. Ceterum *Ac* lege, non *Aut*; quae duo passim permutantur. Thais ipsa infra v. 120.

Me miseram, forsan parvam hic habeat mihi fidem.
Ego pol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio:
Neque me finxisse falsi quicquam.

Nota sodes illud, *Finxisse falsi*: ita ut falsum ac fictum prorsum idem sit; tantum abest, ut tria ista distingui debeant aut possint. Priscianus p. 999. *Falsum aut fictum*: omisso *aut vanum*: sed p. 1143. omnia tria habet, etiam in scriptis exemplaribus.

25 *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.* Donatus ad locum: *Vilis atque abjecta translatio: & apta apud meretricem loquenti: translata autem est ab aquario vase fictili.* Bona verba quaeso, Magistrorum optime. Tune metaphoram Terentio placitam, *vilem atque abjectam* dixeris? Sed injuria tibi a Librariis facta est. tu sic dedisti: *Vernilis atque faceta translatio.* Recte: nisi enim ejusmodi esset, non esset *apta apud meretricem loquenti.* Sed in ipso hic Terentio, non minus quam in Donato, mendum jam diu latuit: Lego.

Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

Non, ut omnes ubique codices & Priscianus p. 1143. *Perfluo*: quippe liquor in vase *perfluit*, vas ipsum sive domus *perpluit*. Lucret. III, 950.

Et non omnia pertusum *congesta quasi* in vas *Commoda* perfluxere, *atque ingrata interiere.*

Quintil. Instit. VI, 3. *Galba penulam roganti* Non possum, *ait*, commodare, domi maneo: *cum cenaculum ejus perplueret.* Plaut. Trin. II, 2, 41.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Most. I, 2, 30.

Venit imber, lavit parietes, perpluunt tigna.

Ibi tum matri parvolam. Omnes nostri unanimi. 28

Certúm non ſcimus: mátris nomen ét patris
Dicébat ipſa: pátriam et ſigna cétera
Neque ſcíbat, neque per aétatem etiam pótis erat.
Mercátor hoc addébat: e praedónibus,
Unde émerat, ſe audíſſe abreptam e Súnio.
Matér ubi accepit, coépit ſtudioſe ómnia
Docére, educere, íta uti ſi eſſet fília.
Sorórem plerique éſſe credebánt meam.
Ego cum íllo, quicum tum úno rem habebam hóſpite,
Abii húc: qui mihi relíquit haec, quae habeo, ómnia.
PA. *Utrúmque hoc falſumſt: éffluet.* TH. *qui iſtúc?* PA. *quia*
Neque tu úno eras conténta, neque ſolús dedit:
Nam hic quóque bonam magnámque partem ad te áttulit.
TH. *Itáſt: ſet ſine me péruenire quó uolo.*
Interea miles, quí me amare occéperat,
In Cáriam eſt proféctus: te intereá loci
Cognóui. tute ſcís poſtilla quam íntumum
Habeám te: et mea conſília ut tibi credam ómnia.
PH. *Neque hóc tacebit Pármeno.* PA. *oh, dubiúmne id eſt?*
TH. *Hoc ágite, amabo. máter mea illic mórtuaſt*

animi conſenſu, & editiones veteres *Tum ibi*. Utrumvis probe.

33 *Neque ſciebat, neque per aetatem etiam potuerat.* Corrige,
Neque ſcibat, neque per aetatem etiam potis erat.
Nam *Potuerat* peccat tempore: *Scibat, poterat. Potis erat* neutro genere, ut ſemper, accipe: neque *Poſſibile erat* eam ſcire per aetatem.

37 *Docere, educere ita ut ſi eſſet filia.* Videtur haec lectio inde ſumpta, quod infra dicitur, *eduxit mater pro ſua.* Sed nullus liber eſt in quo ſit, *educere.* Sed in omnibus *educare:* quam lectionem ſi admittere voluerimus, non oportebit ſynaloepham facere in, *ita ut.* FAERNUS.
Noſtri quoque omnes, *Educare ita ut.* Sed vide ſuperſtitio quid facit. Maluit ignoratae artis crimen Auctori impingere: quam ab ignaris Librariis vel literam diſcedere. Lege ut jam a centum annis editiones meliores:
Docere, educere, ita uti ſi eſſet filia.
Vir doctus recte hic *Educere*; ſed cum *Ita ut*, gemente verſu, retinebat, corrupit beneficium.

Quo cum uno rem habebam tum hoſpite. 39
Repoſuimus ex o. l. s. & Donato hanc collocationem verborum, *Quo cum tum uno rem habebam hoſpite.* & ſtat verſus, ſi in *rem* coliſionem non facias. FAERNUS.
Sic & noſtri. Sed porro legendum *Quicum*; ne toties illud *o* aurem vulneret. Infra IV, 4, 31. *Quicum? Cum Parmenone.* & IV, 6, 21. *Quicum res tibi eſt.* Neque aliter ſolet Plautus.

Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Aut ex *quidem* 49
m elidendum quamvis ſequente conſonante: aut legendum ut in Vaticano. *Neque hoc tacebit Parmeno*, quod minus placet. FAERNUS.
Ne hoc quidem tacebit Parmeno. O dubiumne id eſt?
Dem in *quidem* facile corripitur: ſed quod Faerno *minus placet*; id mihi unice placet,
Neque hoc tacebit Parmeno. Oh, dubiumne id eſt
Oh codices noſtri: & ſententia ipſa rogat, ut *Hoc* ſit in lctu.

Is ubi hanc forma videt honeſta virginem, 52
Et fidibus ſcire. Laborat verſus, utcumque exiſtimet

Nupér: eius frater áliquantum ad rem eſt áuidior.
Is, úbi eſſe hanc forma uídet honeſta uírginem
Et fídibus ſcire, prétium ſperans ílico
Prodúcit: uendit. fórte fortuna ádfuit
Hic méus amicus: émit eam donó mihi,
Inprúdens harum rérum ignaruſque ómnium.
Is uénit: poſtquam ſénſit me tecúm quoque
Rem habére, fingit caúſas ne det ſédulo:
Ait, ſí fidem habeat ſe íri praepoſitúm tibi
Apút me; ac non id métuat, ne, ubi accéperim,
Seſé relinquam; uélle ſe illam míhi dare:
Uerum íd uereri. ſét ego quantum ſúſpicor,
Ad uírginem animum adiécit. PH. *etiamne ámplius?*
TH. *Nil: nám quaeſiui. núnc ego eam, mi Phaédria,*
Multaé ſunt cauſae, quámobrem cupiam abdúcere:
Primúm quod ſoror eſt dícta: praeterea út ſuis
Reſtítuam ac reddam. ſóla ſum: habeo hic néminem,
Neque nótum neque cognátum. quamobrem, Phaédria,
Cupio áliquos parere amícos benefició meo.
Id amábo adiuta mé, quo id fiat fácilius.

existimet vir doctus: neque enim *Ubi hanc* Anapaeſtum facere poteſt. Tria vetant; quorum unum quodvis ſatis eſt ad vetandum; quod *Ubi* non monoſyllabon eſt, quod *Bi* non natura longum eſt, quod non in ictu eſt. Lege igitur:

Is, úbi eſſe hanc forma videt honeſta virginem.

Eſſe plane requiritur, ob id quod ſequitur, *Et fidibus ſcire.* Eſſe & ſcire: alioqui ſupervacuum foret *Et.* Andria I, 1, 95.

Et quia erat *formâ praeter ceteras Honeſtâ.* Eun. II, 3, 69. Eſtne, *ut fertur, formâ.*

65 *Multae ſunt cauſae quamobrem cupio abducere.* Liber Bembinus & alii antiqui, *cupiam.* quamvis recentes & Donatus, *cupio.* FAERNUS. Omnes noſtri, uno excepto. *Cupiam.*

68 *Neque amicum neque cognatum.* Atqui verſu proximo rurſus, *Cupio aliquos parere amicos,* Satis invenuſte. Thais peregrina erat, & recens e Rhodo advena. Lego igitur:

Neque notum neque cognatum.

ut Phorm. I, 2, 48. *Neque illi benevolens, Neque notus, neque cognatus.*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. 69 Scio & Donatum & o. l. s. conſentire in hanc lectionem, ſed video verſum impeditum, niſi legatur ut in Bembino, *cupio aliquos parere amicos.* ut & ſupra legitur in Andria, *parere hic divitias.* ita enim verſus ſtat, & ſenſus idem eſt. FAERNUS.

Recte Bembinus *Parere.* Noſtri, ut ſupra *Educare* pro *Educere*, ita hic *Parare* pro *Parere.* Infra V, 2, 32.

Ut ſolidum parerem hoc mi beneficium, Chaerea.

Ubi itidem plerique codices *Pararem.* Ceterum *Beneficio meo* ſpondei & dactyli ſpatium metiuntur. Sic Plaut. Trin. IV, 3, 45.

Cúm repetas, inimícum amicum béneficio in- [*veniás tuo.*
Aſin. III, 3, 83.

Redime iſtoc benefició te ab hoc, & tibi eme hunc iſto argénto.

Poen. III, 3, 22.

Maló ſiquid benefácias, beneficium ínterit.

Rud. IV, 7, 21.

Ne cónſcii ſint ípſi maleficiís ſuis.

In his omnibus, quattuor breves duarum longarum tempus & vicem habent.

Nihil

Sine illúm priores pártes hoſce aliquót dies
Apút me habere. níl reſpondes? PH. *péſſuma,*
Egon quícquam cum iſtis fáctis tibi reſpóndeam?
PA. *Eu noſter, laudo: tándem perdoluít: uir es.*
PH. *At égo neſcibam, quórſum tu ires: párvola*
Hinc éſt abrepta: edúxit mater pró ſua:
Soror dictaſt: cupio abdúcere, ut reddám ſuis:
Nempe ómnia haec nunc uérba huc redeunt dénique,
Ego exclúdor: ille récipitur. qua grátia?
Niſi ſi illum plus quam mé amas; et iſtam núnc times,
Quae adnéctaſt, ne illum tálem praeripiát tibi.
TH. *Ego id tímeo?* PH. *quid te ergo áliud ſollicitát? cedo.*
Num ſólus ille dóna dat? nuncúbi meam
Benignitatem ſénſiſti interclúdier?
Nonne, úbi mi dixti cúpere te ex Aethiópia
Ancíllulam, relictis rebus ómnibus

72 *Nihil reſpondes?* Ita quidem omnes antiqui libri, ſed alii omnes & Donatus inter haec duo verba habent pronomen *mihi*. quod etiam ita a Donato conſideratur: *Satis blande mihi dixit, tanquam cui debeas amoris vicem.* FAERNUS. Verſus reſpuit *Mihi:* nec Editiones Donati agnoſcunt. Duo tantum ex Noſtris *Mihi*.

74 *Heu noſter, laudo:* Bembinus & nonnulli alii antiqui libri *Eu* ſine aſpiratione habent. FAERNUS. Duo quoque ex Noſtris, *Eu*.

75 *At ego neſciebam quorſum tu ires.* Tres antiquiſſimi libri habent, *aut ego*. alii omnes, *haut ego*; quod & placet, id eſt, non eram neſcius. FAERNUS.

Illud quod Faerno placet, *Haut*, vix locum ſuum tenebit. Qui enim certo praeſcire poterat, quo tenderet Thais; qui haec nunc primum audivit? Melius tres noſtri cum Edd. vett. *At ego*. Prius, inquit, in tam longa narratione neſciebam quorſum ires: nunc demum ex his noviſſimis tandem intellego. Infra IV, 5, 10.

Eho nonne id ſat erat. At neſcibam id di- Heaut. II, 2, 68. [*cere illam.*
Ita timui. At ego nil eſſe ſcibam, Clinia.

Quintil. Inſt. IX, 2. Ἠθοποιΐα ſive μίμησις in dictis, quale eſt apud Terentium. *At ego neſciebam —— ut reddam ſuis.*

77 *Soror dicta eſt:* Liber Bembinus cum quo hic conſentiunt omnes fere libri recentes, habet *ſoror dicta eſt*. nec verſus repugnat, ſi abjicias *r* ex *ſoror*, ut primus pes ſit anapaeſtus, ſicut & ſupra in *nuper ejus frater*. at alii antiqui libri *ſoror eſt dicta*. FAERNUS. Omnes noſtri *Dicta eſt*. Et *Soror* in initio verſus, ut *Color*, *Habent*, ultimam corripere, ſollemne eſt.

80 *Niſi illum plus amas quam me, & iſtam nunc times.* Verſus ſatis inconcinnus. Adjuvant alii codices, qui *Niſi ſi illum:* ſed aliud reſtat. Lege,

Niſi ſi illum plus quam me amas, & iſtam nunc times.

Me omnino in Ictu eſſe oportet.

82 *Egon id timeo? Quid te ergo aliud ſollicitat, cedo.* Verſus ſyllaba hypermeter, ſed facilis emendatio eſt. Unus ex noſtris *Ego*; quod viam complanat. Vir doctus vitium ſenſit; ſed mavult tollere *Id*, quam reponere *Ego*. Nempe quia Phorm. V, 9, 10.

CH. *Egon timeo?* PH. *Recte ſane, quando nil times.*

In quo judicium ejus, non metri peritiam deſideres. Quippe in Phormione Chremes

timet

Quaesíui? porro eunúchum dixti uélle te,
Quia sólae utuntur hís reginae: répperi.
Herí minas pro ambóbus uiginti dedi.
Tamén contemptus ábs te haec habui in mémoria:
Ob haéc facta abs te spérnor. TH. *quid istic, Phaédria?*
Quamquam íllam cupio abdúcere, atque hac re árbitror
Id fíeri posse máxume: uerúmtamen,
Potiús quam te inimicum hábeam, faciam ut iússeris.
PH. *Utinam ístuc uerbum ex ánimo ac uere díceres;*
Potiús quam te inimicum hábeam: si istuc créderem
Sincére dici, quíduis possem pérpeti.
PA. *Labáscit, uictust, úno uerbo, quám citó!*
TH. *Ego nón ex animo mísera dico? quám ioco*
Rem uóluisti a me tándem, quin perféceris?
Ego ímpetrare néqueo hoc abs te, bíduum
Saltem út concedas sólum. PH. *siquidem bíduum.*

timet absolute; *totus friget, delirat prae timore:* Ergo recte ille interrogando negat, *Egon timeo?* Thais vero id solum timere hic dicitur, *Ne virgo recens advecta Thrasonem sibi praeripiat.* Non igitur haec, *Egon timeo?* dicit; sed *Ego id timeo?*

83 *Nuncubi meam benignitatem.* Liber Bembinus & aliqui ex antiquis, & omnes fere recentes, *num ubi.* ita & Donatus.

In te claudier. Ita Bembinus, & omnes recentes libri ac Donatus. at ex antiquis alii *intercludier*, alii *interclaudier.* FAERNUS.

Num solus ille dona dat? num ubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier.

Par huic locus est Andr. III, 3, 41, & idcirco huc adducendus.

Nolo tibi ullum commodum in me claudier. In Andriae loco nulla in Libris variatio est: in hac plures codices *Nuncubi.* Donatus: *Num ubi, Numquid alicubi: aut si Nuncubi legimus, erit adverbium temporis, ut Sicubi: quo in loco, qua in re.* Illud tamen *Nuncubi* nusquam, opinor, alibi nunc invenitur: *Num ubi* versus ipse repudiat. Porro pro *In te claudier* veterrimi nostri *Interclaudier*; plane ut ex Faernianis quotquot antiqui erant. Equidem ut in Andria legebam,

Nolo tibi ullum commodum intercludier:

ita hic lego, *Num tibi meam*
Benignitatem sensisti intercludier?

Ita par utriusque loci Syntaxis erit. *Intercludi*, cohiberi, coerceri, quo minus ad te perveniret. Virgil. Aen. II, 110.

Saepe illos aspera ponti Intercluſit hiems.

Cic. ad Att. VII, 20. *Non ut manum conferat, sed ut fugam intercludat.* Ibid. VIII, 11. *Non modo iter meum intercluſum, sed me ipſum plane exceptum putabam.*

Eunuchum porro. O. l. s. & Donatus, *porro eunuchum.* FAERNUS. Sic & Noſtri. 87

Heri minas viginti pro ambobus dedi. Magis magnificum sonat, quod Codex C. C. habet, 89

Heri minas pro ambobus viginti dedi.

& amat Terentius in sede quinta hoc *Viginti* ponere.

Id fieri posse. Suavius hoc modo, *Id posse fieri.* ut infra IV, 7, 9. 93

Sine sanguine hoc non posse fieri: qui abſterAnd. IV, 4, 53. [gerem vulnera.
Alio pacto haut poterat fieri.

Labascit victus uno verbo quam cito. Melius, opinor, sic: 98

Labascit, victust, uno verbo, quam cito.

Plaut. Trin. I, 2, 123.

Pro di immortales! verbis paucis quam cito
Alium feciſti me, alius ad te veneram.

Uerúm ne fiant ísti uigintí dies.
TH. *Proféćto non plus bíduum aut.* PH. *aut? níl moror.*
TH. *Non fíet: hoc modo síne te exorem.* PH. *scílicet*
Faciúndumst quod uis. TH. *mérito te amo, béne facis.*
PH. *Rus íbo: ibi hoc me mácerabo bíduum:*
Ita fáccre certumst: mós gerunduſt Thaídi.
Tu, Pármeno, huc fac illi ádducantur. P. *máxime.*
PH. *In hoc bíduum Thaís uale.* TH. *mi Phaédria,*
Et tú: numquid uis áliud? PH. *egone quíd uelim?*
Cum mílite ísto praésens, abſens út ſies:
Noctés dieſque mé ames: me deſíderes:
Me ſómnies: me exſpéctes: de me cógites:
Me ſpéres: me te obléctes: mecum tóta ſis:
Meus fác ſis poſtremo ánimus, quando ego fúm tuus.
TH. *Me míſeram, forſan páruam hic habeat mihi fidem,*
Atque éx aliarum ingéniis nunc me iúdicet.
Ego pól, quae mihi ſum cónſcia, hoc certó ſcio,
Neque mé finxiſſe fálſi quicquam, néque meo
Cordi éſſe quemquam cáriorem hoc Phaédria:
Et quícquid huius féci, cauſa uírginis
Feci: nam me eius ſpéro fratrem própemodum

106 TH. *Merito te amo.* PH. *bene facis.* Quod vetus codex G. Fabricii id duo ex noſtris veterrimi firmant: Totum hoc a Thaide dici & jam dudum res nota eſt.

113 *Dies noctesque.* Mutato ordine, numeri meliores fiunt, *Noctes dieſque.* Atque hoc frequentius, Vide V, 9, 49. & And. IV, 1, 53.

117 *Me miſeram, forſitan hic mihi parvam habeat fidem.* Veteres Editiones:
Forſitan hic parvam habeat mihi fidem.
Lege, [*hi fidem.*
Me miſeram, forſan parvam hic habeat mi-
Plaut. Bacch. III, 6, 41.
Si pergis parvam mihi fidem arbitrarier.

125 *Et is hodie venturum ad me conſtituit domum.* Tres ex noſtris cum vett. Edd. *venturum ſe ad me.* Lege.
Et is ſe hodie venturum ad me conſtituit domum.
Hec. I, 2, 120. *Conſtitui cum quodam hoſpite*
Me eſſe illum conventuram. & III, 4, 23.
Conſtitui me *hodie conventurum eum.*

Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P. *minime,* 6
quin. Hunc verſum ita ordinamus:
Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P. *minime,*
quin effectum dabo.
Sed nunquid aliud imperas?
Quorum prior non faciendo colliſionem in *tam iniquo,* eſt trochaicus tetrameter hypercataléćticus: poſterior dimeter Iambicus. duos vero verſus, qui hos ſequuntur, ita ordinamus:
Munus noſtrum ornato verbis quod poteris;
& iſtum aemulum,
Quod poteris, ab ea pellito.
FAERNUS.
Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. Minime
quin effectum dabo.
Recte quidem verſus hos ordinavit Faernus; & ſine dubio ex libris ſuis: in eo tantum deceptus, quod *Trochaicum tetrametrum hypercataléćticum,* qualis nuſquam gentium fuit, hunc eſſe ſomniat. Nec felicius rem gerit alius qui *ſubtimide,* ut ait, correćtionem hanc offert, *Men':* pro *Minime:*

Ne

Digitized by Google

Iam répperisse, aduléscentem adeo nóbilem:
Et is se hódie uenturum ád me constituit domum.
Concédam hinc intro, atque éxspectabo, dúm uenit.

ACTUS II. SCAENA I.

PHAEDRIA. PARMENO.

PH. *F'AC, ita ut iussi, déducantur ísti.* PA. *faciam.* PH. *at díligenter.*
PA. *Fiet.* PH. *at matúre.* PA. *fiet.* PH. *sátine hoc mandatúmst tibi?* PA. *ah*
Rogitáre, quasi difficile sit.
'Utinam tam aliquid inuenire fácile possis, Phaédria,
Quam hóc peribit. PH. *égo quoque una péreo, quod mi est cárius:*
Ne ístuc tam iniquo pátiare animo. PA. *mínime: quin factúm dabo.*
Set númquid aliud ímperas?
PH. *Múnus nostrum ornáto uerbis, quód poteris: et istum aémulum,*
Quod póteris, ab ea péllito. PA. *ah,*
Mémini, tametsi núllus moneas. PH. *égo rus ibo, atque ibi manebo.*
PA. *Cénseo.* PH. *set heús tu.* PA. *quid uis?* PH. *cáusen posse me óffirmare et*
Pérpeti, ne rédeam interea? PA. *téne? non hercle árbitror:*
Nam aut iám reuertere; aút mox noctu te ádiget horsum insómnia.
PH. *Opus fáciam, ut defetíger usque, ingrátiis ut dórmiam.*

Ne istuc tam iniquo patiare animo. PA. Men? *quin effectum dabo.* Bene sane & pudenter: quod *Subsimide* hoc: dum enim metro carere studet, Syntaxin violat; quae *Egon* sic postularet, *Mea* omnino abnegat. Sed quid verbis opus? Trochaicus est, ut circa se alii, levi brachio corrigendus:

Ne istuc tam iniquo pátiare animo. Mínime, quin factúm *dabo.*

Plaut. Calina II, 8. 3.

Ita fieri oportet. Factum *& curatum* dabo.

9 *Pellito.* PA. *Memini.* In omnibus Nostris & Edd. vett. *Au* memini. Lege.

Quod poteris ab ea pellito. PA. *ah,*
Memini, tametsi nullus moneas.

11 *Censeo.* Notent adolescentes, *Censeo* ironice hic esse negantis se censere. ut *Audio* & similia.

12 *Censen posse me obfirmare Et perpeti.* Sic versus hos constitue. *Posse me obfirmare et Perpeti.* Nam Trochaicum octonarium plenum Trochaicus ubique excipit, Iambicus nusquam.

Te adigent horsum insomnia. Donatus affirmat legi etiam *adiget* in singulari; quam lectionem in uno tantum libro Terentii inveni. FAERNUS. 13

Bene fit illi libro, qui *Adiget:* nostri enim omnes *Adigent.* Jamdudum de vera lectione constitit. Donatus: *Legitur & Adiget; ut sit Insomnia numeri singularis.* Sensus & responsum Phaedri hoc postulant; *Ingratiis ut dormiam:* cui mox Parmeno: *Vigilabis lassus. Insomniam,* feminino genere, usurparunt Ennius, Pacuvius, Caecilius, Sallustius, Suetonius, Gellius.

PH. *Opus faciam ut defatiger usque ingratius ut dormiam.* Donatus & liber Bembinus habent *ingratis,* utroque modo impedita scansione octonarii. Ubaldinus Bandinellus legebat, *ingratiis:* quod & mihi probatur. nam & versus fiat & usitata est ea dictio Terentio. 14

Digitized by Google

PA. *Vigilábis laſſus: hóc plus facies.* PH. *áh, nil dicis, Pármeno.*
Eíciunda hercle eſt haéc mollities ánimi: nimis me indúlgeo.
Tandém non ego illa cáream, ſi ſit ópus, uel totum tríduum? PA. *hui,*
'Uniuorſum tríduum? uide quíd agas. PH. *ſtat ſenténtia.*
PA. *Dí boni, quid hoc mórbi eſt? adeon hómines inmutárier*
'Ex amore, ut nón cognoſcas eúndem eſſe? hoc nemó fuit
Mínus ineptus, mágis ſeuerus quíſquam, nec magis cóntinens.
Sét quis hic eſt, qui huc pérgit? attat, híc quidem eſt paraſitús Gnatho
Mílitis: ducít ſecum una uírginem dono huic: papae,
Fácie honeſta. mírum, ni ego me túrpiter hodie hic dabo
Cúm meo decrepito hóc eunucho. haec ſúperat ipſam Thaídem.

ACTUS II. SCAENA II.

GNATHO paraſitus. PARMENO.

GN. *DI ímmortales, hómini homo quid praéſtat? ſtulto intéllegens*
Quíd intereſt? hoc ádeo ex hac re uénit in mentém mihi:
Cónueni hodie aduéniens quendam meí loci hinc atque órdinis
Hóminem haut inpurum, ítidem patria qui ábligurrierát bona:
Uídeo ſentum, ſquálidum, aegrum, pánnis annisque óbſitum.

tio, & Plauto. praeterea antiqui libri habent, *defetiger*. FAERNUS. Noſtri *Ingratus*. In promptu erat corrigere *Ingratiis*.

16 *Ejiciunda hercle haec éſt mollities*. Melius unus e Regiis,
Ejiciunda hercle eſt haée mollities.

17 *Tandem ego non illa caream*. Ex o. l. s. & Donato, ita colloca haec verba, *tandem non ego illa*. ſtabit autem verſus, ſi ex *illa*, unum *l* abjicias. & ex libro Bembino, ſcribe *univorſum*. FAERNUS. *Ego illa* Anapaeſtus. Nihil frequentius.

22 *Attat, hic quidem eſt paraſitus Gnatho*. Niſi vox *quidem* in unam ſyllabam contrahatur, quocunque id modo fieri poſſit, trochaicus mihi impeditus videtur. FAERNUS.
Non in unam ſyllabam contrahitur *Quidem*; ſed *Hic* corripitur, ut Anapaeſtus ibi ſit.

23 *Virginem huic dono*. O. l. s. *dono huic*. ita & in Bembino emendatum. FAERNUS. Sic & noſtri codices cum Edd. vett.

6 *Quid iſtuc inquam ornatiſt? quoniam miſer quod habui, perdidi*. Ex *quid* eliſo *d*, item ex *miſer r*, ſtat trochaicus. FAERNUS.
Non ex *Quid* eliſo *d*: ſed in *Iſtuc* priore correpta, ut paſſim. Porro pro *Hem* Codex C. C. C. ſingularis notae *En*. Enimvero legendum eſt, *En quo redactus ſum!* vel unius Virgilii auctoritate, Ecl. I, 72.
En quo diſcordia civis Produxit miſeros!

9 *Itane paraſti te ut ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?*
Simul conſilium cum re amiſſi? viden me ex eodem ortum loco?
O. fere l. s. & Donatus pro *itane*, *itan*, pro *ſiet*, *ſit*, habent. ſolus Bembinus *eſſet*; quam lectionem recipimus, ut & antiquiorem & elegantiorem. verſus tamen impediti remanent, maximeque poſterior. aliqui, *tè ſimul* in priorem verſum rejecerunt: ejuſque verſus primam ſyllabam praecedenti applicarunt. nos ordinationem verſuum vulgatam retinentes, quae eadem eſt in o. l. s. ex *ſimul l*, ex *viden n*, elidimus: ut eae dictiones pyrrichii vim in verſu habeant, & ſit hic trochaicus catalecticus, ut ceteri. FAERNUS.

Probo

Quíd iſtuc, inquam, ornáti eſt? quoniam míſer, quod habui, pérdidi: en
Quó redactus ſum! ómnes noti me átque amici déſerunt.
Híc ego illum contémpſi prae me; quíd homo, inquam, ignauíſſime?
'Itan paraſti te, út ſpes nulla réliqua in te ſít tibi?
Símul conſilium cúm re amiſti? uíden me ex eodem ortúm loco?
Quí color, qui nítor ueſtitus; quaé habitudo eſt córporis?
'Omnia habeo, néque quicquam habeo: níl cum eſt, nil defít tamen.
'At ego infelix néque ridículus éſſe neque plagás pati
Póſſum. quid? tu his rébus credis fíeri? tota errás uia.
'Olim iſti fuit géneri quondam quaéſtus aput ſaeclúm prius:
Hóc nouum eſt aucúpium: ego adeo hanc prímus inueni uiam.
'Eſt genus hominum, qui éſſe primos ſe ómnium rerúm uolunt,
Néc ſunt; hos conſéctor: hiſce ego nón paro me ut rídeant,
Sét eis ultro adrídeo, et eorum íngenia admirór ſimul:
Quícquid dicunt, laúdo: id rurſum ſí negant, laudo íd quoque:
Négat quis? nego: ait? aío: poſtremo imperaui egomét mihi
'Omnia adſentári. is quaeſtus núnc eſt multo ubérrimus.
PA. *Scítum hercle hominem; hic hómines prorſum ex ſtúltis inſanós facit.*
GN. *Dum haec lóquimur, intereá loci ad macéllum ubi aduenímus;*
Concúrrunt laeti mi óbuiam cuppédiarii ómnes:

Probo *Sit*, non *Eſſet:* cum verba ſint de praeſenti tempore. *Siet*, quod tribus exceptis noſtri habent, nihili facio. Quippe cum *Relíqua* ſemper apud Noſtrum primam producat, ipſum *Siet* pronuntiandum erit *Sit:* atque adeo cur non & ſcribendum? Ceterum quod *Simul* hic ſecundam corripiat, ſequente licet conſonante, id poſt noſtram operam vel pueris notum erit.

11 *Qui color, nitor, veſtitus, quae habitudo eſt corporis?* Diſtingue & lege hoc modo:
Qui color, qui nitor veſtitus; quaé habitudo eſt córporis?
Nitor ultimam corripit, ut v. 6. *Miſer. Color* & *nitor* ad veſtitum pertinent. Paraſiti enim in ſcenam inducebantur ἰδίᾳ ποικίλῃ ἢ φαιᾷ, veſte atra vel pulla (vide Julium Pollucem IV, 18.) ut ſtatim a ſpectatoribus colore veſtis agnoſcerentur. Gloriatur Gnatho, ſe nitide & pulchre veſtitum; cum ille alter ſordido eſſet pallio & obſoleto. *Habitudo corporis* corpulentia eſt: infra II, 3, 23. *Siqua eſt habitior paulo.* Ceterum quam inficite vulgo accipiunt, *Color* de corpore, mox *nitor* de veſtitu, & rurſus de corpore *habitudo?*

Quid tu his rebus credis fieri? Diſtingue: 14
Quid? tu his rebus credis fieri?

Set his ultro arrideo. Lege *Set eis ultro.* 19
Fruſtra enim eſt & nil promovet vir doctus, cum reponit *Iis*; quod, ut *Diis*, ſemper monoſyllabon eſt aeque ac *His.* Cum diſyllabon volunt, *Eis* pronuntiant ſcribuntque, ut *Deis.*

Dum haec loquimur, interea loci ad macellum ubi venimus. 24
Verſus, qui eſt Iambicus tetrameter cataleCticus, ut ceteri qui ſequuntur, conſtat, ſi *venimus* praeſentis ſit temporis, vel certe legatur *adventamus*, ut in Bembino eſt. & nonnullis aliis libris, atteſtante Io. Rivio. ſane in antiquis aliis libris eſt *advenimus*; quod non ita multum diſtat ab *adventamus.* FAERNUS.
Vera lectio eſt *Advenimus* praeſentis temporis, ut praeter antiquos Faerni quinque ex noſtris habent. Sic noſter paſſim, *Advenire*, nuſquam *Adventare.*

Concurrunt laeti mi obviam cuppedinarii, cetarii, 25
Lanii, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.
O. fere l. s. poſt *cuppedinarii.* habent dictionem

Cetárii, lanii, coqui, fartóres, piscatóres,
Quibus ét re salua et pérdita profúeram et prosum saépe:
Salútant: ad cenám uocant: aduéntum gratulántur.
Ille úbi miser famélicus uidet me ésse tanto honóre, et
Tam fácile uictum quaérere; ibi homo coépit me obsecráre, 30
Ut sibi liceret díscere id de mé: sectari iússi,

nem *omnes*; vocem vero *aucupes*, nec Donatus habet, nec liber Bembinus, nec M. Tullius, hunc versum citans libro primo officiorum. qua dictione detracta, digeruntur hi versus in Iambicos tetrametros catalecticos, ut & praecedentes sunt, & sequentes; hoc modo:

Concurrunt laeti mi obviam cuppedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores.

FAERNUS.

Libri quidem hic *Cuppedinarii*; sed cum hoc a *Cuppediis* denominetur, ex Analogia non dubites, quin *Cuppediarii* scribendum sit. De adscititio isto *Aucupes* jam olim res conclamata est.

29 *Ille ubi miser famelicus videt me esse in tantum honorem.* Ex omnibus libris nullus est in quo haec vulgata lectio reperiatur, praeterquam in Bembino. sed ex emendatione & extra contextum: nam in eo prius erat, *videt mihi esse tantum honorem.* alii antiqui libri in hoc cum eo concordant, quod praepositionem *in*, nec ipsi habent. omnem autem hunc locum ita, *videt me esse tanto honore:* in omnibus vero aliis cum praepositione sic legitur, *videt me esse in tanto honore.* alicubi tamen haec lectio est sine verbo *esse:* quemadmodum & Donatus legit. quam lectionem, detracta tamen praepositione *in*, quae, ut diximus, ab omnibus antiquis libris abest, omnium commodissimam & locutioni & sensui judicamus, ac versui quoque: nam & Iambus erit in quarta, quod in hoc versuum genere prope solenne est, & non erit necesse ullam licentiam admittere. FAERNUS.

Ille ubi miser famelicus videt me tanto honore. Esse, quod ut versui (sic enim putabat) incommodum ejecit Faernus, agnoscunt Nostri omnes cum Edd. vett. Et recte.

Ille ubi miser famelicus videt me esse tanto honore, &c.

Nec tamen, ut quidam facit, corripies secundam in *Videt*; ut *eus videt* sit dactylus: sed *eu' videt* Anapaestus est, *s* ejecto; ut passim Lucretius & alii veteres.

Si pote tanquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis Vocabula. Si potis est corrige 32
ex o. l. s. versumque sustento, contrahendo per syncopam *philosopherum* in *philosophum.* ita erit in quarta sede pyrrichius: praeterea testatum relinquimus in contextu libri Bembini pro *disciplinae* esse *disciplinam.* quemadmodum & Donatus legit, dicens hoc inconsequens esse, nisi exponatur, disciplinam pro discipulis: quam & veram esse lectionem putamus. FAERNUS.

Si potis est, tanquam philosophorum habent disciplinam ex ipsis.

Sic dedit Faernus, Bembino codici plus nimio addictus. Quis enim sensus est, *Vocabula philosophorum habent disciplinam ex ipsis?* Frustra autem Donatum ad partes vocat; qui cum dicit *Nisi forte Disciplinam pro Discipulis posuerit*, casum accusativum orationi suae accommodat; non ut in Textu sic positus sit. *Disciplinae* legebat Donatus, ut codices plerique: sed duo Regii, alter in contextu, alter pro varia lectione,

Si potis est, tanquam philosophorum habent discipuli ex ipsis.

Quid pote planius aut certius? Viri viris opponuntur, hinc *Discipuli*, illinc *Parasiti.*

Parasiti itidem ut Gnathonici vocentur. Sic 33
o. l. praeter Bembinum & impressum ab Aldo, in quibus pro *itidem* est dictio *ita.* pro qua ego *item* legendum puto, atque eo magis, quod in aliquo libro legitur *idem*, quod fere est *item.* haec autem lectio quam nos probamus, & perinde ad versum quadrat, ut *ita:* facit enim Iambum in quarta; & sensui servit, ut *itidem:* consuevere enim antiqui *item ut*, pro *similiter ut*, ponere. ut in Adelphis,

Ille ut item contra me habeat facio sedulo.

& in Heautontim.

Item ut filium meum amico atque aequali suo.

FAERNUS.

Viden otium & cibus quid faciat alienis? 34
Donatus etiam *facit*, legi affirmat; & ita habent plerique antiqui libri: ut & ratio versus

Si pótis eſt, tanquam philoſophorum habént diſcipuli ex ipſis
Uocábula, paraſíti item ut Gnathónici uocéntur.
PA. *Uiden ótium et cibus quíd facit aliénus.* GN. *ſet ego céſſo*
Ad Thaídem hanc dedúcere, et rogáre ad cenam ut uéniat? 35
Set Pármenonem ante óſtium opperíri triſtem uídeo
Rinális ſeruum: ſálua res. nimírum hice homines frígent.

ſus expoſcit, Iambum vel pyrrichium in quarta exigentis. ceterum quod aliquibus viſum eſt in libro Bembino pro *otium oſſum* ſcriptum eſſe, qui diligentius obſervarunt eum librum, adnotarant ſigna impreſſa calamo vocis *otium*, detrito vetuſtate atramento. *oſſum* vero ut videatur aliquibus eſſe ſcriptum, effecit macula quaedam, quae ſequenti paginae haerebat, ex cujus conglutinatione ſuperinductum ex huic dictioni inſtar duorum *s*, loco *t* & *i*; ſed & omnes alii libri ſcripti quot quot ſunt & antiqui & recentes vulgatam lectionem continent. praeterea & Donatus, & Eugraphius, qui in hunc locum dicit, duo hic poſita eſſe ad vituperationem Gnathonis, otium, & cibum alienum. Quin & Dionyſius Romanus Pontifex, & Martyr ante annos mille trecentos, apertiſſime hanc lectionem tenet, ita ſcribens ad Severum: *Vos otioſi comedere vultis alienum cibum, videte ne in vos illud conveniat: Vide quid faciat otium, & alienus cibus.* haec ille. adde huc rationem verſus qui cum *otium* optime ſtat: cum *oſſum* peſſime. de cetera abſurditate ejus lectionis *oſſum* plura diceremus, niſi haec ſufficere exiſtimaremus. FAERNUS.

Noſtri omnes *Otium*; & item, duobus exceptis, *Facit*. Utrumque ſine controverſia vere.

35 *Et rogitare ad cenam ut veniat. Rogitare* videtur legiſſe Donatus: o. l. s. Terentii *rogare* habent. quod parvi refert, FAERNUS. Omnes noſtri *Rogare*.

36 *Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video.* Sunt qui verſui conſulere volentes, ne ſit trocheus in quinta, quem pedem hoc genus carminis non admittit, legant *Thaeidis*. quod ego, quamvis in ſcriptis exemplaribus non inveniam, tamen non improbo: cum praeſertim Donatus hoc nomen varie hic legi affirmet. FAERNUS.

Claudicare hunc verſum omnes ſentiunt. De medendi via certatur. *Thaeidis* plane inſulſum eſt. Muretus pro *Thaidis* vult *Meretricis*; ſed hoc nimis inclementer dici viſum eſt, nec placuit. Alii *Ego* inferciunt, *Thaidis ego triſtem video*: imperite: tum enim *Thaidis* primam corriperet. Vir eruditus, qui *toties ait, tantumque de hoc loco reſtituendo cogitavit, ut pudeat fateri*, quid tandem profert? Immutat ordinem, & ſic verſum conſtituit; [*deo.*

Set Parmenonem Thaidis ante oſtium triſtem vi-

Bene ſane: ſi poſt tam diutinam cogitationem ex una geminas mendas confecit. Nam & ultimam in *Thaidis* producit, & *Oſtium* ut *Oſſum* pronuntiat: quorum neutrum ei licebit. Idem tamen in curis ſecundis alio ſe vertit, & pro Mureti *Meretrícis* reponit *Mulíeris*, *Ante oſtium mulieris triſtem video, quod nemini non facile ſe probaturum opinatur.* Neſcio alios· mihi quidem non ita facile: qui ſciam nuſquam Terentium pronuntiare *Mulíeris mulierem* (ut nos hodie) ſed ſemper accentu in prima *Múlieris*, *Múlierem*; ut Andr. I, 1, 90, & 106.

Effertur. imus interea inter múlieres.
Accurrit mediam múlierem complectitur.

Quid igitur de verſu hoc fiet? Dicam, quid mihi non ita diu cogitanti venerit in mentem; quod an omnibus ſe probaturum ſit neſcio; a nemine improbari poſſe certo ſcio: Lego igitur, [*video.*

Sed Parmenonem ante oſtium opperiri *triſtem* Eun. V, 2, 56.

Domi opperiamur, potius quam hic ante oſtium. & V, 6, 5.

Quem praeſtolare, Parmeno, hic ante oſtium?

Uterque locus de hoc Thaidis oſtio agit: nec tamen dominae nomen additur: quippe quae in conſpectu erat intra Scenam. Et putidum plane fuiſſet, *Thaidis* vel *Meretricis* vel *Mulieris* hic repetere, cum priore jam verſu *Thaidem* nominaſſet. Plaut. Moſt. III, 3, 13.

Senéx ipſe te ánte oſtium, éccum, opperítur.

Nota quoque in verſu, clauſulam primi commatis *Oſtium op.* coaleſcere cum ſyllaba ſequente, ut ſaepe alias: mox v. 44.

Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe? Hoc nunc dicis.

Nimirum hic homines frigent. Ab omnibus 37
antiquis

Nebulónem hunc certumſt lúdere. PA. *hice hoc múnere arbitrántur*
Suam Thaídem eſſe. GN. *plúrima ſalúte Parmenónem*
Summúm ſuum impertít Gnatho. quid ágitur? PA. *ſtatur.* GN. *uídeo.*
Numquídnam hic quod nolís uides? PA. *te.* GN. *crédo: at numquid áliud?*
PA. *Quidúm?* GN. *quia triſtí's.* PA. *níl quidem.* GN. *ne ſís: ſet quid uidétur*
Hoc tíbi mancupium? PA. *nón malum hercle.* GN. *uro hóminem.* PA. *ut falſus ánimi es.*
GN. *Quam hoc múnus gratum Thaídi arbitráre eſſe?* PA. *hoc nunc dícis,*
Eiéctos hinc nos; ómnium rerum heús uiciſſitúdo eſt.
GN. *Sex égo te totos, Pármeno, hos menſés quietum réddam;*
Ne ſúrſum deorſum cúrſites; neue úſque ad lucem uígiles:

antiquis libris abeſt dictio *hic*; quae & verſum impedit, & ſenſui non eſt neceſſaria. FAERNUS.

Rivalis ſervum. ſalva res eſt. nimirum homines frigent.

Quod Faernus dicit *Hic* verſum impedire; fallor an id cauſae fuit, cur a correctoribus olim ejiceretur. Atqui duo ex noſtris habent *Hic*; cum Edd. vett. & Servius ad Georg. IV, 104. & rurſus Aen. I, 440. Si autem ſuſtuleris *Hic* ex verſu; pronuntiandum erit *Nimirum*; cum tamen Noſter & Plautus ſemper alias efferant *Nimirum*, accentu in media: & cum in prima iis opus eſt *Mirum ni* dicant. Repone.

Rivalis ſervum. ſalva res. nimirum hice homines frigent.

Salva res. ut II, 3, 69.

At nihil ad noſtram hanc. Alia res.

ubi noſtri omnes, ut hic, *Eſt* perperam addunt. Plaut. Capt. III, 1, 28. [*una res.*

Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: Rud. I, 2, 83.

Surrexit. horſum ſe tapeſſit. Salva res.

Hice autem lego; id eſt *Hi* homines; ut mox verſu ſequente.

38 *Hice hoc munere arbitrantur.* Omnes fere antiqui libri & in his Bembinus, ſed & Donatus, habent *hiſce*. FAERNUS.

Donatus in Edd. vetuſtis ita: *Iſce hoc munere arbitratur; Iſce pro Is, vetuſte.* Hic ergo teſtis, citatus nil reſpondet. At Priſcianus clare, p. 948. *Nominativus* pluralis *Hiſce*, ut *Hiſce hoc munere arbitrantur; in quo videntur Euphoniae cauſa S interpoſuiſſe.* Sane ſaepicule apud Plautum ſic fertur *Hiſce* in codice vetuſtiſſimo, rarius *Hice*, vel *Hic*. Nos tamen ex tribus codicibus *Hice* & Analogiam potius ſequemur, quam iſtam neſcio quam Euphoniam. Plaut. Rud. II, 1, 5.

Hiſce hámi atque hae arundines ſunt nobis quaeſtu & cultu.

Sic vet. Cod. Lego,

Hice hami atque haec arundines.

ubi pronuntia, ut veteres, *hike, haek*; & dic utrum *S* euphoniam an cacophoniam addat.

Impartit Gnatho, Impertit antiqui libri. 40
FAERNUS. Noſtri omnes *Impertit*. Et Priſcianus p. 801.

Num quidnam hic quod nolis vides? Liber 41
Bembinus non habet vocem *hic*. quae & abeſſe poteſt ſine detrimento ſenſus, & verſus. FAERNUS.

Num quidnam quod nolis vides? Sic dedit Faernus prava erga Bembinum codicem reverentia. Noſtri omnes, uno excepto, cum Edd. vett. Numquidnam *hic:* nec abeſſe poteſt ſine ſenſus diſpendio. Tam conſtat hoc; ut ſi a ceteris omnibus afuiſſet *Hic*, & in ſolo Bembino extitiſſet; in textum recepiſſet Faernus.

Quidum? Quia triſtis es. Nil equidem. Pro 42
Equidem omnes noſtri uno excepto *Quidem*; quod ipſe verſus efflagitat. Porro *Triſti's* pronuntia & ſcribe; ſicut And. IV, 2, 19. *Forti's.*

Uro

Digitized by Google

Ecquíd beo te? PA. *mén? papae.* GN. *ſic ſóleo amicos.* PA. *laúdo.*
GN. *Detíneo te: fortáſſe tu proféctus alio fúeras.*
PA. *Nuſquám.* GN. *tum tu igitur paúlulum da mi óperae: fac ut admíttar*
Ad íllam. PA. *age modo nunc tíbi patet foris haéc, quia iſtam dúcis.*
GN. *Numquem éuocari hinc uís foras?* PA. *ſine bíduum hoc praetéreat:*
Qui míhi nunc uno dígitulo forem áperis fortunátus,
Ne tu iſtanc faxo cálcibus ſaepe ínſultabis frúſtra.
GN. *Etiámne tu hic ſtas, Pármeno? eho numnam híc relictus cúſtos,*
Nequís forte internúntius clam a mílite ad iſtam cúrſet?
PA. *Facéte dictum: míra uero míliti quae pláceant.*
Set uídeo erilem fílium minórem huc aduenire.
Mirór, quid ex Piraeo ábierit: nam ibi cúſtos publice éſt nunc.
Non témere eſt: et properáns uenit: neſcío quid circumſpéctat.

43 *Uro hominem Ut falſus animi eſt!* Donatus: *Illud* ſibi *dicit Gnatho; & hoc ſimiliter Parmeno* ſecum. Non accedo: quippe ſi id Gnatho averſus dixiſſet, ut ne audiret Parmeno: qui potuit Parmeno ei dicto, quod non audierat, reſpondere? Ergo uterque recto vultu, ùt audiretur. & egregie tres ex noſtris codices, *falſus es.* Tum omnes habent *Animo.* Illud *animi* Donato debetur.

44 *Hoc nunc dices ejectos hinc nos. Dicis* legitur in libro Bembino & aliquibus aliis, & eſt ſenſus, ita dicendo, hoc dicis, ejectos hinc nos. id eſt, hoc ſignificare, hoc innuere vis. FAERNUS. Noſtri omnes *Dices*; minus recte.

50 *Tum tu igitur paulum da mihi operae. Paululum* legendum ex o. fere l. s. & maxime antiquiſſimis, verſuſque ratione: ut in quarta ſede ſit Iambus. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Paululum.*

51 *Nunc tibi patent fores hae, quia iſtam ducis.* Pendet animi vir eruditus, utrum pronuntiet *forés hae* an *fores haé.* Poſthac animo otioſo eſſe poſſit; neutrum enim. Repono:
Ad illam. Age modo, nunc tibi patet foris haec, *quia iſtam ducis.*
Ubique apud Noſtrum pro *Foris Forem* numero ſingulari reponebant olim Magiſtri *Fores* plurali: praeterquam Adel. II, 3. 11. ubi verſus plane repugnabat: ſcilicet ne pueri ſub ferula obſolete loqui dicerent. Quaſi vero non Horatius ſic locutus ſit, Serm. I. 2, 67.
Excluſus fore, cum Longarenus foret intus.
At apud Plautum, qui pueris non praelegebatur, manet integrum *Foris* num. ſing. plus decies, idque in Codice qui Terentio illi Bembino aetate non cedit.

Fores aperis fortunatus. Rurſus ſingularem numerum huc revoca; verſu ipſo te obſecrante, 53
Qui mihi nunc uno digitulo forem aperis fortunatus.
& verſu ſequente, *Ne tu iſtanc faxo calcibus*; non *Iſtas.*

Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho numnam tu hic relictus cuſtos. Multi l. s. & in his antiqui omnes, praeter Bembinum, neutrobi habent *tu*, ſed pro priore adverbium *nunc*; quod & locutioni & verſui eſt aptius. in Bembino non eſt nec *tu*, nec *nunc.* FAERNUS. 55
Etiam nunc hic ſtas, Parmeno. Unus ex noſtris cum Edd. vett. *Etiam tu hic ſtas.* Repone, *Etiamne tu hic ſtas, Parmeno?*
Ex *ne* factum *nc*; id eſt, *nunc.* Hec. III, 4, 16. *Here, etiam tu hic ſtas?*

Clam a milite ad iſtam turſitet. Corrige *curſet*, ex eodem libro, ut verſus ſit Iambicus tetrameter catalecticus, quemadmodum ceteri. FAERNUS. Noſtri omnes, *Curſitet.* 56

ACTUS II. SCAENA. III.

CHAEREA adulescens. PARMENO.

CH. *OCCIDI.*
Neque uírgo eſt uſquam: néque ego, qui illam e cónſpectu amiſí meo.
Ubi quaéram, ubi inueſtígem, quem percónter, qua inſiſtám uia,
Incértus ſum. una haec ſpés eſt; ubi ubi eſt, diú celari nón poteſt.
O fáciem pulchram: déleo omnis dehínc ex animo múlieres: 5
Taedét cotidiánarum harum fórmarum. PA. *ecce autem álterum,*
Néſcio quid de amóre loquitur: o infortunatúm ſenem!
Hic uéro eſt, qui ſi occéperit,

1 *Occidi.* Licet o. l. s. aliter habeant, neceſſe eſt hanc dictionem, & a praecedentis ſcenae ultimo & ab hujus primo verſu ſeparare, & monometrum trochaicum catalecticum per ſe conſtituere. ſunt autem Iambici tetrametri, praecedens quidem catalecticus; ſequens vero acatalecticus. FAERNUS.

3 *Ubi quaeram? ubi inveſtigem? quem porcontor? quam inſiſtam viam? Incertus ſum.* Donatus: & *Qua via* legitur: Et ſic duo codices ex noſtris cum Edd. vett. Rectius, vel ob hoc, quod non habeamus *Am* ter repetitam. Phor. I. 4, 15. *Qua quaerere inſiſtam via?* Ceterum tolle iſtas interrogationis notas; & ſic accipe, *Incertus ſum, ubi quaeram* &c.

6 *Taedet harum cotidianarum formarum.* Ex libris ſcriptis & Donato haec verba ſic colloca: *cotidianarum harum.* ut & exigit verſus. FAERNUS. Ita noſtri ſimiliter omnes.

8 *Hic vero eſt qui ſi amare occeperit, ludum jocumque*
Dices fuiſſe illum alterum praeut hujus rabies quae dabit.
Priſcianus libro XIIII hunc locum citans, non ponit verbum *amare*: quod ne in Bembino quidem libro eſt, in quo etiam pro *dices, dicet* legitur: ut ad ſenem referatur; quod & placet: praemiſit enim, *o infortunatum ſenem.* ſane hos verſus ita ordinamus:
Hic vero eſt qui ſi occeperit, ludum, jocumque dicet
Fuiſſe illum alterum, praeut hujus rabies quae dabit.
Ut ſint Iambici tetrametri, prior quidem catalecticus, poſterior acatalecticus, nulla in eo facta colliſione. putarim tamen legendum *illunc*, ne duo hiatus in uno verſu interveniant. FAERNUS.

Prior verſus, quem dedit Faernus; quantum ad numeros bene habet: alter cum hiatibus iſtis nullo modo ferendus. Senſit hoc vir doctus; & a Faerno ſuo deſciſcens ſic verſus conſtituit, in ipſo etiam textu:
Hic vero eſt, qui ſi occeperit, ludum jocumque, [*ſat ſcio*]
Dicet fuiſſe illum alterum, praeut hujus rabies quae dabit.
Nihil, inquit, *certius eſt, quam verſum ſecundum a* dicet *incipiendum eſſe.* Unde vero hoc ſibi ſumit? ne hiſcit quidem, quam ob cauſam hoc certum ſit: niſi ſi id vigilans vult, quod antea ſomniavit. Ubi vero ſemel hoc pro comperto aſſumſit; *Lacunam*, inquit, *verbis hiſce*, Sat ſcio, *ſupplere nullus dubito.* Atqui melius erat dubitaſſe: quam lacunam, quae nulla eſt, verbis, quae nihili ſunt, ſuppleviſſe. Porro & *Dicet* ideo hic probat, quia Parmeno hic neminem alloquatur. Pari omnia felicitate. Vide, an nobis fortunatius cadat alea: [*tum ſenem!*
Néſcio quid de amóre loquitur. o infortuna-
Hic véro eſt, qui ſi occéperit,
Ludúm jocumque dícas fuiſſe illum álterum,
Praeut húius rabies quaé dabit.
Nihil dempſi, nihil addidi: notiſſimos Terentio Iambicos ſtatui, duos dimetros, unum trimetrum: & ubi reſpirat oratio, verſus finiuntur ſinguli: quod non nihil eſt venuſtatis. Ceterum vel Priſciani auctoritas, qui p. 997. hos ipſos verſus adducit, ut hodie feruntur, deter-

Ludúm iocumque dícas fuiſſe illum álterum,
Praeut húius rabies quaé dabit.
CH. *Ut illúm di deae omnes ſénium perdant, qui hódie me remorátus ſit;*
Meque ádeo qui reſtíterim; tum autem qui íllum flocci fécerim.
Sét eccum Parmenónem. ſalue. PA. *quíd tu es triſtis? quídue es alacris?*
'Unde is? CH. *egone? néſcio hercle, neque únde eam, neque quórſum eam:*
Ita prórſum oblitus ſúm mei.
PA. *Qui quaéſo?* CH. *amo.* PA. *hem.* CH. *nunc, Pármeno, te oſténderis, qui vír ſies.*
Scis té mihi ſaepe póllicitum eſſe: Chaérea, aliquid ínueni
Modo quód ames: utilitátem in ea re fáciam ut cognoſcás meam:
Cum in céllulam ad te pátris penum omnem cóngerebam clánculum.

deterrere debuit virum doctum, ne *Sat ſcio* hic intruderet, ubi ipſe nihil ſciebat. *Dices* Priſciani codices, noſtrique omnes: & Bembinum illud *Dicet* eo ipſo ineptum eſt, quod ad ſenem ſolum referat, quod quivis alius aeque dixerit: Repone, *Dicas*, hoc eſt, Dicat aliquis, Dicat quiſquam; etiam tum cum neminem alloquimur; Virgil.

Pelago credas innare reuulſas Cycladas.

Noſter infra, III, 2, 7. ut nunc fertur,

Hem alterum:
Ex homine hunc natum dicas.

11 *Ut illum di deaeque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt, Senium* a Donato eſt: *Senem*, noſtri omnes, &, ut credo, Faerniani: ſed diſſimulat ille. ne Bembini codicis fides minuatur. Noſtri etiam univerſi cum Edd. vett. *omnes* habent, vel ante vel poſt *Senem*. Academicus etiam *dii deae omnes* abſque illo *Qui*: Regius autem, *Qui hódie me*. Repone,

Ut illum di deae omnes ſenium perdant, qui hódie me remoratus ſit:

Sit non *Eſt*, ut mox *Reſtiterim*, *Fecerim*. Phorm. IV, 4, 6.

Ut te quidem omnes di, deae, ſuperi, inferi
Mali exemplis perdant.

Heaut. IV, 6, 6.

Ut te quidem omnes di, deae, quantum eſt, Syre,
Cum tuo iſto inuento, cumque incepto perduint.

In utroque loco codices *deaeque*, verſu invito.

13 *Sed eccum Parmenonem. ſalue.* PAR. *quid tu es triſtis? quidue es alacris?* Verſus eſt trochaicus acatalecticus eliſo *d* ex *ſed*. FAERNUS.

Unde is? CH. *ego neſcio hercle.* Bembinus liber ita habet, *egone? neſcio hercle.* ita optime verſus procedit. in quo animadvertendum, *hercle*, poſteriorem corripere, ut in quarta ſede ſit dactylus. nam & *Hercule*, quod integrum eſt, ultimam corripit. Perſius: *Nemo hercule nemo.* FAERNUS. Noſtri vitioſe *Ego*. Tu vero 14

Neque únde eam, neque quórſum eam.

Sic pronuntia; ut tam *'Unde* quam *Quórſum* in ictu ſit; praeſertim cum interrogatio, *'Unde is*, eodem ſit accentu.

Nunc te Parmeno oſtendes. Non ſtat octonarius niſi legas ut in Bembino, Baſilicano, & aliis: *nunc Parmeno te oſtendes.* hic autem non fiet colliſio. FAERNUS. 16

Nunc, Parmené, te óſtendes, qui vir ſies. Geminum hic vitium eſt: & quod *Te* non elidatur; & quod *óſtendés* duplicem ictum ſuſtineat, media longa: quod, vel aure judice, eſt abſonum. Lege,

Nunc, Parmeno, te óſtenderis, qui vir ſies.

Poteris etiam, *oſtende ſis*; ſed illud melius, *oſtenderis* modo potentiali, hoc eſt, poſſis oſtendere.

Modo quod ames, in ea re utilitatem ego faciam ut cognoſcas meam. Lege cum Donato MSto, vett Edd. & tribus noſtris codicibus. 18

Modo quod ames: utilitatem in ea re faciam ut cognoſcas meam.

Tantum *Ego*, quod illi habent, ut ſupervacuum tollo.

Penum omnem. Sic in libro Bembino & Vaticano, & ſic etiam legi Donatus teſtatur: 19

PA. *Age inépte.* CH. *hoc hercle fáctumſt. fac ſis núnc promiſſa appáreant:*
Siue ádeo digna rés eſt, ubi tu néruos intendás tuos.
Haut ſímilis uirgoſt uírginum noſtrárum; quas matrés ſtudent
Demíſſis humeris éſſe, uincto péctore, ut graciláe ſient.
Siqua éſt habitior paúlo, pugilem eſſe aíunt: deducúnt cibum:
Tamenétſi bona natúra eſt, reddunt cúratura iúnceas:
Itaque érgo amantur. PA. *quíd tua iſtaec?* CH. *náua figura oris.*
PA. *papae.*
CH. *Color uérus, corpus ſólidum et ſucci plénum.* PA. *anni?* CH. *anni? ſédecim.*
[PA. *Flos ipſe.* CH.] *Hanc tú mihi uel ui, uél clam, uel precário*

& ita etiam Priſcianus citat libro quinto. FAERNUS. Tres tantum ex noſtris *Omne*. Priſcianus bis locum laudat p. 654, & 1017. ubi MSti quoque *omnem*.

20 *Faxis nunc promiſſa appareant.* Ita & in libro Bembino. ſed Vaticanus & alii, *fac ſis*. quin & in Bembino eſt gloſſema indicans dictum eſſe *faxis* pro *fac ſis*. FAERNUS.

Unus quoque ex noſtris *Faxis:* inepte. Cledonius tamen, magiſter vetus, p. 1916. *Faxo faxis*, Terent. *Faxis, nunc promiſſa appareant*. Ceterum male poſt *Appareant* plenam diſtinctionem hodie ponunt. Nam, ut recte Donatus, *Sis* perinde eſt ac *Si vis:* ergo ordo & connexio eſt, Fac *ſi vis*, quia promiſiſti; *ſive* adeo quia ſine promiſſo digna res eſt, in qua operam naves.

21 *Sive adeo digna res eſt.* Haec verba ex auctoritate Donati, Chaereae attribuimus. FAERNUS. Noſtri male dant Parmenoni.

23 *Ut graciles ſient.* Donatus legit *gracilae*, dicens a ſingulari *gracila* venire hanc declinationem. Sic & in Vaticano erat, ſed ſuperaddito *s* factum *graciles*. contra in Baſilicano ex voce *gracilas s* expunctum. FAERNUS.

At editiones Donati, tam veteres, quam recentiores *Graciles a Gracilis*. Male tamen, ut exiſtimo. Sed accedat certior teſtis Val. Probus p. 1466. *Hic & haec gracilis, hic & haec imbecillis. ſed Terentius nove*, Ut gracilae ſient. *Nominativo ſingulari, haec gracila, haec imbecilla*. Eugraphius: Legitur & *Gracilae; ut declinaverit Terentius, Haec gracila*. Puerorum olim cauſa factum hic *Graciles*.

25 *Tametſi boná eſt natura, red. c. junceas.* Lindenbrogii codices, & ex noſtris veterrimis unus, *Tamenetſi*. Lege, ut *Bona* ſub Ictu collocetur:

Tamenetſi bóna natura eſt, r. c. junceas.

Color verus. *Ex color r*, elidendum, ut in prima ſede ſit anapaeſtus. FAERNUS. Hoc in primo praeſertim pede fieri, jam notiſſimum eſt. 27

Flos ipſe. CH. *hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario.* Videtur hic Iambicus ſeptenarius eſſe, inuſitatum genus. ego puto legendum *hance:* & in *ipſe* non faciendam ſynaloepham. FAERNUS. 28

Miſera ſane medendi ratio, *Ipſe* ſine ſynaloepha, & *Hance*, ut octonarius fiat. Cautior vir doctus; qui ex recepta lectione pro Senario Septenarium fore videbat; qualis, ait, verſus quam maxime poteſt evitandus eſt; etſi uno alterove loco neceſſario admittendus videatur. Bono animo eſſe jubeo, ne ſemel quidem admittetur. Ipſe igitur illud *Flos ipſe*, extra verſum poſuit: ut Clauſula ſit, qualis *Occidi* in hac Scena, & in Heaut. *Diſcrucior animi*. Laudandus eſt, quod aliqua tenus prodierit; tametſi non ad terminum ipſum. Equidem non ut Clauſulam extra numerum poni, ſed omnino excludi & ejici velim. Excutiamus enim ſententiam. *Anni ſedecim: Flos ipſe. Florem* quidem *aetatis* de adoleſcentia & juventute ſaepe uſurpant Latini; ſed nuſquam id ſolum commendatio eſt formae. Nonne plurimae tum Atticae virgines erant aeque annorum ſedecim? Quot, putas, ex illis quas contemnit junceis, eadem tum aetate erant? Eadem erat ipſe Chaerea: infra IV, 4, 26.

At ille alter venit, annos natus ſedecim.

Ergo & Chaerea tam *flos ipſe*, quam Pamphila. Quamobrem, cum nec in verſum intromitti

queat,

Fac trádas: mea nihil réfert, dum potiár modo.
PA. *Quid, uírgo cuiast?* CH. *néscio hercle.* PA. *undést?* CH. *tantundem.*
PA. *ubi hábitat?*
CH. *Ne id quídem.* PA. *ubi uidisti?* CH. *ín uia.* PA. *qua rátione illam amísti?*
CH. *Id équidem aduenienS mécum stomachabár modo:*
Neque quémquam ego hominem esse árbitror, cui mágis bonae
Felícitates ómnes auersae sient.
Quid hóc est sceleris? périi. PA. *quid factúmst?* CH. *rogas?*
Patrís cognatum atque aéqualem Archidémidem
Nostíne? PA. *quidni?* CH. *is, dum hánc sequor, fit mi óbuiam.*

queat, nec, ut clausula fiat, dignum sit; abeat hinc exulatum.

31 *Qua ratione amisti?* Donatus quidem ita legit: sed ratio versus, qui est Iambicus trametet catalecticus ut praecedens, exigit *amisisti*: ut & in Bembino & in omnibus aliis fere libris est. qui vero sequuntur versus senarii sunt: itaque in eo libro cum hoc, quem supra diximus, versu ordinantur:

CH. *Ne id quidem.* P. *ubi vidisti?* CH. *in via.*
P. *qua ratione amisisti?*
CH. *Id equidem adveniens mecum stomachabar modo.*
Nec quemquam esse hominem arbitror, cui magis bonae. FAERNUS.

Quod Donatus legebat *Amisti* per syncopen pro *Amisisti*, confirmant praeter unum & alterum recentiorem tres nostri vetustissimi. Videtur olim fuisse, *Qua ratione illam amisti?* ut supra: *Qui illam e conspectu amisi meo.* Vir doctus, *Qua r. autem amisti?*

32 *Nec quemquam esse ego hominem arbitror.* Sic dedit Faernus: Nostri plerique:

Neque ego quemquam hominem esse: unus;
Neque quemquam ego esse hominem.
vett. Edd.
Neque quemquam hominem esse ego arbitror.
Repone, sic ut in utramque verbum cadat accentus,
Neque quémquam ego hóminem esse arbitror.
Sic Adelph. I, 1, 13.
Quémquamne hóminem in animo instituere?
Eodem ordine ponit vir eruditus.

33 *Cui magis bonae Felicitates omnes adversae sient.* Primus, opinor, monco, mendum hic subesse. Quomodo enim *bonae* Felicitates possunt esse *adversae*? Donatus laborat ut explicet: *Felicitas*, inquit, *adversa est; cum ex prosperitate, quod laedat nascitur.* Atqui infelicitas sic fiet, non felicitas. Lego,

Felicitates omnes aversae sient.

Aversos deos passim habes. Ideo *aversae*; quia me fugiunt, numquam ad me veniunt: sed si *adversae* sint, desinent esse id quod sunt: naturam suam mutabunt.

PA. *Quid hoc est sceleris?* CH. *perii.* PA. *quid factumst?* CH. *rogas?* 35
Male codices, qui nunc supersunt. Parmenoni illud tribuunt: *Quid hoc est sceleris?* Plane, contra Ethos & Terentii morem: Parmeno enim totam hanc fervidi adolescentis orationem tepidus & lentus audit. Omnia sunt Chaereae: *Aversae sient.*

Quid hoc est sceleris? perii. PA. *quid factumst?*
CH. *rogas?*

Et sic olim Donatus: *Quid hoc est sceleris? Propter hoc quod patior, inquit. Nunc enim scelus dicit a se commissum.* Lege, *Propter quod hoc patior.* Si Parmenoni hoc adsignasset; non *Patior* dixisset, sed *Pateris.* Errat tamen Magister: *Scelus* enim hic est Infortunium. Plautus, plane ut Noster, Capt. III, 5, 104. ubi Pater infelix sic queritur,

Perdidi unum filium
Puerum quadrimum, quem mihi servus surpuit:
Major potitust hostium. quod hoc est scelus?
Quasi in orbitatem liberos produxerim.

Nostin? PA. *quidni?* CH. *is, dum sequor hanc,* 37
fit mihi obviam. L. o. hanc collocationem verborum habent, *dum hanc sequor.* sed, ut versus constet, vel legendum est *novistin*, ut in libro Bembino est, vel ex *quidni*, nihil elidetur. *mihi* autem in unam syllabam contrahendum. FAERNUS.

Patris.

PA. *Incómmode hercle.* CH. *immò éniműero infelíciter:*
Nam incómmoda alia ſúnt dicenda, Pármeno.
Illúm liquet mĩ déierare, his ménſibus
Sex ſéptem prorſus nón uidiſſe próxumis;
Niſi núnc, cum minime uéllem, minimeque ópus fuit.
Eho nónne hoc monſtri ſímileſt? quid ais? PA. *máxume.*
CH. *Contínuo adcurrit ád me, quam longé quidem,*
Incúruus, tremulus, lábiis demiſſis, gemens:
Heus heús, tibi dico. Cháerea, inquit. réſtiti.
Scin quíd ego te nolébam? dic. cras éſt mihi
Iudícium. quid tum? ut díligenter núnties
Patri, áduocatus máne mi eſſe ut méminerit.
Dum haec lóquitur, abiit hóra. rogo num quíd uelit.
Recte, ínquit. abeo. cum húc reſpicio ad uírginem,

Patris cognatum atque aequalem Archidemidem Noviſtin? Quidni? Is, dum hanc ſequor, ſit mi obviam.

Noviſtin quod in Bembino eſt, verſus gratia videtur interpolatum. Ceteri omnes *Noſtin*. Quod retinet vir eruditus; modo ut *Dum* ne elidatur. Atqui in iſta ſede ut elidatur eſt neceſſe. Miſerum eſt unius reculae ignoratione centies in eandem errorem prolabi. Poteris legere, *Noſtine? Quidni?* ut Horatius.

Noviſtine locum potiorem rure beato.

Noſter infra IV, 4, 45.

Verum? Vidiſtine fratrem Chaeream?

& III. 5, 15.

Noſtine hanc quam amat frater?

Et Phorm. I, 2, 14. *Noſtine? Quidni?*

41 *Sex ſeptem prorſum.* Quinque noſtri cum vett. Edd. & Priſc. p. 1200. *Prorſus.* Concinnius hoc: quia praecedens vox *m* terminatur.

50 *Dum haec dicit, abiit hora.* Sic dedit Faernus, & ſic Edd. vett. Sed noſtri omnes, excepto uno ſatis recenti, *Dum haec loquitur*, ut ſupra II, 2, 24. *Dum haec loquimur, interea loci.*

53 *In hanc noſtram plateam.* P. *mirum ni hanc dicit modo.* Verſus poteſt ſuſtentari elidendo *ex in n.* FAERNUS.

54 *Huic quae datáſt dono. Huc cum.* *Dono* totum in Theſi occultatur. Repone, *Huic quae data dono eſt.*

Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem? Tolle interrogationis notam. Non interrogat, quod Donatus vult, ſed conjectat. Ideo Chaerea reſpondet, *Verum.* 55

Ipſaſt: ilicet: Deſine: jam conclamatumſt. *Scilicet*, noſtri Codices & Editiones vetuſtae. Tacet Faernus: Sed ita Bembi codex, notante G. Fabricio. Eugraphius ad locum: *Ipſa eſt: ilicet. Quoties cauſa ab oratoribus finiebatur, & a judice ſententia ferri coeperat, ſemper conclamabatur* Ilicet, *hoc eſt Ire licet. Signum ergo finis & cognitionis plenae.* Miror igitur virum doctum, qui illud *Scilicet* verius putat. Inter *Ilicet* & *Conclamatumſt* invenuſte, ait, inſeri videtur *Deſine*. Si Quare roges, neſciat: illud tamen ſcire poterat, Invenuſte hic repeti *Scilicet*; cum in verſu fuerit praecedente. 56

Iſtuc ago equidem. Ita & in libro Bembino. FAERNUS. 58

Unus ex Noſtris, *Ago equidem:* ceteri *Equidem ago. Noſtin quae ſit? dic mihi aut Vidiſtin?* Codex Collegii Corporis Chriſti egregie, *Noſtin quaeſo dic mihi aut Vidiſtin? Quaeſo* paſſim in interogatione locum habet. Et reſpondet Parmeno, *Vidi, novi:* abſolute; non *quae ſit.*

O Parmeno mi noſtin? P. *novi.* CH. *ſcis ubi ſiet?* P. *Huc deducta eſt ad Thaidem meretricem, ei dono data'ſt.* 60

O. l. s.

Illa séſe interea cómmodum huc aduórterat
In hanc nóſtram plateam. PA. *mírum ni hanc dicít, modo*
Huic quáe data donoſt. CH. *húc cum aduenio, núlla erat.*
PA. *Comités ſecuti ſcílicet ſunt uírginem.*
CH. *Uerúm; paraſitus cum áncilla.* PA. *ipſaſt: ílicet:*
Deſine: iam conclamátumſt. CH. *alias rés agis.*
PA. *Iſtúc ago equidem.* CH. *náſtin quaeſo díc mihi, aut*
Uidíſtin? PA. *uidi, nóui: ſcio, quo abdúcta ſit.*
CH. *Eho Pármeno mi, nóſtin, et ſcis úbi ſiet?*
PA. *Húc deductaſt ád meretricem Thaídem: ei donó dataſt.*
CH. *Quís is eſt tam poténs, cum tanto múnere hoc?* PA. *milés Thraſo*
Phaédriae riuális. CH. *duras frátris partis praéditas.*
PA. *Immo enim ſi ſciás quod donum dóno huic contra cómparet,*
Mágis id dicas. CH. *quódnam quaeſo hercle?* PA. *eúnuchum.* CH. *illumne óbſecro.*

O. l. s. *eho Parmeno* habent: item hi & Donatus, *ad meretricem Thaidem.* aliqui vero, inter quos Bembinus, *& ſcis*; omneſque fere antiqui praeter eum, in quo eſt, *& dono dataſt*, habent, *ei dono data eſt.* itaque ſic legemus:

CH. *Eho Parmeno mi naſtin? P. novi.* CH. *& ſcis ubi ſiet?*
P. *Huc deducta'ſt ad meretricem Thaidem, ei dono data'ſt.*

Quorum verſuum prior ſenarius Iambicus eſt, ut praecedentes: poſterior trochaicus, ut ſequentes. FAERNUS.

Eho Parmeno mi, noſtin? PA. *novi.* CH. *& ſcis ubi ſiet?*

Syllaba ultra metrum redundat: niſi *Parmeno* dactylum facis, quod non licet. Tolle iſtud *Novi*; & totum da Chaereae:

Eho Parmeno mi, noſtin, & ſcis ubi ſiet?

Sic habet Donatus Lindenbrogii; & viro docto idem viſum eſt.

64 *Immo ſi ſcias quod donum huic dono contra comparet.* Codices noſtri duobus modo exceptis, *Immo enim:* & ſic veteres Editiones. And. V, 1, 4. *Immo enim nunc cum maxume.* Phorm. II, 2, 24. *Immo enim nemo ſatis pro merito.* Repone:

Immo enim *ſi ſcias quod donum* dono huic *contra comparet.*

Donum dono, omnia omnes & ſimilia, inter veneres Terentianas numera.

Tum magis id dicas. Pronomen *id*, varie collocatur. antiqui enim libri & Donatus verbo praeponunt; omnes alii poſtponunt. ego hanc vocem *id* cum videam certam ſedem non habere, & verſui incommodare, ne ſit trochaicus catalecticus, ut ceteri, ſubditicium arbitror, & ab aliquo adjectum, putante non ſatis intelligi, *tum magis dicas*, pro *tum magis id dicas:* quod tamen Latine, & antique dicitur. Plautus in Milite glorioſo: 65

Ei mihi: Magis dicas ſi ſcias quod ego ſcio.
FAERNUS.

Omnes noſtri *Tum magis id dicas.* Nec cum viro docto Faerno accedam, qui *Id* ſubditicium putat; Ego contra *Tum* ſubditivum exiſtimo; & ſic verſum conſtituo,

'Immo enim ſi ſciás quod donum dono huic contra comparet,
Mágis id dicas.

Omnino melius eſt, ut in Ictu ſit *Mágis*, quam ut in Theſi latitet. Par locus eſt Heaut. V, 1, 16.

Vénit in mentem. Veterator! Mágis, ſi mágis
'Ita rem eſſe: [*noris, putes.*

Ubi *Ita rem eſſe* perinde eſt, ac hoc loco *Id.* Plaut. Bacch. IV, 4, 27.

Pol tu, quam nunc, med accuſes mágis, ſi magis rem noveris.

Locus Plauti a Faerno citatus, eſt Mil V, 36.

Jamdudum. P. *Hei mihi.* S. *Magis dícas, ſi ſcias quod ego ſcio.*

Ubi tam verſus quam ſententiae cauſa corrigo.

Jamdu-

Inhoneſtum hominem, quém mercatus éſt heri, ſenem múlierem?
PA. *Iſtunc ipſum.* CH. *homó quatietur cérte cum donó foras.*
Sét iſtam Thaidém non ſciui nóbis uicinam. PA. *haút diuſt.*
CH. *Périi, numquamne étiam me illam uídiſſe? ehodum díc mihi:*
Eſtne, ut fertur, fórma? PA. *ſane.* CH. *at níhil ad noſtram hanc.*
PA. *ália res.*
CH. *Obſecro hercle, Pármeno, fac ut pótiar.* PA. *faciam ſédulo,*
Dábo operam, adiutábo: numquid me áliud? CH. *quo nunc ís?* PA. *domum,*
Ut mancipia haec, íta uti iuſſit fráter, ducam ad Thaídem.
CH. *O fortunatum íſtum eunuchum; quí quidem in hanc detúr domum!*
PA. *Quíd ita?* CH. *rogitas? ſúmma forma ſémper conſeruám domi*
Uidébit, conloquétur: aderit úna in unis aédibus:
Cibúm nonnumquam cápiet cum ea: intérdum propter dórmiet.

Jámdudum. Hei mi. Mágis id dicas, ſi ſcias quod ego ſcio.
Id, ſcio, animadvertes, in omnibus his locis illud *Tum* locum nullum habere.

66 *Quem mercatus eſt here.* O. l. s. *heri.* quae tamen vox ſic quoque poſteriorem corripit. FAERNUS.

Et noſtri quoque *Heri.* Donatus ad locum: Senem mulierem: *Non communi genere dixit* Senem; *quippe qui alibi ſeparaverit, dicendo,* Senex atque anus (Hec. IV, 3, 15.) *ſed ſubdiſtinguendum eſt, ut ſit duplex vituperatio; una ab aetate; quod ait* Senem; *altera a membrorum mollitie, quod ait* Mulierem. Haec magnus Magiſter: cavendum nempe erat, ne adoleſcentes obſolete *Senem* de muliere dicerent. Pace tamen ejus, non ſubdiſtinguo, ſed conjungo,

Inhoneſtum hominem, quém mercatus éſt heri, ſenem múlierem.

Heri hic longam habet ſecundam; ut I. 2, 89.

Heri minas pro ambobus viginti dedi.

& *Senem* in Theſi latet, quaſi monoſyllabon eſſet *Snem.* Atque vel ea cauſa non ſubdiſtinguo *Senem,* quia tum in Arſi eſſe oportebat. *Senex mulier,* quod noſtrates *An old Wife.* Si ſubdiſtinguas, primo *ſenem* de viro, dein *Mulierem* de ſexu toto: etiam juvenculas includis, & minor fit contemptio & contumelia, quam ſi junctim & mulierem & vetulam dicas. Varro de Ling. Lat. VI. *Pomponii Epigrammation quod in adoleſcentem fecerat Caſcam* (hoc eſt, *Veterem*)

Ridiculum eſt, cum te Caſcam tua dicit amica,
Fili Petroni, ſeſquiſenex puerum.
Dic tu illam puſam: ſic fiet Mutua muli:
Nam vere puſus tu, tua amica ſenex.

Sic & Catullus Tibulluſque *Senem* de muliere. *Senex* autem *mulier,* ut *Mulier meretrix.*

Alia res eſt. Liber Bembinus non habet verbum *eſt.* ita verſus eſt trochaicus catalecticus ut ceteri: niſi quis eum vellet acatalecticum facere retento *eſt.* quod non placet mihi. FAERNUS. Vide nos ad II, 2, 37. 70

Faciam ſedulo, ac Dabo operam, adjuvabo. Lego, *Faciam ſedulo, Dabo operam, adjutabo.* 71
Ac deleo, ut per Aſyndeta fortius incedat oratio. *Adjutabo;* quia ita ſolet Noſter; & quia ſpondeus in hac ſede Trochaeo eſt melior.

Numquid me aliud vis? Vis, non eſt in libri Bembini contextu, nec in aliis antiquis. itaque eam dictionem delevimus, quae & impedit verſum, nec adjuvat ſenſum. utique enim ſubauditur *vis.* FAERNUS. Duo tantum ex noſtris *Vis* habent. 72

Ut mancipia haec, ita ut juſſit frater, deducam ad Thaidem. Liber Bembinus & aliquot alii ex antiquis habent *ducam,* quod probo. & verſus conſtabit, ſi vel in *ita ut* non facias ſynaloepham: vel legas *ita uti.* FAERNUS. 73

Ita ut, quod & in Noſtris eſt, non poteſt eſſe Anapaeſtus. Recte illud alterum Faerni *Ita uti:* quod vir doctus adſciviſſe debuit.

Ducam

Digitized by Google

PA. *Quid ſi nunc tute fortunatus fias?* CH. *qua re, Parmeno?*
Reſpónde. PA. *capias tu illius ueſtem.* CH. *uéſtem? quid tum póſtea?*
PA. *Pro illó te deducam.* CH. *aúdio.* PA. *te eſſe illum dicam.* CH. *intéllego.*
PA. *Tu illís fruare cómmodis, quibus illum dicebás modo:*
Cibum úna capias, ádſis, tangas, lúdas, propter dórmias:
Quandóquidem illarum néque te quiſquam nóuit, neque ſcit quí ſies.
Praetérea forma et aétate ipſe es, fácile ut pro eunuchó probes.
CH. *Díxti pulchre: númquam uidi mélius conſilium dari.*
Age eámus intro núnc iam: orna me, ábduc, duc, quantúm poteſt.
PA. *Quid agís? iocabar équidem.* CH. *garris.* PA. *périi, quid ego egí miſer?*
Quo trúdis? perculeris iam tu me. tíbi equidem dicó, mane.
CH. *Eámus.* PA. *pergin?* CH. *cértumſt.* PA. *uide ne nímium calidum hoc ſit modo.*

Ducam noſtri, duobus exceptis, omnes, non *Deducam*.

80 *Pro illo te ducam. Audio. Te eſſe illum dicam. Intellego.* Vir doctus, ultima, ait, in *Ducam* non eliditur, ob Diphthongum ſequentem. De illa Diphthongi vi mera hallucinatio eſt. Idem tamen malit *Deducam*, ſi per codices liceret. Sane licet; nam omnes noſtri, demtis duobus, *Deducam:* quibus etiam nolentibus ſic corrigi neceſſe eſt. Porro omnes noſtri cum Edd. vett. *Te illum eſſe;* Sed *Illum* in Arſi eſſe debet.

81 *Quibus tu illum dicebas.* Melius abſque *Tu* cum codice Petrenſi.

83 *Neque quiſquam te novit.* In l. o. eſt, *neque te quiſquam.* FAERNUS. Sic & omnes noſtri; accentu id poſtulante.

84 *Praeterea forma, aetas.* O. fere libri, & in iis antiqui, & Donatus, *forma & aetas:* quod ſi recipimus, verſus eſt Iambicus tetrameter acatalecticus: ſin aliter, trochaicus. FAERNUS.

Praeterea forma & aetas ipſa eſt, facile ut pro eunucho probes.

Donatus: *Forma & aetas ipſa eſt: Deeſt. In te.* Recte hoc: nam cum *Illarum quiſquam* proxime dixerit; cujus *aetas & forma* ſit, in ambiguo eſt. Atqui etſi ſententia *In te* ſubintelligi poſtulet, in ſermone hoc ſubintelligi non conceditur. Codex C. C. *Praeterea forma & aetas ipſa es*; *Es*, inquam, non *Eſt*. Vide, an ex veſtigio tam tenui verum ſubodoratus ſim:

Praeterea forma & aetate ipſe es, facile ut pro eunucho probes.

Es forma, ut And. I, 1, 95. *Erat forma honeſta & liberali.*

Age eamus intro: nunc jam orna me, abduc, duc, quantum potes. Lege & diſtingue: 86

Age eamus intro nunc iam: orna me, abduc, duc, quantum poteſt.

Sic Adel. II, 1, 14. *I intro nunc iam.* And. I, 1, 144. *Eamus nunc iam intro. Quantum poteſt*, veteres G. Fabricii, & codex Bembinus, Bembo ipſo teſte. Ita noſter paſſim.

Vide ne nimium callidum hoc ſit modo. Donatus & *callidum*, & *calidum* legi affirmat: ſed *callidum* videtur magis probare, nulla quidem ratione: cum potius Parmeno, praeceps & inconſultum hoc conſilium afferat quam verſutum: & dictionem, *callidum*, quae primam habet productam, verſus ratio non admittat, niſi forte ex magna licentia, demendo in ſcanſione unum *l*. Mihi libros ſcriptos Donati conſideranti, videtur omnis expoſitio hujus loci eſſe corrupta; omninoque legendum *calidum* per unum *l*, & ex ſenſu & ex verſu, ut & aliqui l. s. habent, & Robertus Stephanus impreſſit. FAERNUS. *Calidum*, quod & verſus & ſenſus poſtulant, unus tantum ex noſtris. *Calidum conſilium.* Plautus, Livius &c. 89

CH. *Non éſt profécto: ſíne.* PA. *at enim iſtaec ín me cudetúr fába.*
CH. *ah!*
PA. *Flágítium facimus.* CH. *án id flagitiumſt, ſi ín domum meretríciam*
Dedúcar, et illis crúcibus quae nos nóſtramque adoleſcéntiam
Habent déſpicatu, et quáe nos ſemper ómnibus cruciánt modis,
Nunc réferam gratiam: átque eas itidem fállam, ut ab illis fállimur?
An pótius par atque aéquum eſt, pater ut á me ludatúr dolis?
Quod quí reſcierint, cúlpent; illud mérito factum omnés putent.
PA. *Quid iſtíc? ſi certumſt fácere, facias: uérum ne poſt cónferas*
Culpam ín me. CH. *non faciám.* PA. *iubeſne?* CH. *iúbeo, cogo, atque ímpero;*
Numquám defugiam auctóritatem. PA. *ſéquere: di uortánt bene.*

90 P. *At enim iſthaec in me cudetur faba. ah flagitium facimus.* In libro Bembino, & Victoriano, interjectio *ah*, Chaereae aſcribitur, reliqua Parmenoni. FAERNUS.

93 *Habent deſpicatam.* Sic Donatus & omnes antiqui libri praeter Bembinum. & ſtat verſus rejecta prima ejus ſyllaba in finem praecedentis. omnes alii libri recentes, *deſpectam* habent, ut Bembinus. FAERNUS.

Correctores, non Librarii, *Deſpectam* primi dederunt: neſciebant ſcilicet *Habent* in initio verſus corripi ſolere. Sed aliud eſt: nam ſeu *Deſpicatam* ſive *Deſpectam* velis, ad unum tantum nomen refertur, cum ad utrumque debeat, *Nos & noſtram adoleſcentiam.* Praeſtabo tibi veram Poetae manum,

Habent deſpicatu:

Deſpicatu vetuſte, pro *Deſpicatui.* ut Heaut. II, 3, 116. [*mihi.*

Quapropter haec res ne utiquam neglectu eſt
Habent deſpicatui; ut Poen. III, 3, 13. *Habero quaeſtui.* Menaec. IV, 3, 19.

Quando tu me bene merentem tibi habes deſpicatui;
aliam poſthac invenito, quám habeas fruſtratui.

Unde & in Caſ. II, 2, 15.

Vir me habet peſſimis deſpicatam modis:

libenter legerim, *Deſpicatu.*

95 *An potius haec pati? aequum eſt fieri ut a me ludatur dolis,*
Quod qui reſcierint culpent, illud merito factum omnes putent.

Liber Bembinus & omnes alii antiqui pro *pati* habent *patri.* ac Donatus quoque, licet aliqua ex parte corruptus: nam quamvis citando haec verba dicat *pati*, tamen in expoſitionis progreſſu legit *patri*, & ſane *pati* nullum habet ſenſum; *patri* autem ſi legas, ſenſus eſt: cur non has meretrices debeam fallere? an potius aequum eſt, haec a me fieri adverſus patrem, ut eam ludam dolis, pecuniam ſcilicet ab eo per fallacias auferendo, quam in amores & voluptates meas inſumam? cum liceat, fallendo has meretrices, cupiditatem meam, ſine ullo ſumptu aut diſpendio explere. illud enim ſi facerem, id eſt, ſi patrem dolis luderem, qui hoc reſcierint, culpent; hoc autem, id eſt, a me deceptam eſſe meretricem, merito factum omnes putent. atque hunc eſſe germanum ſenſum poetae, omnia fere argumenta comica oſtendunt, ubi plerumque inducuntur adoleſcentes amatores patribus ſtruere fallacias, ad pecuniam auferendam, quam meretricibus aut lenonibus dent-huc etiam ſpectant & ea quae ſupra dixit, *o infortunatum ſenem*; & ea quae infra, *Eam confeci, ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio*; nam ſi ſumptus interveniſſet, utique eum a patre oportuiſſet auferri. FAERNUS.

De ſententia loci ſatis conſtat: de verbis diſpiciendum eſt. *Haec pati* noſtri omnes; niſi quod unus vetuſtus a manu prima *Patri.* & poſtea *Pati* factum. Unde iſtud *Pati* proceſſit? ſuberat aliquod mendum: Si enim a principio *Patri* ibi fuiſſet, vix umquam in *Pati* degeneraſſet. Praeterea, quaenam iſta ſunt *Haec?*

nempe.

Digitized by Google

ACTUS III. SCAENA I.

THRASO miles. GNATHO. PARMENO.

T. *MAGN'AS uero agere grátias Thaís mihi?*
G. *Ingéntis.* T. *ain tu, laétaſt?* G. *non tam ipſó quidem*
Donó, quam abs te datum éſſe: id uero ſério
Triúmphat. P. *huc prouíſo ut ubi tempús ſiet,*
Dedúcam. ſet eccum mílitem. T. *eſt iſtúc datum*
Profécto, ut grata mihi ſint quae facio ómnia.
G. *Aduórti hercle animum.* T. *uél rex ſemper máxumas*
Mihi agébat quicquid féceram; aliis uón item.
G. *Labóre alieno mágno partam glóriam*
Uerbís ſaepe in ſe tránſmouet, qui ſál habet,

nempe *in domum meretriciam deduci, crucibus illis gratiam referre.* An *haec patri fieri* poſſunt? Haeret hic aqua: & ſapuit T. Faber, qui *Hoc* corrigebat; & ad ſequentia retulit, *Ut a me ludatur dolis:* quem fruſtra ob id ſugillat vir eruditus. Sed, ut dixi, altius aliquod latet ulcus, unde illud *Pati* profluxit. Vide an recte ſanaverim: abſit modo ut infundas ſuccum loliginis:

An potius par atque aequum eſt, pater ut a me ludatur dolis?

Illud obſervabis; *Pater*, ut par eſt in Arſi hic eſſe; cum in recepta lectione *Patri* vix audiatur.

98 *Jubeſne? Jubeo, cogo, atque impero.* Sic dedit Faernus: Sic & Nonius citat. v. Cogere; non editus modo, ſed in codice noſtro veterrimo. Noſtri omnes hic cum Edd. vett. *Jubeo immo cogo.* Unde facile fuit reſingere:

Juben? CH. Jubeo? immo cogo atque impero.

Niſi poſt *Jubeo* interrogationem ponas, putidum eſt *Immo:* ſed vel ſic, longe melius abeſt. Vir vero eruditus, qui libentius, ut ait, ſic legat:

Culpam in me. Non faciám. Juben? Immo
jubeo cogo, atque impero,

ut *Juben*, quod praecipuam emphaſin habere debuit, in Theſi ſupprimatur, alio mentem alio aurem diviſerat.

99 P. *Numquam defugiam auctoritatem, ſequere.* CH. *di vortant bene.* Accedo eorum ſententiae, qui putant has perſonas male eſſe inſcriptas; & priora quidem in perſona Chaereae continuanda, poſteriora Parmenoni tribuenda. ut *numquam defugiam auctoritatem*, in ore Chaereae ſit, perinde ac ſi dixiſſet, numquam negabo me tibi auctorem hujus rei fuiſſe. FAERNUS. Recte hoc: & aberrarunt omnes librarii, praeeunte Donato.

Profecto mihi ut grata ſint quae facio omnia. 6
Alia verborum collocatio in o. l. s. & Donato invenitur, hoc modo,

Profecto ut grata mihi ſint quae facio omnia.

grata autem mihi, non jocunda mihi exponendum eſt, ſed talia, ut pro iis mihi gratia habeatur; ut & in Heautontim. *tum cum gratum mihi eſſe potuit, nolui*, id eſt, tum cum mihi potuit haberi gratia. FAERNUS. Etiam hoc recte: & eodem ordine Noſtri.

Verbis ſaepe in ſe tranſmovet, qui habet ſalem, 10
Quod in te eſt. Veterrimi quique codices & veteres Grammatici *Quod:* bene factum, & hoc veram nobis lectionem conſervavit, quam a multis jam ſaeculis diſcipulorum gratia corruperant Magiſtri. Lego enim,

Verbis ſaepe in ſe tranſmovet, qui ſal habet
Quod in te eſt.

Certe *Qui habet ſalem* non bene metro ſatisfacit: neque enim *Quabet* legi poterit per ſynaloepham; ut *Qui* non audiatur, & in quinta ſede Trochaeus ſit; neque *Qui* evitare ſynaloepham, cum in Arſi non locetur. *Sal* olim genere neutro erat. Varro apud Nonium v. Salis. *Et poſtea id ſal virgines veſtales ferra ferrea ſecant.* Idem apud Charitium. p. 82.

Digitized by Google

Quod in té eſt. T. *habes.* G. *rex te érgo in oculis.* T. *ſcílicet.*
G. *Geſtáre.* T. *uerum: crédere omnem exércitum,*
Conſília. G. *mirum.* T. *tûm ſicubi eum ſátietas*
Hominum, aút negoti ſíquando odium céperat,
Requiéſcere ubi volébat, quaſi: noſtín? G. *ſcio.*
Quaſi ubi íllam expueret míſeriam ex animó. T. *tenes.*
Tum mé conuiuam ſólum abducebát ſibi. G. *hui,*
Regem élegantem nárras. T. *immo ſíc homoſt:*
Perpaúcorum hominumſt. G. *ímmo nullorum, árbitror,*
Si técum uiuit. T. *ínuidere omnés mihi,*
Mordére clanculum: égo non flocci péndere:
Illi ínuidere míſere: uerum unús tamen
Inpénſe, elephantis quem Indicis praefécerat:

Nunc vides in conviviis ita poni & ſal & mel. Quod Genus, addit Charisius, *etiam Verrio placuit.* Fabianus apud eundem: *Cur ſal aliud perlucidius, aliud inquinatius aut nigrius? quia ſal ex arido congelatum eſt.* Priſcianus p. 664. *Salem* gen. maſc. ex hoc loco citat. *Qui habet ſalem, quod in te eſt:* & addit, *Inveniuntur tamen quidam vetuſtiſſimi etiam neutro genere hoc protuliſſe.* Cur autem vetuſtiſſimi? qui Terentio poſteriores multo ſunt. Idem paulo poſt p. 659. *Afranius in Compitalibus: Ut quicquid loquitur, ſal merum eſt.* Huic conſentit Lucretius,

Parvula pumilio, χαείτων ἴα, tota merum ſal.

Satis opinor de Neutro genere. Jam vero *Sal* ſyllabam productam eſſe teſtis Beda de metris p. 2359. *In monoſyllabis producuntur, Ur us Eur, Al ut Sal:* & mox: *Pes, ſicut & Sal & Par, cum monoſyllaba eſt, longa eſt.* Auſonius Epigr. 86.

Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.

12 *Geſtare.* Omnes libri quotquot ſunt, & antiqui & recentes, tum Terentii, tum Donati, habent *geſtire.* quam lectionem admittentes, exponemus, laetum eſſe, & gaudere ex convictu, ſcilicet tuo: quod vero ſupra dictum eſt, *Rex te ergo in oculis*, hic ſubaudiemus vel habere, vel ferre. FAERNUS.

Codex tamen Bembinus, Bembo narrante, *Geſtare:* atque ita duo ex noſtris veterrimi. Miror, qui Faernus de hac lectione dubitare potuerit.

THR. *Verum credere omnem exercitum.* Pro *verum*, liber Bembinus habet, *vero:* quae vox eſt aſſeverantis, & in principio orationis ponitur ab reſpondente: ut in Adelphis, 15
An quicquam eſt etiam amplius? Vero amplius. FAERNUS.

Noſtri omnes *Verum*, & recte. Par locus ſupra II, 3, 35.

PA. *Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem.*
CH. *Verum: paraſitus cum ancilla.*

Immo ſic homoſt Perpaucorum hominum. 18
Immo nullorum arbitror. In hac lectione *Hominum* non elidit ultimam: quod etſi Plautus ſibi indulgeat in Caeſura, numquam id facit Terentius. Lege itaque & diſtingue, *Immo ſic homoſt: Perpaucorum hominumſt. Sic homoſt*, abſolute, ut Adel. I, 2, 63. *Nam ita eſt homo.* Andr. V, 4, 16. *Sic Crito, eſt hic: mitte. Perpaucorum hominumſt*, abſolute, ut Horat. Serm. I, 9, 44. *Maecenas quomodo tecum.* *Hinc repetit, paucorum hominum, & mentis bene ſanae?*

Numquid tibi dixi? Liber Bembinus & 31
omnes alii antiqui, *numquam*; quod magis videtur quadrare: nam ſi per *numquid*, interrogatus eſſet, ſufficiſſet reſpondere, non: nunc per *numquam* interrogatus, appoſite per *numquam* reſpondet. FAERNUS. Quin & noſtri omnes, tribus exceptis. *Numquam.*

Plus milies jam audivi. Nec in libro Bembino, nec in Donato eſt dictio *jam*, itaque eam

Is úbi moleſtus mágis eſt, Quaeſo, inquám, Strato,
Eone és ferox, quia habés imperium in béluas?
G. *Pulchré mehercle dictum et ſapientér. papae,*
Iuguláras hominem. quíd ille? T. *mutus ílico.*
G. *Quidni éſſet?* P. *di uoſtrám fidem! hominem pérditum*
Miſerúmque: et illum ſácrilegum. T. *quid illúd, Gnatho,*
Quo pácto Rhodium tétigerim in conuiuio,
Numquám tibi dixi? G. *númquam: ſed narra óbſecro.*
Plus mílies iam audíui. T. *una in conuíuio*
Erat híc, quem dico, Rhódius aduleſcéntulus:
Forte hábui ſcortum: coépit ad id adlúdere,
Et me ínritare. quíd agis, homini inquam, ínpudens?
Lepus túte es, et pulméntum quaeris? G. *há ha hae.*

eam delevimus. FAERNUS.

Atqui noſtri omnes cum Edd. vett. agnoſcunt *Jam:* quod cur unius Bembini cauſa ejiciatur, nullus video. Phorm. III, 2, 2.

Audi quod dicam. At enim taedet jam audire eadem milies.

34 *Forte habui ſcortum: coepit ad id adludere, Et me inridere. Adludere,* eſt adblandiri, oſculari, manum in ſcorti ſinum inſerere. Quo pertinet igitur *Me inridere?* aut cur hoc ultro narraret Thraſo? Praeter tamen Codices, Priſcianus clare agnoſcit p. 1187, & 1201. Donatus quoque *Inridere* legebat: *Vide,* inquit, *quemadmodum miles, dum multa ad dictum ſuum pervenire fateatur, interim quam contemptus ſit atque deriſus.* Ubi legendum, *Dum vult ad dictum ſuum pervenire, fateatur interim.* Pace tamen utriuſque, dico a manu Terentii fuiſſe; *Et me inritare.* Inritat ſine dubio amantem, qui eo praeſente amicam ejus contrectat. Heaut. III, 3, 4. in re ſimili,

Facis adeo indigne injuriam illi, qui non abſtineas manum:
Novi ego amantium animum; advertunt graviter quae non cenſeas.

Recte igitur *Inritare*; & inritatus miles ſe dicto illo, quod memorat, ulciſcitur.

35 *Quid ais, inquam, homo impudens?* Ita omnes antiqui libri: ſed recentiores *quid agis*; quod non diſplicet; nam miles facta, non verba caſtigat. ſane Bembinus pro *homo, homini,* in contextu habet. ut ſit impudens, abſolute: ut & apud Plautum, *quid ais impudens?* FAERNUS.

Quid ais, inquam, homo inpudens? Repone, *Quid agis, homini inquam, inpudens?* Tres ex Noſtris, *Quid agis?* id eſt, quo manum inſeris? Illud *Ais* tum natum eſt, poſtquam *Inridere* ſe ingeſſit, pro *Inritare.* Recte autem Bembinus, *Homini inquam:* quo & Noſtri ſpectant, qui uno excepto, omnes habent *Homo inquam,* non *Inquam homo. Quid agis, inpudens.* Plaut. Men. V, 1, 10.

Etiamne, inpudens, Muttire, unum verbum audes? Noſter infra V, 2, 17.

Paulum quid. Eho paulum, impudens?

Lepus túte es, & pulpámentum quaeris. Ha ha hae. Vides ut invenuſte accentus cadant. Vir eruditus, ut hoc effugiat, ex *Tute es* et dactylum facit: ſed *Es* apud veteres Comicos producte, opinor, ſemper. Repono, 36

Lepus túte es: & pulméntum quaeris? Ha ha hae.

Pulmentum id ipſum eſt quod *Pulpamentum*; & facile inter ſe permutantur. Plaut. Curcul. I, 1, 90.

Vultiſne olivas, aut pulpamentum, aut capparim?

ubi *Pulmentum* reponi verſus ipſe poſtulat; Scaligero olim corrigente, & nuper rurſus viro erudito. Poteris etiam hoc modo;

Lepus tute es: & pulpámen quaeris? Ha ha hae.

vel

Lepus tute, pulpamentum quaeris? Ha ha hae.

Quocumque modo conſtituas, omnino melius eſt.

T. *Quid éſt?* G. *facete, lépide, laute, níl ſupra.*
Tuum obſecro ne hoc dictum erat? uetus crédidi.
T. *Audíeras?* G. *ſaepe: et fértur in primis.* T. *meumſt.*
G. *Dolet dictum inprudenti ádoleſcenti, et líbero.*
P. *At té di perdant.* G. *quíd ille quaeſo?* T. *péraitus.*
Riſu ómnes qui aderant, émoriri: dénique
Metuébant omnes iám me. G. *non iniúria.*
T. *Set heús tu, purgon égo me de iſtac Thaídi,*
Quod eám me amare ſúſpicataſt? G. *níl minus.*
Immo aúge magis ſuſpicionem. T. *cúr?* G. *rogas?*
Scin, ſíquando illa méntionem Phaédriae
Facit, aút ſi laudat, te út male urat? T. *ſéntio.*
G. *Id út ne fiat, haéc res ſolaſt rémedio.*
Ubi nóminabit Phaédriam, tu Pámphilam

eſt, ut per interrogationem proferatur. Vopiſcus in Numeriano c. 13. *Ipſi denique Comici plerumque ſic milites inducunt, ut eos faciant vetera dicta uſurpantes; Nam & Lepus tute es & pulpamentum quaeris Livii Andronici dictum eſt, multaque alia quae Plautus Caeciliuſque poſuerunt.*

38 *Tuum obſecro ne hoc dictum erat?* O. l. s. & Donatus, *tuumne obſecro.* & hoc amplius, antiqui libri habent, *te:* ut ſit *obſecro te.* FAERNUS.

Tres ex noſtris *Te*, ceteri *Tuum ne obſecro.* Placet veterum Editionum lectio, *Tuum obſecro ne hoc dictum erat?* id eſt per Tmeſin *Tuumne obſecro.* Sic Eun. IV, 4, 53. *Utrum praedicem ne an taceam.* & Adel. III, 4, 19. *Utrum ſtudio ne id ſibi habet?* hoc eſt, *Utrumne.* Plaut. Truc. II, 7, 42.

Num óbſecro nam áriolus, qui ípſus ſe vérberat?
id eſt, *Numnam obſecro.*

40 *Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero. Imprudens* hic in laude ponitur, ut And. V, 4, 8. *Adoleſcentulos, imperitos rerum, eductos libere.* Gnathonis verba ſunt, ex intimo adulatoriae artis penu petita. Egregie Donatus: 'Addidit parasitus, quo gravius ſit Thraſonis dictum, 'commiſerationem ejus in quem dictum eſt: 'ſcit enim homines ſtultos malos videri velle. Quid igitur cum illo facias, qui melius putat, ut Thraſoni hic verſus tribuatur? Idne ut Thraſoni doleat dictum, quod dictum eſſe hic gloriatur? At ſic, ait, melius Thraſonem excipit Gnatho, *Quid ille quaeſo?* Itane melius? at quemnam tum Parmeno excipiet, *At te di perdant?* Thraſonem ſcilicet perdant, non quem voluit Gnathonem.

Quod eam me amare ſuſpicatur? O. l. s. & Donatus, *ſuſpicata eſt?* FAERNUS. Ita & noſtri plerique omnes. 45

Immo magis auge ſuſpicionem. O. l. s. *Immo auge magis.* FAERNUS. Sic & noſtri univerſi. 46

Intromittamus commeſſatum: Vaticanus & Baſilicanus *commiſatum*, habet: itemque Bembinus, ſed is per duo *s*, & in ejus margine aſcriptum eſt, *Commiſſatio eſt proprie convivium meretricum & adoleſcentulorum.* FAERNUS. 52

Siquando illa dicet, Phaedriam
Intromittamus commiſſatum: tu Pamphilam
Cantatum provocemus.

Ubi illud *Tu* ultra metrum excurrit. Cui vitio ut occurratur, vir eruditus poſt alios *In* praecedenti verſui apponit; ut ſic legatur,

Phaedriam in-
Tromittamus commiſſatum: tu Pámphilam.

Nonne belle cadunt accentus? Quanti eſt, ex Horatii praecepto non digitis modo, ſed & aure legitimum ſonum callere? Noſtri fere omnes cum Edd. vett. non agnoſcunt illud

Tu

Digitized by Google

Continuo. ſiquando illa dicet, Phaédriam
Intrómittamus cómiſſatum: Pámphilam
Cantúm, tu, prouocémus. ſi laudábit haec
Illíus formam: tu húius contra. dénique
Par tú pari referto, quod eam mórdeat. 55
T. *Siquidém me amaret, tum íſtuc prodeſſét, Gnatho.*
G. *Quando íllud quod tu dás, exſpectat átque amat,*
Iam dúdum te amat: iámdudum illi fácile fit,
Quod dóleat: metuit ſémper, quem ipſa núnc capit
Fructúm, ne quando irátus tu alio cónferas. 60
T. *Bene díxti: ac mihi iſtuc nón in mentem uénerat.*
G. *Ridículum: non enim cógitaras: céterum*
Idem hóc aut melius túte inueniſſés, Thraſo.

Tu. Recte. Sic ergo locus conſtituendus eſt; minima mutatione:

Siquando illa dicet, Phaedriam
Intromittamus commiſſatum: Pamphilam
Cantum, tu, provocemus.

Cantum a Canere, non *Cantatum*: Pamphila haec (I, 2, 5.) *fidibus ſciebat.* Atqui in hac re proprium eſt *Canere.* Cicero Tuſc. I, 2. *Epaminondas fidibus praeclare cecinisſe dicitur.* Quintil. Inſtit. I, 10. *Duces maximos & fidibus & tibiis cecinisſe traditum. Comiſſatum,* non *commiſſatum*; prima ſcilicet producta a Graeco Κωμάζειν. Apud Cic. Ep. Fam. I, 1x. hi ſex verſus adducuntur, ubi editum eſt, *Tu Pamphilam Cantatum provocemus:* Excutiant, quibus copia eſt, veteres ibi codices.

55 *Par pro pari referto, quod eam mordeat.* Ita eſt in antiquis libris. quod teſtatum relinquere voluimus, ne quis amplius hanc lectionem in dubium vocet. FAERNUS.

A quattuor noſtris *Pro* abeſt. Apud Ciceronem quoque in diverſa abeunt Codices, quos Interpretes ibi conſuluerunt; ita tamen ut plures habeant *Par pari referto*; quomodo & Servius citat ad Aen. I, 265. Noſter Phorm. I, 4, 35.

Hem iſtuc ſerva: & verbum verbo, par pari
ut reſpondeas.

Ep. Attic. xv i, 7. *Provide, ſi cui quid debetur, ut ſit, unde par pari reſpondeatur.* Sane fruſtra quaeritur aliud locutionis hujus exemplum, *Par pro pari referre.* Cur igitur in ipſorum codicum diſſidio non liceat reponere,

Denique
Par tu pari referto. quod eam mordeat.

Tu & ſententiae adprime convenit, quater repetitum; & facile excidere potuit; deinde adverſum fulciendum *Pro* ſubſtitui.

Iam dudum amat te: Ex o. l. s. ita collocа, *jamdudum te amat.* verſum autem ſuſtenta, non faciendo collisionem. FAERNUS. 58

Recte hoc: cóllisio non fit, quia in Ictu eſt *Te*, & prima ſyllaba Anapaeſti. Omnes noſtri in hac lectione conſentiunt.

Metuet ſemper quem ipſa nunc capit. Liber Bembinus & aliqui alii, *metuit.* utrumque ſtare poteſt. FAERNUS. 59

Noſtri omnes *Metuet.* Utrumvis ſe ſatis probat; tamen *Metuit* malo; quia jam diu locum in Textu obtinuit.

Idem hoc tute melius quanto inveniſſes, Thraſo! 63
Si *Idem* eſt, quomodo *melius?* Repono,

Idem hoc aut melius tute inveniſſes, Thraſo.

And. IV, 1, 57.

Parum ſuccedit quod ago: at facio ſedulo:
Vel melius *tute* reperi, *me miſſum face.*

Phor. I, 4, 50.

Nunc ipſaſt opus ea aut, *ſiquid poteſt,*
Meliore & *callidiore.*

Digitized by Google

ACTUS III. SCAENA II.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATHO. PYTHIAS ancilla.

TH. *AUDĪRE uocem uíſa ſum modo mílitis.*
Atque éccum. ſalue, mí Thraſo. T. *o Thaís mea,*
Meum ſuáuium, quid ágitur? ecquid nós amas
De fídicina iſtac? P. *quám uenuſte: quód dedit*
Princípium aduéniens. TH. *plúrimum meritó tuo.*
G. *Eámus ergo ad cénam: quid ſtas?* P. *hem álterum:*
Abdómini hunc natum dícas. T. *ubi uis, nón moror.*
P. *Adíbo, atque adſimulábo quaſi nunc éxeam.*
Itúran, Thais, quópiam es? TH. *ehem, Pármeno,*
Bene féciſti: hodie itúra. P. *quo?* TH. *quid, hunc nón uides?*
P. *Uideo, ét me taedet. úbi uis dona adſúnt tibi*
A Phaédria. THR. *quid ſtámus? cur non ímus hinc?*
P. *Quaeſo hércle ut liceat, páce quod fiát tua,*
Dare húic quae uolumus, cónuenire et cónloqui.
THR. *Perpúlchra credo dóna, aut noſtris ſímilia.*
P. *Res índicabit. heús iubete iſtós foras*

7 *Ex homine hunc natum dicas.* Quicquid hoc ſit, ſine dubio oprobrii loco eſt; *Dicas Gnathonem ex homine natum eſſe.* Quo homine? Thraſone ſcilicet: ita ſunt ſtultitia pares. Sic explicant, qui ſimplicius agunt: nam plerique caute & verſute, quaſi ſcopulum, hunc locum praetereunt. Ergo Gnatho, provecta ſatis aetate, quippe qui patria bona jam abligurrierat, dicatur natus eſſe ex Thraſone juvene? Si hoc placet & fautores invenit; omnia protinus ſint alba. Parmeno inducitur, ut homo *callidus & diſertus*, & a principio ad finem uſque eas partes tutatur: Cum miles beneficium ſuum amicae oggerit & quaſi exprobrat; caſtigat hoc Parmeno, *Quod dedit principium adveniens?* Cum edax Paraſitus, ventri deditus, ejuſque ſolius memor, ex illo principium det, *Eamus ergo ad caenam: quid ſtas:* nihilne Parmeno appoſite & πρὸς τὴν χαρίεσσαν? nihil, niſi id frigidum. Qualis herus, talis ſervus: Qualis rex & praebitor, talis paraſitus? Immo, vel Terentii cauſa, melius quid ſuggeremus:

GN. *Eamus ergo ad cenam: quid ſtas?*
PA. *hem alterum:*
Abdomini hunc natum dicas.

Recte de Paraſito, qui de ventre ſolo cogitaret. Cicero in Piſonem c. 17. *Ille gurges atque heluo; natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriae.* Trebellius Gallieno c. 16. *Natus abdomini & voluptatibus, dies ac noctes vino & ſtupris perdidit orbem terrarum.* Ceterum, cum *Hunc* & *Hanc* paſſim corripiant Comici, inde factum ut qui per ſe Creticus eſſet *domini*; addito *Hunc, domini hunc*, dactylus fiat; & additione plurium conſonantium brevior evadat: ut v. mox decimo, *Quo? quid hunc* pro dactylo eſt. Vel potius *Abdomini* pronuntiatur, quaſi eſſet *Abdomni*, ut Hec. III, 1, 1: *Nemini* quaſi *Nemni*.

10 *Quid hunc vides?* Legitur in o. l. s. & apud Donatum, *quid, hunc non vides?* itaque & Robertus Stephanus impreſſit. ſtat autem verſus eliſo *d* ex *quid*. FAERNUS.

Benefeciſti hodie itura. Omnes omnino noſtri cum Edd. vett. *Bene pol feciſti.* Fieri poteſt, ut vetuſte dederit noſter.

Bene pol fecſti, hodie itura.

ut

Exíre, quos iuſſi, ócius. procéde tu huc.
Ex Aéthiopia eſt úſque haec. T. *hic ſunt trés minae.*
G. *Uix.* P. *úbi tu es, Dore? accéde huc. hem eunuchúm tibi,*
Quam líberali fácie? quam aetate íntegra?
TH. *Ita mé di ament, honéſtus eſt.* P. *quid tu aís, Gnatho?*
Numquíd habes quod contémnas? quid tu autém, Thraſo?
Tacént: ſatis laudant. fác periclum in líteris,
Fac ín palaeſtra, in múſicis: quae líberum
Scire aéquom eſt adulescéntem, ſollertém dabo.
T. *Ego íllum eunuchum, ſi ópus ſiet, uel ſóbrius.*
P. *Atque háec qui miſit, nón ſibi ſoli póſtulat*
Te úiuere, et ſua caúſa excludi céteros;
Neque púgnas narrat, néque cicatrícés ſuas
Oſténtat; neque tibi óbſtat, quod quidám facit:
Uerum úbi moleſtum nón erit, ubi tú uoles,
Ubi témpus tibi erit, ſát habet, tum ſi récipitur.
T. *Appáret ſeruum hunc éſſe domini paúperis*
Miſeríque. G. *nam hercle némo poſſet, ſát ſcio,*
Qui habéret qui paráret alium, hunc pérpeti.
PA. *Tace tú: quem ego infra eſſe ínfimos omnís puto*
Hominés: nam qui huic adſéntari animum indúxeris,

ut *Duxti, dixti, ſcripſti, diſceſti, emunxti, extinxi, geſti, amiſti, occluſti & alia*, Plautus & Noſter; quin & partim Virgilius atque Horatius. *Hunc non vides*, Noſtri univerſi.

15 *Haud noſtris ſimilia. Aut*, melius mihi videtur, ut perſeveret eironia per particulam disjunctivam. FAERNUS.

Perpulchra, credo, dona, aut noſtris ſimilia. Ita recte dedit Faernus; dum ejus, credo, Codices, ut noſtri omnes, haberent *Haut*; & plauſores ſibi multos repperit. Viro. tamen docto frigidum videtur *Aut*, & a magiſtro ſuo deſciſcens in textum adſcivit *Haut*. Atqui ſua Thraſo dona pulchra eſſe arbitratus eſt: hoc certum. Ergo ex iſta ſententia ſic locutus eſt miles:

Perpulchra credo dona, haut pulchris ſimilia. Satine placet? Nonne hoc percepiſſe, Si ab Ironia incipiat ſententia, in eadem neceſſe eſſe ut deſinat? Atqui Codices, ait, & Priſcianus p. 983. *Haut*. Ita eſt, & id norat Faernus: ſed fragmenta ejuſmodi mendoſiſſime feruntur, praeterquam in illo verbo, cujus gratia citantur. In iſto Priſciani loco ut *Haut* pro *Aut*, ita *Munera* pro *Dona* etiam in ſcriptis exemplaribus. Num ſic quoque hic legemus? At alibi p. 1041. eundem locum laudans *Dona* habet; & ibi duo Codices Collegii Caienſis *Aut* plane, non *Haut*.

Si ſit opus vel ſobrius. Liber Bembinus, 26
ſi opus ſit; ſed hic non fiet ſynaloepha: quam licentiam vitaremus, ſi legerenius, *ſi opus ſiet*, ut omnes alii l. s. & Donatus. FAERNUS. Ita & Noſtri. Mox pro *Sat habet ſi tum recipitur* dedit Auctor, *Sat habet tum ſi recipitur.*

Quem ego eſſe puto infra omnes infimos. 36
Hic quoque magna facta eſt tranſpoſitio, contra omnium librorum fidem ſic habentium, *quem ego eſſe infra infimos omnis puto.* & Donati quoque, niſi quod habet, *infra eſſe.* FAERNUS. Et noſtri etiam *Eſſe infra*; ſed Donati lectio *Infra eſſe* veriſſima eſt, ut *Infra* ſub Ictum veniat: Etſi Priſcianus p. 992. *Eſſe infra*, etiam MStus.

Nam qui huic animum adſentari induxeris. 37

E flámma petere té cibum poſſe árbitror.
T. *Iamne ímus?* TH. *hos prius introducam, et quáe uolo*
Simul ímperabo: póſtea continuo éxeo.
T. *Ego hinc ábeo. tu iſtanc ópperire.* P. *haut cónuenit*
Una íre cum amica ímperatorem ín uia.
T. *Quid tíbi ego multa dícam? domini ſímia es.*
G. *Ha ha háe.* T. *quid rides?* G. *iſtud quod dixtí modo:*
Et illúd de Rhodio dictum in mentem cúm uenit.
Set Tháis exit. T. *ábi prae: cura ut ſint domi*
Paráta. G. *fiat.* TH. *díligenter, Pythias,*
Fac cúres, ſi forte húc Chremes aduénerit,
Ut óres, primum ut rédeat: ſi id non cómmodumſt,
Ut máneat: ſi id non póterit, ad me addúcito.
PY. *Ita fáciam.* TH. *quid? quid álind uolui dícere?*
Ehem cúrate iſtam díligenter uírginem:
Domi ut ſítis, facite. T. *eámus.* TH. *uos me ſéquimini.*

In hac lectione *Animum* in Theſi totum occultatur. Lege cum duobus ex noſtris & Edd. vett.

Homines: nam qui huic adſentari animum induxeris.

38 *E flamma te petere cibum poſſe arbitror.* Victorianus liber & alii plerique, ac Donatus, *E flamma petere te cibum p. a.* qui melior eſt numerus. FAERNUS. Recte: etſi ex Noſtris tres tantum ſic habeant.

40 *Poſtea continuo exeo.* Liber Bembinus, *poſt.* ſed & Donatus ita etiam legi affirmat. ſuſtentatur autem verſus non faciendo ſynaloephan in *continuo exeo.* FAERNUS.

Donatus & *Poſtea* & *Poſt* legi dicit: prius recte habent noſtri codices. In *Continuo* non poteſt non fieri ſynaloepha.

41 *Ego hinc abeo, tu iſtanc opperire.* O. l. s. *iſtanc*; ſed ut verſus ſtet, prima hujus verſus ſyllaba praecedenti attribuetur, vel ab eo in pyrrichium contrahetur. FAERNUS.

Tres ex Noſtris *Iſtanc. Hinc* & ſimilia in verſus initio corripi, frequentiſſimum.

42 *Una ire amica cum imperatorem in via.* *Cum amica* lege ex Donato, & o. l. s. nec verſui timendum, ſi in *cum* non fiat eliſio. ſane liber Bembinus habet *in viam.* FAERNUS. Noſtri omnes cum Edd. vett. *Cum amica: Cum* in Ictu non eliditur.

Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es. 43 Magnum vero opprobrium! quaſi non laudandum optandumque ſit in famulo, ut domino ſimilis ſit, ſervus libero & ingenuo. Priſcianus tamen clare agnoſcit *ſimilis*, p. 1125, & 1192. Non fatuum, opinor, dictum Thraſoni daret Poëta, ſed militare potius & inurbanum. Scripſit fortaſſe, Terentius:

Quid tibi ego multa dicam? domini culcita es. Plane ut apud Plautum *Heri culcitella.* Moſt. IV, 2, 36. *Novit herus me.* TH. *ſuam quidem pol ipſe culcitellam oportet.* Sic Dolabella, apud Sueton. Caeſ. 49. *Spondam* cum *interiorem regiae lecticae* appellabat. Atque inde eſt, quod hoc audito Gnatho cachinnum tollit, atque hoc *modo dictum* & illud prius *de Rhodio* una jungit, ut in eodem genere falſa & faceta. Sed aliud ſuccurrit caſtius honeſtiuſque, & receptae lectioni propius; *Domini ſimia es.* Hoc eſt, Domini es imitator & adulator; utrumque enim notat Πιθηκίζειν. Plinius Epiſt. I, 5. *Adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam* Stoicorum ſimiam *appellat.* Praeterea facie turpi es, quali eſt ſimia. Plaut. Moſt. IV, 2, 4.

Vide ut faſtidit ſimia.

Et illud de Rhodio dictum in mentem venit. 45 Liber

ACTUS III. SCAENA III.

CHREMES. PYTHIAS ancilla.

CH. *PROFE'CTO quanto mágis magísque cógito,*
Nimírum dabit haec Tháis mihi magnúm malum:
Ita me áb ea aſtute uídeo labefactárier,
Iam túm cum primum iúſſit me ad ſe adcérſier.
Rogét quis, quid tibi cúm ea; ne norám quidem.
Ubi uéni, cauſam, ut íbi manerem, répperit:
Ait rém diuinam féciſſe, et rem ſériam
Uelle ágere mecum. iám erat tum ſuſpício,
Doló malo haec fieri ómnia. ipſa accúmbere
Mecúm; mihi ſeſe dáre: ſermonem quaérere.
Ubi fríget, huc euáſit, quam pridém pater
Mi et máter mortui éſſent. dico, iám diu.
Rus Súnio ecquod hábeam, et quam longe á mari.

Liber Bembinus & Victorianus poſt vocem *dictum*, habet adverbium *cum*. & ſubaudiendum eſt, rideo: nec verſus repugnat. FAERNUS.

Lege ergo, *Dictum in mentem cum venit*; non ut Faernus in textu, *Dictum cum in mentem venit*. Noſtri omnino neſciunt illud *Cum*.

46 *Ut ſint domi parata omnia.* Vox *omnia*, nec in ullo l. s. legitur, nec in Donato: ſine qua dictione verſus optime ſtat. FAERNUS.

Abi, praecurre, ut ſint domi Parata

Diſtingue & lege,

Abi prae: cura ut ſint domi Parata.

Cura Palmerii correctio eſt, & quidem egregia. Adel. II, 1, 13.

Abi prae ſtrenue, ac forem aperi.

Omnia nuſquam comparet in libris noſtris.

48 *Si Chremes huc forte advenerit.* Liber Bembinus *hoc*, pro *huc*, ut Virgilius: *Hoc tunc ignipotens*, pro *huc*. FAERNUS. Melius duo Noſtri cum Edd. vett. & Donato.

Fac cures: ſi forte huc Chremes advenerit.

49 *Ut eres, primum ut manent: ſi id non commodumſt,*
Ut redeat: ſi id non poterit, ad me adducito.

Sic codices ubique omnes. Sed inverſo ordine repone: *Primum ut* redeat, *ſi id non commodumſt, ut* maneat. Id Pythias ipſa tibi approbabit Scena ſequente:

Thais mecum
Te orabat opere, ut cras redires.

(Hic, primum *Redeas* habes) *Non poſſum, inquam: At tu aput nos hic mane* (en tibi, *Ut maneas.*) Poſtremo,

Amabo ut illuc tranſeas, ubi illaſt.

Domi adſitis facite. Lege, *Domi ut ſitis, facite.* V, 2, 2. *Domi erant.* And. IV, 2, 3. *Domi ero.* 53

Ita me uideo ab ea aſtute labefactarier. 8

Quinque modis ordo horum verborum in codicibus variatur: qui omnes metro ſatisfaciunt, ſi ad digitos exigas. Sed qui auri plus placet hic eſt, qui & codicum eſt plurium.

Ita me ab ea aſtute video labefactarier.

Roget quis, quid tibi cum illa; ne noram quidem. 5

Omnes noſtri, uno dempto, *cum ea*. Anapaeſtus eſt, abſque ſynaloepha.

Jam tum erat ſuſpicio. Erige hoc per accentus: *Jám erat tum ſuſpicio.* 8

Rus Sunii ecquod habeam. Libri antiqui fere omnes, *& quod haberem*: quod magis conſequens & praecedentibus, & ſequentibus verbis eſt. FAERNUS. 13

Atqui illud *Haberem* a Correctoribus eſt:

Credo eí placere hoc, ſpérat ſe a me auéllere.
Poſtrémo, ecqua inde párua periiſſét ſoror;
Ecquís cum ea una; ecquíd habuiſſet cúm perît,
Ecquís eam poſſet nóſcere. haec cur quaéritet?
Niſi ſi ílla forte, quae ólim periit páruola,
Eam ſéſe intendit éſſe, ut eſt audácia.
Uerum éa ſi uiuit, ánnos nataſt ſédecim:
Non máior: Thais, quám ego ſum, maiúſculaſt.
Miſít porro orare, út uenirem, ſério.
Aut dícat quid uolt, aút moleſta né ſiet.
Non hércle ueniam tértio. heus heus, écquis hic?
Ego ſúm Chremes. PY. *o cápitulum lepidíſſimum.*
CH. *Dico égo mi inſidias fíeri?* PY. *Thais máxumo*
Te orábat opere, ut crás redires. CH. *rús eo.*
PY. *Fac amábo.* CH. *non poſſum, ínquam.* PY. *at tu aput nos híc mane,*
Dum rédeat ipſa. CH. *níl minus.* PY. *cur mí Chremes?*
CH. *Malám rem hinc ibis?* PY. *ſi íſtuc ita certúmſt tibi,*

Noſtri univerſi *Habeam*; & recte. Illa ſane tempore praeterito, quia abierant, perierant, nuſquam erant: Hoc vero praeſenti, *Habeam*, quia & rus & dominus adhuc ſuperſunt. Porro *Sunio*, non *Sunii*; non enim oppidum hic ſed regionem notat.

16 *Quid habuiſſet.* Lege, ut cetera, *Ecquid habuiſſet.*

18 *Niſi illa forte.* Liber Bembinus, *niſi ſi illa forte.* FAERNUS. Sic & noſtri fere omnes.

19 *Soror: hanc ſe intendit eſſe, ut eſt audacia.* Eugraphius hunc verſum ſic citat,
Eam ſeſe intendit eſſe, ut eſt audacia.
Egregie: & dele *Soror*, quod tertio abhinc verſu jam venerat, & putide hic repetitur.

21 *Ego quam ſum maiuſcula eſt.* O. l. s. *quam ego ſum.* & ſuſtentatur verſus, non facta colliſione in *quam ego.* FAERNUS.
Ita noſtri quoque univerſi; & Priſc. p. 609. *id eſt, parvo major quam ego.*

23 *Aut dicat quod volt.* Quattuor noſtri cum Edd. vett. *quid volt.* Recte. And. II, 6, 18. *Quin dic quid eſt.* Si *Quod*, tum praecedere debet *Quid.* And. I, 1, 18.
Quin tu mihi uno verbo, dic quid eſt quod me velis.

Heus heus. PY. *hic quid eſt?* CH. *ego ſum Chremes.* Apparet Donatum omnia haec uni Chremetis perſonae attribuere: praeterea o. l. s, recentes habent, *quis hic eſt?* vetuſti vero & Donatus, *ecquis hic eſt?* in Bembino tamen adjectum fuit alia manu verbum, *eſt:* quo nos propter verſum detracto, eam lectionem tenemus. FAERNUS. 24
Recte haec omnia. Plaut. Amphit. IV, 1, 12. & Bacc. IV, 1, 10.
Heus ecquis hic eſt? ecquis hoc aperit oſtium?

At apud nos hic mane. O. l. s. poſt *at*, habent pronomen *tu.* verſus autem ſtat ſi ex *apud*, *d* elidas. FAERNUS. Sic noſtri omnes. 28

Malam rem hinc ibis. Liber Bembinus & omnes fere libri recentes, *hinc abis.* ita & Donatus, niſi quod non habet vocem *hinc.* ſuſtentatur verſus non faciendo colliſionem. FAERNUS. 30
Malam rem hinc abis. Sic dedit Faernus; dum codici Bembino in ſervitutem ſe addicit. Noſtri plerique omnes *Ibis:* nec aliter verſus ſuſtentatur.

Deduce. Noſtri omnes cum Edd. vett. *Deduc.* ut alibi *Abdue.* 32

Coimus

Amábo, ut illuc tránſeas ubi illáſt. CH. *eo.*
PY. *Abi, Dórias, cito húnc deduc ad mílitem.*

ACTUS III. SCAENA IV.

ANTIPHO aduleſcens.

A. *HERI áliquot aduleſcéntuli coiimus in Piraéo,*
In húnc diem ut de ſymbolis eſſémus. Chaeream eí rei
Praefécimus: dati ánuli: locus, témpus conſtitútumſt.
Praetériit tempus, quo ín loco dictúmſt, parati níhil eſt.
Homo ípſe nuſquamſt: néque ſcio quid dícam, aut quid coniéctem.
Nunc mi hóc negoti céteri dedére, ut illum quaéram.
Idque ádeo uiſam, ſí domiſt. ſet quiſnam a Thaide éxit?
Is éſt, an non eſt? ipſus eſt. quid hoc hóminis? quid hoc ornátiſt?
Quid illúd mali eſt? nequeó ſatis mirári neque coniícere.
Niſi quícquid eſt, procul hínc lubet prius quíd ſit ſciſcitári.

1 *Coimus in Piraeo.* Tres ex noſtris meliores *Coiimus*, ut III, 5, 45. *Iit, lavit, rediit.* Omnes autem *Piraeo*, non ut nunc legitur apud Cic. ad Att. VII, 3. *Piraeum.* Recte: non enim ex urbe in Piraeum, ſed in Piraeo ubi cuſtodes erant publice (II, 2, 59.) *Coierunt, convenerunt, conſenſerunt, pepigerunt.*

6 *Dedere illum ut quaeram.* O. l. s. numero meliore ſic habent, *dedere ut illum quaeram.* FAERNUS. Sic noſtri omnes & Edd. vett.

7 *Idque adeo viſam, ſi domiſt.* Sic dedit Faernus; ſed nihil ad locum annotavit: Noſtri omnes cum Edd. vett. *Ibo ad eum*; quod in contextum recepit vir eruditus, *Idque adeo* ejecto. Temere factum; & nolim imitari. Codex enim Bembinus, ipſo Bembo teſte, *Idque adeo.* Equidem, ſi *Ibo ad eum* adſciſcerem, poſt *Ibo* ſubdiſtinguerem, hoc modo:

Ibo, ad eum viſam ſi domi eſt.

ut Hec. I. 2, 114. *Iit viſere ad eam.* II, 1, 40. *Viſentem ad eam.* III, 2, 4. *Nunc ad eam viſam.* Plaut. Menaec. I, 1, 32. *Nunc ad eum inviſo.* Bacch. III, 5, 4.

Ibo & viſam huc ad eum, ſi forte eſt domi. Certe, ſi *ibo ad eum*, & mox, *viſam ſi domi eſt* dicas; bis idem dixeris, ut ex Phormione patet, V, 8, 5.

PH. *Demiphonem*, ſi domi eſt,
Viſam, *ut quod* DE. *At nos* ad te ibamus,
Phormio.

Idque adeo viſam, perinde ac *Itaque adeo*, ſatis ſe vetuſtate ſua & elegantia commendat: Phorm. V, 8, 13.

Idque *ad vos venio nuntiatum, Demipho,*
Paratum me eſſe. Heaut. I, 1, 122.
Ibo adeo *hinc intro*: ſet *quid crepuerunt fores?*

Ubi illud *Set* in memoriam mihi redigit, alterum quoque hujus verſus colon mendoſe ferri:

Idque adeo viſam ſi domiſt: quiſnam hinc ab
Thaide exit.

Omnes noſtri cum vett. Edd. *Set quiſnam*: ſyllaba ſupervacua. Faernus *Set* ejecit: ego cum codice in Bibliotheca publica *Hinc* ejicio: *Set* enim huic loco aptiſſimum. Vide ad And. IV, 1, 59.

Quid hoc hominis? qui hic ornatuſt. Aliquot ex noſtris, *Quid hoc ornatiſt?* Recte, ut ſupra II, 2, 6. *Quid iſtuc, inquam, ornatiſt?* Ubi recte Donatus: 'Scire nos convenit, 'cum recto caſu profertur interrogatio, non 'eſſe contumelioſum, ut ſi dicas *Quis hic* 'homo eſt? Si autem in obliquo contemptum 'ſignificari, ut *Quid hoc eſt hominis? Quid* 'mulieris? *Quid ornatiſt?* 8

ACTUS III. SCAENA V.

CHAEREA. ANTIPHO.

CH. *NU' MQUIS hic eſt? némo eſt. numquis hínc me ſequitur? némo homoſt.*
Iámne rumpere hóc mihi licet? pró ſupreme Iúppiter!
Nunc éſt profecto intérfici, cum pérpeti me póſſum,
Ne hoc gaúdium contáminet uita aégritudine áliqua.
Sed néminemne cúrioſum intéruenire núnc mihi,
Qui mé ſequatur quóquo eam; rogitándo obtundat, énicet:

2 *Jamne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Juppiter.* Nota *Hoc gaudium*; & mox verſu hinc altero, *Ne hoc gaudium.* Placetne tam frigida repetitio, tam balba linguae infantia? Repono,

Jamne rumpere hoc mihi licet? Pro ſupreme Juppiter!

Hoc ſecretum, quod premo. Adelph. II, 1, 42. *Pro ſupreme Juppiter! Minime miror.* Plaut. Paen. V, 3, 3.

Nam quem ego adſpicio? Pro ſupreme Juppiter!

Sic, *Juppiter ſupreme, ſerva.* Capt. 4, 1, 1. V, 2, 23. Menaec. V, 9, 55. Ceterum Nonius v. Rumpere. Sic locum hunc legit,

Jamne rumpere hoc mihi licet gaudium?

Ita tam editus, quam ſcriptus manu veterrima. Atque ſic recte explicat, *Rumpere, retentum proferre, diu tacita dicere.* Sic Virgilius *Rumpere ſilentia, voces, quaeſtus.* Porro *Mihi licet* etiam Bembinus, teſte Bembo; & Codex C. C. & ex Meadianis alter. Praeſtat certe, ut *Mihi* ſit in Arſi. Cum autem inter lineas ſuper *Hoc* ſcripſiſſet aliquis *Gaudium*; id poſtea in Textum receperunt, & deinde ejecerunt *ſupreme*: idem factum II, 11, 36. *ante oſtium*; quod ſuperne adſcriptum eſt *Thaidis*, ejecit genuinum illud *Opperiri*. Hoc ſaepenumero eveniſſe norunt eruditi.

5 *Sed neminemne curioſum.* Teſtatum relinquimus ita eſſe in libro Bembino: ne quis unquam revocet in dubium. FAERNUS. Sic & G. Fabricii codex, & ex noſtris vetuſtiſſimus: ceteri male, *Neminem hic cur.*

6 *Qui me ſequatur quoquo eam; rogitando obtundat, enicet:* Illud *Quoquo eam* ex Bembino codice eſt, Bembo teſte; & ex Eugraphio. Noſtri *Quique jam*; ſed veterrimus, paulo propius *Quoque eam.* Hoc ſcilicet voluit, *Rogitandoque quo eam:* ſed minus recte, quia mox idem recurreret, *Quo pergam.*

10 *Quidve ſibi hic veſtitus quaerit.* Disjunctionem aliqui libri nullam habent, aliqui vero hoc modo, *aut quid ſibi.* in nullo eſt, *quidve:* ut in impreſſis. FAERNUS. Etiam noſtri plerique disjunctione *Ve* vel *Aut* carent; neque aliter ſtat verſus.

11 *Quid eſt quod laetus ſis.* Lege, *Quid eſt quod laetus es?* ut verſu ſuperiore, *Quid eſt quod ſic geſtis?*

12 *Quid taces? O feſtus dies hominis: amice ſalve.* Quid cum hoc verſu faciemus? ex fine conſtat Tetrametrum eſſe Catalecticum: ſed initio claudicat illud *Taces.* Donatus: *Quid me adſpectas? quid taces? His duabus interrogationculis deſcripſit vultum dicturi.* Quicumque hoc annotavit, profecto non legebat *Taces.* Quomodo enim *Quid taces* deſcribit vultum locuturi? Sed & aliud hic majus eſt, *Feſtus dies hominis!* quam magno emerim hodie, ut ſenſum aliquem hinc aliquis extundat? Donatus: *Feſtus dies hominis pro Homo feſti diei.* Quanto melius fuerat tacuiſſe, quam hoc dixiſſe? Bene igitur Eugraphius, *Quid eſt,* inquit, *Feſtus dies hominis?* Ignorantiam hic ſuam candide profitetur. Vide an ego veterrimam & teterrimam labem feliciter hinc ſuſtulerim;

Quid dices? o feſtus dies! o meus amicus! ſalve.

Feſtus dies eſt blandientis dictum; & in his formulis nominativo utebantur, aeque ac vocativo. Plautus Caſ. I, 1, 49.

Cum mi illa dicet, mi animule, mi Olympio:
Sine amabo tete amari, meus feſtus dies,

Meus

Quid géstiam, aut quid laétus sim, quo pérgam, unde emergam, úbi siem
Uestítum hunc nactus, quíd mihi quaeram, sánus sim anne insániam?
A. *Adíbo, atque ab eo grátiam hanc, quam uídeo uelle, iníbo.*
Chaérea, quid est quód sic gestis? quíd sibi hic uestítus quaerit?
Quíd est, quod laetus és? quid tibi uis? sátine sanu's? quíd me adspectas?
Quid díces? CH. *o festús dies! o méus amicus! sálue:*
Nemo ómniumst, quem ego núnc magis uidére cuperem, quám te.
A. *Narra ístuc quaeso quíd sit.* CH. *immo ego te óbsecro hercle ut aúdias.*
Nostíne hanc, quam amat fráter? A. *noui; némpe, opinor, Thaídem.*
CH. *Istam ípsam.* A. *sic commémineram.* CH. *hodie quaédam est ei donó data*

Meus pullus passer, *mea columba, mi lepus.* Asin. III, 3, 74.

Da, meus ocellus, *mea rosa, mi animule, mea voluptas.*

O meus degeneravit in *eminis* sive *hominis.* Jam vero *Amicus* ultimam hic corripere, ejecto (ut passim in Lucretio) *s*, vix dignum est quod admoneatur. Ceterum vir eruditus memorabile hic facinus fecit, verba, ut versui consuleret, sic in ipso textu trajiciens;

Quid est quod laetus sis? quid tibi vis? quid me adspectas? quid taces?
Satin' sanus? O festus dies hominis: amice salve:

nescius interea, se ordine sic immutato sententiam totam corrumpere: Primo enim omnia, quae Chaerea se rogari volebat, *Quid mihi quaeram? sanus sim anne insaniam?* interroganda erant: quae rite & ordine exequitur Antipho, *Quid tibi vis? satine sanu's:* postea de suo rogat, *Quid me adspectas? Quid dices?* Minime igitur miscenda erant haec. nec ὄνου κέρατα confundenda.

13 *Nemo est quem ego magis nunc cuperem.* Post vocem *est*, aliqui l. s. & Donatus habent, *omnium*; sed multo plures, *hominum:* quod & versui magis servit, & Terentianum est, ut infra, *Nemo'st hominum qui vivat minus.* collocatio vero verborum haec in omnibus est, *quem ego nunc magis cuperem.* sane in libro Bembino & compluribus aliis scriptis, hic versus & duo praecedentes ita ordinantur:

Quid est quod laetus sis? quid tibi vis? satin' sanus? quid me aspectas?
Quid taces? o festus dies hominis. amice salve.
Nemo est hominum quem ego nunc magis cuperem videre quam te.

Sunt autem Iambici tetrametri catalectici; si tamen, *quid*, in primo elidatur, in secundo per dialysin in duas syllabas distractum, sit pyrrichius. ita ut *d*, elisо, haec dictio, & prima syllaba insequentis, faciat tribrachum in prima sede. FAERNUS.

Nemost hominúm, quem ego nunc magis cuperém videre quam te.

Videsne accentus in finales syllabas indecore cadere, *Heminúm, Cuperém.* Praeter Donatum septem ex nostris Codices *Nemost omnium*; unde sic versum constituo:

Nemo ómniumst, quem ego nunc magis videre cúperem quam te.

Nam quod vir doctus hic malit *Hominum*; quia infra habemus IV, 6, 19.

Egon formidulosus? nemost hominum qui vivat, minus:

quantum interesset, parum animadvertit. *Nemo hominum, nemo usquam gentium, minus quam ego formidulosus.* Hoc recte: quia Timiditas & Audacia per omne genus humanum pertranseunt. Cum vero dicas, *Quem magis cuperem videre, nemo est*; tum *Omnium* dixeris: Amicorum scilicet & Notorum; non *Hominum* universim. Quid enim? an Colcho aut Assyrio cuperes rem tuam narrare? And. V, 5, 6.

Sed quem ego mihi potissimum optem, cui nunc haec narrem, dari?
Davum video: nemost, *quem mallem,* omnium.

Quid fiet. Vett. Edd. & codex ex nostris unus, *Quid sit.* Recte. 14

Nostin hanc. Lege *Nostine hanc.* Vide supra II, 3, 36. *Nostin* secundam corripit. 15

Sic commemineram. Quaedam hodie est ei dono data. Codices omnes nostri & Edd. Vett., melioribus numeris: *Hodie quaedam est ei dono data.* Sensit hoc & vir eruditus. 16

Virg.

Digitized by Google

Virgo: éius quid ego tíbi nunc faciem praédicem aut laudem, 'Antipho:
Cum me ípse noris quam élegans formárum ſpectatór ſiem?
In hác commotus ſum. A. *aín tu?* CH. *primam díces, ſcio, ſi uíderis.*
Quid múlta uerba? amáre coepi. fórte fortuná domi
Erat quídam eunuchus, quém mercatus fráter fuerat Thaídi:
Neque ís deductus étiam tum ad eam. ſúmmonuit me Pármeno
Ibi ſéruus, quod ego arrípui. A. *quid id eſt?* CH. *tácitus citius aúdies;*
Ut uéſtem cum illo mútem, et pro illo iúbeam me illoc dúcier.
A. *Pro eunúchon?* CH. *ſic eſt.* A. *quíd ut ex ea re tándem caperes cómmodi?*
CH. *Rogás? uiderem, audírem, eſſem una quícum cupiebam, 'Antipho.*
Num párua cauſa, aut práua ratioſt? tráditus ſum múlieri.
Illa ílico ubi me accépit, laeta uéro ad ſe abducit domum:
Conméndat uirginém. A. *cui? tibine?* CH. *míhi.* A. *ſatis tutó tamen.*
CH. *Edícit ne uir quíſquam ad eam adeat: ét mi ne abſcedam, ímperat.*

17 *Virgo. quid ego ejus.* MSti noſtri, praeter unum omnes *Quid ejus:* Utrobique *Quid* in Theſi latitat. Lego, *Virgo: ejus quid ego.*

18 *Cum ipſum me noris.* Noſtri omnes cum Edd. Vett. *Cum me ipſum noris.* Scripſit auctor, *Cum me ipſe noris.*

21 *Quem mercatus fuerat frater Thaidi.* Ex noſtris plures atque ii meliores,
Quem mercatus frater fuerat Thaidi.
Magis ex more Terentii, quem adoleſcentes notabunt.

22 *Neque is deductus etiam tum ad eam.* Liber Bembinus, *etiamdum.* FAERNUS.
Sic ex codice Bembino dedit Faernus. Non accedo quippe *Etiamdum* de re praeſenti dicitur, de praeterita *Etiam tum.* Plaut. Pſeud. IV, 2, 2.
Nam nil etiamdum harpagavit, praeter cyathum & cantharum.
Rud. V. 3, 25. [*annos natus.*
Ni etiamdum haut ſiem Quinque & viginti
At noſter Hec. I, 2, 70.
Narratque ut virgo abſe integra etiam tum ſiet.

24 *Et pro illo jubeam me ducier.* Omnes praeter Bembinum, libri ſcripti, & Donatus, *me illoc deducier,* quod & verſui quadrat. FAERNUS.
Immo verſui non quadrat: etſi, ut ad digitos ſic ſatis quadraret, ſuſpicio eſt illud *Cum eo* a Faerno interpolatum. Omnes etiam noſtri & vett. *Cum illo.* Recte, & lege *Ducier.*

Quid ex ea re tandem ut caperes commodi? A vett. Edd. & novem ex codicibus noſtris abeſt *Ut:* ergo aliam ſedem olim habuit,
Quid ut ex ea re tandem caperes commodi?

Quacum cupiebam. Lege *Quicum.* Vide Adel. IV, 7, 33. Phor. V, 1, 32.

Num parva cauſa aut parva ratioſt? Lege, ut recte olim Palmerius,
Num parva cauſa aut prava ratioſt?

Ibi inerat pictura haec. Vett. Edd. & ex noſtris libris octo, *Ubi inerat.* Quod melius.

Atque per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluvium fucum factum mulieri. Ex libro Bembino & Victoriano lego, *atque in alienas,* ut ſit ordo, & ſenſus, ad faciendum fucum mulieri per impluvium. verſus autem, qui eſt octonarius Iambicus, ſtat, ſi ex *per,* elidas *r,* ut ſaepe. FAERNUS.
Deum ſeſe in hominem convertiſſe, atque in alienas tegulas
Veniſſe clanculum per impluvium fucum factum mulieri.
Multa hic annotari poſſent. Ego quam breviſſime poſſum rem exequar. Notum eſt ex fabula ipſa, non in *Hominem* ſe convertiſſe Jovem, ſed in aurum: ut Horat. Carm. III, 16. *Converſo in pretium deo.* Et totum ineptum eſt, cum vel in caelo Juppiter humana ſecundum veteres fuerit forma. Scripſit opinor, auctor vel *Deum ſeſe in aurum,* vel *Deum ſe in*

Digitized by Google

In interiore párte ut maneam sólus cum sola: ádnuo
Terram íntuens modéste. A. *miser.* CH. *ego, ínquit, ad cenam híne eo:*
Abdúcit secum ancíllas: paucae, quaé circum illam essént, manent
Nouíciae, puéllae. continuo haéc adornant út lauet.
Adhórtor properent. dum ápparatur, uirgo in conclaui sedet
Suspéctans tabulam quándam pictam; ubi ínerat pictura háec, Iouem
Quo pácto Danaae mísisse aiunt quóndam in gremium imbrem aúreum.
Egomét quoque id spectáre coepi: et quía consimilem lúserat
Iam olim ille ludum, inpéndio magis ánimus gaudebát mihi;
Deum sése in pretium cónuertisse, et pér alienas tégulas
Uenísse clanculúm: per pluuiam fúcum factum múlieri.
At quém deum? qui témpla caeli súmma sonitu cóncutit.
Ego homúncio hoc non fécerim? ego uero íllud fecerim ác lubens.
Dum haec mécum reputo, adcérsitur lauátum interea uírgo:

in metallum, vel ut Flaccus, *in pretium*. Porro duo libri Faerni cum Donato, *Atque in alienas tegulas*: Noſtri vero *Et per alienas tegulas*. Omnino melius. Quid enim Impluvium? locus intra aedes cavus, a ſolo ad caelum uſque patulus, ut lucem admitteret, & aqua de tecto collecta in eum impluereț. Quale ergo eſt *In tegulas per impluvium?* Immo ſi quid ſuperne decidat, de tegulis in impluvium veniat neceſſe eſt: contra ſiquid ſurſum efferendum; per impluvium in tegulas. Gellius X, 15. *Vinctum hominem, ſi aedes flaminis dialis introierit, ſolvi neceſſum eſt: & vincula per impluvium in tegulas ſubduci, atque inde foras in viam demitti.* Si ergo vel *per* impluvium vel *in* impluvium ad ſolum uſque deciderit Juppiter; non propior fuerit Danaae cubiculo, quam ſi foris in via eſſet. Locum totum ſic conſtituo:

Deum ſeſe in pretium convertiſſe, & per alienas tegulas
Veniſſe clanculum: per pluviam fucum factum mulieri.

Per tegulas veniſſe pluviae ſpecie & forma. Scilicet cubiculum virginis perpluebat, & imber aureus per tegulas eo perfluebat: *per pluviam* igitur fucus ei factus eſt. Illud quoque in recepta lectione incommodi eſt; quod *impluvium* primam corripit: cum quater apud Plautum producat. Fallitur enim quidam, qui exemplo hoc tutari ſtudet ex Phor. IV, 4, 26.

Anguis per impluvium decidit de tegulis.

Quippe ibi legendum, *Anguis in impluvium:* quod & Guyetus vidit: Plaut. Amph. V, 1, 56.

Decidunt angues jubati deorſum in impluvium duo.

At quem deum, qui templa caeli ſumma ſonitu concutit. 42 Non muto. Lucretius enim VI, 386.

Quod ſi Juppiter atque alii fulgentia divi
Terrifico quatiunt ſonitu caeleſtia templa.

Tamen cum de Majeſtate Jovis hic agatur; *Quem deum*, qui ſummus deorum eſt; vide annon elegantius ſic dediſſet,

At quem deum, qui templa caeli ſumma nutu concutit?

Virgilius bis, de Jove: [

Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.

Homerus:

Η καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
μέγαν δ' ἐλέλιξεν ἄλυμπον.

Clarius, opinor, potentiam Jovis indicat; ſi *nutu* ſolo, quam ſi quantovis *ſtrepitu, crepitu, ſonitu, tonitru* caelum concutiat.

Ego homuncio hoc non facerem? ego illud vero ita feci ac lubens. 43 Illud *Feci* ineptum eſt, ut & T. Faber vidit. Nihil enim tum fecerat, ſed facturum ſe eſſe reputabat: quin & verſus claudicat, ſi *Feci* legis. Faber itaque, *Ita faciam*, vir eruditus *Ita fecerim:* neuter tamen alia hic menda ſubodoratus eſt. *Illud ita fecerim:* Quo quaeſo pertinet *Ita?* an, ut per tegulas defluereț Jovis exemplo? Nimirum, ubi primum *Feci* in textum irrepſit, *Ita* in verſus ſubſidium addiderunt; quod tamen a Petrenſi abeſt. Sex ex noſtris codices *Ego*

Digitized by Google

Iit, láuit, rediit; deínde eam in léctum íllae conlocárunt.
Sto exſpéctans, ſi quid mi ímperent. uenit ínea, heus tu, inquit, Dóre,
Cape hóc flabellum, et uéntulum huic ſic fácito, dum lauámur:
Ubi nós lauerimus, ſí uoles, lauáto. accipio tríſtis.
A. *Tum equidem íſtac os tuum ínpudens uidére uinctum uéllem,*
Qui eſſét ſtatus, flabéllulum tenére te aſinum tántum.
CH. *Uix élocutaſt hóc, foras ſimul ómnes prorúnt ſe;*
Abeúnt lauatum, pérſtrepunt; ita út fit, domini ubi ábſunt.
Intérea ſomnus uírginem obprimít. ego limis ſpécto
Sic pér flabellum clánculum: ſimul ália circumſpécto
Satine éxplorata ſint. uideo eſſe. péſſulum oſtio óbdo.

vero illud, non *Ego illud vero*. Repono:
Ego homuncio hoc non fecerim? ego vero illud fecerim ac lubens.
Miror equidem nec Fabrum nec virum doctum attendiſſe, tam *Facerem* quam *Feci* praeterita reſpicere, nec in conſultando & ſecum reputando locum habere.

45 *It, lavit, redit; deinde illam in lecto illae collocant.* O. l. s. & Donatus pro *illam, eam* habent: libri vero antiqui omnes fere, & cum iis Donatus, *conlocarunt*. Sunt & aliquot libri, inter quos Vaticanus, & duo alii antiqui, qui *in lectum* habent, & cum iis Donatus; Bembinus pro *lecto illae, lectulo*, habet. quo tamen modo non poteſt verſus procedere: qui admiſſa dictione *conlocarunt* Iambicus eſt tetrameter catalecticus cum Iambo in quarta ſede, ut ceteri; prima tamen ejus ſyllaba in praecedentem verſum rejecta. nos omnibus conſideratis neque *in lecto*, neque *in lectum*, ſed *in lectu*, antiqua declinatione legi poſſe arbitramur. teſte enim Priſciano, etiam hujus lectus, antiquiſſimi protulerunt. Cornificius in primo de Cenis deorum: *Ipſis vero Cereris memoriae novandae gratia lectus ſternuntur*. Plautus in Amphit. *Prius abis quam lectus, ubi cubuiſti, concaluit locus*. nos tamen legemus *in lectum*, ne ab antiqua lectione diſcedamus:
It, lavit, redit, deinde eam in lectum illae conlocarunt. FAERNUS.
Recte haec: niſi quod verſum male diſponat, notante etiam viro docto; *Virgo: it, Lavit, redit, deinde eam.*
Lege, ut noſtri qui vetuſtiores ſunt ſcribunt, *Iit*, una tamen ſyllaba:
Iit, lavit, rediit, deinde eam in lectum illae conlocarunt.

Et ventulum huic. Conjunctio *&* non eſt 47
in antiquis libris, Bembino & Victoriano; quae & majore gratia abeſt. FAERNUS.

Dum lavamur: Ita Donatus & iidemmet Ib.
antiqui libri. FAERNUS.

Immo retine *Et* cum noſtris omnibus & Edd. vett. Nulla certe gratia eſt bis in *Lum* verba contigua exire.

Quis eſſet ſtatus, flabellum tenere te aſinum 50
tantum. Hic verſus nulla ratione ſtare poteſt, niſi legas *flabellulum*. ſane liber Bembinus & Baſilicanus habent, *qui eſſet*. FAERNUS.
Flabellum. Sic dedit Faernus, credo, typographi incuria: etſi codices Noſtri, *Flabellum*. Guyetus in Scripto invenit *Flabellulum*, ut exigit verſus.

Ego limis aſpecto. Ex libro Bembino & aliis 53
antiquis ac ratione verſus, *ſpecto* legendum. FAERNUS. Media fere pars Noſtrorum, *Specto*.

Et ſimul alia circumſpecto. Copula *&* non 54
eſt in libro Bembino, nec Baſilicano, quae adeo non neceſſaria eſt, ut & cum gratia abſit. FAERNUS. Vix unus & alter ex noſtris *Et* habent.

Quid tum fatue. Antiqui libri bis habent 56
quid; quae particula geminata neceſſaria & verſui videtur & ſenſui: interrogat enim Chaerea Antiphonem, cur *quid tum* interrogarit.

Digitized by Google

A. *Quid túm?* CH. *quid tum? quid? fátue.* A. *fateor.* CH. *án ego occaſiónem*
Mi oſténtam, tantam, tám breuem, tam optátam, tam inſperátam
Amítterem? tum pól ego is eſſem uéro, qui adſimulábar.
A. *Sane hércle ut dicis. ſét interim de ſýmbolis quid áctumſt?*
CH. *Parátumſt.* A. *frugi es: úbi? domin'?* CH. *immo áput libertum Díſcum.* 60
A. *Perlóngeſt.* CH. *ſet tanto ócius properémus.* A. *muta uéſtem.*
CH *Ubi mútem? perii: nám exulo domó nunc: metuo frátrem,*
Ne intús ſit: porro autém patrem, ne rúre redierit iam.
A. *Eámus ad me, ibi próxumumſt ubi mútes.* CH. *recte dícis.*
Eámus: et de iſtác ſimul quo pácto porro póſſim 65
Potíri, conſiliúm uolo capere úna tecum. A. *fiat.*

garit, qui per ſe ipſe poterat quid ſecutum eſſet conjicere. lege ergo hoc modo: *Quid, quid tum? fatue.* quaſi dicat, quid ſibi vult tuum iſtud, quid tum? FAERNUS.

Et noſtri plerique omnes, *Quid, quid tum?* ſed corrigendum, *Quid tum? quid?* Repetitio hoc poſtulat.

57 *Mihi oſtentatam, tam brevem.* Poſt *oſtentatam* Donatus & omnes l. s. praeter Bembinum habent *tantam.* verſus autem ſtat ſi legas *oſtentam,* ut & in aliquibus libris eſt. atque haec dictio etiam in Phormione reperitur. vox autem *mihi* in ſcanſione monoſyllaba erit. legendum ergo eſt, *mihi oſtentam, tantam, tam brevem.* FAERNUS.

Melior pars Noſtrorum *Tantam:* quae vera lectio eſt. Sic *magna, ampla, occaſio.* Plin. Hiſt. XVIII, 28. *Tanta literarum occaſio eſt.* Servius ad Georg. I, 248. *Et obtenta denſantur nocte tenebrae.* 'Ab Oſtendor veteres par-'ticipum Oſtentus, non Oſtenſus dicebant. 'Terentius in Eun. *An ego occaſionem Mihi 'oſtentatam tam brevem.* Similiter & illud in 'Phorm. (V, 4, 7.) *Neque me domum nunc reci-'perem, niſi mi eſſet ſpes oſtentata Hujuſce ha-'bendae.* Sic hodie fertur: ſed ex re ipſa apparet Servium ipſum legiſſe *Oſtentam* & *Oſtenta.*

58 *Is eſſem vero.* Non mihi diſplicet haec lectio. ea tamen videtur antiquior, quae eſt in libro Bembino, *is eſſem vero:* ut & in Heautontim. *mihi illaec vero ad raſtros res redit.* FAERNUS.

Qui aſſimulabar. Aliqui libri, *qui ſimulabar:* antiquiſſimi Bembinus & Victorianus, *qui ſimulabar.* FAERNUS. Ib.

Ex duobus illis Faernus edidit *Qui ſimulabar.* Unus tantum ex noſtris ſic habet: Tres *Cui adſimulabar:* ceteri *Qui adſimulabar.* Hoc placet; amant enim hoc verbum Noſter & Plautus. Mil. II, 1, 74.

Haec duarum hodie vicem
Et hinc & illinc mulier feret imaginem:
Atque eadem erit; verum alia eſſe adſimulabitur.

Ubi mutem? perii: nam domo exulo nunc: metuo fratrem 62
Ne intus ſit; porro autem pater ne rure redierit jam.

Domo, quod emphaſin hic habet, in Theſi premitur. Male autem *Pater,* cum dixerat *Fratrem:* Repone:

Ubi mutem? perii: nam exulo domo nunc: metuo fratrem,
Ne intus ſit: porro autem patrem, ne rure redierit jam.

Heaut. I, 2, 15.

Timet omnia, patris iram, atque animum amicae, ſe erga ut ſit, ſuae.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA I.

DORIAS ancilla.

'ITA me di ament, quántum ego illum uídi, non nil tímeo miſera,
Né quam ille hodie inſánus turbam fáciat, aut uim Tháidi.
Nám poſtquam iſte aduénerat aduléſcens, frater úirginis,
Mílitem rogat út illum admitti iúbeat: ille contínuo iraſci,
Néque negare audére: Thais pórro inſtare ut hóminem inuitet.
'Id faciebat rétinendi illius caúſa: quia illa, quaé cupiebat
Dé ſorore eius índicare, ad eám rem tempus nón erat.
'Inuitatuſt. mánſit. ibi illa cum íllo ſermonem óccipit.
Míles uero, ſíbi putans addúctum ante oculos aémulum,
Uóluit facere cóntra huic aegre: heus, ínquit, puer, i, Pámphilam
'Adcerſe, ut deléctet hic nos. ílla exclamat, mínime gentium:
'In conuiuium íllam? miles téndere inde ad iúrgium.
'Interea aurum ſíbi clam mulier démit, dat mihi ut aúferam:
Hóc eſt ſigni: ubi prímum poterit, ſe íllinc ſubducét ſcio.

Ita me dii bene ament. In contextu libri Bembini & in aliis pleriſque l. s. Terentii, & Donati, non eſt dictio *bene.* utroque modo verſus eſt trochaicus acatalecticus, ſequens vero catalecticus: tertius eſt octonarius Iambicus: quartus trochaicus tetrameter acatalecticus, correpta priore ſyllaba in dictione *illum*, & *ille*, per eliſionem unius *l:* quintus, & ſextus generis ejuſdem: reliqui trochaici catalectici. FAERNUS. Tres ex Noſtris cum Edd. vett. non habent *Bene.*

3 *Nam póſtquam iſte advenit Chremes aduléſcens frater vírginis.* Iambicus hic venit inter vicinos Trochaicos. Codex Academicus & ex Meadianis alter non habent *Chremes.* Et ſane in textum ex interpretatione irrepſit. Satis enim deſcribit hominem, abſente nomine: praeſente vero nimium: Infra, V, 1, 8.

Quis fuit igitur? PY. *iſte Chaerea.*
TH *Qui Chaerea?* PY. *iſte ephebus frater Phaedriae.*

Nec Chaerea Thaidem viderat, nec Thais ejus nomen audierat. Et notabis in Arſi eſſe *Iſte, Iſte;* ut par eſt, cum demonſtratur aliquis: at hic, ſi Iambicum facis, in Theſi eſt *Iſte.* Repone,

Nám poſtquam iſte advénerat aduléſcens frater vírginis. Phorm. V, 8, 16.
Poſtquam tantopere id vos velle animum adverteram.

Invitat triſtis manſit ibi. illa cum illo ſermonem ilico. 8 Omnes libri praeter Bembinum habent *ſermonem incipit.* Donatus vero, *ſermonem occipit.* itaque Robertus Stephanus impreſſit. ego ita legendum, itaque diſtinguendum puto,

Invitat triſtis: manſit. ibi illa cum illo ſermonem occipit.

ſtat autem verſus correpta priore in dictione *illa*, eliſione alterius *l.* FAERNUS.

Unus tantum ex Noſtris cum Donat. & Edd. vett. *Occipit*; ceteri *Incipit.* Utrumvis probe, nec hilum intereſt. Sed vides, Iambicum rurſus inter Trochaicos comparere;

Invítat triſtis: mánſit: ibi illa cum íllo ſermonem óccipit.

Sed & praeterea in dictione vitium eſt: *Invitat triſtis*; ſcilicet Thraſo: *Manſit:* quis? an iterum Thraſo? immo Chremes. Hoc plane contra rectum loquendi morem: neque Terentio condonabitur. Spondeo me tibi veram ejus manum reſtituturum:

'Invitatuſt: mánſit. ibi illa cúm íllo ſermonem óccipit.

Vide

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA II.

PHAEDRIA.

DUM rús eo, coepi égomet mecum intér uias,
Ita út fit, ubi quid ín animo eſt moléſtiae,
Aliám rem ex alia cógitare, et ea ómnia
Peiórem in partem. quíd opuſt uerbis? dum haéc puto,
Praetérii inprudens uíllam. longe iam ábieram,
Cum ſénſi: redeo rúrſum, male me uéro habens:
Ubi ad ípſum uenio déuerticulum, cónſtiti:
Occépi mecum cógitare, Hem, bíduum hic
Manéndumſt ſoli ſíne illa? quid tum póſtea?
Nil éſt. quid? nil? ſi nón tangendi cópia eſt,
Eho né uidendi quídem erit? ſi illud nón licet,
Saltem hóc licebit. cérte extrema línea
Amáre, haut nihil eſt. uíllam praetereó ſciens.
Set quíd hoc, quod timida ſúbito egreditur Pýthias?

Vide literarum ductus: *invitatnſt, invitatſt'*: ſic enim, *i* ſupra *t* poſito, compendioſe olim ſcribebant. Heaut. I, 2, 11.

Quam vellem Menedemum invitatum, ut nobiſcum eſſet amplius.

9 *Miles vero ſibi putare adductum ante oculos aemulum:*
Vóluit facere cóntra huic aegre: heús, inquít, puer, Pamphilam
Adcerſe. Poſterior verſus miſeris modis claudicat; In *Aegre* nulla eliſio fit; *Inquit* in fine acuitur, *Puer*, qui in primis in Arſi eſſe debuit, ut ſe vocari ſentiret, in Theſi latitat. Fruſtra vir doctus ex Plauto ſuo haec excuſatum ibat. Sed & aliud adhuc eſt: *Miles putare*; & deinde, *Voluit* facere. Certe, ſi *putare*; conſequens eſt *Velle* vel *Voluiſſe*. Utrumque verſum ſic refinge; [*los aemulum,*
Miles vero, ſibi putans adductum ante ocu-
Vóluit facere cóntra huic aegre: heus, inquit, púer, i Pamphilam
Adcerſe, ut delectet hic nos.
1, *adcerſe*, ut infra V, 2, 53.
Nutricem adcerſitum ïit.

11 *Adcerſe. Hic verſus*, inquit vir eruditus, *una ſyllaba excurrit ultra Trochaicum Acatalectum, quales ſunt And. III, 2, 29. Heaut. IV, 3, 37. V, 3, 12. Adel. IV, 2, 1.* Atqui neque hic verſus excurrit, neque ulla talis excurrendi libertas eſt: & quattuor quae citat loca, non exempla ſunt, ſed errata. *Gentium* ſyllabam ſuam ultimam ſequenti verſui commodat a vocali incipienti; ut noti iſti apud Virgilium verſus, — *Decoquit humorem,* — *Vivaque ſulfura,* — *Arbutus horrida*, ſingulas ſyllabas ſequentibus tranſmittunt.

Et ea omnia in Pejorem partem. Magis ex 3
conſuetudine Terentii eſt, ſi ſic refingis:
Et ea omnia Pejorem in partem.

Male vero me habens. Melius ex Regiis unus, 6
Male me vero habens.

Ubi ad ipſum veni diverticulum. Tres anti- 7
quiſſimi libri, *deverticulum.* FAERNUS.
Ubi ad ipſum veni diverticulum, conſtiti. Codex Academicus *Venio*, ut prius *Redeo.* Et verſus fit ſuavior. Supra III, 3, 11.
Ubi friget, huc evaſit.

Sed quid hoc eſt quod timida ſubito egreditur 14
Pythias? Deleto verbo *eſt*, qui non eſt in libro Bembino, ſenarius procedit; ſi tamen ex *quid* elidas *d*. FAERNUS.

Ubi

ACTUS IV. SCAENA III.

PYTHIAS. DORIAS. PHAEDRIA.

'UBI ego illum ſceleróſum miſera atque ímpium inueniam? aút ubi quaeram?
Hócine tam audax fácinus facere eſſe aúſum? perii. PH. *hoc quíd ſit uereor.*
PY. *Quín etiam inſapér ſcelus, poſtquam lúdificatuſt uírginem,*
Veſtem ómnem miſerae díſcidit, tum ipſám capillo cónſcidit.
PH. *Hem.* PY. *quí nunc ſi detúr mihi*
Ut ego únguibus facileílli in oculos ínuolem uenéfico?
PH. *Néſcio quid profécto abſente nóbis turbatúmſt domi.*
Adíbo. quid iſtuc? quíd feſtinas? aút quem quaeris, Py'thias?
PY. *Ehem Phaedria, ego quem quaéram? in' hinc quo dígnu's cum donís tuis*
Tam lépidis. PH. *quid iſtuc éſt rei?*
PY. *Rógan? eunuchum, quém dediſti nóbis, quas turbás dedit?*
Uirginem, quam erae déderat dono míles, uitiauít. PH. *quid ais?*
PY. *Périi.* PH. *temulénta es.* PY. *utinam ſíc ſint, mihi qui mále uolunt.*
DO. *Au óbſecro, mea Py'thias, quod íſtuc nam monſtrúm fuit?*

1 *Ubi ego illum ſceleroſum miſera.* Hic & ſubſequens verſus trochaicus eſt, tetrameter acatalecticus. FAERNUS.

2 PH. *perii, hoc quid ſit vereor.* Immo cum libris fere omnibus & Edd. vett. *Perii* Pythiae donandum eſt. Vide And. III, 5, 1.

9 *Egon quem quaeram? abi hinc quo dignus es.* In libro Bembino haec antiqua eſt lectio, ut pro *egón, ego* legatur, ut & in aliquot aliis libris: pro *abi hinc, in hinc.* quem lectionem liber quoque Vaticanus, licet abraſo *n*, ex *in*, confirmat. item Victorianus, in quo eſt, *ii nunc:* in aliquibus aliis eſt *i hinc:* eſt autem hic, haec particula *in*, ex duabus concreta, *is* & *ne*, ut *abin*, ex *abis* & *ne*. qua dictione & infra utitur, *in intro nunc jam*, pro *iſne intro.* fuit in libro Bembino non eſt verbum *es*, quo dempto verſus hos ſic ordinamus:

Hem Phaedria ego quem quaeram? in hinc
quo dignus cum donis tuis
Tam lepidis? PH. *quid iſtuc eſt?*

prior verſus eſt octonarius, poſterior dimeter, uterque Iambicus. FAERNUS.

Meliores noſtri *I hinc*; unus *Ii hinc*; ceteri cum Edd. vett. *abi hinc.* Et pro *Lepidis* perperam *Inlepidis.*

11 *Rogas me? eunuchum.* Codex Petrenſis *Rogaſne.* Repone, *Rógan? eunuchum.* ut Trochaicus ſit, pariter ac duo ſequentes: & acrior fit increpatio, celeritate ipſa.

12 *Virginem, quam erae dederat dono miles, vitiavit.* PH *quid ais? Dono dederat*, eſt in libro Bembino, & Baſilicano: verſus autem eſt trochaicus tetrameter acatalecticus. FAERNUS.

Atqui quod Edd. vett. & ex noſtris unus &, ut videtur, plerique Faerni habent *Dederat dono* magis placet. Sono ipſo rem amplificat.

13 *Utinam ſic ſint qui mihi male volunt.* Rectius legas: *Utinam ſic ſint, mihi qui male volunt.*

14 *Quid iſtuc nam monſtri fuit?* Antiquiſſima lectio ex libro Bembino, *quod iſtuc nam monſtrum fuit?* habet & Baſilicanus, *quod iſtuc.* FAERNUS. Duo quoque ex noſtris veterrimi *Quod.* Ceteri *Quid monſtri.*

16 *Ego illum neſcio*
Qui fuerit: hoc quod fecit, res ipſa indicat.

Sic editi ac ſcripti. Sic tamen repono:

Inſanis,

Digitized by Google

PH. *Insánis: qui istuc fácere eunuchus pótuit?* PY. *ego illum néscio: hoc*
Quod fécit, res ipsa índicat:
Uirgo ipsa lacrumat, néque cum rogites, quíd sit audet dícere.
Ille áutem bonus uir núsquam apparet. étiam hoc misera súspicor,
Aliquíd domo abeuntem ábstuliſſe. PH. *néqueo mirari satis,*
Quo hinc ille abire ignáuos poſſit lóngius: niſi ſí domum
Forte ád nos rediit. PY. *uíſe amabo, núm ſit.* PH. *iam faxó ſcies.*
D. *Perii, óbſecro tam infándum facinus, méa tu, ne audiuí quidem.*
PY. *At pól ego amatorés audieram múlierum eſſe eos máxumos,*
Set níl poteſſe: uérum miserae nón in mentem uénerat:
Nam illum áliquo concluſíſſem, neque illi cómmiſiſſem uírginem.

ACTUS IV. SCAENA IV.

PHAEDRIA. DORUS. PYTHIAS. DORIAS.

PH. *EXI' foras ſceléſte: at etiam réſtitas*
Fugitíue? prodi mále conciliate. DO. *óbſecro.* PH. *oh,*
'Illuc uide, os ut ſíbi diſtorſit cárnufex.
Quid huc tíbi reditioſt? uéſtis quid mutátioſt?

Insanis, qui istuc facere eunuchus potuit? PY. *ego illum nescio: hoc*
Quod fecit, res ipsa indicat.
Ut versus sit Dimetrus Iambicus, plane ut supra 5. & 10. Heaut. II, 4, 16.
Nescio alias: me quidem semper. & V, 4, 15.
Deos nescio: ego quod potero enitar sedulo.

20 *Quo ille abire.* Lege, versus causa, *Quo hinc ille abine.*

21 *Forte ad nos redierit.* PY, *vise amabo, num ibi sit.* PH. *jam faxo scies.* In omnibus quotquot sunt libris, pro *redierit* est *redit:* & pro *num ibi sit, num sit:* solus Bembinus recenti manu superadditum habet, *ibi:* quae dictio nec necessaria est, nec a Donato ponitur, ita hunc locum exponente, *num sit,* domi *subaudiendum est; aut num sit quod dicis.* FAERNUS. Nostri, uno excepto, omnes *Rediit. Redierit* versum corrumpit.

23 PY. *At pol amatores audieram esse mulierum eos maximos.* Varie collocantur haec verba in libris scriptis: sed elegantius in libro Bembino:
At pol ego amatores mulierum esse audieram eos maximos. FAERNUS.

At pol ego amatores mulierum esse audiéram eos maximos. Sic dedit Faernus ex Bembino suo. Duo tamen hic peccata sunt; quod *Mulierum* secundam acuit, quod *Audiéram* tertiam. Repone ex vett. Edd. & Nostris omnibus:
At pol ego amatores audieram múlierum esse eos maxumos.

Sed nihil posse. Priscianus legit *potesse,* ut 24
& in plerisque antiquis libris est. in omnibus vero l. s. Donati est *potuisse;* corrupte quidem, sed tamen unde appareat, eum non *posse* legisse, sed *potesse:* quo quidem modo melius procedit octonarius; contracta tamen dictione *nihil,* in unam syllabam. FAERNUS. Nostri omnes *Potesse.*

Nam illum aliquo concluſſem. In omnibus 25
libris legitur *concluſiſſem.* nec sane hic necessaria est syncope, cum versus stet elisо uno *l* ex *illi.* FAERNUS. Recte hoc: & nostri quoque omnes *Concluſiſſem.*

Illud vide. Lege ex uno Nostro, *Illuc vide.* 3
Vide ad Adel. II, 2, 20.

Quid huc reditio. Interponendum post *huc,* 4
pronomen

Quid nárras? paulum ſi ceſſaſſem, Pythias,
Domi nón offendiſſem, íta iam adornarát fugam.
PY. *Haben hóminem, amabo?* PH. *quídni habeam?* PY. *o factúm bene.*
D. *Iſtúc pol uero béne.* PY. *ubi eſt?* PH. *rogitas? nón uides?*
PY. *Uideam, óbſecro, quem?* PH. *hunc ſcílicet.* PY. *quis hic éſt homo?*
PH. *Qui ad uós deductus hódieſt.* PY. *hunc oculís ſuis*
Noſtrárum numquam quíſquam uidit, Phaédria.
PH. *Non uídit?* PY. *an tu hunc crédidiſti eſſe, óbſecro,*
Ad nós deductum? PH. *námque alium habui néminem.* PY. *au,*
Ne cómparandus híc quidem ad illumſt. ílle erat

pronomen *tibi*, ut in Donato, & libro Bembino eſt: *Quid huc tibi reditio'ſt*, & verſus ſtabit eliſo *d* ex *quid*. Quod vero ſequitur, *quid veſtis mutatio eſt*, ab omnibus antiquis exemplaribus, praeter Bembinum, abeſt verbum *eſt*. quod nec neceſſarium eſt. nam a ſuperiore repetitur. FAERNUS.

Sic & codices noſtri: ſed lego,
Quid huc tibi reditioſt? veſtis quid mutatioſt?

6 *Ita jam ornabat fugam.* Omnes alii libri & Donatus, *adornabat*. ſolus Bembinus, quem ut antiquiſſimum ſequimur, *ornarat*. Baſilicanus *adornarat*. praeterea in eodem Bembino legitur, *factum bene*, ſine interjectione *o*. FAERNUS. Lego tamen, ut noſtri plerique *Adornarat*; ut *Ita* ſit in Arſi & *Domi* corripiatur.

7 *Habeſne hominem amabo? Quidni habeam? Factum bene.* Sic dedit Faernus: ſed ex metri ratione legendum eſt, *Haben'*: & quod omnes noſtri cum vett. Edd. habent, O *factum bene*, ſuavius eſt, ut eliqueſcat ultima in *Habeam*. Utrumque vidit vir eruditus.

11 *Noſtrarum numquam quiſquam vidit, Phaedria.* Apud Priſcianum 960. *Noſtrarum quiſquam*: deeſt *Numquam* etiam in Scriptis. At Cledonius p. 1907. *Nemo*, inquit, *feminino genere lectum eſt apud Terentium; ut Illum nemo noſtrarum quiſquam vidit*. Apparet, quoſdam olim legiſſe *Nemo quiſquam*; at hodie Codices omnes, *Numquam quiſquam*. Utrumvis probe.

13 *Namque alium habui neminem.* Solus Bembinus liber habet *namque*; omnes alii quotquot ſunt, item Donatus, *nam quem*. quam & veram lectionem puto: ita ut interrogative diſtinguatur poſt, *nam quem?* & ſubaudiatur *deductum credam*: deinde affirmative ſubdatur, *alium habui neminem*. FAERNUS.

Praeter Bembinum, etiam ex noſtris veterrimus *Namque*. Recte, ut & vidit vir doctus.

Ne comparandus hic quidem. Aliqui libri, 14
inter quos Bembinus, pro *ne*, *nec* habent. quod magis videtur negare. FAERNUS.

Male Faernus *Nec* edidit: Noſtri omnes *Ne*. *Ne quidem* paſſim apud omnes Scriptores; & plus centies ibi editum eſt *Nec*, cum codices habeant *Ne*. *Ne* etiam Nonius & Priſcianus hic habent. Ceterum Priſcianus p. 1012. falſus memoria eſt, cum *Au* explicans, hinc citat, *Ne conferendus hic quidem cum illo eſt*; ſic enim ibi Scripti quoque. Sed Nonius ipſo verbo *Comparare*, ut nulla fraus a librariis eſſe poſſit, *Ne comparandus* habet. Vir doctus negat *Comparare* hoc ſenſu apud Noſtrum alibi inveniri. Quid itaque illud ſupra? II, 3, 63.

Immo ſi ſcias quod donum dono huic contra comparet.

Nunc eo tibi videtur fœdus. Non poteſt 17
hic verſus ſtare, niſi dempta particula *eo*, quae nec in libro Bembino eſt. FAERNUS.

Eo tibi Codices plerique omnes. *Eo* ejecit Faernus, fide codicis Bembini, atque ita citat Nonius v. Foedus; & ſic ibi codex veterrimus. Contra Servius ad Aen. III, 216. *Nunc heu videtur foedus*: ubi legendum eſt *Eo* pro *Heu*. Sic & duo Terentii codices ex noſtris vetuſtiſſimi, *Nunc eo videtur*; ejecto illo *Tibi*. Placet hoc: non enim Pythiadi ſoli, ſed cuivis alii foedus videbatur.

Colore muſtelino. Audiamus Donatum: 22
'Erravit, *ait*, Terentius, non intellegens Me'nandricum illud, *Αὐτός ἐστι γαλεώτης γένει*. 'Ait autem *Stellionem*, animal quod Lacertae 'non diſſimile eſt, maculoſo corio: namque 'ad id genus coloris facies exprimitur Eunu-
'chorum.

Honésta facie et líberali. PH. *ita uíſus eſt*
Dudúm, quia uaria uéſte exornatús fuit:
Nunc eó uidetur foédus, quia illam nón habet.
PY. *Tace óbſecro: quaſi uéro paulum intérſiet.*
Ad nós deductus hódie eſt aduleſcéntulus,
Quem tú uidere uéro uelles, Phaédria.
Hic éſt uietus, uétus, ueternoſús ſenex,
Colóre ſtellioníno. PH. *hem, quae haec eſt fábula?*
Eo rédiges me, ut, quid émerim egomet, néſciam?
Eho tu, émin ego te? D. *emíſti.* PY. *iube mi dénuo*

'chorum, quia plerique lentiginoſi ſunt. Hinc 'ergo erravit, quia Γαλῆ *Muſtela* dicitur, Γα-'λιώτης *Stellio*. Ego Aedeſionem ſequor, qui 'recte intellexit, Terentium ſcientem *Muſtelino* '*colore* eunuchum dixiſſe coloratum, velut ſub-'livido: quia fere eunuchi aut ex candidis 'lentiginoſi fiunt, ut ex Gallis & hujuſmodi 'Occidentalibus; aut ex fuſcis ſublividi, ut 'ex Armeniis & aliis Orientalibus. Haec Magiſter: a quo diſcimus Menandrum hic dixiſſe *Stellionem:* Terentium vero ſive errantem ſive prudentem ſcientem dixiſſe *Muſtelam:* hanc Graece γαλῆν dici, illum γαλιώτην. Bene ſit illi quidem, quod Menandreum illud nobis ſervavit; cujus ductu & indicio Terentianos codices a graviſſimo errato jam liberabimus. Nego enim Noſtrum dixiſſe *Colore muſtelino:* nego ullum alium ſic dixiſſe aut dicere potuiſſe; non magis quam *Colore equino, Colore canino.* Cur hoc? quia ut Equo aut Cani non unus & proprius eſt color; ita neque Muſtelae. 'Muſtela, teſtibus Geſnero & Agricola, ple-'rumque eſt in dorſo & lateribus rutila, raro 'ſubfulva: in gutture ſemper candida, quin 'nonnumquam tota candida reperitur, quam-'quam rarius. Quid igitur? ſi color quiſquam *Muſtelinus* dictus eſt, a qua corporis parte dictus eſt. dorſo an gutture? Si ab hoc, *Candidus* eſt, ſi ab illo, *Rutilus.* Quis igitur tale nomen indiderit, tam incerti & ambigui ſenſus? ſi Aedeſionem audis, ſublividus color eſt; ſi Eugraphium, niger: ſi me audis, nullus umquam eo nomine ſignatus eſt. Aliud ergo inveſtigemus. Menander, cum Eunuchum hunc γαλιώτην *Stellionem* vocavit, id voluit, facie eum fuiſſe maculoſa, lentiginoſa; talis enim *Stellioni* color eſt. Ovid. Met. V, 460. de Stellione:

aptumque colori
Nomen habet, variis ſtellatus corpora guttis.

Ergo & rem ipſam & auctorem ſecutus Terentius ſic dederat:

Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex,
Colore ſtellionino. PH. *hem, quae haec eſt fabula?*

Ut a leone *Leoninus*, a pavone *Pavoninus*; ita a ſtellione *Stellioninus:* cujus tres priores ſyllabae Creticum quidem pedem faciunt; ſed hic, quia pronuncias *i* ut *y*, in ſpondeum condenſantur: ut And. IV. 5, 19. *Grandjuſcula*; Horatius *Vindemjator*. Sed quid alibi quaeras, quod in ipſo eodem vocabulo habes, *Stellio*. Virgil. Geor. IV, 243.

Stellio & lucifugis congeſta cubilia blattis;

Ceterum quae vir eruditus multis verbis ad hunc locum contexuit, piget excutere. In Menandro ſcribit γαλεώδης γίγων, hoc eſt, γαλεοειδὴς a piſce γαλεῇ *muſtela:* & hoc pacto ſe putat Terentium *ab omni errore liberare.* Immo & Terentium & Menandrum ipſum errore cumulat; ſi eunuchum hunc *Piſci* comparaverint: quanam obſecro ſimilitudine? Piſce mutior eſſe mallem, quam talia loqui.

Quem tu vero videre. Muta verborum ordinem, ut eſt in o. l. s. & Donato, *Quem tu videre vero*, ut & in ſequenti verſu, *vietus, vetus.* FAERNUS. Ita noſtri omnes; *Videre vero*; & *Vietus, vetus.* 20

Eo redigis me, ut quid egerim, egomet neſciam. In libro Bembino eſt, *rediges.* at in Donato pro *egerim*, eſt *emerim.* FAERNUS. 23

Retinuit vulgatum Faernus. Sed recte habet tam Bembini illud *Rediges*, & Donati *Emerim:* ſcribe autem per interrogationem, & diſtingue.

Eo rediges me, ut, quid emerim egomet, neſciam?

Nempe Eunuchum & Aethiopillam heri eme-

Digitized by Google

Respóndeat. PH. *roga.* PY. *uéniſti hodie ad nós? negat.*
At ille álter uenit nátus annos ſédecim:
Quem ſécum adduxit Pármeno. PH. *agedum hoc mi éxpedi*
Primum: íſtam, quam habes, únde habes ueſtém? taces?
Monſtrum hóminis, non dicturu's? D. *uenit Chaérea.*
PH. *Meus fráterne?* D. *ita.* PH. *quando?* D. *hódie.* PH. *quam dudúm?* D. *modo.*
PH. *Quicúm?* D. *cum Parmenóne.* PH. *noraſne eúm prius?*
D. *Non.* PH. *únde fratrem méum eſſe ſcibas?* D. *Pármeno*
Dicébat eum eſſe, is mi hánc dedit ueſtem. PH. *óccidi.*
D. *Meam ipſe índuit: poſt úna ambo abierúnt foras.*
PY. *Iám ſatis credis ſóbriam eſſe me, ét nil mentitám tibi?*
Iám ſatis certumſt utírginem uitiátam eſſe? PH. *age nunc, bélua,*

rat minis viginti. Cicero ad Att. I, 19. *Metellus eſt Conſul ſane bonus & nos admodum diligit: ille alter ita nihil eſt, ut plane quid emerit neſciat.*

25 *Respondeat.* PH. *roga.* PY. *veniſtin hodie ad nos? negat.* Sunt qui ſeptenarium Iambicum hunc faciant. nos etiam ſenarium ut ceteros eſſe poſſe arbitramur; contracto per ſynizeſin, *reſpondeat*, in tres ſyllabas: at in *roga*, poſteriore correpta: ut Martialis: *In ſolio puta te Marce lavare caput.* FAERNUS.

Roga poſteriorem facile corripit; at *Reſpondeat* in tres ſyllabas comprimi non poteſt: Lege, ut tres ex noſtris habent,

Reſpondeat. Roga. Veniſti hodie ad nos? negat.

26 *At ille alter venit annos natus ſedecim.* Tres Noſtri melioribus numeris,

At ille alter venit natus annos ſedecim.

30 *Fraterne? Ita. Quando? Hodie. Quam dudum? Modo.* Ita citat & Priſcianus p. 1184. Sed in hac lectione, & reſponſum *Ita* in Theſi non exauditur, & *Quando* ſine ſynaloepha eſt, contra Terentii morem. Lego,

Meus fráterne? íta.

ut mox v. 32. *fratrem meum.*

32' DO. *Non.* PH. *unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas?* DO. *Parmeno.* Loco hujus unici verſus, omnes alii, praeter Bembinum & Baſilicanum, binos habent, hoc modo:

DO. *Non. nec quis eſſet, unquam audieram dicier.*
PH. *Unde igitur fratrem meum eſſe ſciebas?*
DO. *Parmeno*

Et ſane unicus ille verſus eſt impeditus. ſed rurſum non videntur haec mihi Doro, homini minime verboſo, utpote novicio, convenire. quare, utcunque ſe habeat verſus, lectionem vulgatam, quae eadem antiquiſſima eſt, praetulerim. verſum tamen ſuſtentare poſſemus, ſi *meum* una ſit ſyllaba: *eſſe* vero per parellipſin priorem corripiat: in *ſciebas* vero duae primae ſyllabae in unam contrahantur. FAERNUS.

Unus ex noſtris Academicus cum Bembino conſentit; ceteri omnes duos verſus conſtituunt. Utrum ex his verius ſit, hodie neſcias. Nam quod aiunt Doro, *homini minime verboſo*, haec non convenire; ludunt nos: cum ei, per ipſos qui verba haec ejiciunt, verboſo eſſe non licet. Ceterum vir doctus *Non* extra verſum poſuit, hoc eſt, ex monoſyllabo verſum integrum fecit, ſive clauſulam. Quo tamen exemplo? Quanto facilius erat illud *Igitur* cum codice C. C. ejeciſſe?

Non. Unde fratrem meum eſſe ſcibas? Parmeno.

Dicebat eum eſſe, is dedit hanc mihi veſtem. 33 Dictionem *veſtem*, aliqui l. s. non habent, inter quos Bembinus. hanc vero collocationem verborum in nullo invenio, ſed in pleriſque eam quae ſequitur, *is dedit mihi hanc.* verſus procedet contrahendo in unam ſyllabam *mihi*, & non faciendo colliſionem in *eum eſſe.* vel in *mihi hanc.* FAERNUS.

Dicebat eum eſſe: is dedit mihi hanc. PH. *occidi.* Unus tantum ex noſtris, qui in Bibliotheca publica eſt, cum Bembino facit; ceteri univerſi, *Is dedit mihi hanc veſtem.* Recte, opinor; quinque enim verſus intervenerunt, poſtquam de veſte interrogatum eſt: ut melius

ſit

Digitized by Google

Crédis huic quod dícat? PY. *quid ísti crédam? res ipſa índicat.*
PH. *Cóncede íſtuc paûlulum. audin? étiam nunc paulúm: ſat eſt.*
Díc dum hoc rurſum, Chaérea tuam uéſtem detraxít tibi?
D. *Fáctum.* PH. *et eam eſt indútus?* D. *factum.* PH. *et pró te huc deductúſt?*
D. *ita.*
PH. *Iúppiter magne, o ſceleſtum atque aúdacem hominem.* PY. *uaé mihi:*
'Etiam nunc credés indignis nós eſſe inriſás modis?
PH. *Mírum ni tu crédis quod iſte dícat. quid agam néſcio.*
Heús negato rúrſus. poſſumne hódie ego ex te exſcúlpere
Uérum? uidiſtíne fratrem Chaéream? D. *non.* PH. *nón poteſt*
Síne malo fatéri, uideo: ſéquere hac: modo ait, módo negat.
'Ora me. D. *obſecró te uero, Phaédria.* PH. *i intro?* D. *eoí eï.*

ſit proferri quam ſubintelligi. Sane in *Eum eſſe*, non poteſt non fieri colliſio, & fruſtra eſt Faernus. Repone, [*cidi.*
Dicébat eum eſſe; is mi hánc dedit veſtem. '*Oc-*
'*Eum eſſe*, Tibrachus, ut antea, *Méum eſſe.*

35 *Jam ſatis credis me ſobriam eſſe, & nihil mentitam tibi?* Ratio verſus, qui eſt trochaicus ut ceteri qui ſequuntur, hanc collocationem verborum, quae eſt in omnibus fere l. s. & Donato, exigit,
Jam ſatis credis ſobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi?
Primus pes eſt dactylus, abjecta ex *ſatis s:* quintus ſpondeus, contracto *nihil* in unam ſyllabam. FAERNUS. Sic & Noſtri *Sobriam eſſe me:* niſi quod Petrenſis, *Sobriam me eſſe:* quod & ipſum bene habet.

38 *Etiam nunc paululum: ſat eſt.* Faernus & Codices omnes *Paululum:* ſed verſui ſyllaba ſupereſt. Vir doctus in textum recepit *Paulum.* Hoc probe.

39 *Dic dum hoc rurſum, Chaerean tuam veſtem.* Et in libro Bembino & in aliis antiquis eſt *Chaerea.* ita in tertia ſede erit trocheus, in quarta anapaeſtus. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Chaerea.*

40 *Et ea eſt indutus.* Priſcianus p. 1185. *Indutus veſtem & veſte:* accuſativi exempla ex Virgilio petit; ablativi ex hoc loco, *Et ea eſt indutus.* Lego tamen cum Noſtris, uno dempto, omnibus, & cum Edd. vett. *Et eam eſt indutus.* Nempe hoc intereſt: *Indutus eſt eam*, perinde eſt ac Ipſe ſe ea induit: at *Indutus eſt ea* perinde ac alius eum veſte induit tamquam mancum aut mortuum.

Etiam nunc non credis indignis nos eſſe inriſas 42
modis? Cave facias cum viro erudito primam in *Indignis* brevem. In duobus noſtris deeſt *Nunc*, in uno, *Non.* Repone,
Etiam nunc credes indignis.
Credes poſteriorem acuit ob interrogationem.

Mirum ni tu credas quod iſte dicat. Liber 43
Bembinus in contextu non habet pronomen *tu*, nec hic nec in ſequenti verſu. in quo quidem verſu nec ulli alii ſcripti eam vocem habent, ſed poſt *poſſumne* ſequitur in omnibus *ego*; qua lectione admiſſa, hi trochaici optime conſtant; poteſt tamen etiam ſtare in ſuperiori verſu *tu:* eliſo *d* ex *quod.* FAERNUS.
Mirum ni tu credas. Lege ex duobus noſtris & uno G. Fabricii, *Mirum ni tu credis.* Ita noſter cum Indicativo ſemper. *Mirum ni domi eſt. Mirum ni dabo. Mirum ni illa ſalva eſt & ego perii.*

Poſſumne égo hodie. In duobus noſtris, & 44
Edd. vett. deeſt *Ego.* Lege tamen,
Poſſumne hódie ego ex te exſculpere.
& *Rurſus* malo, quam *Rurſum.*

Verum? vidiſtin fratrem Chaeream? DO. *non.* 45
PH. *non poteſt ſine.* In libro Bembino eſt *vidiſtine*, & dictio *ſine* ſequenti verſui adſcribitur. quod placet mihi, ut ſint trochaici, quemadmodum ceteri. FAERNUS. Sic & Noſtri plerique.

PH. *I intro.* DO. *hoi, hei.* Liber Bembinus, 47

Digitized by Google

PH. *'Alio pacto honéſte quomodo hinc abſcedam néſcio:*
'Actumſt ſiquidem. tú me hic etiam, nébulo, ludificábere?
PY. *Pármenonis tám ſcio eſſe hanc téchnam, quam me uíuere.*
DO. *Sic eſt.* PY. *inueniám pol hodie, párem ubi referam grátiam.*
Sét nunc quid faciéndum cenſes, Dórias? D. *de iſtác rogas*
Uírgine? PY. *ita, utrum praédicemne an táceam?* D. *tu pol, ſí ſapis,*
Quód ſcis neſcis, néque de eunucho, néque de uitio uírginis.
Hác re et te omni túrba euolues, ét illi gratum féceris.
'Id modo dic, abiſſe Dorum. PY. *ita fáciam.* D. *ſet uideón Chremen?*
Tháis iam aderit. PY. *quíd ita?* D. *quia, cum inde ábeo, iam tum incéperat*
Túrba inter eos. PY. *aúfer aurum hoc: égo ſcibo ex hoc, quíd fiet.*

In intro nunc jam? DO. *oi, ei.* quae ut antiquiſſima, ita vera eſt lectio & verſui congruens. *in* autem, pro *iſne*, ut & ſupra, *in hinc quo dignus.* FAERNUS.

Ora me. Obſecro te vero, Phaedria. In intro nunc jam. Oi ei.
Alio pacto honeſte quomodo hinc abeam, neſcio.

Soli Bembino debetur illud *Nunc jam*; ceteri omnes abnegant. Nimirum a Correctore eſt, metri aliquantum perito. Nos abſque illo emblemate ſic locum conſtituimus:

Ora me. Obſecro te vero, Phaedria. I intro. Eoi eï.
Alio pacto honeſte quomodo hinc abſcedam, neſcio.

I, intro cum Edd. vett. noſtri omnes. *Oi ei* plerique habent: unus notae optimae, nunc Academicus, *Eoiei*; unus ex Regiis *Eooi hei.* Heaut. I, 1, 31.

Quaeſo, quid de te tantum meruiſti? Eheu.

ubi vett. Edd. *Heu hoi*; unus ex Meadianis *Ehoy*. alter *Heoi*. Lege, *Oiei*. Plaut. Mil. V, 13.

Oh! hei! ſatis ſum verberatus, obſecro. Quam mox ſeco!

Sic editum eſt: ſed membranae, Pareo teſte, *Olei ſatis ſum.* Lege *Oiei.* Idem Capt. I, 2, 49.

Nunc habe bonum animum. Eheu. Huic illud dolet.

Verſui una ſyllaba deficit. Lege,

Nunc habe bonum animum. Eoi eï. Huic illud dolet.

Priſcianus p. 1012. de Interjectionibus agens, *Terentius in Eunucho Hoi hei.* Sic edidit Putſchius; ſed codex veterrimus *Oi ei.* Porro in verſu altero pro *Abeam*, repono *Abſcedam*; quod apprime convenit. Heaut. IV, 2, 5.

Nihil eſt. triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere.

DO. *Sic eſt.* PH. *inveniam hodie parem ubi pol referam gratiam.* In Bembino & omnibus fere l. s. *pol* ante *hodie* collocatum eſt. qua collocatione trochaicus, alioqui claudicans, ſuſtentatur. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Pol hodie.* 51

Set nunc quid faciendum cenſes. Sic vett. Edd. & ex noſtris unus. Ceteri omnes *Suades.* Utrumvis probe. Plaut. Men. IV, 3, 26. 52

Ibo & conſulam hunc rem amicos, quid faciundum cenſeant.

Virgine. PY. *ita, utrum taceamne, an praedicem.* DO. *tu pol, ſi ſapis.* Omnis hujus verſus difficultas eſt in verbo *praedicem.* nam ſi id deducimus a praedico praedicas, verſus non ſtat, qui trochaicus eſt, Iambum non admittens: ſi a praedico praedicis, ut ſit praedicem, pro praedicam (antiqui enim dicem efferebant in futuro, pro eo quod nos dicam) ſtat quidem verſus, ſed verbum praedicere videndum eſt ut ſenſui congruat. Vaticanus, qui aliqua ſaepe meliora habet, quam Bembinus & quam omnes alii, hic non *praedicem*, ſed *praedicam* habet: quamvis deinde addito *e*, & diſpuncto *a*, mutatum fuerit in *praedicem.* at Decurtatus, qui & ipſe quoque ex eadem bibliotheca eſt, ſanam & integram habet vocem *praedicam*, ſed ut dixi ſenſum requiro in *praedicam*, vel *praedicem*, penultima producta. FAERNUS. 53

Vides, quae vir honeſtus Faernus hic contulerit: ſi *Praedicem*, verſus laborat, ſi *Praedicam*,

ACTUS IV. SCAENA V.

CHREMES. PYTHIAS.

CH. *ATT'AT data hercle uérba mihi ſunt: uícit uinum quód bibi.*
Ac dum áccubabam, quám uidebar míhi eſſe pulchre ſóbrius!
Poſtquám ſurrexi, néque pes neque mens ſátis ſuum officium facit.
PY. *Chremé.* CH. *quis eſt? ehem Pythias: uah, quánto nunc formóſior*
Uidére mihi quam dúdum? PY. *certe tú quidem pol multo hílarior.* 5
CH. *Uerbum hércle hoc uerum erít, Sine Cerere et Líbero frigét Uenus.*
Set Thάis multo me ánteuenit? PY. *ánne abiit iam a mílite?*
CH. *Iamdúdum: aetatem. lites factae ſúnt inter eos máxumae.*
PY. *Nil díxit, tu ut ſequerére ſeſe?* CH. *níl, niſi abiens mi ínnuit.*

dicam, ſententia. At vir eruditus, ignoratam licentiarum rationem exprobrans, curva omnia ſuo modo corrigit:

Virgine | Ita u | trum taceamne, an praedicem.
Tu pol ſi ſapis.

Nonne belle jam verſus procedit, *Ita u* anapaeſtus, & *Praedicem* dactylus? Quam in promtu erat ſuam Terentio manum reddidiſſe?

Virgine. Ita utrum praedicemne an taceam?
Tu pol ſi ſapis.

Mutatur tantum ordo, & bona cauſa eſt. Nam in deliberatione conſilium melius poſterius fere ponitur: ut Heaut. III, 2, 38.

Patiamurne an narremus cuipiam?

Judicatum eſt ibi, ut narrent; quemadmodum hic, ut taceant.

55 *Hac re & omni te turba evolves.* O. fere l. s. & Donatus ita collocant, *& te omni.* ita ſtat trochaicus. FAERNUS. Sic & noſtri omnes.

4 *Chremes.* Codices plerique *Chreme.*

5 *Certe tu quidem pol.* Liber Bembinus *certo*, quod antiquius videtur. FAERNUS. Omnes noſtri *Certe*; quod rectum eſt.

6 *Verbum hercle hoc verum eſt, ſine Cerere & Libero friget Venus.* Idem liber, itemque Decurtatus pro *eſt* habent *erit*, quomodo & prius habebat Victorianus, ut adhuc litura demonſtrat. Hoc autem verbo *erit*, antiqui etiam praeſentia & praeterita aſſeverabant. Plautus in Perſa: *Haec erit bono genere nata, nihil ſcit niſi verum loqui.* Terentius in Heautontim. *ſubditum ſe ſuſpicatur. ſubditum? ain tu? certe ſic erit.* Item in Phormione: *Cognatam comperi eſſe nobis. quid? deliras. ſic erit.* Lucanus in primo: *Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor Poenus erit.* quod Priſcianus libro decimo octavo de conſtructione exponit, pro cognoſcetur. ſtat autem verſus, admiſſo in quartam ſedem proceleuſmatico. FAERNUS.

Noſtri omnes *Eſt*, ut And. II, 5, 15. *Verum illud verbum eſt.* Plaut. Truc. IV, 4, 32.

Verumſt verbum, quod memoratur, ubi amici, eſſe ibidem opus.

Si *Eſt* placet, pro *Sine* lege *Abſque*. Poteris etiam *Erat*, ut Theocritus, Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, δυσμίχε. Sed *Erit* non eſt ſollicitandum. Plaut. Pſeud. II, 3, 11. *Sed profecto hoc ſic erit:*
Centum doctum hominum conſilia ſola haec devincit dea.

PY. *anne abiit jam a milite?* Particula *ne* non eſt in libro Bembino: in alio quoque libro vetuſto deletam eam inveni: & certe non eſt neceſſaria. FAERNUS. 7
Anne abiit ſcripti plerique. *Abiit* hic diſyllabon eſt. Porro pro *Multo ante venit* lege, *Multo me antevenit.*

Jam dudum; aetatem. lites ſunt inter eos factae maximae. Ita colloca haec verba ex o. l. s. *lites factae ſunt inter eos maximae.* FAERNUS. Sic vett. Edd. & major noſtrorum pars. 8

Nihil dixit tum ut ſequerere ſeſe? Aliqui libri & Donatus, non habent *tum*; & pro ea dictione, in libro Bembino eſt *tu*. mihi utrumque 9

Digitized by Google

PY. *Eho, nónne id ſat erat?* CH. *át neſcibam id dícere illam, níſi quia* 10
Corréxit miles, quód intellexi mínus: nam me extruſit foras.
Set eccam ipſam: miror úbi ego huic anteuórterim.

ACTUS IV. SCAENA VI.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

TH. *CRE'DO equidem illum iam ádfuturum, ut íllam a me eripiát; ſine ueniat.*
'Atqui ſi illam dígito attigerit, óculi illi ilico éffodientur.
'Uſque adeo illius férre poſſum inéptiam et magnífica uerba,
Uérba dum ſint: uérum ſi ad rem cónferentur, uápulabit.
CH. *Tháis, ego iam dúdum hic adſum.* TH. *o mí Chremes, te ipſum éxpeto.* 5

que & *tu* & *tum* otioſum videtur: & geminatis adjacentibus literis, factum. FAERNUS. Immo illud *Tu* ſuam hic emphaſin habet, & a Faerno perperam ejectum eſt: Duo ex noſtris veterrimi *Tu*; ceteri *Tum*.

1 *Credo equidem illum jam adfuturum ut illam a me eripiat. ſine.* Hunc verſum ita in aliquibus l. s. ordinatum invenio, ut comprendat etiam verbum *veniat*, quod in impreſſis ſequenti verſui attribuitur. ita erit trochaicus tetrameter acatalecticus, correpta priore in *illam*. ceterum quod ſequitur, *qui ſi illam*, ita ſolus liber Bembinus habet. alii omnes, aut *atqui*, ut & Donatus, aut *atque*. quarum vocum alterutra admiſſa, is verſus qui ſecundus eſt, ejuſdem eſt generis, cujus primus: ejuſdem & tertius, ita ut in prima ſede ſit dactylus, qui capiat primam ſyllabam dictionis *ego*. ſecundus pariter dactylus; tertius & quartus trochaei. quintus vel anapaeſtus abjecto *p* ex *ineptias*, vel trochaeus, aut eliſo *s*, ex ea voce, aut legendo *ineptiam*, ut eſt in libro Bembino, & fuiſſe in Victoriano & Decurtato ex raſura ultimae litterae apparet. quartus item verſus ejuſdemmet eſt generis, ita ut dactylum in tertia ſede habeat, eliſo *m* ex *enim*, quamvis ſequente conſonante. Item quintus, ſextus, ſeptimus, octavus, & decimus; nonus vero trochaicus dimeter catalecticus, vel etiam Iambicus dimeter acatalecticus, ſi tamen in *me hem* non fiat collifio. undecimus trochaicus tetrameter catalecticus. FAERNUS.
Adfuturum eſſe. Dele *Eſſe* cum vett. Edd. Eo pacto *illam* in Arſi habebis; alioquin in Theſi.

Atqui ſi illam digito attigerit uno, oculi ilico 2
effodientur. *Oculi*, quod praecipue acuendum erat, totum in Theſi demergitur: Quare ſic lego;
'Atqui ſi illam dígito attigerit, óculi illi
ilico éffodientur.
Uno non hic neceſſe eſt; Plaut. Poen. V, 5, 29.
Quid tibi illam digito tactioſt? Quia mihi lubet.
Illi abſorptum erat a vicinis literis; & poſtea ad verſum ſuſtentandum *Uno* addiderunt. Supra IV, 3, 6.
Ut ego unguibus facile illi in oculos involem
venefico.

Uſque adeo ego illius. Noli cum viro erudito 3
Adeo diſyllabon facere. Ejice illud *Ego*; quod a Donato abeſt in Edd. vett.

Verum enim ſi ad rem. Donatus & MStus & in Edd, vett. *Verum ſi ad rem.* Certe *Enim* fruſtra verſum gravat. Supra I, 1, 6.
Verum ſi incipies neque pertendes naviter.

Thais, ego jamdudum hic adſum. O mi Chre- 5
mes, te ipſum exſpectabam. Vereor ut ex ullo codice illud *Exſpectabam* Faernus protulerit, Noſtri univerſi *Exſpecto*. Unde liquido legendum,
Thais, ego jamdudum hic adſum. O mi Chre-
me, te ipſum expeto.
Nempe ante & poſt in Tetrametris plenis debacchatur Thais; at in hoc verſu dum Chremen ſalutat, defervet paulum ira; & Catalectico utitur.

Digitized by Google

Scín tu turbam hanc própter te ésse fáctam? et adeo ad te ádtinere hanc
'Omnem rem? CH. *ad me? quí quaeso istuc?* TH. *quía, dum tibi soré-*
rem studeo
Réddere ac restítuere, haec atque huiúsmodi sum múlta passa.
CH. *'Ubi east?* TH. *domi aput me.* CH. *hém.* TH. *quid est?*
'Educta ita uti téque illaque dignumst. CH. *quid ais?* TH. *íd quod res est.*
Hánc tibi dono dó, neque repeto pró illa quicquam abs té preti. 11
CH. *Et habétur et referétur, Thais, íta uti merita es, grátia.*
TH. *'At enim caue, ne príus, quam hanc a me accípias, amittás, Chreme:*
Nam haéc east, quam míles a me uí nunc ereptúm uenit.
Abi tú, cistellam, Pý'thias, domo éffer cum monuméntis. 15
CH. *Uiden tu íllum, Thais?* PY. *úbi sitast?* TH. *in réfco. odiosa céssas?*
CH. *Mílitem secum ád te quantas cópias addúcere?*

utitur. Si tamen malit quis Tetrametrum plenum; praesto erit ei forma verbi vetusta,

O mi Chreme, te ipsum expetesso.

Ita Plautus saepe; ut Mil. IV, 6, 14.

Ut ejus mihi sit copia, quem amo, quemque expetesso.

Ceterum non semel illud *Exspecto* se pro *Expeto* subornavit. Plaut. Cas. III, 5, 36.

Istúc expetó scire quíd dixit? Aúdi.

Sic MS. Regius bonae notae, & ex Parei Palatinis unus: ceteri *Expecto*. Sed versus ipse, qui Creticus est, quid verum sit, ostendit. Noster Hec. II, 3, 7.

Nisi pol filium multimodis expeto, ut redeat domum.

Sic legendum, ubi codices *Exspecto*. Plaut. Truc. I, 2, 100.

Cuius nunc illa adventum expetit: immo ab eo ut nuntiatumst.

Adel. III, 2, 24. *Te ipsam quaerito:*
Te expeto: oppido opportune te obtulisti me obviam.

Sic codex Academicus: non, ut nunc fertur, *Te exspecto:* quod cum versus admittere gravatur, tum sensus indignatur. Quomodo enim *Exspectat*, qui ipse *quaeritat?* Et quomodo Thais Chremen hic exspectabat, quem apud Thrasonem ipsa discedens reliquerat?

7 *Qui? quasi istuc?* Quocumque te vertas, nihil hinc exsculpes, auctore dignum: Repone, *Qui quaeso istuc?*

Sic plane Codex Regius Chartaceus, de optimo quodam transcriptus; & a manu secunda Academicus. Sua sit igitur laus viro docto, qui ex conjectura hoc idem invenit.

Ubi east? Domi aput me. Hem. Quid est? 9

Vir eruditus, Iambicum hunc esse arbitratus, *Me* sine synaloepha posuit, extra Ictum: Posthac, opinor, id discet, Tetrametris plenis semper Trochaicum succedere, numquam Iambicum. Ergo sic pronuntia:

'Ubi east? Dómi aput me. Hém. Quid est?

Et habetur & refertur a me Thais tibi, ita 12
ut merita es, gratia. In hoc versu pro *refertur, referetur* legendum est ex Bembino & aliis antiquis libris, & ex sensu. referre enim gratiam, utique re & factis intelligendum est, quod hic locum habere nondum poterat. non ergo indicat se referre: sed pollicetur relaturum. duae vero hae dictiones *a me* nec in Bembino aut Victoriano sunt, nec apud Donatum, aut Priscianum hunc locum citantem libro XVIII. praeterea pronomen *tibi* in nullo alio libro, praeterquam Bembino, fere invenias, unus id habet superscriptum in glossematis modum; & sane sine eo stet sermo, & pulchre intelligitur, & antiqua locutio est *habeo gratiam*, pro *habeo tibi gratiam*, ut in Andria: *& non neglexisse habeo gratiam.* idem & de *refero:* ut supra in Eunucho, *Inveniam pol hodie parem ubi referam gratiam.* ita versus erit octonarius Iambicus expeditissimus, ut sequens, qui tamen, si in *cave* posteriorem corripias, potest esse trochaicus catalecticus: cujusmodi est, qui eum sequitur. FAERNUS.

Et

'Attat, TH. *num formídulosus óbsecro es, mi homo?* CH. *ápagesis.*
'Egon formidulósus? nemost hóminum qui uiuát, minus.
TH. *'Atque ita opust.* CH. *ah, métuo qualem tú me esse hominem exístumes.*
TH. *'Immo hoc cogitáto: quicum rés tibi est, peregrínus est:*
Mínus potens quam tú, minus notus, mínus amicorum híc habens.
CH. *Scío istuc. set tu quód cauere póssis, stultum admíttere sat.*
Málo ego nos prospícere, quam hunc ulcísci accepta iniúria.
Tú abi: atque obsera óstium intus, dúm ego hinc transcurro ád forum:
Uólo ego adesse hic áduocatos nóbis in turba hác. TH. *mane.*
CH. *Mélius est.* TH. *mane.* CH. *omítte, iam adero.* TH. *níl opus est istís, Chreme.*
Hóc modo dic, sorórem esse illam tuam: ét te paruam uírginem
'Amisisse: núnc cognosse. signa ostende. PY. *adsúnt.* TH. *cape.*
Sí uim faciet, ín ius ducito hóminem: intellextín? CH. *probe.*
TH. *Fác animo haec praesénti ut dicas.* CH. *fáciam.* TH. *attolle pállium.*
Périi, huic ipsi est ópus patrono, quém defensorém paro.

ACTUS IV. SCAENA VII.

THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES. THAIS.

THR. *HA NCI' NE ego ut contuméliam tam insignem in me accipiám Gnatho?*
Morí me satiust. Símalio, Donáx, Syrisce, séquimini.

Et habetur & referetur, Thais, ita uti merita es, gratia. Recte hunc versum constituit Faernus: *Ita uti,* etiam supra v. 10. & passim. *Tibi* pauci qui habent codices in sede incerta locant, *Tibi Thais, Et tibi habetur.* Ergo frustra vir eruditus, *Tibi uti,* pro *Ita uti.*

19 *Ego formidolosus?* O. l. s. *egon,* sequentis vero dictionis *formidolosus* antepenultimam Bembinus liber & aliqui alii antiqui libri per *u,* non per *o,* habent. FAERNUS. Omnes nostri, uno excepto, *Egon.*

20 CH. *hau, metuo qualem tu me.* Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, non *hau,* sed *ah* habent. quod magis placet. FAERNUS. Nostri omnes *Au* vel *Hau.*

22 *Amicorum hic habens minus.* Ea quae in libris omnibus est collocatio, vehementiorem videtur reddere orationem: *minus amicorum hic habens.* quod ex toto versu melius videri potest,

Minus potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic habens. FAERNUS. Eodem ordine nostri omnes.

Tu abi: atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Collocatio in libro Bembino & aliquibus aliis, & Donato haec est: *Obsera ostium.* in omnibus vero quot quot sunt itemque Donato, *Dum ego hinc.* versus trochaicus est, & bene constat, si ex *dum* nihil abjiciatur. FAERNUS. Nostri quoque *Dum ego hinc.* Recte, quia *Dum* hic in lictu est. 25

Hoc dic modo. O. l. s. & Donatus, *hoc modo dic.* FAERNUS. Nostri quoque *Hoc modo dic:* & praeterea, *Sororem esse illam tuam,* magno consensu: Recte nam *Illám tuam esse* male acuit ultimam. 28

Fac animo haec praesenti dicas. Omnes nostri, *Ut praesenti.* Lege cum Edd. vett. *Fac animo haec praesenti ut dicas.* 31

Quid

Digitized by Google

Primum aédis expugnábo. GN. *recte.* THR. *uírginem eripiám.* GN. *probe.*
THR. *Male múlcabo ipſam.* GN. *púlchre.* THR. *in medium huc ágmen cum uecti, Donax;*
Tu, Símalio, in ſiníſtrum cornu; tú, Syriſce, in déxterum.
Cedo álios: ubi centúrioſt Sanga, et mánipulus furum? SA. *éccum adeſt.*
THR. *Quid ignáue? peniculón pugnare, qui iſtum huc portes, cógitas?*
SA. *Egone? imperatoris uirtutem nóueram, et uim mílitum:*
Sine ſánguine hoc non póſſe fieri: qui ábſtergerem uólnera?
THR. *Ubi álii?* SA. *qui, malum, álii? ſolus Sánnio ſeruát domi.*
THR. *Tu hoſce ínſtrue: ego ero póſt principia: inde ómnibus ſignúm dabo.*
GN. *Illúc eſt ſapere: ut hóſce inſtruxit, ípſus ſibi cauít loco.*
THR. *Idem hóc iam Pyrrhus fáctitauit.* CH. *uíden tu, Thais, quam híc rem agit?*
Nimírum conſilium íllud rectumſt de óccludendis aédibus.
TH. *Sané, qui tibi nunc uír uidetur éſſe, hic nebulo mágnus eſt:*
Ne métuas. THR. *quid uidétur?* GN. *fundam tíbi nunc nimis uellém dari,*
Ut tu íllos procul hinc éx occulto caéderes: facerént fugam.
THR. *Sét eccam Thaidem ípſam uideo.* GN. *quám mox inruimús?* THR. *mane:*
Omnia prius éxperiri, quam árma, ſapientém decet.
Quí ſcis an quae iúbeam ſine ui fáciat? GN. *di uoſtrám fidem,*
Quánti eſt ſapere? núnquam accedo quín abs te abeam dóctior.
THR. *Thais, primum hoc míhi reſponde: cúm tibi do iſtam uírginem,*

7 *Quid ignaue, peniculon pugnare, qui iſtuc huc portes, cogitas?* Ex *quid* elidendum eſt *d*, ex *iſtuc*, ut octonarius conſtet. FAERNUS. Nullus ex noſtris, *Iſtuc huc:* plerique *Iſtunc huc*, Petrenſis *Iſtum huc.* Recte, quod & vir doctus vidit. Feſtus: *Peniculi, ſpongiae longae propter ſimilitudinem caudarum appellatae.*

9 *Sine ſanguine hoc fieri non poſſe.* Noſtri omnes cum Edd. vett. & Priſciano p. 870, longe numeroſius *Sine ſanguine hoc non poſſe fieri.* Vide ſupra I, 2, 93.

Ib. *Abſtergerem vulnera. Volnera* eſt in libro Bembino & Victoriano. octonarius autem ſtat producta penultima in *abſtergerem.* Priſcianus libro VIIII. FAERNUS.

11 *Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia.* Dele *Hic* cum codice Petrenſi: quod fruſtra verſum onerat atque impedit.

13 THR. *Idem hocce Pyrrhus facitavit.* CH. *Viden tu Thais quam hic rem agit?* Liber Bembinus & Baſilicanus ac Donatus, *idem hoc jam*; alii ſcripti alia quidem collocatione, omnes tamen *jam* habent; quo recepto, verſus ſtat, ſi ex *viden* elidas *n*. FAERNUS.

Hoc jam etiam noſtri. Vir doctus malit *Idem hoc etiam Pyrrhus:* poterat meliore numero, *& Pyrrhus.* Ceterum omittunt hinc plerique ſcripti nomen Thraſonis; ut totum hoc Gnathonis ſit; qui mirus artifex, palam haec eloquendo, & irrideat ſimul & aduletur. Sed aliter Donatus ad V, 8, 3.

15 *Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe hic, nebulo magnus eſt.* Repone ex vett. Edd. & Donato etiam MSto, & ſex noſtris codicibus, *Sane qui tibi nunc vir videtur eſſe, hic nebulo magnus eſt.*
Hic omnia clara ſunt & perſpicua: lectio altera tenebras fruſtra offundit.

19 *Omnia prius experiri, quam armis, ſapientem decet.* Nonius bis *Armis* v. Manere & v. Experiri: & ſic utroque loco codex noſter vetus.

Dixtin hoſce mihi dies ſoli dáre te? TH. *quid tum póſtea?*
THR. *Rógitas? quae mi ante óculos coram amátorem adduxtí tuum:*
Quíd cum illoc agás? et cum eo clám te ſubduxtí mihi. 25
TH. *Lúbuit.* THR. *Pamphilam ergo huc redde, níſi ſi mauis éripi.*
CH. *Tibi illam reddat, aút tu eam tangas? ómnium.* GN. *ah quid agis? tace.*
THR. *Quíd tu tibi uis? égo non tangam meám?* CH. *tuam autem, fúrcifer?*
GN. *Cáue ſis: neſcis cui maledicas núnc uiro.* CH. *non tu hínc abis?*
Scín tu ut tibi res ſe hábeat? ſi quicquam hódie hic turbae coéperis, 30
Fáciam ut huius locí dieique meíque ſemper mémineris.
GN. *Míſeret tui me, qui húnc tantum hominem fácias inimícum tibi.*
CH. *Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis.* GN. *ain uero? canis?*
Sícine agis? THR. *quis tú homo es? quid tibi uís? quid cum illa reí tibi eſt?*

Donatus: *Quam armis:* Ἀναχόλουθον *pro Quam arma: aut* Ἔλλειψις *eſt, ſi ſubaudiamus Agere.* Homo habeat ſibi ſuas. Figura, quibus nihil hic opus. Quid enim promptius, quam magno & ſententiae & verſus commodo id ipſum, quod Magiſter poſtulat, reponere?

Omnia prius experiri, quam arma, ſapientem decet.

Sane codex egregius 900 annorum, nunc in Bibliotheca publica, *Armas ſapientem:* poſtea per *a* literam *i* trajecta eſt, *s* adhaeſit ex ſequente. *Experirl arma*; ſic paſſim *Jus, Vim, Gratiam experiri.* Statius Theb. XI, 338.

Me miſeram, vinces: prius haec tamen arma
Experiare domi. [*neceſſe eſt*

23 *Dixtin mihi hos dies ſoli dare te?* Ex libro Bembino ita facta collocatione verborum, *Dixtin hos mihi*, item ex eo libro & omnibus aliis, ac Donato, *coram amatorem*, ita hos verſus ordinamus:

Dixtin hos mihi dies ſoli dare te? TH. *quid tum poſtea?*
THR. *Rogitas? quae mihi ante oculos coram amatorem adduxti tuum?*

In priore verſu *mihi* diſſyllabum eſt; ita ut *hos mi* ſit trocheus, ſequens pes dactylus: in poſteriore monoſyllabum *mihi* elidítur. FAERNUS.

Atqui omnes noſtri cum Edd. vett.

Dixtin hos dies mihi ſoli.

Et ſane quod in Bembino ſolo eſt, *Dixtin hos mi | hi dies*, invenuſte dividit *Mihi* in pedes geminos. Lego, [*poſtea?*

Dixtin hoſce mihi dies ſoli dare te. Quid tum.

Sic enim Thais ipſa I, 2, 70.

Sine illum priores partes, hoſce aliquot dies
Apud me habeam.

Dies autem hic, ut paſſim, monoſyllabon eſt.

TH. *Quid cum illo agas? THR. & cum eo clam* 25
ſubduxti te mihi. Hunc ordinem verborum habent omnes fere l. s. & Donatus, ut pronomen *te* ſit antepenultima dictio hujus verſus. Ceterum in aliquibus & quidem antiquis exemplaribus eſt *cum illoc.* ita melius conſtat trochaicus, non facta tamen in *cum eo* ſynaloepha. FAERNUS.

Etiam ex noſtris bene multi *Quid cum illoc agas?* non *illo*. Sed mirum eſt omnes codices hoc Thaidi tribuere; cum hi duo verſus Thraſonis ambo ſint, *Quid cum illoc agas?* quid niſi, quod meretricis eſt, caput cum illo limes.

Pamphilam ergo huc redde; niſi vi mauis 26
eripi. Meliores codices habent, *Niſi ſi vi:* quorum alterum cum ſupervacuum ſit, ejecerunt *Si:* ego vero *Vi* ejicio, *Niſi ſi mavis eripi.* Viro docto plus placet *Vi:* quia ita ſupra IV, 6, 14.

Nam haec eſt, quam miles a me vi nunc
ereptam venit.

Ob iſtuc vero ipſum mihi diſplicet: inde enim huc intruſerunt; nec poeta bis idem tam prope diceret. Ibi recte *Vi* & in Arſi eſt; hic, quod nothum eſſe indicat, in Theſi. Denique in ipſo *Eripi*, praeſentibus militibus, *Vis* ſatis intellegitur.

Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? 27
Omnes.

Digitized by Google

CH. *Scíbis: principio éam esse dico líberam.* THR. *hem.* CH. *ciuem Atticam.*
THR. *hui.*
CH. *Meám sororem.* THR. *os dúrum.* CH. *miles, núnc adeo edícó tibi,*
Né uim facias úllam in illam. Thaís, ego eo ad Sóphronam
Nútricem, ut eam addúcam, et signa osténdam haec. THR. *tun me próhibeas*
Meám ne tangam? CH. *próhibebo inquam.* GN. *audín tu? hic furti se ádligat:*
Sátis tibi est? THR. *idem hoc tú ais, Thais?* TH. *quaére qui respóndeat.*
THR. *Quíd nunc agimus?* GN. *quín redimus: iam haéc tibi aderit súpplicans*
Ultro. THR. *credin?* GN. *ímmo certe: nóui ingenium múlierum:*
Nólunt ubi uelís: ubi nolis cúpiunt ultro: THR. *béne putas.*
GN. *Iám dimitto exércitum?* THR. *ubi uis.* GN. *Sánga, ita ut fortís decet*
Milites, domí focique fác uicissim ut mémineris.

Omnes fere libri & in iis antiquissimi, & Donatus, *aut tu illam tangas.* Sed esset octonarius Iambicus inter tot trochaicos, nisi quis hanc vocem *illam*, postremo loco positam, elisione alterius *l*, & *m*, quamvis sequente consonante, Pyrrichium faciat. FAERNUS.

Tibi illam reddat, aut tu illam tangas? Inter istos, opinor, libros Bembinus erat; idcirco ei nimium addictus Faernus *Tu illam* admisit, etiam cum versus dispendio. Ex *Aut tu illam* ille Dactylum efficit, vir doctus Anapaestum: & *Hinc clare*, ait, *liquet Aut posse corripi.* Itane clare? non vidi magis. Sed remittit nos ad And. I, 3, 3.

Quae si non astu providentur, mi aut horum pessum dabunt.

Immo sane hae licentiarum sordes pessum Terentium debuent. Quasi vero hic loci *Mi aut* per synalocpham in unam syllabam non coalescant? Quid multa? Ex tot nostris codicibus unus tantum *Illam*; ceteri omnes cum vett. Edd. *Tu eam*, quod, ut passim, in unam syllabam compingitur.

Ib. *Ah quid ais?* O. l. s. etiam antiquissimi, *ah quid agis?* & eo amplius solus Bembinus *aha*, quod & placet. quae vero sequuntur verba *quid tu tibi vis*, ea Thrasoni, ut videtur, & recte, Donatus & liber Bembinus attribuunt. FAERNUS. *Agis*, plurimi ex nostris: sed omnes *Quid tu tibi vis* Chremeti male assignant.

39 *Prohibeo inquam.* Omnes antiqui libri in futuro habent *prohibebo.* FAERNUS.

Tres ex nostris vetustissimi *Prohibebo*; ceteri *Prohibeo*. Utrumvis probe.

Satin hoc est tibi. Non temere in ullo invenias l. s. hanc lectionem: sed in omnibus & Donato, *satis hoc tibi est*, quae verba militi, & recte, Donatus attribuit. Gnatho enim, cui rixa displicebat, persuadere vult militi, sufficere ei furti actionem contra Chremetem, qui professus erat se prohibiturum ne miles suam tangeret. sed ut trochaicus constet, vel *tibi* erit una syllaba, vel ex *est s* elidetur. FAERNUS.

Immo nullo modo constabit Trochaicus. Vir doctus refingit, *Sat hoc tibi est.* Ego malim per interrogationem, & *Hoc* ejecto,

Sátis tibi ést? Idem hoc tú ais, Thais.

ut Phorm. V, 9, 58.

Satis tibi est, Chreme? Immo vero.

Quid nunc agimus? Quin redeamus. Ita quidem Codices, uno ex nostris Academico excepto, qui a manu prima *Redimus* habuit; postea factum *Redeamus*. Quanto illud venustius!

Quid nunc agimus? Quin redimus.

Semper, ubi *Quin* contentiam inchoat, Indicativo utitur noster. *Quin taces? Quin accipis? Quin abeo.* Plaut. Men. II, 1, 22.

In scirpo nodum quaeris, quin nos hinc domum Redimus; nisi si historiam scripturi sumus.

Milites domique foque. Unam tantum copulam continet liber Bembinus, & alii antiqui, ac Donatus, *domi focique*. quod & meli-

SA. *Iámdudum animus éſt in patinis,* GN. *frúgi es.* THR. *uos me hac ſéquimini.*

ACTUS V. SCAENA I.

THAIS. PYTHIAS.

TH. *PERGI' N, ſceleſta, mécum perplexé loqui?*
Scio, néſcio, abiit, aúdiui, ego non ádfui.
Non tu íſtuc mihi dictúra aperte es, quícquid eſt?
Uirgó conſciſſa uéſte lacrumans ópticet;
Eunúchus abiit: quámobrem? quid factúmſt? taces?
PY. *Quid tíbi ego dicam míſera? illum eunuchúm negant*
Fuíſſe. TH. *quis fuit ígitur?* PY. *iſte Chaérea.*
TH. *Qui Chaérea?* PY. *iſte ephébus frater Phaédriae.*
TH. *Quid ais uenefica?* PY. *átqui certo cómperi.*

orem habet numerum. FAERNUS. Sic & noſtri omnes *Domi focique* & Priſcianus p. 719.

46 *Iamdudum eſt animus.* Donatus & omnes libri ſcripti Terentii, praeter Bembinum, habent hanc collocationem, *iamdudum animus eſt*, quae & verſui commodior eſt. FAERNUS. Noſtri quoque omnes, *Animus eſt.*

Ib. THR. *Vos me hac ſequimini.* Noſtri omnes, tribus demptis, Sangae hoc tribuunt. Male, opinor: nam & Thraſo exit, & par eſt eum praecedere.

50 *Quid is obſecro ad nos, aut quamobrem adductus eſt?* PY. *neſcio.* Senarius hic impeditus, optime procedit, quemadmodum legitur in libro Bembino,

Quid is obſecro ad nos quamobrem adductu'ſt.
PY. *neſcio.*

ita & Victorianus; niſi quod habet *adductus* ſine verbo *eſt.* FAERNUS.

Quid is obſecro ad nos: quamobrem adductuſt. Neſcio.

Aut in omnibus noſtris eſt, uno excepto. Certe elegantiam ſuam hic habet: ut Phor. II, 3, 71. *At nos unde, aut quamobrem?* Hec. IV, 4, 75.

Reduo uxorem; aut quamobrem non opus ſit, dedo.

Et verſus cauſa olim ejecit Bembinus Librarius. Vir doctus ex *Obſecro ad* paratus eſt dactylum facere. Non eſt opus tam aſpera medicina. Lege,

Quid is obſecro ad me, aut quamobrem adductuſt. Neſcio.

Thais ſola aedium domina eſt; ideo recte *Ad me:* ut paſſim.

Siquidem tu iſta uera. O. l. s. *iſtaec uera.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Iſtaec.* 12

Sceleſta, ouem lupo commiſiſti. diſpudet. Qui *commiſti* legunt, facile ſe ex hujus verſus difficultate explicant. ſed & Donatus, & o. l. s. *commiſiſti*, habent. quam lectionem tenendo neceſſe eſt ex *ouem m* elidere, quamvis ſequente conſonante. FAERNUS. 16

Nonius v. Committere. *Terentius Eun. Ovem commiſiſti lupo.* Sic & MS vetus. Acron ad Horat. Carm. I, 3. *Commiſit: Credidit. Terent. Ovem lupo commiſiſti.* Codices quoque univerſi *Commiſiſti*, verſu tamen indignante ex *vem lupo* pedem fieri ſeu. Dactylum ſeu Anapaeſtum. At eſt qui ex culpa ipſa fiduciam ſumat; & quia admiſſa hic eſt, inde colligat familiarem & cotidianam fuiſſe. Magna demum iſto pacto erit licentiarum ſeges. Repono.

Sceleſta ouem lupo commiſi: diſpudet.

Nimirum Thais commiſit jubendo, aeque ac Pythias juſſum faciendo: Inde quod ſequitur, Sic *Mihi* data eſſe verba, non *Tibi*. *Sceleſtam* ſe vocat, more & conſuetudine: Heaut. V, 2, 17.

Sceleſtus quantas turbas concivi inſciens.

Pompeii uxor, Lucan. VIII, 639.

Ego te ſcelerata peremi.

Ouem lupo; utrumque in Arſi; & ſic in pronuntiatione

Digitized by Google

TH. *Quid is obsecro ad me, aut quámobrem adductust?* PY. *nescio:*
Nisi amásse credo Pámphilam. TH. *hem, misera occidi,*
Infélix, si quidem tu istaec uera praédicas.
Num id lácrumat uirgo? PY. *id opinor.* TH. *quid ais, sácrilega?*
Istúcine interminata sum hinc abiens tibi?
PY. *Quid fácerem? ita ut tu iusti, soli créditast.*
TH. *Scelésta, ouem lupó commisi. díspudet,*
Sic mihi data esse uérba. quid illuc hóminis est?
PY. *Era méa tace, tace obsecro, saluaé sumus:*
Habémus hominem ipsum. TH. *ubi is est?* PY. *hem ad sinísteram.*
Uiden? TH. *uideo.* PY. *comprehéndi iube, quantúm potest.*
TH. *Quid illó faciemus, stúlta?* PY. *quid faciás, rogas?*
Uide amábo, si non, cum áspicias, os ínpudens
Uidétur. TH. *non.* PY. *tum quaé eius confidéntiast?*

nuntiatione fit mora, ut oportet. Venia tamen indiget Terentius, qui in pede tertio finalem acuit.

17 *Quid hominis illic est?* Non fere in ullo libro invenias hanc collocationem, sed eam quae sequitur, *quid illic hominis est?* ita & Donatus: Bembinus vero hoc amplius pro *illic illuc* habet. Victorianus prius quidem *illuc* habebat, sed postea in *illic* mutatum est. eademque manu in margine ascriptum *illud*. quae mihi lectio, id est, vel *illuc*, vel *illud* magis placet, quam *illic*. FAERNUS.

19 *Habemus hominem ipsum.* Hunc versum & sequentem alii aliter ordinant. nos sic ex libro Bembino:

Habemus hominem ipsum. TH. *ubi is est?*
PY. *hem ad sinistram.*
Videsne? TH. *video.* PY. *comprendi jube,*
quantum potest.

Ut ambo sint trimetri Iambici; prior quidem catalecticus, sequens acatalecticus, id est senarius, in quo sit proceleusmaticus in secunda & in quarta dactylus, correpta in *jube* posteriore syllaba. FAERNUS.

Libri nostri fere omnes *Viden*, & *Comprehendi*. Ergo hi duo versus sic refingendi; ut & vir doctus acute vidit:

Habemus hominem ipsum. Ubi is est? Hem
ad sinistram.
Viden? Video. Comprehendi jube quantum potest.

TH. *Quid illi faciemus stulta?* PY. *quid faciam rogas?* 21 Donatus & liber Bembinus pro *illi illo*; pro *faciam facias* habent. & hoc posterius habent aliqui alii l. s. etiam ex antiquis. FAERNUS.

Duo ex nostris *Facias*: *Illo* unus veterrimus & Priscianus p. 1101. Ceteri *Illi* nescio an rectius: ut mox v. 10. ipse Chaerea:

Quid faciam? quid mea autem? quid faciet
mihi?

Os impudens videtur. TH. *non est.* PY. *tum* 22
quae ejus confidentia est? Haec omnia sine interpositione personae Thaidis in libris antiquis leguntur. quin & Donatus quoque haec ipsa omnia personae Pythiae attribuit, sic dicens. *Vide amabo, si non cum aspicias, os impudens videtur. mire ab eo quod respondere coeperat ad aliud transit, mirata confidentiam Chaereae: non est impudens, inquit: non est nisi similis impudenti.* Haec Donatus. ergo haec ita intelligenda sunt: vide amabo, si non os impudens quidem videtur, non autem est. FAERNUS.

Atqui plurimi apud me Codices *Non est* Thaidi tribuunt. Lege:

Vide amabo si non, cum aspicias, os impudens
Videtur. TH. *Non.* PY. *Tum quae ejus con-*
fidentiast?

Omnino illud *Quae* acuendum est, quod in recepta lectione latet. Sic *Qui color — quae habitudo est corporis*. *Non* autem, id est; non videtur. Thais, cum primum eum vidit, *Ita*

me

Digitized by Google

ACTUS V. SCAENA II.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

CH. *APUT. Antiphonem utérque, mater ét pater,*
Quaſi dédita opera, dómi erant, ut nullo modo
Introíre poſſem, quín uiderent me. ínterim
Dum ante óſtium ſto, nótus mihi quidam óbuiam
Uenít. ubi uidi, ego me ín pedes quantúm queo
In ángiportum quóddam deſertum; índe item
In áliud, inde in áliud: ita miſérrimus
Fuí fugitando, né quis me cognóſceret.
Set éſtne haec Thais, quám uideo? ipſaſt. haéreo.
Quid fáciam? quid mea aútem? quid faciét mihi?
TH. *Adeámus. bone uir Dóre ſalue: díc mihi,*
Aufúgiſtin? CH. *era, fáctum.* TH. *ſatin id tíbi placet?*
CH. *Non.* TH. *crédin te inpune hábiturum?* CH. *unam hanc nóxiam*
Amítte: ſi aliam admíſero umquam, occídito.

me dii ament, honeſtus eſt: Pythias, tum non irata, *Ille erat honeſta facie & liberali.* Et hoc clemens Thaidis reſponſum praeparatio eſt ad Scenam ſequentem, ubi reconciliatio fit, & familiaritas naſcitur.

5 *Ego me in pedes quantum queo.* Omnes antiqui libri *egomet*; cujus vocis extremam literam conjicit Lolgius eſſe debere *d*, & legendum *Egomed in pedes.* verſum ſuſtentando eliſione *n* ex *in.* ut ſaepe alibi. FAERNUS.
Noſtri quoque omnes *Egomet*: vitioſe pro *Ego me.* Remittimus enim Lolgio Plautinam ſuam, & opicam lectionem *Ego med, med* pro *me.* Nullus enim hic hiatus eſt,
Venit, ubi vidi, ego me in pedes quantum queo.

10 *Ah, quid faciam?* Non fere invenias *ah* in ullo l. s. ſine quo ſtat optime verſus, & nihil ſenſui deperit. FAERNUS. Nec in noſtris reperitur *Ah.*

12 *Aufugiſtin.* Quid hic quaerat vir doctus, cui numeri ſaniſſimi ſuaviſſimique hic diſplicent, neſcio. Ejus vero correctionem ſcio nemini placituram,
Dore ſalve, dic mihi.
CH. *Era.* TH. *Aufugiſtin?* CH, *Factum.*
Nempe, ait, Chaerea pavidus & officii plenus, ſingultim haec profert; uſque dum animam recipiat. Quale vero nobis ſomnium narrat? Illene pavidus? confidentiſſimus juvenum, qui haec joco & ludibrio loquitur? Illumne anima deficit? qui decem verſus continuos jam modo pronunciaverat.

Credin te impune abiturum? In aliquot antiquis exemplaribus, inter quae eſt & Bembinum, legitur *habiturum* cum aſpiratione. quae minime dubia eſt lectio; dicimus enim *impune habere* ut & infra: *Siquidem iſtuc impune habueris.* & Virgilius: *Non impune feres.* FAERNUS. Noſtri plerique *Habiturum.* 13

Mitte, ſi aliam unquam admiſero ullam, occidito. Hanc lectionem in nullo l. s. invenio. Sed hanc quae ſequitur in pleriſque, 14
Amitte, ſi aliam admiſero unquam, occidito.
quae & elegans eſt compoſitio & verſui optime ſerviens. FAERNUS. Noſtri quoque *Amitte.*

TH. *Num meam ſaevitiam veritus es?* CH. *non.* TH, *quid igitur?* Aliquot antiqui libri, & in iis Bembinus, item Donatus non habent verbum *es.* quo dempto ſtat verſus, vel diſſolvendo *quid* in duas ſyllabas, ut in quinta ſede ſit tribrachus, vel in *ſaevitiam* dividendo diphthongum. praeterea in libro ſcripto Donati 15

Digitized by Google

TH. *Num meám ſaeuitiam uéritu's?* CH. *non.* TH. *non? quíd igitur?*
CH. *Hanc métui, ne me críminaretúr tibi.*
TH. *Quid féceras?* CH. *paulúm quid.* PY. *eho paulum ínpudens.*
An paúlum hoc eſſe tíbi uidetur, uírginem
Uitiáre ciuem? CH. *meám conſeruam crédidi.*
PY. *Conſéruam? uix me cóntineo quin ínuolem in*
Capíllum. monſtrum; etiam últro deriſum áduenit.
TH. *Abin hínc inſana?* PY. *quíd ita? uero débeam*
Credo íſti quicquam fúrcifero, ſi id fécerim:
Praeſértim cum ſe ſéruum fateatúr tuum?
TH. *Miſſa haéc faciamus. nón te dignum, Cháerea,*
Feciſti: nam ſi ego dígna hac contumélia
Sum máxume, at tu indígnus qui facerés tamen.
Neque édepol, quid nunc cónſili capiám, ſcio
De uírgine iſtac: íta conturbaſti mihi
Rationes omnis, út eam ne poſſim ſuis,
Ita ut aéquum fuerat ítaque ut ſtudui, trádere:

nati legitur *ſaevitiem*, quod magis antiquum videtur. FAERNUS.

Etiam a noſtris pleriſque abeſt *Es*. Sed quid verſui fiet? Nam Faerni illa *Quid* vel *Saëu* diſſoluta nauſeam excitant. Vir doctus in textum recipit *Es*. Tu hanc corrigendi viam inſiſte;

Num meam ſaevitiam veritu's? Non. Non? quid igitur.

Hoc pacto reſponſum Chaereae in ictu exauditur.

17 TH. *Quid fecerас?* CH. *paululum quiddam.* PY. *eho paululum impudens?* Et utrobique in hoc verſu, & in ſequenti legendum *paulum* ex libro Bembino, verſuſque ratione. FAERNUS.

Recte *Paulum*; & ſic unus ex noſtris. Praeterea pro *Quiddam*, Chartaceus codex *Quidem*. Repone, [*impudens?*

Quid féceras? paulúm quid. Eho paulum,

Et jam vides, cur *Paulum* acuat ultimam, nempe ob Encliticum *Quid*; ut Graece Μικρόν τι. Heaut. II, 3. 75.

Ubi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim.

19 *Vitiáre civem? Cónſervam eſſe crédidi. Conſérvam?* Vides *Conſérvam* in repetitione variare accentum: quod nuſquam apud Noſtrum fieri ſolet. Repono igitur:

Vitiáre civem? Meám conſervàm credidi.

Plaut. Caſ. I, i, 26.

Bellum ego tecum gerellam Caſinam; conſervam tuam.

Sic Amph. Prol. 129. *Conſervum ſuum.* Mil. II, i, 67. *Meus conſervus.* & II, 2, 88. Cum *Eſſe* hic inſereretur: *Meum* ob verſum poſtea ejectum eſt.

TH. *Abi hinc inſana.* PY. *quid ita vero? debeam* 22
Credo iſti quicquam furcifero ſi id fécerim.

Liber Bembinus, pro *abi, abin*, pro *fecerim*, *fecero* habet. Ceterum quod Donatus in expoſitione horum verborum *debeam Credo iſti quicquam furcifero* dicit ſubaudiri debere *vero*, non video cur eam dictionem deſideret, quae mutata tantum diſtinctione praeſto eſt; ſi enim poſt *quid ita* diſtinguas, remanet vox *vero* ſubſequentibus applicata, hoc modo, *quid ita? vero debeam Credo iſti quicquam furcifero*. FAERNUS.

Unus ex noſtris veterrimus *Abin*, a nunc eraſo: omnes *Fecerim*; quod equidem praetulerim; quia *Furcifero Fecero* ingratum quiddam ſonant.

Ut eam non poſſim ſuis 30
Ita ut aequum fuerat, atque ſtudui tradere.

Sex e noſtris Codices, & in iis vetuſtiſſimi, *Ne poſſim*: unus etiam antiquus *Neque ut ſtudui*.

Ut ſólidum parerem hoc mí beneficium, Chaérea.
CH. *At núnc dehinc ſpero aetérnam inter nos grátiam*
Fore, Tháis. ſaepe ex húiuſmodi re quápiam et
Malo éx principio mágna familiáritas
Conflátaſt. quid ſi hoc quíſpiam uoluít deus?
TH. *Equidém pol in eam pártem accipioque ét uolo.*
CH. *Immo íta quaeſo. unum hoc ſcíto; contuméliae*
Non mé feciſſe caúſa, ſet amoris. TH. *ſcio.*
Et pól propterea mágis nunc ignoſcó tibi.
Non ádeo inhumano égo ſum ingenio, Cháerea,
Neque ita ínperita, ut quid amor ualeat, néſciam.
CH. *Te quóque iam, Thais, íta me di bene amént, amo.*
PY. *Tum pól ab iſtoc tibi, éra, cauendum intéllego.*
CH. *Non aúſim.* PY. *nil tibi quícquam credo.* TH. *déſinas.*
CH. *Nunc égo te in hac re mi óro ut adiutríx ſies,*
Ego mé tuae comméndo et committó fidei:
Te míhi patronam cápio, Thais: te óbſecro:
Emóriar, ſi non hánc uxorem dúxero.
TH. *Tamen ſi pater quid.* CH. *áh uolet, certó ſcio:*
Cuís modo haec ſit. TH. *paúlulum opperírier*
Si uís, iam frater ípſe hic aderit uírginis:
Nutrícem adcerſitum iít, quae illam aluit páruolam:

ſtudui. Repone. *Ut eam ne poſſim ſuis,*
Ita ut aequum fuerat, itaque ut ſtudui, tradere.
Ut ne paſſim. *Aliquid facerem, ut hoc ne facerem.*
Ita itaque ſaepius. And. III, 3, 18.
Immo ita volo, itaque poſtulo, ut fiat, Chreme.

35 *Malo ex principio.* Praepoſitio *ex* abeſt ab omnibus antiquis libris. in reliquis collocata eſt ante dictionem *malo*, ubi ſtare propter verſum non poteſt. quare ſubditiciam rati ſumus. FAERNUS.
Sex e noſtris *Ex malo principio*; & recte fecit qui primus *Malo ex principio* edidit. Amat noſter, ut liqueſcant vocales ultimae: praeſertim cum eaedem geminantur.

41 *Non adeo inhumano ingenio ſum, Chaerea.* Noſtri plerique omnes *Sum ingenio.* unde reponendum:
Non ádeo inhumano égo ſum ingenio, Chaérea.

42 *Neque tam imperita.* Omnes fere antiqui libri, & in iis Bembinus, *Neque ita imperita.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Ita.*

Tum pol tibi ab iſto. Plerique l. s. etiam antiqui & Donatus *ab iſtoc* habent. quo quidem modo melius ſtat ſenarius: aut legendum ut in Bembino *cavendum eſſe.* FAERNUS. Tres ex noſtris veterrimi, paulo melius. 44
Tum pol ab iſtoc tibi, era, cavendum intellego.

Ego me tuae commendo. Hujus verſus & ſequentis ordinem ex l. s. o. commutamus, ut qui nunc prior eſt, ſit poſterior. FAERNUS. Sic & noſtri & Edd. vett. 47

Te mihi patronam cupio. Omnes quotquot ſunt l. s. *capio* habent. idque in aliquibus etiam Donati libris eſt: in aliquibus *cupio.* FAERNUS. Noſtri etiam omnes cum Edd. vett. *capio.* 48

TH. *Tamen ſi pater.* CH. *quid? ah volet, certo ſcio.* Ut ſenarius ſuſtentetur, elide *r* ex *pater*, vel *n* ex *tamen.* FAERNUS. 50

Diſtin-

In cognoscendo túte ipse aderis, Chaérea.
CH. *Ego uéro maneo.* TH. *uísne interea, dúm uenit,*
Domi ópperiamur pótius, quam hic ante óstium?
CH. *Immó percupio.* PY. *quám tu rem actura óbsecro es?*
TH. *Nam quíd ita?* PY. *rogitas? húnc tu in aedis cógitas*
Recípere posthac? TH. *cúr non?* PY. *crede hoc meaé fidei,*
Dabit hic pugnam aliquam dénuo. TH. *au, tace óbsecro.*
PY. *Parúm perspexe eius mihi uidere audáciam.*
CH. *Non fáciam, Pythias.* PY. *nón pol credo, Chaérea,*
Nisi sí commissum nón erit. CH. *quin, Pýthias,*
Tu mé seruato. PY. *néque pol seruandúm tibi*
Quicquám dare ausim, néque te seruare: ápage te.
TH. *Adest óptume ipse fráter.* CH. *perii hercle: óbsecro*
Abeámus intro, Thais: nolo me ín uia
Cum hac uéste uideat. TH. *quámobrem tandem? an quía pudet?*
CH. *Id ípsum.* PY. *id ipsum? uírgo uero.* TH. *i prae, sequor.*
Tu istíc mane, ut Chremem introducas, Pýthias.

ACTUS V. SCAENA. III.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA nutrix.

P. *QUID, quíd uenire in méntem nunc possit mihi?*

Distingue hoc modo;
Tamen si pater quid. CH. *Ah volet, certo scio.*
ut Andr. V, 4, 47.
Causa optumast: Nisi si quid pater ait aliud.
Vides *Patér* ultimam acuere; ob sequens Enclíticon *Quid*.

55 *Visne interea dum is venit.* Ita aliqui libri habent. aliqui vero *dum venit is*, quae variatio facit ut eam dictionem subditiciam putem: eo magis quod nec in libro Bembino est, ubi ita legitur, *vin interea dum venit.* FAERNUS. Nostri *Visne*, quod melius.

61 *Parum perspexisse ejus videre audaciam.* Mutarunt olim Magistri; ne Noster vetuste loquens discipulis displiceret. Revoca ipsius manum.
Parum perspexe ejus mihi videre audaciam. Plaut. Mil. I, 6, 72.
Et me despexe ad te per impluvium tuum. ita *Respexis* bis, ter.

Non faciam, Pythias. Non pol credo, Chaerea. 62 Dictio *pol* non est in libro Bembino, nisi recenti manu addita. quae & impedit versum: non tamen adeo ut non possit aliquo modo sustentari. FAERNUS.

Vir doctus, vel *Pythias*, ait, dactylus, vel *Pythjas* spondeus. Quid frequentius est, vel Lucilio & Lucretio, quam *s* brevem ante consonantem ejicere: *Dulcedini' fructum?* Sic hic *Pythia' non. Famelicu' videt.*

Virgo vero. Donatus non per interrogatio- 69 nem, sed affirmative legit, ut, *Egregiam vero laudem.* dicente enim Chaerea se nolle in via videri cum veste Eunuchi, subjicit Pythias: *virgo vero.* quasi diceret, en qui sit virginalis pudoris. FAERNUS.

I prae, sequar. Antiqui libri, & Donatus, Ib. *sequor.* FAERNUS.
Plerique nostri quoque, *Sequor.* Recte: una enim cum eo egreditur e Scena.

Digitized by Google

Quidnám qui referam ſácrilego illi grátiam,
Qui hunc ſúppoſiuit nóbis? CH. *move uero ócius*
Te, nútrix. SO. *moueo.* CH. *uídeo, ſet nil prómoues.*
PY. *Iamne oſtendiſti ſígna nutrici?* CH. *ómnia.*
PY. *Amábo, quid ait? cógnoſcitne?* CH. *ac mémoriter.*
PY. *Bene édepol narras: nam illi faueo uírgini.*
Ite íntro; iamdudum éra uos exſpectát domi.
Uirúm bonum eccum Pármenonem incédere
Uideó: uide ut otióſus it, ſi dís placet.
Speró me habere, qui húnc excruciem meó modo.
Ibo íntro de cognítione ut certúm ſciam:
Poſt éxeo, atque hunc pérterrebo ſácrilegum.

ACTUS

2 *Illi ſacrilego gratiam.* O. l. s. *ſacrilego illi.* FAERNUS. Sic & noſtri plerique omnes.

3 *Qui hunc ſuppoſuit nobis.* CH. *move vero ocius.* *Qui hunc* non poteſt Iambum efficere; cum extra Ictum neceſſario ſynaloepham patiatur. Repone,
Qui hunc ſúppoſivit nóbis. Move vero ócius.
Et hoc magiſtri immutarunt. Plautus ſaepius *Expoſivit, Depoſivit:* quod nec Catullus refugit XXXV. *Depoſivit olivam.*

10 *Ut otioſus ſit.* Liber Bembinus *it.* quamvis hoc verbum per *d* ſcriptum ſit. FAERNUS. Noſtri omnes mendoſe *Sit* habent: Eugraphius: *Attende ut ſecurus Parmeno* ambulat *& otioſus.*

11 *Spero me habere qui hunc meo excruciem modo.* Apud Priſcianum p. 1143. Codex veterrimus habet, *Hunc excruciem meo modo.* Recte, ut in Ictu acuatur *Meo.* Sic Heaut. II, 4, 21.
Hoccine me miſerum non licere meó modo ingenium frui. And. I, 1, 126.
Sine nunc meó me vivere interea modo.

13 *Poſt exibo atque hunc perterrebo ſacrilegum.* *Ibo intro—Poſt exibo.* Non ſatis venuſte. Repone,
Poſt exeo, atque hunc perterrebo ſacrilegum.
Supra III, 2, 40.
Simul imperabo. poſtea continuo exeo.

4 *Nam ut omittam.* Bembinus *mittam.* FAERNUS.
Nam ut mittam, quod ei amorem difficillimum & Cariſſimum ab meretrice avara, virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia.
Duo quoque ex noſtris vetuſtiſſimi *Mittam.* Sed quid quaeſo eſt *Virginem confeci?* Donatus: 'Cum dicere deberet, *Quod ei amorem difficillimum & cariſſimum confeci:* oblitus dicti 'ſuperioris tranſit ad *Virginem.* Quod ſi dixiſſet *Amorem confeci;* poſſet intelligi *Confeci,* 'expedivi, perfeci. At vero *Virginem confeci,* 'quid intelligemus, niſi hoc unum Virginem 'a Chaerea confectam atque devictam. Vides, quantam veteribus Magiſtris moleſtiam haec dederint: nec immerito; non enim aliter explicabis, niſi prius emendaveris. Ecce tibi rem confectam: [*mum &*
Nam ut mittam, quod ei amorem difficilli-
Cariſſimum, a meretrice avara virginem
Quo amabat, eum *confeci ſine moleſtia.*
Ubi id habes, quod poſtulavit Donatus: *Confeci,* expedivi amorem difficillimum & cariſſimum, quo amabat virginem ab meretrice avara. *Amare a meretrice virginem,* hoc eſt, in

ACTUS V. SCAENA IV.

PARMENO. PYTHIAS.

PA. *REUI'SO, quidnam Chaérea hic rerúm gerat.*
Quod ſi áſtu rem tractáuit, di uoſtrám fidem,
Quantam ét quam ueram laúdem capiet Pármeno?
Nam ut míttam, quod ei amórem difficíllimum et
Caríſſimum, a meretríce auara úirginem
Quo amábat, eum conféci ſine moléſtia,
Sine ſúmptu, ſine diſpéndio: tum hoc álterum,
Id uéroſt quod ego míhi puto palmárium
Me répperiſſe, quó modo aduleſcéntulus
Meretrícum ingenia et móres poſſet nóſcere,
Matúre ut cum cognórit, perpetuo óderit.
Quae dúm foris ſunt, níl uidetur múndius,
Nec mágis compoſitum quícquam, nec magis élegans:
[Quae, cúm amatore cúm cenant, ligúrriunt.]

in domo & familia meretricis. Sic *Amare a lenone.* Adel. III, 2, 30. ex Palmerii diſtinctione:

Perii, quare? Amare *occepit aliam. Vae miſerae mihi.*

Neque id occulte fert: a lenone: *ipſus eripuit palam.*

Plaut. Pſeud. I, 2, 69 *Ubi ſunt qui amant a lenone?* Poen. V, 2, 132.

Amat a lenone hic. Facere ſapienter puto.

A meretrice omnes noſtri, non *Ab.* Eugraphius ad locum: *Gloriatur, quod amorem ei difficillimum explicaverit, cujus partes enumerat: quod* eum *confecit ſine moleſtia* &c.

14 *Quae cum amatore ſuo cum cenant, liguriunt.* Tres antiquiſſimi libri *ligurriunt* per duo *r* ſcribunt. poſſet ergo hic verſus ſuſtentari cliſo per parellipſin altero ex eis: melius tamen eſt detrahere dictionem *ſuo*; quae nec in libro Victoriano eſt niſi ſuperaddita. nec ſane ſenſui eſt neceſſaria. ita pulchre procedet ſenarius, habens dactylum in prima, non facta colliſione in *cum.* FAERNUS.

Quae cum amatore cum cenant, ligurriunt. Libri fere omnes *cum amatore ſuo*; quod vir eruditus in textum admiſit, & *Liguriunt* ſcribit ſecunda brevi. Sed laterem profecto lavant, quicumque huic verſui medicari cupiunt: quem certis jam argumentis cum ex verbis tum ex ſententia ſpurium eſſe convincam. Principio *Ligurrire* ſemper ſecundam producit. Horat. Serm I, 3, 81.

Semeſos piſcis tepidumque ligurrierit jus.

& II, 4, 79.

Tractavit calicem manibus dum furta ligurrit.

Ennius apud Donatum Phorm. II, 2, 25.

Mox cum alterius abligúrrias bona.

Catullus: *De meo ligurrire libido eſt.*

Auſonius Ep. 128.

Eunus Syriſcus inguinum ligurritor.

Plaut. Capt. I, 1, 16.

Dum ruri rurant homines, quos ligurriant.

Nuſquam aliter reperias: & fruſtra ſe tutatur vir doctus inepto iſto Donati Etymo: *Ligurio ἀπὸ τῦ λιγυρῦ, quod ſecundum Graecos ſuave intelligitur.* Graeci enim λιγυρὸν de ſuavi tantum ſono dicunt, numquam de ſapore. Deinde & ſenſu abhorret: ſi enim *Cum amatore ligurriunt*; tum & foris quoque edaces ſunt & cibi avidae, prorſus contra ſententiam. Donatus quidem ſic exponit: *Ligurire dicitur, qui eleganter & more ſenum multe faſtidio ſuaviora quaeque deguſtat.* Atqui falſum hoc, & ad hujus ipſius loci explicationem confictum. Refutant loca jam ſupra a me citata. Si ita eſſet; ne nata quidem ex eo eſſent compoſita illa, *Abligurrio, Obligurrio*; hoc eſt, devoro, heluor, comtumo. Gloſſae veteres;

Harúm uidere inlúuiem, ſordes, ínopiam;
Quam inhonéſtae ſolae ſint domi atque auidae cibi;
Quo pácto ex iure heſtérno panem atrúm uorent;
Noſſe ómnia haec ſalúti eſt aduleſcéntulis.
PY. *Ego pól te pro iſtis dictis et factis, ſcelus,*
Ulciſcar; ut ne inpúne nos inlúſeris.
Pró deum fidem, fácinus foedum! o infélicem aduleſcéntulum!
'O ſceleſtum Pármenonem, qui iſtum huc adduxít! PA. *quid eſt?*
PY. *Míſeret me: itaque ut né uiderem, míſera huc effugí foras,*
Quae futura exémpla dicunt ín eum indigna. P. *o Iúppiter.*
Quaé illaec turbaſt? númnam ego perii? adíbo. quid iſtuc, Pythias?
Quíd ais? in quem exémpla fient? PY. *rógitas, audacíſſime?*

teres; *Ligurio*, λίχνος, λίμβος. Λίχνος, *guloſus, catillo, ganeo. Glutto*, λίμβος, λαίμαργος. Quid jam videtur? Adde, quod *Cenánt* invenuſte acuat ultimam: adde, quod *Amatore ſuo* ſtulte dictum pro *Amatoribus ſuis:* Illud enim de una dicitur, non de pluribus. Plaut. Pſeud. I, 1, 39. *Phoenicium Callidoro amatori ſuo.* & Mil. II, 2, 84.

Dicam hanc Athenis aduenſſe cum amatore aliquo ſuo. & 90.
Cum amatore ſuo amplexantem atque oſculantem.

Hoc ſenſit Librarius apud Lindenbrogium qui ſic dedit,

Quae, cum amatores ſuos vocant, ligurriunt.

Atqui ſi *vocant*, o bone: *domi* ſunt, non *foris*; & ſententia ſecum pugnat. Adde, quod nihil dicat hic verſiculus, quod non ante & melius dictum ſit: atque hoc dempto, locus plenus ſit & perfectus. Ex Lindenbrogii codice id colligas, Annotatiunculam olim inter lineas factam, in textum poſtea irrepſiſſe; & pro vario Librariorum captu in ſenarii numeros redactam.

15 *Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam.* Pauciſſimos libros ſcriptos invenias, in quibus pro *ingluviem* non legatur *illuviem*, vel *inluviem*, ut in omnibus antiquis. & ſane ita legendum eſſe etiam ipſa oppoſitorum ratio ordoque oſtendit. duo attulit ſupra, quae in meretricibus decora videantur; munditiem, & in capiendo cibo modeſtiam: illam quidem ubi dixit, *nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans*; hanc vero ibi: *Quae cum amatore cum cenant ligurriunt.* ad quae nunc eodem ipſo ordine quo propoſita ſunt, reſpondet: mundiciei quidem, inluviem, ſordes, inopiam opponens; modeſtiae vero in cibo capiendo, inhoneſtam voracitatem, quam duobus verſibus his deſcribit: *Quam inhoneſtae ſolae ſint domi atque auidae cibi. Quo pacto ex jure heſterno panem atrum vorent.* eſſe autem oppoſita mundiciem & inluviem ex eo liquet, quod per inluviem, immundus quis dicitur. Terentius in Heautont. *Nelecta immunda inluvie.* Virgilius: *Foeda illuvies.* quod ſi *ingluviem* legas, praeterquam quod oppoſitorum ordo non ſervaretur, etiam in hoc poeta peccaret, quod nec in electo quidem ab ſe ordine permaneret: ſed tranſeundo ab *ingluvie* ad ſordes, & inopiam, deinde rurſus ad *ingluviem* revertendo, confuſione indecora. diverſa inter ſe rerum genera permiſceret. FAERNUS. Etiam ex noſtris plerique *Inluviem:* & ſententia id flagitat.

Noſſe ómnia haec ſalús eſt aduleſcentulis. 18 Sentitne auris tua ingratum illud *Salús eſt?* Siminus; at certe hoc concedes, vix bene Latine ſic dici. Repono,

Noſſe omnia haec ſaluti eſt aduleſcentulis.

Sic Heaut. II, 3, 93.

An ea quoque dicetur hujus, ſe una haec decori eſt parum.

Plaut. Merc. II, 2, 32.

Sin ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo.

Moſt. II, 1, 4.

Nec ſalus nobis ſaluti jam eſſe, ſi cupiat, poteſt.

Suetonius Aug. XIV. *Saluti fuit, quod qui deſiderabatur, repente apparuit incolumis.*

Ulciſcar;

Pérdidiſti iſtúm quem adduxti pro éunucho aduleſcéntulum,
Dúm ſtudes dare uérba nobis. PA. *quíd ita? aut quid factúmſt? cedo.*
PY. *Dícam: uirginem íſtam, Thaidi hódie quae donó dataſt,*
Scís eam ciuem hinc éſſe? et fratrem eii éſſe adprime nóbilem?
PA. *Néſcio.* PY. *atqui ſíc inuentaſt: éam iſte uitiauit miſer.*
Ille ubi id reſcíuit factum fráter uiolentíſſimus
PA. *Quídnam fecit?* PY. *cónligauit prímum eum miſeris modis.*
PA. *Cónligauit?* PY. *ét quidem orante, út ne id faceret, Tháide.*
PA. *Quíd ais?* PY. *nunc minátur porro ſéſe id quod moechís ſolet:*
Quód ego numquam uídi fieri, néque uelim. PA. *qua audácia*
Tántum facinus aúdet? PY. *quid ita tántum?* PA. *an non hoc máxumumſt?*
Quís homo umquam pro moécho uidit ín domo meretrícia

20 *Ulciſcar; ut ne inpune in nos inluſeris.* Melius ex Regiis unus, & ex Meadianis alter, *Inpune nos illuſeris.* Sic Heaut. IV, 4, 19. *Dignam me putas, quam inludas:* & Phorm. V, 8, 22. *Satis ſuperbe inluditis me.*

21 *Pro fidem deum.* Solus liber Bembinus habet hanc collocationem verborum: quamvis deinde eadem fere manu, eorum inverſio ſit notata ab indicante legendum *pro deum fidem*, ut habent omnes alii libri & Donatus. quod ſi recipimus, oportebit in ſecunda ſede trochaici dactylum collocare, eliſo *m* ex *fidem*, quamvis ſequente conſonante. ſane in antiquiſſimis libris haec ſuperioribus junguntur, in unam eandemque ſcenam. FAERNUS.

Servius ad Aen. II, 502. ſic citat:
Pro deum atque hominum fidem.
Fortaſſe an vera lectio eſt,
Pro deum atque hominum, facinus foedum.

29 *Hodie quae dono data'ſt.* Liber Bembinus, *quae hodie.* FAERNUS. Atqui omnes noſtri, *Thaidi, hodie quae:* Recte; & gratior it verſus; quod & vir doctus ſenſit.

30 *Scis eam hinc civem eſſe?* Atqui hoc pacto *Civem* in Theſi totum occultatur. Omnes fere noſtri. *Scis eam civem hinc eſſe?*

Ib. *Et ejus fratrem adprime nobilem?* O. l. s. ita collocant, *fratrem ejus*; & Donatus quoque. ac praeterea is ipſe & libri ſcripti Terentii fere omnes, poſt *ejus*, habent verbum *eſſe*. quod & verſui neceſſarium eſt, & ſermoni, quamvis geminatum videatur, non incommodum, FAERNUS.

Omnes etiam noſtri, *Fratrem ejus eſſe*: ſed lege. *Fratrem-eii eſſe.* Nunc indicat, fratrem virgini eſſe; non ſumit ut Parmenoni notum. Qui enim potuit hoc ſcire, qui ne ipſam quidem quae eſſet ſciret?

32 *Ille ubi id reſcivit factum.* Bembinus liber non habet particulam *id*, niſi ſuperadditam: qua dempta, *factum* nomen erit, & perinde erit ac ſi diceret, ubi reſcivit rem, quod elegantius ſine pronomine dici videtur. FAERNUS.

Ille ubi reſcivit factum. Sic ex Bembino Faernus; & ſic ex Regiis unus. Ceteri omnes, *Ille ubi id reſcivit factum.* Adel. I, 1, 45. *Dum id reſcitum iri credit.* Hec. III, 1, 7. *Priuſquam id reſcitumſt.* Andr. Prol. v. 15. *Id iſti vituperant factum.* Eunuc. I, 2, 14. *Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.*

33 *Quidnam fecit?* PY. *conligavit primum eum miſeris modis.* PA. *hem.* Liber Bembinus, particulam *hem* in ſequentem verſum rejicit. qui hoc modo eſſet octonarius, cum alii ſint trochaici. ſed melius eſt eam interjectionem delere ex fide aliorum vetuſtorum librorum, verſuumque ratione: ita enim erunt omnes trochaici. FAERNUS.

Neque noſtri agnoſcunt *Hem.* Et praeterea illud *Atque equidem*, quod libri conſtanter retinent, ſuo ſe indicio prodit. Lege, *Et quidem* orante. *Equidem* in priſcis ſcriptoribus ſemper perſonae primae eſt, & *Atque equi* Dactylus non commode in ea ſede locatur.

38 *Quis homo pró moecho umquam vidit.* Vides *Pró* acui, & *Moecho* in Theſi deprimi. Non ita

Préndi quemquam? PY. *néscio.* PA. *at ne hoc nésciatis, Pythias;*
Dico, edico uóbis, noſtrum eſſe illum erilem fílium. PY. *hem,*
Obſecro an is eſt? PA. *né quam in illum Tháis uim fierí ſinat.*
Atque adeo autem cúr non egomet intro eo? PY. *uide, Pármeno,*
Quíd agas, ne neque ílli proſis, ét tu pereas: nam hóc putant,
Quícquid factumſt, á te eſſe ortum. PA. *quíd igitur faciám miſer?*
Quídue incipiam? ecce aútem uideo rúre redeuntém ſenem:
Dicam huic, an non dícam? dicam hercle: étſi mihi magnúm malum
Scío paratum: ſét neceſſe eſt: húic ut ſubueniát. PY. *ſapis.*
Ego abeo intro: tu ísti narra omne órdine, ut factúm ſiet.

ACTUS V. SCAENA V.

LACHES. PARMENO.

L. *EX meó propinquo rúre hoc capio cómmodi:*
Neque agrí neque urbis ódium me umquam pércipit.
Ubi ſátias coepit fieri, commutó locum.
Set eſtne ílle noſter Pármeno? et certe ípſus eſt.
Quem praéſtolare, Pármeno, hic ante óſtium?
PA. *Quis homóſt? ehem, ſaluom te áduenisſe gaúdeo.*

ita Scena proxima v. 22. *Hunc pro moécho poſtea.* Lege hic ergo,

Quis homo umquam pro moécho vidit.

Ita voces ſingulae recte feriuntur.

39 *Deprehendi quenquam?* Hic verſus eſt octonarius Iambicus, cum alii hujus ſcenae ſint trochaici catalectici; ſed in dictione *deprehendi* variant l. s. alii enim *deprendi*, alii *apprehendi*; Bembinus & Vaticanus, *prehendi*. quae mihi lectio probatur, ex qua facio *prendi*; duas in unam priores ſyllabas contrahendo: praeſertim cum aliquot libri eam partem ita contractam habeant in *deprendi*. ita verſus eſt trochaicus catalecticus. FAERNUS.

Duobus exceptis omnes noſtri *Prehendi*, hoc eſt, ut Faernus, *Prendi*.

44 *Ex te eſſe ortum.* Noſtri fere omnes *A te eſſe:* Sic And. III, 2, 9. *Abs te eſſe ortum.* & II, 1, 35.

Tamen tibi a me nulla eſt orta injuria.

46 *Dicam huic, an non? dicam hercle: etſi mihi magnum malum.* Hic verſus, qui ut ceteri Tetrameter eſſe debuit, toto pede brevior eſt. Sed praeſto adeſt vir doctus, qui nulla neque in *Dicam* neque in *Hercle* eliſione facta pedem, ſed ligneum, ſuppeditat. Quo vero exemplo nulla hic fiet eliſio? Plaute, ait, hoc frequens. Miſeret me profecto Plauti, qui omnibus erratis patronus accerſitur. Tu mecum lege:

Dicam huic, an non dicam? dicam hercle, etſi mihi magnum malum.

48 *Ego abeo intro: tu iſti narrato omnem rem ordine ut factum ſiet.* In magnam difficultatem incidit & hic verſus. ſed cum liber Victorianus & Bembinus non *narrato* habeant, ſed *narra*: cumque & ab his libris, & ab omnibus aliis abſit dictio *rem:* ita enim in omnibus legitur, *omnem ordinem, ut factum ſiet*, unus etiam pro *omnem*, *omne* habeat; crediderim & verſui commode & ſermoni, legendum: [*factum ſiet.*

Ego abeo intro: tu iſti narra omne ordine, ut quod autem *omne* abſolute dici poſſit, oſtendit Plautus in Amphitryone,

Ordine omne ut quicque d'actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, Ediſſertavit. FAERNUS.

Mire

L. *Quem praéſtolare? P. périi: lingua haerét metu. L. hem,*
Quid eſt quód tu trepidas? ſátine ſalue? díc mihi.
P. *Ere, prímum te arbitrári id quod res éſt uelim:*
Quicquíd huius factumſt, cúlpa non factúmſt mea.
L. *Quid? P. récte ſane intérrogaſti. opórtuit*
Rem praénarraſſe me. émit quendam Phaédria
Eunúchum, quem dono huíc daret. L. cui? P. Thaídi.
L. *Emít? perii hercle. quánti? P. uiginti minis.*
L. *Actúmſt. P. tum quandam fídicinam amat hinc Cháerea. L. hem,*
Quid? ámat? an iam ſcit ílle quid meretríx ſiet?
An in áſtu uenit? áliud ex alió malum.
P. *Ere né me ſpectes: me ínpulſore haec nón facit.*
L. *Omítte de te dícere. ego te, fúrcifer,*
Si uíuo. ſet iſtuc quícquid eſt, primum éxpedi.
P. *Is pro íllo eunucho ad Thaídem huc dedúctus eſt.*
L. *Pro eunúchon? P. ſic eſt. húnc pro moecho póſtea*
Comprehéndere intus, ét conſtrinxere. L. óccidi.
P. *Audáciam meretrícum ſpecta. L. númquid eſt*
Aliúd mali damníue quod non díxeris
Relíquom? P. tantum eſt. L. céſſo huc introrúmpere?

Mire hic variant codices noſtri. Recte Faernus. Sed in loco Plautino Amph. II, 1, 52. pro *Ut quicque a' actumſt*, lege, *Uti quicque actumſt.*

6 *Quis homoſt? Ehem, ſalvom te advenire, ere, gaudeo.* Omnes noſtri, uno excepto, *Adveniſſe* cum Edd. vett. Praeterea duo veterrimi & tertius bonae notae non habent *Ere.* Lege,
Salvom te adveniſſe gaudeo.
Mox tertio abhinc verſu *Ere* habes: quod putide repeteretur.

8 *Hem, quid eſt quod trepidas?* Appone *Hem* verſui priori: & in ſequenti lege,
Quid eſt, quod tu trepidas?
Tu habent noſtri plerique omnes.

9 *Ere primum te arbitrari, quod res eſt, velim.* Plerique ex noſtris, *Id quod res eſt.* Supra IV, 6, 10. *Quid ais? Id quod res eſt.*

15 *Tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.* Repone, *Amat hinc Chaerea:* id eſt, eadem Thaidis domo. Sic *Amat a meretrice, a lenone.* Vide ad V, 4, 4.

Hem, quíd? amat? án ſcit jam ille quid meretrix ſiet? Vides *Amat*, quod praeſertim in repetitione acui debebat, in Theſi latere. Ergo *Hem* priori verſui appone, & lege, 15
Quid? ámat? an jám ſcit ille quid meretrix ſiet?
Infra V, 6, 15. *Quid? jam ſcis te periſſe?* Priſcianus p. 1012. *Hem, quid? amat? an ſcit ille:* omiſſo *Jam:* ſic ibi & vetus codex.

Ad Thaidem hanc. Pronomen *hanc* non eſt 21
in libro Bembino, & certe ſuperfluit, cum jam ſupra dixerit, *huic Thaidi.* FAERNUS.
Noſtri omnes, uno excepto, *Hanc:* & ſane amat Terentius ſyllabas ultimas liquefacere. Lege vero,
Is pro illo Eunucho ad Thaidem huc deductus eſt.
Supra II, 3, 60. ipſe dicit Parmeno:
Huc deductaſt ad meretricem Thaidem: ei dono dataſt.
Et nota, eum tam hic quam illic ante oſtium Thaidis ſtetiſſe.

Reliquom. PA. *tantum eſt.* LA. *ceſſo huc intro* 26
irrumpere? Liber Bembinus & Victorianus & aliqui

P. *Non dúbium eſt quin mi mágnum ex hac re ſít malum.*
Niſi quía neceſſum fúit hoc facere, id gaúdeo
Proptér me hiſce aliquid éſſe euenturúm mali:
Nam iámdiu aliquam caúſam quaerebát ſenex, 30
Quamobrem áliquid aegre fáceret iis: nunc répperit.

ACTUS V. SCAENA VI.

PYTHIAS. PARMENO.

PY. *NUMQUAM édepol quicquam iámdiu quod mágis uellem euenire*
Mi euénit, quam quod módo ſenex intro ád nos uenit érrans.
Mihi ſólae ridiculó fuit, quae quíd timeret ſcíbam.
PA. *Quid hoc aútemſt.* PY. *nunc id pródeo, ut conuéniam Parmenónem.*
Set ubi óbſecro eſt? P. *me quaérit haec.* PY. *atque éccum uideo: adíbo.* 5
PA. *Quid éſt, inepta? quíd tibi eſt? quid rides? pergin?* PY. *périi:*
Deféſſa iam ſum míſera te ridéndo. PA. *quid ita?* PY. *rógitas?*

aliqui alii, *introrumpere*. Plautus in Rudente, *Introrumpam jam huc in Veneris fanum.* utroque modo verſus ſtat, ſi in *ceſſo huc* ſynaloepha non fiat. FAERNUS.

Non in *Ceſſo huc* ceſſat Synaloepha: ſed *Reliqüom* eſt quadriſyllabon; ut alibi non raro. *Introrumpere* autem etiam Nonius hic legit v. Rumpere. Vide Plaut. Amph. IV, 3, 15. & Mil. II, 5, 50.

28 *Niſi quia neceſſe fuit.* In libro Bembino ſcriptum eſt *neceſſus*, quod & Donatus admittit. FAERNUS.

Sane ſyllaba longa hic verſum adjuvat. Sed *Neceſſum* hic malim ut ſaepe apud Plautum. Donatus quidem agnoſcit *Neceſſus* ſed genere maſculino ut *Neceſſis*.

31 *Quamobrem inſigne aliquid faceret iis: nunc repperit.* Unus tantum ex noſtris hoc ordine: duo cum vett. Edd. *Inſigne faceret aliquid*; plerique, *Aliquid inſigne faceret*. Repone certiſſime: [*repperit.*

Quamobrem aliquid aegre faceret iis; nunc Supra IV, 1, 10. *Voluit facere contra huic aegre.* Plaut. Caſ. III, 4, 17. *Quin cupio tibi, Quin aliquid aegre facere, quin faciam lubens. Aliquid mali inſigne* ne Latinum quidem eſt. In altero quoque ordine legere poteris, *Quamobrem aegre faceret aliquid iis.*

3 *Mihi ſolae ridiculo fuit.* *Solae* omnes codices, & Priſcianus p. 678. *Hujus & huic Solae*, ex hoc ipſo loco. Et tamen Eun. III, 2, 27. *Sibi ſoli.* IV, 2, 9. *Manendumſt ſoli.* IV, 7, 23. *Mihi ſoli.* V, 1, 15. *Soli creditaſt.* Adel. I, 1, 9. *Tibi ſoli.* Hec. III, 2, 15. *Sola ſoli.* III, 3, 50. *Soli credidi.* Phorm. II, 3, 58. *Soli licet.* Sed haec omnia ſunt maſculino genere. Hinc igitur colligas *Solae* dixiſſe non tamen *Solo*; *Alterae* (Heaut. II, 3, 30.) non *Altero*.

PAR. *men quaerit haec.* In antiquis libris 5
legitur affirmative, *me quaerit haec.* item, *numquam pol.* FAERNUS. Sic & noſtri.

Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid rides? 6
pergin? Perii. Claudicat verſus: Nam loco *Quid tibi vis*, Creticus eſſe debet. Lege, *Quid eſt inepta? quid tibi eſt?*

Non poſſum ſatis narrare quos ludos praebueris intus. 9
Lege ordine paulum immutato:

Non poſſum ſatis narrare quos praebueris ludos intus.

Sed unde illud petitum eſt, *Non poſſum ſatis narrare?* Siquidem noſtri univerſi, *Non ſatis poteſt narrari quos.* Quarum lectionum, non (ut vir doctus opinatur) utraque commoda eſt: haec enim poſterior verſum trucidat. Hec. I, 2, 15. *Non dici poteſt, Quam cupida eram huc redeundi.* III, 4, 2. *Non hercle verbis, Parmeno, dici poteſt.* Phorm. II, 3, 5. *Cujus de ſtultitia dici, ut dignumſt, non poteſt.* Plaut.

Digitized by Google

Numquám pol hominem ſtúltiorem uídi, nec uidébo. ah.
Non póſſum ſatis narráre quos praebúeris ludos íntus.
At étiam primo cállidum ac diſértum credidi hóminem.
Quid? ílicone crédere ea quae díxi, oportuít te?
An poénitebat flágiti, te auctóre quod fecíſſet
Aduléſcens, ni miſerum ínſuper etiám patri indicáres?
Nam quíd illi credis túm animi fuíſſe, ubi ueſtem uídit
Illam éſſe eum indutúm pater? quid? iám ſcis te períſſe?
PA. *Hem quíd dixiſti, péſſuma? an mentíta es? etiam rídes?*
Itan lépidum tibi uiſum éſt, ſcelus, nos ínridere? PY. *nímium.*
PA. *Siquidem íſtuc inpune hábueris.* PY. *uerúm.* PA. *reddam hercle.* PY. *crédo.*
Set ín diem iſtuc, Pármeno, eſt fortáſſe, quod mináre.
Tu iám pendebis, ſtúlte, qui aduleſcéntulum nobílitas
Flagítiis, et patri índicas: utérque exempla in te édent.
PA. *Nullús ſum.* PY. *hic pro illo múnere tibi honós eſt habitus: ábeo.*

Plaut. Moſt. II, 2, 27. *Non poteſt*
Dici, quam indignum facinus feciſti & malum.
Quod ſi hanc loquendi formam praetuleris, ſic verſui mederi poſſis:
Non ſatis poteſt narrarier, quos dederis ludos intus.
Sed prior illa lectio ſatis ſe commendat. Sic Hec. IV, 4, 24. *Nequeo ſatis,*
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.

10 *Callidum & diſertum.* Noſtri magno numero *Ac*, & Edd. vett.

11 PAR. *Quid?* PY. *ilicone credere.* In antiquis libris & omnibus fere aliis etiam dictio *quid* Pythiae tribuitur. FAERNUS. Ita etiam noſtri.

14 *Nam quid illi credis animi tum fuiſſe.* Iterum jugulatur verſus: Repone.
Nam quid illi credis tum animi.

15 *Quid eſt? jam ſcis te periſſe?* Lege *Quid? jam ſcis.* ut v. 11. *Quid? ilicone.*

16 *Hem quid dixti peſſuma?* Non poteſt hic verſus ullo modo ſtare, niſi *dixiſti* legas; ut & in aliquibus libris ſcriptis Terentii & Donati invenio. FAERNUS.
Duo ex noſtris *Dixiſti*: ceteri *Dixti*. Et fortaſſe *Hem* priori verſui apponendum; & tum legas,
Quid dixti, peſſuma? an mihi mentita es? ut IV, 4, 35. [*etiam rides?*
Sobriam eſſe me, & nil mentitam tibi.

Fortaſſe quod minitare. Antiqui libri *minare.* 19 FAERNUS. Et plerique noſtri *Minare.*

Tu jam pendebis qui ſtultum aduleſcentulum 20
nobilitas
Flagitiis, & eundem inditas: uterque in te
exempla edent. In altero ex his numeri male ſe habent, in utroque ſententia. Repone:
Tu jam pendebis, ſtulte, qui aduleſcentulum
nobilitas
Flagitiis, & patri indicas: uterque exempla
in te edent.
Cur Chaeream ſtultum vocet, nulla ratio eſt; quem intus ipſa noverat feliciter rem gerere. At Parmeno ſtultus, ut hic v. 8.
Numquam pol hominem ſtultiorem vidi nec
videbo.
Porro duo codices Regius & Academicus, *Et eundem patri indicas:* unde, ut fit, vox advena domeſticam expulit. Niſi enim *Patri* retineas; quid hic faciet *Uterque*, & filius & pater, cum unus tantum nominetur? Denique noſtri univerſi cum vett. Edd. *Exempla in te edent.*

Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus. 22
Guyeto verſus hic ſubditicius videtur: credo, quia parum intellexit. *Pro illo munere*, pro

PA. *Egomét meo indício miſer, quaſi ſórex, hodie périi.*

ACTUS V. SCAENA VII.

GNATHO. THRASO.

G. *QUI'D nunc? qua ſpe, aut quó conſilio huc ímus? quid coeptás, Thraſo?*

TH. *'Egone? ut Thaidí me dedam, et fáciam quod iubeát.* G. *quid ais?*

TH. *Quí minus quam Hercúles ſeruiuit 'Omphalae?* GN. *exemplúm placet.*
'Utinam tibi commítigarì vídeam ſandalió caput.
Sét fores crepuérunt ab ea. T. *périi. quid hoc autémſt mali?* 5
Húnc ego numquam víderam etiam: quídnam his properans próſilit?

ACTUS V. SCAENA VIII.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO. THRASO.

CH. *'O populares, écquis me hodie víuit fortunátior?*

Eunucho. ſupra II, 1, 8. *Munus noſtrum ornato verbis.* Donatus: *Pro munere: Et honos rumigerulis haberi ſolet.* Quid hic faciunt *Rumigeruli?* Corrige, *Munerigerulis*, ut apud Plant. Pſeud. I, 2, 48.

Honos habetur, cum ei qui munus dat, tum & ei qui portat.

2 *Quid eſt?* Malim, *Quid ais?* nam eſt admirantis: *Ais* monoſyllabon, ut paſſim.

5 *Sed fores crepuere ab ea. perii.* THR. *quid autem hoc eſt mali?* O. l. s. *crepuerunt* legitur. & verbum *perii* Thraſoni attribuitur. quemadmodum & apud Donatum eſt. verba autem quae ſequuntur ita collocantur, *quid hoc autem'ſt. m.* Ita verſus qui trochaicus eſt, optime conſtat, eliſo ex *quid*, *d.* FAERNUS. Sic & noſtri Libri.

6 *Et jam hic quidnam properans proſilit.* Antiqui libri, *& jam quidnam hic properans proſilit.* FAERNUS.

Hunc ego numquam videram: & jam quidnam hic properans proſilit.

In antiquis libris *Etiam* ab *Et jam* diſtingui nequit. Melius alii hic interpunguntur, *Hunc ego numquam videram etiam:* i. e. *adhuc:* ut infra V, 8, 62. *Numquam etiam fui uſquam.* Servius ad Aen. XI, 352. *Etiam pro Adhuc: ut Terent. Hunc ego numquam videram etiam.* Porro pro *Hic properans* alii *Hinc* malunt, ut tres habent ex noſtris Codices; vir doctus ex conjectura *Huc.* Nodum in ſcirpo quaerunt: *Hic* pronomen eſt non adverbium. ſic Phor. I, 4, 6. *Quidnam ille commotus venit?*

O populares, écquis me vivit hódie fortunatior. 1
Lege cum codicibus noſtris praeter duos univerſis; & verſui opitulare.

O populares, écquis me hodie vivit fortunatior?

Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint commoda. Sic dedit Faernus, nec quicquam adnotat. Abeat in malam rem iſtud *Congruerint:* Codices quantum eſt ubique *Contigerint* vel *Contigerunt.* Hec. V, 3, 35. 3

Haec tot me propter gaudia illi contigiſſe laetor.

Lege vero *Contigerint*, hoc eſt, contingere poſſent: Si enim *Contigerunt*; nulla poteſtas Deorum, ſed Fortunae tantum offendetur.

GN. *audin tu illum quid ait?* Lege ex o. l. s. & Donato, *audin tu hic quid ais?* FAERNUS. Sic & noſtri quoque. 7

Amorem eſſe omnem in tranquillo: In nullo libro hanc collocationem invenio, ſed in omnibus fere & Donato, hanc quae ſequitur: 8

eſſe

Digitized by Google

Nemo hércle quiſquam: nam ín me plane dí poteſtatém ſuam
Omnem óſtendere: cuí tam ſubito tót contigerint cómmoda.
PA. *Quid hic laétus eſt?* C. *o Pármeno mi, o meárum uoluptatum ómnium*
Inuéntor, inceptór, perfector, ſcín me in quibus ſim gaúdiis?
Scis Pámphilam meam inuéntam ciuem? PA. *audíui.* CH. *ſcis ſponſám mihi?*
PA. *Bene, íta me di ament, fáctum.* GN. *audin tu, hic quíd ait?* CH. *tum autem Phaédriae*
Meo frátri gaudeo éſſe amorem omnem ín tranquillo: unáſt domus.
Thaís ſe patri cómmendauit: ín clientelam ét fidem
Nobís dedit ſe. PA. *frátris igitur Tháis totaſt.* CH. *ſcílicet.*
PA. *Iam hoc áliud eſt, quod gaúdeamus: míles pelletúr foras.*
CH. *Tu fráter ubi ubi eſt fác quamprimum haec aúdiat.* PA. *uiſám domum.*
TH *Numquíd, Gnatho, tu dúbitas quin ego núnc perpetuo périerim?*
GN. *Sine dúbio opinor.* CH. *quíd commemorem primum, aut laudem máxume?*
Illúmne qui mi dédit conſilium ut fácerem; an me qui id aúſus ſum
Incípere; an fortunám conlaudem, quaé gubernatrix fuit;

eſſe amorem omnem &c. FAERNUS. Sic & in Noſtris.

9 *Thais patri ſe commendavit in clientelam & Nobis dedit ſe.* [*fidem:* Sic Faernus. Sed omnes noſtri, uno excepto, *Thais ſe pátri commendavit:* ut vel ipſo accentu perſonae dignitas intellegatur. Porro diſtinctio mutanda eſt:

Thais ſe patri commendavit: in clientelam & Nobis dedit ſe. [*fidem*

Dedit ſe in clientelam: quid enim eſt *Dare ſe* abſolute?

11 *Jam hoc aliud eſt, quod gaudeamus: miles pellitur foras.* Quattuor ex noſtris *Pellitur:* ceteri omnes *Pelletur.* Concinnius hoc, & ad ſenſum & ad numeros. Trochaeum enim in in illa ſede, quantum poteſt, noſter evitat.

12 CH. *Frater ubi ubi eſt.* In principio hujus verſus adde dictionem *tu* ex libro Bembino. alii libri habent *tum tu:* quod ſtare non poteſt. FAERNUS. Noſtri omnes mendoſe, *Tum tu.*

13 THR. *Numquid Gnatho dubitas quin ego perpetuo perierim?* GN. *ſine Dubio opinor.* CH. *quid commemorem primum? aut quem laudem maxime?*

Alia lectio eſt in libro Bembino: nam is ſolus poſt *Gnatho,* habet *tu;* Item poſt *ego, nunc,* licet deletum. pronomen vero *quem* non habet. atque in his duobus poſtremis o. l. s. conſentiunt, id eſt, ut dictionem *nunc* habeant, *quem* vero non habeant: ſed in Bembino ita ordinati ſunt, hi duo verſus:

THR. *Numquid Gnatho tu dubitas quin ego nunc perpetuo perierim?*
GN. *Sine dubio opinor.* CH. *quid commemorem primum aut laudem maxime?* FAERNUS.

Noſtri *Quem* non habent, *Nunc* habent: utrumque recte: ſed illud male, quod careant *Tu.*

Illum qui mihi dedit conſilium. Liber Bembinus *illumne;* quod expeditiorem reddit verſum. qui tamen, & juxta vulgatam lectionem utrunque ſuſtentari poteſt. FAERNUS. 15

Illumne qui mihi dedit conſilium ut facerem; an me qui auſus ſim.

Sic Faernus ex Bembino: ſed non attendit ad verſum hiantem, *Qui auſus ſim:* ubi ſynaloepha ceſſat, plane contra artem. Et quidem in promtu eſt, *Qui auſus ſiem* reponere: ſed ſi antea recte *Dedit,* & poſtea *Gubernatrix fuit;* tum hic neceſſe eſt *Auſus ſum* ut altera ex Meadianis habet. Repone igitur,

An me qui id auſus ſum.

Quae tót res, tantas, tam ópportune in únum concluſit diem?
An meí patris feſtíuitatem et fácilitatem? o Iúppiter,
Serua óbſecro haec bona nóbis. PH. *di noſtrám fidem, incredíbilia*
Pármeno modo quaé narrauit. ſét ubi eſt frater? CH. *praéſto adeſt.*
PH. *Gaúdeo.* CH. *ſatis crédo. nihil eſt Thaíde hac, fratér, tua*
Dígnius quod amétur: ita noſtrae ómni eſt fautrix fámiliae. PH. *hui,*
Míhi illam laudas? T. *périi, quanto mínus ſpei eſt, tanto mágis amo:*
'Obſecro, Gnatho, ín te ſpes eſt. GN. *quíd uis faciam?* T. *pérfice hoc,*
Précibus, pretio, ut haéream in parte áliqua tandem aput Thaídem.
GN. *Difficile eſt.* T. *ſi quíd conlibitumſt, nóui te. hoc ſi efféceris,*
Quóduis donum praémium a me optáto, id optatúm feres.
GN. *Itane?* T. *ſic erít.* GN. *ſi efficio hoc, póſtulo ut tua míhi domus*

19 *Serva obſecro haec nobis bona.* O. l. s. *haec bona nobis.* FAERNUS. Sic & noſtri.

21 *Nihil eſt Thaide tua dignius.* Deſunt hic poſt dictionem *Thaide* duo verba, quae in o. l. s. ſunt, *hae frater.* & in ſequenti verſu Bembinus habet, *ita noſtrae omnis eſt fautrix f.* & recte: dicemus enim, ſum fautor tui, quod in caſu dandi non temere reperias. verſus autem ita in trochaicos ordinamus:

PH. *Gaudeo.* CH. *ſatis credo. nihil eſt Thaide hac frater tua*
Dignius quod ametur, ita noſtrae omni eſt fautrix familiae.
PH. *Mihi illam laudas?* TH. *perii. quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.*

FAERNUS.

Noſtri omnes *Hae frater* habent; unus tantum *Omnis* cum Bembino. Vide vero ſuperſtitio quid facit. Ut faveat Bembino Faernus, negat *Sum fautor tibi* bene Latine dici, Quid ergo illud eſt, Hec. II. Prol. v. 40.

Facite ut veſtra auctoritas
Mea auctoritati fautrix adjutrixque ſit.

Ceterum poſt *Familiae*, ex omnibus fere libris & Edd. vett. pone, *Hui. Mihi illam laudas?* Quod egregie juvat ſententiam.

25 *Difficile eſt. Si quid conlibuit, novi te: hoc ſi efféceris.* Hic optimi Faerni diligentiam deſidero. Codex enim Bembinus, ipſo Bembo teſte, non *Conlibuit*, ut Noſtri, ſed *Conlibitum* habet. Donatus, tam in Edd. vett. quam codice Scripto: *Siquid tibi collibitum eſt, Ellipſis: pro Siquid collibitum eſt, efficis.* Repone ergo.

Difficile eſt. Siquid conlibitumſt, novi te: hoc Plaut. Ciſtell. I, 2, 10. [*ſi effeceris.*

Magis libera uti lingua conlibitumſt mihi. Merc. II, 1, 34.

Conlibitumſt illuc mihi neſcio qui viſere.

Et hoc quoque mutarunt Magiſtri, palpum pueris obtrudentes.

Si hoc efficio. L. s. & Donatus. *ſi efficio hoc.* FAERNUS. Ita noſtri quoque omnes *Efficio hoc*; & bona eorum pars, *Tua mihi domus.* Concinnius, ut *Mihi* in Arſi ſit. 28

Do fidem ita futurum. Delevimus dictionem *ita*, quae in Bembino & aliquot aliis libris non eſt. ſine qua & verſus & ſenſus optime conſtant. FAERNUS. 30

Neque in noſtris eſt *Ita. Do fidem futurum:* ut in *Fidem* elevatio & mora fiat. *Dó fidem íta futurum*; vix audis hic *Fidem*, ſine quo cetera nihili ſunt.

PH. *quem hic ego audio?* O. l. s. quot quot ſunt, *quem ego hic audio?* nec verſus repugnat, ſi in dictione *quem* non fiat colliſio. FAERNUS. Sic & Noſtri: non fit hic colliſio, quia *Quem* in Ictu eſt, in principio Anapaeſti. Ib.

O *Thraſo.* TH. *ſalueto.* PH. *tu fortaſſe quae facta hic ſint neſcis.* 31

TH. *ſcio.* PH. *cur ergo in his ego te conſpicor regionibus?* Hi verſus in libro tantum Bembino juxta vulgatam lectionem leguntur; niſi quod pro *conſpicor*, habet *conſpicior*. Alii antiqui libri habent *conſpicor* cum Donato. & in ſuperioribus, *quae facta hic ſient.* praeterea & antiqui & recentes omnes libri & Donatus ita ferme verba collocata, verſuſque ordinatos habent:

O *Thra-*

Digitized by Google

Té praeſente abſénte pateat; ínuocato ut ſít locus
Sémper. TH. *do fidém futurum.* GN. *accíngar.* PH. *quem ego hic*
aúdio?
'O Thraſo. T. *ſaluéte.* PH. *tu fortáſſe quae facta híc ſient*
Néſcis. T. *ſcio.* PH. *cur te érgo in his ego cónſpicor regiónibus?*
TH. *Uóbis fretus.* R. *ſcín quam fretus? míles, edicó tibi,*
Sí te in platea offéndero hac poſt úmquam, quod dicás mihi
'Alium quaerebam, íter hac habui: périiſti. GN. *heia, haut ſíc decet.*
PH. *Dictumſt.* GN. *non cognóſco ueſtrum tám ſuperbum.* PH. *ſíc erit.*
GN. *Príus audite paúcis: quod cum díxero, ſi plácuerit,*
Fácitote. PH. *audiámus.* GN. *tu concéde paulum iſtúc, Thraſo.*
Príncipio ego uos crédere ambos hóc mi uehementér uolo,

⊙ *Thraſo.* TH. *ſalvete.* PH. *tu fortaſſe quae facta hic ſient.*
Neſcis. TH. *ſcio.* PH. *cur te ergo in his ego conſpicor regionibus.* FAERNUS.

33 *Scis quam fretus.* Repone ex omnibus Libris & Edd. vett. *Scin quam fretus.* Et fortaſſe legendum eſt.
Vobis fretum. Scin quam fretum.
Niſi cum Donato ſoloeciſmum dicas, ſtulto & militi convenientem.

34 *Si in platea hac te offendero poſt unquam, nihil dicas mihi*
Alium quaerebam, iter hac habui. periſti.
O. l. s. quotquot ſunt, ita habent: *Si te in platea offendero hac, poſt unquam nihil eſt quod dicas mihi*, ita verſus eſſet trochaicus hypercatalecticus, cujuſmodi & alibi apud Terentium inveniuntur. quare ſi quis hinc detrahere quid velit, ut verſum faciat catalecticum, negabo ex ſola ratione verſus; id facere licere, niſi teſtimonium librorum ſcriptorum afferat. nos ergo ex libri Bembini auctoritate hunc locum emendamus, detrahendo has duas dictiones, *nihil eſt*, quam lectionem & Donatus hic & ſupra ſcena VII. actus quarti, ſi bene conſideretur in libris ſcriptis, licet ex parte corruptis, tenet. Puto ego illa duo verba *nihil eſt* ab aliquo inculcata, qui non intellexerit Terentii modum loquendi. hic enim adverbium *quod* ſignificat id quod vulgo dicimus, quantum ad id. ac ſi dixiſſet, quantum ad id quod dicas mihi, alium quaerebam, iter hac habui, periſti. ut ſit ſenſus: omnia haec, quibus praetexere poteris adventum huc tuum, nihil proderunt tibi, quin ſtatim pereas, eundem modum loquendi & in Adelphis poeta uſurpavit, *ut id oſtenderem, quod te iſti facilem & feſtivum putant, id non fieri ex vera vita.* item ſcena ſupra dicta actus quarti ſeptima: *Sane quod tibi nunc vir videatur eſſe hic, nebulo magnus eſt.* Ita verſus eſt trochaicus expeditiſſimus: pariter & ſequens. in quo tamen in *periſti* paenultimam *i* in ſcanſione geminandum eſt. FAERNUS.
Omnes noſtri *Nihil eſt quod.* Perperam. Elegans hic eſt uſus particulae *Quod.* Plaut. Aſin. IV, 1, 16.
Aut quod illa dicat, peregre adlatam Epiſtulam.
& 51. [*ſtuat.*
Quod illa autem ſimulet, quaſi gravedo pre-
Mil. II, 2, 7.
Quemquem a milite hic videritis hominem in noſtris tegulis,
Quod ille gallinam aut columbam ſe ſectari aut ſimiam
Dicat, diſperiſtis, ni uſque ad mortem male mulcaſſitis.
Hic locus tam Terentii loco ſimilis eſt, quam ovum ovo.

Non cognoſco veſtrum tam ſuperbum. Locu- 36
tio annotanda, inquit Donatus. Senſus hic eſt; *Non ſolebatis eſſe tam ſuperbi:* hoc tam ſuperbum, non veſtrum eſt, non veſtri moris. Plaut. Trin. II, 4, 44.
Sententia eadem ſt, & volo. LE. *Haut noſco tuum.*
Bonis tuis rebus meas res inrides malas.

Paululum iſtuc. Lege; *Paulum iſtuc.* 38

Principio ego vos credere ambos. Antiqui li- 39
bri & Donatus, ita collocant, *vos ambos credere.* FAERNUS.

Duo-

Me húius quicquid fáciam, id facere máxume causá mea:
Uérum si idem nóbis prodest, uós non facere insciitiast.
PH. *Quíd id est?* GN. *militem égo riualem récipiundum cénseo.* PH. *hem.*
CH. *Récipiundum?* GN. *cógita modo. tu hércle cum illa, Phaédria,*
Ut libenter úiuis (et enim béne libenter uíctitas)
Quód des paulumst, ét necesse est múltum accipere Thaídem.
Ut tuo amori súppeditare póssint sine sumptú tuo
Omnia haec; magis ópportunus, néc magis ex usú tuo,
Némo est. príncipio ét habet quod det: ét dat nemo lárgius.

Duo tantum ex nostris *Credere ambos:* quod tamen vel sine illis versus sibi vindicaret. Porro omnes habent *Volo*, non *Velim*. Et sic Edd. vett.

40 *Quicquid facio*. Libri omnes cum Edd. vett. *Faciam*.

41 *Verum id si vobis prodest*. O. l. s. & Donatus, *verum si idem*, nec versus repugnat, si synaloepha non fiat. FAERNUS.

42 *Militem rivalem ego recipiendum*. Donatus & o. l. s. praeter Bembinum, *militem ego rivalem*, meliore numero & compositione. FAERNUS. Nostri omnes, *Ego rivalem*. Et pro *Quid est* quinque cum Edd. vett. *Quid id est?*

43 PH. *Hem, Recipiundum?* Hoc Chaereae tribue: *Hem* solum Phaedriae; qui prae indignatione nihil respondet. sed vultu consilium spernit. Ceterum ad *Tu hercle* vir doctus annotat, Primam in *Hercle* posse corripi, idque multis apud Plautum exemplis constare. Cras credimus. Sed quid istis exemplis opus? *Hercle* hic prima longa est, *Tu* per synaloepham coalito, ut vel pueri norunt.

Ib. *Tu hercle cum illa, Phaedria,*
Et libenter vivis, etenim bene libenter victitas,
Quod des paululum est, necesse est multum accipere Thaidem.

Etenim bene libenter victitas. Dictio *etenim* in multis libris est in duas divisa. & sane ratio sermonis exigit, ut postquam & praecessit, aliud & sequatur: nam illud &, quod sequitur in principio sequentis versus,

Et quod des pauludum, & necesse est multum accipere Thaidem,

omnes antiqui libri & multi alii ex recentibus non habent. omnes vero quot quot sunt post *paululum*, habent verbum *est*, & post id in contextu Bembini non est conjunctio &; qua dempta, versui commodius est. FAERNUS. Omnes nostri cum vett. Edd. habent *Et necesse*, tres autem *Paulum* pro *Paululum*: *Quod des paulum est, & necesse est*. Pro *Et libenter vivis*, unus ex Regiis *Ut libenter*. Lege & distingue,

Tu hercle cum illa, Phaedria,
Ut libenter vivis (& enim bene libenter victitas)
Quod des paulumst, & necesse est multum accipere Thaidem.

Ut vivis, hoc est, *Prout vivis*. Ut tu laute, sumptuose, cum ea vivis cotidie; necesse est, ut illa multum accipiat; tibi vero paulum est quod des. Heaut. I, 1, 116.

Sed, ut diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam.

& IV, 8, 29. [*obsaturabere.*

Nae tu propediem, ut istam rem video, istius

Plaut. Cas. II, 5, 4.

Salvos sum, salva spes est, ut verba audio.

Ut tu libenter vivis: nam sane victitas, cotidie vivis, bene libenter. Quid jam difficultatis est? Sed exoritur vir eruditus, qui omnia hic conturbet: neget *Libenter vivere* pro *Laute, Hilariter* hic dici, sed *Libenter cum illa*; neget *Bene libenter* una jungi, sed *Libenter* subdistingui. Libens, Volens, *bene victitas*. Quid ergo illud prisci Catonis c. CLVI. *Si voles in convivio multum bibere, cenareque libenter?* Quid quod Cicero De Finibus II, 8, de Laelio & Gallonio? Hunc nempe Gurgitem *Libenter cenasse* fateri omnes; *Bene* cenasse, Laelium & omnes qui recte sapiunt negare. Sed piget in his morari; nec ejus hariolationem *Et etiam* pro *Et enim*, nec trajectionem *Hercle* in versum sequentem vacat excutere. Febriculosae hae correctiunculae, quasi herbae solstitiales, paulisper fuere.

Ut tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo, 46

Ad

Fátuus est, insúlsus, bardus, stértit noctes et dies:
Néque istum metuas né amet mulier: fácile pellas úbi uelis.
CH. *Quíd agimus?* GN. *praetérea hoc etiam, quód ego uel primúm puto,*
Accipit homo némo melius prórsum neque prolixius.
CH. *Mírum ni illoc hómine quoquo pácto opust.* PH. *idem ego árbitror.*
GN. *Récte facitis. únum etiam uos óro, ut me in uestrúm gregem*
Récipiatis: sátis din iam hoc sáxum uoluo. PH. *récipimus.*
CH. *Ac libenter.* G. *át ego pro isto, Phaédria, et tu, Chaérea,*
Húnc comedendum et ébibendum nóbis propinó. CH. *placet.*

Ad omnia haec magis apportunus, nec magis ex usu tuo Nemo est. [*Nemo est.*] Haec omnium Librorum lectio est: qua tamen versus posterior ex Trochaico Iambicus fit. Spondeo tibi, me veram Poetae manum reduxisse:

Ut tu amori suppeditare possint sine sumptu tuo
Omnia haec; magis opportunus.

Suppeditare, intransitive, est Suppetere, Sufficere. Exempla sunt obvia. Siquis tamen malit, legat hic *Suppeditari*, ut ex nostris duo.

49 *Noctesque & dies.* Bembinus & nonnulli alii, mihi probati libri, non habent copulam *que*. FAERNUS.

Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque & dies. Noctes &, fine *que*, omnes nostri, duobus exceptis. Sed illud etiam vide, ut decrescat sententia; *Tardus* quippe minoris contumeliae est, quam aut *Fatuus* aut *Insulsus*. Senserunt hoc veteres Magistri; itaque exponunt *Tardus in venerem; qui non facile explicet venerem; quae res meretricibus odiosa est.* Apage hoc; & repone.

Fatuus est, insulsus, bardus, stertit noctes & dies. Festus: *Bardus, stultus: Caecilius, Nimis audacem nimisque bardum barbarum.* Plaut. Epid. III, 3, 39. *Me autem adsimulabam, quasi stolidum, cum bardum me faciebam.* Bacch. V, 1, 2. *Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.*

Utitur hoc verbo etiam Cicero. Glossae veteres: *Bardus, ἀναίσθητος, βραδύς, ἄφρων, ἀφυής, βλακ.* Nonius tamen v. *Tardus* hunc locum citat; & sic habetur apud Asconium p. 69.

51 PH. *Quid agimus?* Omnino hoc Chaereae tribuendum; qui cum sponsam haberet Pamphilam, nec Thaidis amore teneretur, prior ad consentiendum erat, quam frater.

52 *Accipit hominem nemo melius.* In tribus antiquis libris legitur *homo nemo* ita *accipit* absolute intelligendum est. & sic quoque stat versus, assignando primae sedi trochaeum. FAERNUS.

Recte *Homo nemo*; ut ex nostris aliquot; etsi novem fere in diversas partes abeant. Nonius v. Accipere, habet *Accipit hominem*. Sed ibi codex scriptus 900 annorum, *Homo*. Servius quoque *Homo* ad Aen. III, 353. *Prorsam* non *Prorsus* plerique omnes: quod certe inter *Melius* & *Prolixius* ideo concinnius est, quod ingratus iste sibilus evitetur.

PH. *Mirum ni illoc homine quoquo pacto opust.* 53
PH. *Idem ego arbitror.* Muta personarum vicem, & prius da Chaereae, posterius Phaedriae; qui ut Thaidis amator ad consensum tardior esse debet. Neque aliter Donatus: *Facete*, ait, *hoc adolescens, rei parcus & qui putet amorem sine damno esse oportere, quique fefellerit meretricem.* Ergo Chaeream intellexit.

Unum etiam hoc vos oro. Ab omnibus nostris & Edd. vett. abest *Hoc*. Recte: & sic citat locum Servius ad Aen. III, 352. 54

Satis diu hoc jam saxum volso. MSti nostri prorsus omnes cum Edd. vett. *Satis diu jam hoc saxum volvo.* Concinnius *Satis diu jam*; ut *Diu* in Arsi & in mora sit. Sed illud, quod dedit Faernus, unde venit? Unus ex nostris Petrensis *Verso*, ceteri *Volvo*. Praetulit illud fortasse quis, ex Cicerone Tusc. I, 4. 55

Illud quod Sisyphus versat
Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum.

Quasi non a Virgilio major auctoritas, VI, 616.

Saxum ingens volvunt alii, radiisve rotarum
Districti pendent.

Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Recentissimus quisque, & pessimus liber, *praebeo*: Bembinus vero & omnes alii antiqui *propino* habent, ut in lectione vulgata. ita & 57

Donatus,

PH. *Dignus eſt.* G. *Thraſo, ubi uis accede.* T. *obſecro te quid agimus?*
G. *Quid? iſti te ignorábant: poſtquam eis móres oſtendi túos:*
Et conlaudauí ſecundum fácta et uirtutés tuas, 60
Impetraui. T. *béne feciſtis. grátiam habeo máxumam.*
Numquam etiam fui úſquam, quin me omnés amarint plúrimum.
G. *Díxin ego in hoc éſſe uobis Atticam elegántiam?*
PH. *Níl praeter promiſſum eſt. ite hac. uós ualete, et plaúdite.*

Donatus, qui dicit Gnathonem facete ſic dixiſſe, ut paraſitum, & ut qui de conuivio loqueretur. atqui ſi dixiſſet, *deridendum praebeo*, quid faceti eſſet in dicto? nec verſui propterea timendum, quod *propino* primam corripiat; nam & eandem producit. Martialis in I. *Cenat, propinat, poſcit, negat, inuuit, una eſt.* item in VIII. *Hac propinavit Bitiae pulcherrima Dido.* Item in XII. *Hoc, quoque nonnihil eſt, quod propinabis in iſtis.* Item in tertio, *Cryſtallinique myrrhiniſque propinat.* FAERNUS.

Pudet me noſtrorum codicum, qui *Praebebo* vel *Praebeo* habent, uno tantum alterove excepto. *Propino* ſine dubio recte, ſed aliud eſt quod miror tot ſagaces Interpretes praeteriiſſe? Quid enim hoc? *Propino comedendum & deridendum?* Qualis vero *Propinatio*, ubi nulla potus mentio eſt? Qualis porro utilitas in ſtulto homine *Deridendo?* taedium hoc magis, quam aut lucrum aut voluptas eſſet. Non patiar tam deforme mendum diutius hic inoleſcere. Lego enim, [*pino. Placet.*

Hunc comedendum & ebibendum vobis pro-

Jam habet Gnatho, quod eis propinet. Vide hoc Heaut. II, 3, 14. [*capient, ſcio.*

Di boni quid turba eſt? aedes noſtrae vix
Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit

& III, 1, 48. [*noſtro miſerius?*

Nam ut alia omittam, pytiſſando modo mihi
Quid vini abſumſit?
Relevi dolia omnia, omnes ſerias.

Nimirum res prodigi nepotis non minus exhauritur vino praebendo, quam cibo: aeque ebibitur homo ejuſmodi, ac comeditur: aeque exſugitur quis & exſorbetur, quam devoratur. Plaut. Trin. II, 1, 20.

Non ſat eſt mali, ni amplius etiam,
Quod ebibit, quod comeſt, quod facit ſumpti.

Quid, quod *Deridere* non eſt vitae paraſiticae: aut ipſi deridentur, aut aliis arrident. Nonius v. Propinare: *Terentius Eunucho: Hunc vobis comedendum & bibendum & deridendum propino.* Vides verſum ultra terminos excurrere: & veri admodum ſimile eſt, duplicem hujus loci lectionem ab homine minime malo eſſe poſitam, tam veterem *Et ebibendum*, quam novitiam *Et deridendum*.

Bene feciſti: gratiam habeo maxumam. Repone, *Bene feciſtis.* Phaedriae nempe Chaereaeque gratias agit, non coram ipſis Gnathoni. 61

Quin me amarent plurimum. Omnes fere noſtri cum vett. Edd. *Quin me amarint.* Recte, *Quin me amaverint.* 62

Atticam eloquentiam? Ita omnes recentes libri, cum Donato: ſed antiqui, *elegantiam.* quod magis videtur huic loco, & perſonae militis convenire, ſi Atticam elegantiam intelligas, pro lepore ſermonis Attici. FAERNUS. Noſtri omnes *Eloquentiam* cum Edd. vett. 63

PH. *Nihil praetermiſſum eſt. ite hac omnes. vos valete & plaudite.* Nullus omnino liber ſcriptus habet dictionem *omnes*; qua dempta, non ſtat verſus. antiqui omnes hanc continent lectionem, 64

Nihil praeter promiſſum eſt. ite hac. vos valete & plaudite.

quo quidem modo verſus contracta dictione *nihil* in unam ſyllabam, optimus eſt trochaicus. nunc qui ſit horum verborum ſenſus, videndum eſt: & puto hunc eſſe, ut interroganti Gnathoni, *dixin ego in hoc eſſe vobis aticam elegantiam*, plus reſpondeat Phaedria, dicendo, *nihil praeter promiſſum eſt*, quam ſi reſponderet, *dixiſti.* dicendo enim *nihil praeter promiſſum eſt*, & Gnathonem promiſiſſe, & Thraſonem praeſtare ſignificat. ſi enim nihil praeter promiſſum eſt, ergo omnia ſunt ut promiſſa ſunt. ſane in libro Victoriano antiquum gloſſema in margine aſcriptum eſt in hunc modum, *Omnia promiſſo tuo reſpondent, & nihil extra illud eſt.* FAERNUS. Veterrimi ex Noſtris etiam, *Nihil praeter promiſſum eſt.*

HEAU-

Digitized by Google

HEAUTON TIMORUMENOS TERENTI.

Fabulæ interlocutores.

CHREMES ſenex.
MENEDEMUS ſenex.
CLITIPHO aduleſcens.
CLINIA aduleſcens.
SYRUS ſeruus.
DROMO ſeruus.
BACCHIS meretrix.
ANTIPHILA virgo.
SOSTRATA matrona.
NUTRIX.
PHRYGIA ancilla.

GRAECA EST MENANDRV. ACTA LUDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO LENTULO L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CURULIB. EGIT AMBIVIUS TURPIO. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. ACTA PRIMUM TIBIIS IMPARIBUS. DEINDE DUABUS DEXTRIS. ACTA ST III. M. JUVENTIO TI. SEMPRONIO COSS.

HEAUTON TIMORUMENOS.

PROLOGUS.

NE cui ſit ueſtrum mírum, cur partís ſeni

1 *Ne cui ſit veſtrum.* Incommode profecto huic Fabulae evenit, quod nihil ad eam ſcripſerit Donatus, vel ſiquid ſcripſit, perierit. Saepe apud illum Lectionem veterem habemus, quam poſtea Magiſtelli immutarunt. In hac nullum, niſi ex Codicibus, auxilium eſt: & in ipſo ſtatim Prologo quot mendae quantaeque tenebrae! Adelph. Prol. v. 22.

Dehinc ne exſpectetis argumentum fabulae,
Senes qui primi venient, hi partim aperient,
In agendo partim oſtendent.

Plautus Trin. Prol. v. 16.

Digitized by Google

Poéta dederit, quaé ſunt aduleſcéntium:
Id prímum dicam: deínde quod ueni éloquar.
Ex íntegra Graeca íntegram comoédiam
Hodié ſum acturus Heaúton timorúmenon: 5
Simpléx quae ex arguménto facta eſt dúplici.
Nouam éſſe oſtendi, et quaé eſſèt: nunc qui ſcripſerit,
Et cúia Graeca ſit, ni partem máxumam
Exíſtimarem ſcíre uoſtrum, id dícerem.

Sed de argumento ne exſpectetis fabulae,
Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient. Ex his locis id colliges, Prologos ab aliis quibuſdam pronuntiari ſolitos, non ab Actoribus, qui primi in Scenam veniunt, quive primas partes agunt. Hoc igitur contra morem fecit Terentius, cum Prologi partes Ambivio ipſi totius gregis domino & jam ſeni dedit.

3 *Id primum dicam: deinde quod veni, eloquar.* Viri ſagaciſſimi, ſed audacia ſaepe praecipites, Palmerius & Guyetus, inverſo ordine legunt,
Id dicam deinde: primum quod veni eloquar. Nam continuo, aiunt, quid venerit, eloquitur: poſt demum eo accedit, cur ſenum atque adoleſcentium vices mutaverit. Sane, qui id, quod ſe *Elocuturum* dicit, in Prologo quaerunt, vix aliter conſere poſſunt. Sed in magno errore verſantur, qui ſic intellegunt. Tu ex locis ſuperius allatis id animadvertes, Qui prologos iſtos pronunciarunt, ſtatim e Scena diſceſſiſſe, ut locum darent ſenibus venientibus & fabulam incepturis. Contra hic & Prologi partes agit, & eo peracto, ſtatim in primo Actu Chremetis partes acturus eſt, neque uſquam pedem de Scena. Ergo hoc vult Ambivius, *Id primum dicam*, cur poëta me potius quam juvenem quempiam actorem elegerit, qui prologum dicerem; id vero per totum prologum facit: *nempe ut vetus hiſtrio & populo notus atque gratus cauſam poetae ageret contra malevolos: Deinde quod veni eloquar*, hoc eſt, Fabulam ipſam peragam, ad quam agendam huc veni. Continuo enim, ut Prologum eſt executus; ingrediente altero actore, qui Menedemi perſonam ferret, illud magno ore orditur,

Quamquam haec inter nos nuper notitia admodumſt.

4 *Ex integra Graeca.* In libro Bembino, ut per omnes alias comoedias, antiquiſſima manu gloſſemata ex Donato in margine aſcripta ſunt, ad locorum quae incidunt expoſitionem, ita in hanc ipſam Heautontimorumenon multa viſuntur, quae Donati ſimiliter putamus eſſe, cujus in hanc fabulam commentarii interciderunt. Sed ſive Donati ſint, ſive cujuſpiam alius, optima certe & eruditiſſima ſunt. quorum aliqua ponere non gravabimur, ut in hunc locum, *Ex integra Graeca, A nullo tacta.* FAERNUS.

Duplex quae ex argumento facta eſt ſimplici. 6 *Duplici* prius erat in libro Bembino, poſtea mutatum in *ſimplici.* ſed ſi *duplici* legas, hic erit ſenſus: duo adoleſcentes in hac fabula introducti, cum ſua uterque amica, patre, ſervo, argumentum duplex efficiunt, atque ita duplicem comoediam, ut ſunt omnes Terentianae, excepta Hecyra. Eugraphius tamen legit *ſimplici*; cujus haec expoſitio eſt, in totum hunc locum: *Ex integra Graeca. Quoniam Andria ex duabus comoediis videtur eſſe confecta, quippe Andria & Perinthia, quod quidem Terentio adverſarius crimini dederat; ideo hic ex integra, inquit, comoedia integram comoediam acturus ſum, ne videatur ab altero facta, aut ipſe alteram tetigiſſe. Sed unam comoediam & integram ad Latinum ſermonem interpretatione mutaſſe. denique ideo adjecit, duplex quae ex argumento facta eſt ſimplici; ut ſimplex argumentum ſit, duplex comoedia: dum & Latina eadem & Graeca eſt. novam eſſe oſtendi: propterea quod Graece tantum acta eſt, Latine autem nunc primum in ſcaenam procedit. idcirco dicitur nova.* FAERNUS.

Id Codice Bembino a prima manu erat;
Duplex quae ex argumento factaſt duplici.
Poſtea repoſuerunt *Simplici*; ut ceteri ubique Codices. Quomodo vero *Duplex fabula ex argumento ſimplici?* An, ut Julius Scaliger, *quia acta eſt Ludis Megalenſibus; dimidium ejus veſperi: nox autem tranſacta ludis: alterum dimidium*

Nunc, quámobrem has partis dídicerim, paucís dabo.
Orátorem eſſe uóluit me, non prólogum:
Uoſtrúm iudicium fécit: me actorém dedit:
Si hic áctor tantum póterit a facúndia,
Quantum ílle potuit cógitare cómmode
Qui orátionem hanc ſcripſit, quam dictúrus ſum.
Nam quód rumores diſtulerunt máleuoli
Multás contaminaſſe Graecas, dúm facit

dimidium reliquum ſub lucem: una igitur quaſi duae? Scilicet, quia in Fabulae argumento nox intercedit; ideo in agendo quoque? Commentum tanto viro indignum; & hoc ſolum tamen verum eſſe alii Docto perſuaſiſſimum eſt. Quid? an primo diluculo jejunus & ſemiſomnus populus ad alterum dimidium redibat? Singuli qui heri ſpectabant, cras mane; ne alius priorem, alius poſteriorem partem? Ubi demum vivimus? Sed miſſis iſtis ad rem ipſam redeamus: Cum *Simplici* pro *Duplici* ſubſtituerunt; error in verbo obrepſit: ſic enim oportuit,

Simplex quae ex argumento factaſt duplici.

hoc eſt, una fabula, ſed argumentum duplex; ſenes duo, aduleſcentes duo, amicae duae: varii prorſus affectus, varii eventus: qui tamen arte Poëtae ſic copulantur & contexuntur, ut in unam & ſimplicem fabulam coaleſcant. Atque hoc etiam T. Fabrum vidiſſe jam video: ſibi ergo habeat, ſiqua inde gloria eſt. Porro id notatum velim; ſic hoc pronuntiatum eſſe.

Hodie ſum acturus Hauton timorumenon.

ut Graeci *αὐτὸν* aeque ac *ἐαυτόν.*

7 *Nunc qui ſcripſerit, Et cuja Graeca ſit.* Neſcio an hoc recte vulgo accipiatur: Hoc vult, *Qui ſcripſerit*, Latine ſcilicet, Terentius: *Cuja Graeca.* Menandri. Nam etiam Latini ſcriptoris nomen in Prologo interdum dicebant; quem alioqui pars magna ſpectatorum ignoraverit. Plaut. Prol. Trinummi:

Huic nomen Graece eſt Theſauro fabulae.
Philemo ſcripſit, Plautus vertit barbare.

& ſic alibi.

13 *Sed hic actor tantum poterit a facundia,*
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.

Hoc eſt, Tantum actor a facundia poteſt, quantum poeta ab inventione. Placetne hoc? Guyeto jactantiae & vanitatis plenum viſum eſt, & ab officio Prologi abhorrens. at viro docto verecunde dictum videtur, *Tantum, nihil amplius.* Eja vero! ſic omnia protinus fient alba. Tu loco iſtius *Sed*, repone *Si:*

Voſtrum judicium fecit, me actorem dedit:
Si hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.

Hic ſane verecunde: me actorem ſuae Fabulae dedit; ſi tamen hic actor tantum poterit a facundia, hoc eſt, a voce, pronuntiatione, geſtu, quantum ipſe auctor ab inventione & arte: Si actoris opera aequare poterit Poëtae virtutem & induſtriam. Saepe enim egregiam fabulam malus actor depreſſit; ſaepe pravam aut mediocrem bonus actor plauſibilem fecit. Noſter Phorm. Prol. v. 10.

Quod ſi intellegeret, olim cum ſtetit nova,
Actoris opera magis ſtetiſſe quam ſua.

Plaut. Bacch. II, 2, 36.

Etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac me ipſum amo,
Nullam aeque invitus ſpecto, ſi agit Pellio.

Porro illud quod ſequitur,

Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum,

Peſſime vulgo accipiunt; illam ſcilicet orationem, quae in Prologo reliqua eſt. Itane tandem? Ut tam putide Ambivius ſe laudaverit? Siquidem totum hunc Prologum non a Poëta emendicaſſe videri vult, ſed de ſuo protuliſſe. Tu ſic interpretare: Si modo ego tam bene agere potero, quam Poëta cogitare potuit, qui hanc ſcripſit orationem, quam mox primo actu in Chremetis perſona dicturus ſum. Praeſenſit hiſtrio naris emunctae primum Actum ingentes plauſus excitaturum; quippe ita conceptum, limatum, perfectum ut nihil ſupra nec par. Et ſane, teſte S. Auguſtino, cum iſte verſus *Homo ſum, humani* in theatro primum recitaretur, totus populus exclamavit.

Digitized by Google

Paucás Latinas: íd eſſe factum hic nón negat,
Neque ſé pigere, et deínde factum iri aútumat.
Habét bonorum exémplum: quo exemplo ſibi
Licére id facere, quód illi fecerúnt, putat.
Tum quód maleuolus uétus poeta díctitat;
Repénte ad ſtudium ſe applicaſſe hunc múſicum,
Amícûm ingenio frétum, haut naturá ſua:
Arbítrium ueſtrum, uéſtra exiſtumátio
Ualébit. quare omnís uos oratós uolo,
Ne plús iniquûm póſſit quam aequûm orátio.
Facite aéqui ſitis: dáte creſcendi cópiam,
Nouárum qui ſpectándi faciunt cópiam;
Sine uítiis: ne ille pró ſe dictum exíſtumet,
Qui núper fecit ſéruo currenti ín uia
Decéſſe populum: cúr inſano ſéruiat?
De illíus peccatis plúra dicet, cúm dabit
Aliás nouas; niſi fínem maledictís facit.
Adéſte aequo animo: dáte poteſtatém mihi

38 *Paucas Latinas: factum hic eſſe id non negat.* Lege cum omnibus noſtris & Edd. vett. *Id eſſe factum hic non negat.*

39 *Neque ſe id pigere.* Liber Bembinus non habet dictionem *id.* FAERNUS.

Neque ſe pigere, & deinde facturum autumat. Recte ſolius Bembini fide ejecit *Id* Faernus: quippe in priore commate eſt, *Id eſſe factum.* Quam infiecte autem, *Id eſſe factum, neque id pigere?* Sed aliud praeterea muta:

Id eſſe factum non negat,
Neque ſe pigere, & deinde factum iri autumat.

Et *eſſe factum,* & *factum iri.* Saepe in his erratum eſt, *Deſerturum* pro *Deſertum iri, Daturum* pro *Datum iri.*

24 *Repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum.* Lege cum Noſtris fere omnibus & Edd. vett. *Repente ad ſtudium ſe applicaſſe hunc muſicum.*

26 *Quamobrem omnes vos oratos volo.* In Bembino eſt *quare:* in Victoriano autem aſcriptum in modum variae lectionis, *vel quare.* FAERNUS. Vetuſtiores noſtri omnes *Quare*; non *Quamobrem.*

Qui nuper fecit ſervo currenti in via 31
Deceſſe populum: cur inſano ſerviat.

Quodnam quaeſo id *Vitium* erat; facere populum currenti ſervo de via decedere? Saepe ſervi & paraſiti malum minitantur, ſi qui currentibus ſibi & properantibus obſiſtant. Notus in Amphitrione locus eſt III, 4. Mercurio ſervum agente:

Concedite, atque abſcedite omnes, de via decedite:
Nam mihi quidem hercle qui minus liceat dee
minitarier
Populo, ni decedat mihi, quam ſervulo in co-

Paraſitus Capt. IV, 2, 11. [*moediis.*

Eminor, interminor, nequis mi obſtiterit obviam:
Niſi qui ſatis diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur

& alia ibi plura; ut domi ſe quiſque contineat, nec in platea ſibi feſtinanti occurrat. Sine dubio poſt tot minas cavebat ſibi populus, ne in ore ſuo pugnos ejus haberet. Quodnam ergo *Vitium*, ſi populus via ceſſerit? Quid, quod viae iſtae extra ſcenam ſunt: in ſcena ſervus minatur, ultra ſcenam curſurus: ideoque, utrum populus via deceſſerit necne, ſpectatores videre non poterant. Joco haec dicuntur & aguntur, non re ipſa. Si enim ſervus, praeterquam in comoediis, ſic ageret; quid ei obtingeret, ex Plauti Poenulo ſcias III, 1.

Liberos

Digitized by Google

Statáriam agere ut líceat per ſiléntium ;
Ne ſémper ſeruos cúrrens, iratús ſenex,
Edáx paraſitus, ſýcophanta autem ínpudens,
Auárus leno, adſídue agendi ſint mihi
Clamóre ſummo, cúm labore máxumo.
Mea caúſa cauſam hanc iúſtam eſſe animum indúcite,
Ut áliqua pars labóris minuatúr mihi.
Nam núnc nouas qui ſcríbunt, nil parcúnt ſeni:
Siquaé laborióſa eſt, ad me cúrritur:
Si lénis eſt, ad álium defertúr gregem.
In hác eſt pura orátio. experímini,
In utrámque partem ingénium quid poſſit meum.
Si núnquam auare prétium ſtatui artí meae,
Et eum éſſe quaeſtum in ánimum induxi máxumum,
Quam máxume ſeruíre uoſtris cómmodis:
Exémplum ſtatuite ín me, ut aduleſcéntuli
Uobís placere ſtúdeant potius quám ſibi.

Líberos homines per urbem modico magis par eſt gradu
Ire; ſervile eſſe duco, feſtinantem currere.
Ne tu opinere: haut quiſquam hodie noſtrum curret per vias:
Neque nos populus pro cerritis inſectabit lapidibus.

Quid igitur cum loco hoc faciemus? Turbat quoque, & magis quidem, quod ſequitur, *Cur inſano ſerviat?* Quid hoc eſt, aut quo nexu prioribus adhaeret? Vir eruditus poſt alios ſic accipit, Cur Terentius poetae malevoli, hominis inſulſi & inſani, commodis ſerviat? cur, cum a theatro *Creſcendi copiam poetis* petat, de Luſcio inter eos cogitet? Atqui cum *Servum currentem* dixerit, *Servire inſano* neceſſe eſt proprie accipi, non figurate. Firmat hoc Plautus Curc. I, 3, 46. ubi ſervus ad herum amore delirantem:

Cedo mihi contra aurichalco, cui ego ſano ſervi- [*viam:*

& Ariſtophanes Pluto:

Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ,
Ἄλλοι γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου·

Haeret ergo haec tota res; & vide an ſic recte expediverim.

Qui nuper fecit ſerve currenti in via
Dixiſſe populum, Cur inſano ſerviat?

Dixiſſe pro *Deceſſe*. Hoc, inquam, Lavinio *Vitio* vertitur; quod Populum in Scenam induxerit, cum ſervo loquentem. Etſi enim in Comoediis ſervus populum alloquatur, aut actor ſpectatores: nihil tamen ab illis reſponſi ferunt. Plaut. Capt. Prol. v. 10.

Jam hoc tenetis? optumumſt.
Negat mehercle ille ultimus: diſcedito:
Si non ubi ſedeas, locus eſt: eſt, ubi ambules.
Ego me tua cauſa, ne erres, non rupturus ſum.

Si Plautus ſubornaſſet aliquem, qui hiſtrioni haec dicenti de cavea reſpondiſſet, in eadem fuiſſet culpa, qua hic Luſcius Lavinius.

Siqua laborioſa eſt, ad me curritur. In libro Bembino eſt *ſiquae*, ut exigit verſus. FAERNUS. Noſtri *Siqua.* 44

Sin lenis. Bembinus & plerique alii libri, *ſi lenis.* FAERNUS. Plures ex noſtris *Sin.* 45

ACTUS I. SCAENA I.

CHREMES, MENEDEMUS, ſenes.

QUAM QUAM haéc inter nos núper notitia ádmodumſt:
Inde ádeo quod agrum in próxumo hic mercátus es.
Nec reí fere ſane ámplius quicquám fuit:
Tamén uel uirtus túa me, uel uicínitas,
Quod ego éſſe in aliqua párte amicitiaé puto,
Facit út te audacter móneam et familiáriter;
Quod míhi uidere praéter aetatém tuam
Facere, ét praeter quam rés te adhortatúr tua.

5 *Quod ego in propinqua parte amicitiae puto.* Quid ſodes eſt *Pars propinqua amicitiae?* ſive *Amicitiae* caſu genitivo ſive dativo accipias, numquam effeceris ut locus ſanus videri poſſit. Sic dedit Poeta:

Quod ego eſſe in aliqua parte amicitiae puto.

Vide literarum ductus, ut in ſcriptis habentur, *ppiqua, aliqua*; & ideo placuit *ppiqua*; quia praeiit *Vicinitas*. *Eſſe* poſtea verſus gratia rejectum. Eugraphius: *Vicinitas agrorum & domorum quaſi quaedam pars amicitiae eſt.* Cum diceret *Quaedam pars*; nonne legebat *Aliqua?* Eun. V, 9, 25.

Ut haeream in parte aliqua tandem aput Thaidem.

Apud Servium tamen *Propinqua* legitur ad Eclog. III, 53.

9 *Quid vis tibi, aut quid quaeris?* Disjunctio *aut* a duobus antiquiſſimis libris abeſt, Bembino & Victoriano. FAERNUS. Abeſt item a vetuſtioribus noſtris.

11 *Aut plus eo, ut conjicio.* Dele *Eo* & lege, *Aut plus, ut conjicio.*

13 *Servos complures.* Vide ſilum orationis: *Nemo habet agrum meliorem, ſervos complures.* An *Complures* idem quod *Plures*, gradu comparativo? Nuſquam id lectum. Repone vel cum Guyeto. *Servi complures.* Subintellige, *Sunt tibi:* vel mecum, *Servos non plures:* Servius ad Aen. II, 247. 'Duae negativae apud 'Latinos faciunt unam confirmativam. Etſi 'Terentius Graeco more dixerit: *Agrum in his regionibus meliorem neque preti majoris nemo habet.* Ergo ut *Neque* dixit, ita & *Non* more Graeco.

14 *Ita tute attente.* Omnes noſtri cum Edd. vett. *Ita attente tute.*

17 *Fodere aut arare aut aliquid ferre denique.* *Ferre* hic perinde foret ac *Portare, Geſtare:* Quis vero ſic loquentem ferat? Lege cum Edd. vett. & uno ex noſtris, *Facere:* alius utrumque habet *Facere, ferre.* Eugraphius: *Hic eſt labor ille plurimus; quo cotide aut fodere invenitur aut aliquid facere.* Donatus ad Phorm. I, 2, 71. *Quid ſit denique? More ſuo Terentius* Denique *poſuit in fine ſenſus. Sic in Heaut. Fodere aut arare aut aliquid facere denique.* Ita Cicero De finibus I, 1. locum hunc citans *Denique* prioribus apponit; licet ibi editum ſit ferre. Atqui ſi *Ferre* legeris, neceſſario illud *Denique* ſequentibus apponetur. *Aliquid facere:* ſic And. I, 5, 24. *Aliquid facerem, ut hoc ne facerem.*

19 *Haec non voluptati eſſe ſatis certo ſcio.* In o. l. s. antiquis, recentibus, poſt *voluptati*, eſt pronomen *tibi:* quod & ſenſui neceſſarium videtur. ſupereſt ut verſui conſulatur; qui ita ſtabit, ſi ex *voluptati p* elidas: ita ut antepenultima correpta remaneat. & in *eſſe* priorem ſyllabam corripias, ultimo *s* abjecto, aut *tibi* monoſyllabum efficiatur. FAERNUS. Sic & noſtri omnes *Tibi.* Et Recte: *Voluptatis* & *Eſſe* ſaepe corripiuntur.

20 *At enim dices, me hic quantum operis fiat, poenitet.* In libro Bembino & Donato in Eunuchum

Digitized by Google

Nam prō deum atque hominúm fidem, quid uís tibi?
Quid quaéris? annos ſéxaginta nátus es,
Aut plús, ut coniicio. ágrum in his regiónibus
Meliórem neque pretí maioris némo habet;
Seruós non pluris: proínde quaſi nemó ſiet,
Ita túte adtente illórum officia fúngere.
Numquám tam mane egrédior, neque tam uéſperi
Domúm reuortor, quín te in fundo cónſpicer
Fodere, aút arare, aut áliquid facere dénique.
Nullúm remittis témpus; neque te réſpicis.
Haec nón uoluptati tíbi eſſe, ſatis certó ſcio.
At ením me quantum hic óperis fiat, poénitet.

nuchum actus v. ſcaena VII. non eſt dictio *me*. & praeterea, non *hic quantum*, ſed *quantum hic* ſcriptum eſt. utroque modo neceſſe eſt *fiat* in unam ſyllabam contrahi. FAERNUS.

At enim dices, quantum hic operis fiat, poenitet. Sic dedit Faernus: Noſtri omnes *Quantum hic*, & omnes etiam *Me* habent. Sed media fere pars *At enim dices*, altera *At dices enim*, Tu vero illud *Dices*, quod, ut vides, incerti laris eſt, jube hinc abire;

At enim me, quantum hic operis fiat, poenitet. Ut recte olim Muretus, alioquin in Terentio emendando parum felix. *Poenitet me, quantum operis fiat*; Dolet mihi, tam parum operis fieri: dum tute aras, fodis, onus portas, ſervi tui ceſſant: plus proficias, ſi tute vacuus illos exerceas: ergo ut tibi parcas, vel res tua te adhortatur. Servius ad Eclog. II, 34. *Poenitet; parum videtur; ut Terentius: At enim quantum hic operis fiat poenitet, hoc eſt, parum videtur*, illud *Dices* nuſquam ibi comparet. Idem repetit ad Aen. I, 552. Noſter Eun. V, 7, 12. *An poenitebat flagiti?* hoc eſt, an parum flagitii feciſſe videbaris? Ita frequenter Plautus. Cum autem haec certa ſit lectio, & jam olim conſtituta; miſeret me profecto viri eruditi, qui in longiſſima hic annotatione multum laboravit, ſed nihil operis fecit. *Dices*, inquit, *ſine incommodo hinc abeſſe non poteſt.* Quo vero incommodo? Immo ſi hic maneat, & incommodo eſt & perniciei. Quippe Chremes quidem hoc dixerit, Menedemus minime omnium. Si ipſe fateatur poenitere ſe quantum operis fiat; cur non ipſe ceſſans ſervos urget, ut plus fiat? cur prave & inutiliter ſtulto ſuo labori inſudat? ſed mitto hoc; Quid illud hariolationis eſt, qua ſic legendum arbitratur?

At enim dices me quantum hic ab operis fiat, poenitet.

Ab operis, hoc erit, *a Servis*. Quo pacto & verſus & ſententiae pejor nunc quam ante conditio eſt. *Quantum fiat?* cujus Quantum? Lucri & emolumenti, an ſumptus & damni? Sed eſto id quod malit: Si Menedemus dicat, Poenitere tam parum *a Servis* ſolis fieri, tanto ſtultior eſt, quam ante, cum poeniteret & a ſe & a ſervis parum fieri. At, inquit vir acutus, quo referes *Illis exercendis:* niſi hic legas *Ab operis?* eo refero, quo & verſu XIV, *Illorum officia, nempe ſervorum.* Sed *hac*, ait, *emendatione admiſſa* (quod eſſet, culpam & noxiam admittere) Tetrameter Trochaicus Iambicis Trimetris immiſcetur. Quid ergo? nonne flagitium eſt ſic eum immiſcere? Immo, ait, exempla aliquot apud Plautum extant, ex quibus tria producit, decem fere alia promiſſae, credo, Editioni reſervat. Equidem vel ipſius Plauti cauſa tria iſta demoliar; ne diutius mera errata pro exemplis ſe inferant. Aul. II, 8, 23.

Nimirum occidór, niſi ego intro huc própere propero cúrrere.

Propere a pluribus Codd. abeſt, ut a Regio 800 annorum. Lege,

Nimirum occidor, ni intro huc propero currere.

Poen. V, 3, 36.

Ego quidem meós amores mécum confidó fore.

Dele modo *Quidem* & lege;

Ego meós amores mécum confidó fore.

Rud. IV, 1, 14.

Jám meas oppilábit aures súa vaniloquéntia.

Atqui

Quod in ópere faciundo óperae conſumís tuae,
Si ſúmas in illis éxercendis, plús agas.
M. *Chremé, tantumne ab ré tuaſt otí tibi,*
Aliéna ut cures; éa quae nihil ad te ádtinent?
CH. *Homó ſum: humani níhil a me alienúm puto.*
Uel mé monere hoc uél percontarí puta:
Rectúmſt? ego ut faciam. nón eſt? te ut detérream.
M. *Mihi ſíc eſt uſus: tíbi ut opus factóſt, face.*
CH. *An cuíquam eſt uſus hómini, ſe ut cruciét?* M. *mihi.*
CH. *Si quíd laboris, nóllem: ſet quid iſtúc mali eſt?*
Quaeſó, quid de te tántum meruiſti? M. *oíei.*
CH. *Ne lácruma: atque iſtuc, quícquid eſt, fac me út ſciam.*
Ne rétice: ne uerére: crede inquám mihi.
Aut cónſolando aut cónſilio aut re iúuero.

Atqui hic Trochaicus non eſt: *Sua* enim pro ſpondeo hic ſtat. MSti *Oppilebit*. Lege certiſſime,

Jam meás opplebit aúres ſua loquéntia.

ut illud Saluſtii: *Satis loquentiae, ſapientiae parum.* Quid de decem aliis, quae adhuc premit, fiat, vir doctus ſecum ipſe cogitabit.

23 *Chreme tantumne eſt ab re tua.* In Bembino & aliquibus aliis libris, ita haec verba ſunt collocata: *Chreme tantumne ab re tua'ſt.* & ita etiam a Cicerone citantur libro XII, ad Atticum. FAERNUS. Duo ex noſtris, *Ab re tua eſt:* ceteri *Eſt ab re tua.*

24 *Eaque, nihil quae ad te adtinent.* Tacet Faernus: & tamen omnes noſtri cum Edd. vett. *Ea quae nihil ad te adtinent.*

25 *A me nihil alienum puto.* O. l. s. *nihil a me.* FAERNUS. Duo item ex noſtris, *Nihil a me*, ut Cicero Off. I, 9. Leg. I, 12. Seneca Ep. 95. Ceteri perperam, *A me nihil.*

27 *Non ut deterream.* Lege *non eſt, te ut deterream.* Hunc locum, praeterquam quod duarum dictionum defectus in omnibus impreſſis corruperat, etiam obſcurabat confuſa diſtinctio: ſic enim diſtinguendum eſt;

Uel me monere hoc, vel percontari puta:
Rectum eſt, ego ut faciam: non eſt, te ut deterream.

ita autem pronuntianda ſunt ea verba *rectum eſt, & non eſt*, ac ſi diceremus, ſi rectum eſt, & ſi non eſt. ut ſit ſenſus: puta me vel percontari hoc, vel monere: percontari quidem, ut ſi rectum eſt quod tu facis, cum tantum laboras, ego quoque cum id cognovero rectum eſſe, idem faciam: monere vero, ut ſi non eſt rectum, te ab ea re deterream. Hujus loci intelligentiam Hieronymo Suritae, doctiſſimo Hiſpano, debemus: emendationem vero omnibus l. s. FAERNUS.

Rectumſt, ego ut faciam; non eſt, te ut deterream. Sic dedit Faernus: ſed per interrogationem pronuntia; [*terream.*

Rectumſt? ego ut faciam. non eſt? te ut de- Hoc enim eſt, quod *Percontari* dicit.

Tibi ut opus eſt facto, face. Liber Bembinus & Victorianus, *tibi ut opus facto ſt, face.* & infra, *an quoiquam.* & in eodem verſu, in omnibus ferme libris, *mihi* legitur fine verbo *eſt.* FAERNUS. 28

Si quid laboris eſt, nollem: ſed quid iſtuc mali eſt? Sic Codices omnes, verſu ipſo fruſtra reclamante. Tu ei ſuppetias vel ſic ferto, 30

Si quid labori eſt, nollem: ſed quid iſtuc mali eſt?

Si quid tibi dolori, aegritudini eſt. Sic Andr. IV, 3, 5.

Verum ex eo nunc miſera quem capit Laborem?

Plaut. Rud. I, 3, 7. eadem ſententia,

Nam hóc mihi haut labóri 'ſt, labórem hunc potíri
Si érga paréntem aut deós me impiávi.

vel

M. *Scire hŏc uis?* CH. *hac quidem caúſa, qua dixí tibi.*
M. *Dicétur.* CH. *at iſtos ráſtros intereá tamen*
Adpóne, ne labóra. M. *minime.* CH. *quám rem agis?*
M. *Sine mé, uaciuom témpus ne quod dém mihi*
Labóris. CH. *non ſinam, ínquam.* M. *ah, non aequóm facis.*
CH. *Hui, tám grauis hos quaéſo?* M. *ſic meritúmſt meum.*
CH. *Nunc lóquere.* M. *filium únicum aduleſcéntulum*
Habeo. áh, quid dixi? habére me? immo habuí, Chreme:
Nunc hábeam necne incértumſt. CH. *quid ita iſtúc?* M. *ſcies.*
Eſt é Corintho hic áduena anus paupércula:
Eius fíliam ille amáre coepit uírginem,
Prope iam út pro uxore habéret: haec clam me ómnia.
Ubi rém reſciui; coépi non humánitus,
Neque ut ánimum decuit aégrotum aduleſcéntuli,

vel ſic potius, *Si quid laboris, nollem:* Ejecto *Eſt*. Genitivus ideo placet; quia ſequitur, *Quid mali.* Trin. V, 2, 57.
Si quid *tibi, pater*, laboris. *Nihil evenit, ne time. Bene re geſta ſalvos redeo.*
Eat nunc Guyetus; & ut ſpurium Terentioquo indignum expungat.

31 *Quaeſó quid de te tántum meruiſti? Eheu.* Guyetus, ut hianti verſui ſuccurrat, *Meruiſtid? Eheu.* Vir eruditus, *Meruiſti*, inquit, *non elidit ultimam.* Facilis ſane curandi ratio: ſed ex arte neceſſe eſt, ut elidat. Aliud adhuc tentat, *Meruiſti? Eheu heu.* Sane *Eheu*, ſi *Eheu heu* pro bono Dactylo veniet. Tu corrige. *Oiei*; & vide nos ad Eun. IV, 4, 47.

33 *Crede inquam mihi, Aut conſolando.* Prava hic interpunctio eſt, ex falſa interpretatione nata. Repone:
Ne retice: ne verere: crede inquam mihi. Aut conſolando.
Crede mihi, committe mihi id ſecretum, quod retices.

35 M. *Scire hoc vis?* CH. *hac cauſa equidem qua dixi tibi.* O. l. s. *hac quidem cauſa*, ſed ut verſus ſtet, ex *quidemm* abjicietur. FAERNUS. Etiam noſtri omnes *Hac quidem cauſa:* Corripi autem *Quidem* frequentiſſimum eſt.

36 CH. *Iſtos raſtros interea tamen depone.* Ex o. l. s. lege *at iſtos.* ex Bembino vero & pleriſque aliis, maxime antiquis, *adpone*, quod idem eſt quod *depone.* Terentius in Andria: *ante noſtram januam adpone.* Plautus in Poenulo: *At urget onus. at tu appone, & reſpice ad me.* (IV, 2, 35.) FAERNUS. Noſtri omnes *At iſtos*; & ex eis meliores *Adpone.*

Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi. 38 Verſus hic nullo modo, ut quidem nunc legitur, ſuſtentari poteſt: mendum eſt in dictione *vacuum*, cujus loco Bembinus habuit *vocivom*, quod poſtea emendatum eſt in *vacivom*, quod idem eſt quod *vacuum*, quae dictio a Plauto uſurpatur in Pſeudolo: *Fac ſis vacivas Pſeudole aedis aurium.* FAERNUS. Bene hic Bembinus, *Vacivom.* Noſtri omnes *Vacuum.* Mutarunt, ut cetera, Magiſtri. Plaut. Bacch. I, 2, 46.
Valens adflictet me vacivom virium.

Ejus filiam ille amare coepit perdite. Sic 45 aliquot ex Noſtris, *Perdite:* alii, *Virginem:* nonnulli utrumque *Perdite virginem*, alii *Virginem perdite.* Ex his duabus; quae deterior erit lectio,
Dede neci: melior vacua ſine regnet in aula. Equidem *Virginem* retineo; quippe quae mox invenietur Chremetis filia: & niſi hoc addas, meretricem hic potius intellegas, utpote peregrinam & advenam. At iſto *Perdite* nihil eſt opus; quippe id ſatis exprimunt quae ſequuntur, *Prope jam ut pro uxore haberet.*

Ubi rem reſciui. Noſtri plerique *Ubi id re-* 47 *ſcivi.* Neſcias utrum melius ſit, aut verius.

Digitized by Google

Tractáre, set ui et uiá peruolgatá patrum:
Cotídie accusábam: hem tibine haec díutius
Licére speras fácere me uiuó patre,
Amícam ut habeas própe iam in uxoris loco?
Erras, si id credis, ét me ignoras, Clínia.
Ego té meum esse díci tantispér uolo,
Dum quód te dignumst, fácies: set si id nón facis,
Ego, quód me in te sit fácere dignum, inuénero.
Nulla ádeo ex re istuc fít, nisi nimio ex ótio.
Ego istúc aetatis, nón amori operám dabam,
Set in Asiam hinc abii própter pauperiem, átque ibi
Simúl rem et gloriam ármis belli répperi.
Postrémo adeo res rédiit, aduléscéntulus
Saepe éadem et grauiter aúdiendo, uíctus est:
Putáuit me et aetáte et beneuoléntia
Plus scíre et prouidere, quam se ipsúm sibi:
In Asiam ad regem mílitatum abiít, Chreme.

49 *Sed ui & uia pervolgata patrum.* *Uia* hic monosyllabon est, idem & sensu & sono, quod nostrum *Way*. *U* enim apud antiquos ut nostrum *W* pronuntiabatur. Sic & Hec. I, 1, 16.

Aut quá via captent te illi, eadem ipsós capi.

52 *Prope jam uxoris in loco?* Liber Bembinus & alii antiqui, *prope jam in uxoris loco?* FAERNUS. Ita & Nostri.

57 *Nisi éx nimio ótio.* *Nimio* quod praecipuam emphasin habere oportuit, in Thesi occultatur. Repone, & collocatio quoque melior fiet,

Nulla adeo ex re istuc fit, nisi nimio ex otio.

60 *Simúl rem & gloriam.* Apud Eugraphium sic nunc fertur, *Simul & rem* & *gloriam*; quod vir doctus Multo ait concinnius esse, seu Latinitatem seu numeros spectes. De numeris videre est ex And. I, 1, 132.

Simúl scelerátus Dauos si quid consílii.

De Latinitate quod solum affert ex Hec. V, 2, 31.

Scit sibi nobilitatem ex eo & rem *natam* & gloriam *esse*;

in mendo foediſſimo cubat; sic enim legendum est,

Scit sé nobilitatem éx ea re náctam & gloriam ésse.

Putauit me aetate & benevolentia. Aliquot libri ita habent, *& aetate*: quod & elegantiae conducit, & versui: non enim habebit tantum hiatum. quamvis & sic quoque non oportebit facere synaloepham in *me &*: ut in secunda sede sit dactylus. vel certe dissolvenda erit diphthongus. FAERNUS. 63

Et aetate & benevolentia. Nostri fere omnes, *Et aetate*. Ceterum si Bembo ipsi fides est; codex suus habuit, *Et aetate & sapientia*. Sed Faernus, qui codici illi nimium favebat, hoc tacuit. Recte, ut omnes, *Benevolentia*. Hoc refer ad *Prouidere*; *Aetate* ad *Plus scire*.

Clam me profectus ménses tres abest. Sic dedit Faernus: Sed nostri universi cum Edd. vett. *Clam me est profectus: menses tres abest.* Certe si haec disjungas; paternum animum & affectum magis expresseris. 66

Qui ei fuere consciі. Nostri omnes, *Qui fuere ei consciі.* Recte. Quippe Trochaeus in ista sede ne Graecis quidem ipsis placet. 69

Domum reuertor maestus atque animo fere
Perturbato atque incerto prae aegritudine. 70

Sic a vett. Edd. & a Faerno est. Sed nostri, uno excepto, omnes *Conturbato*; quod certe plus est quam *Perturbato*. Sed & aliud est.

Quo-

CH. *Quid ais?* M. *clam me eſt profectus: menſis trís abeſt.*
CH. *Ambo áccuſandi: etſi illud inceptúm tamen*
Animi éſt pudentis ſignum et non inſtrénui.
M. *Ubi cómperi ex iis, quí fuere ei cónſcii,*
Domúm reuortor maéſtus, atque animó fere
Contúrbato, atque incérto prae aegritúdine.
Adſído: adcurrunt ſérui: ſoccos détrahunt:
Inde álii feſtináre, lectos ſtérnere,
Cenam ápparare: pró ſe quiſque ſédulo
Faciébant, quo illam míhi lenirent míſeriam.
Ubi uídeo, haec coepi cógitare: hem, tót mea
Solíus ſolliciti ſint cauſa, ut me unum éxpleant?
Ancíllae tot me uéſtiant? ſumptús domi
Tantós ego ſolus fáciam, qui gnatum únicum,
Quem páriter uti his décuit aut etiam ámplius,
Quod illa áetas magis ad haéc utenda idónea eſt,
Eum ego hínc eieci míſerum iniuſtitiá mea?

Quomodo enim *Incerte* animo, qui aegritudine obrutus eſt. Incertus eſt animi, incertus conſilii, qui adhuc dubitat, quid faciat: utrum aegritudini ſe dedat, an irae potius ac vindictae. Quomodo igitur incertus *Prae aegritudine?* Codex Academicus 900 annorum *Incerti* habet; Codex e Collegio C. C. a manu prima *Inerti*. Anne igitur legendum,

Conturbato atque inerti prae aegritudine.

Inerti, omnis conſilii experti. Stupebat pater infelix re tam inexſpectata; nihil erat quod ageret, quod inceptaret. Andr. II, 1, 3.

Vae miſero mihi.
Ut animus in ſpe atque in timore uſque antehac attentus fuit;
Ita poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet.

Vides, quid interſit inter animum ſpe ac timore *Incertum* & attentum; & eundem ſpe adempta laſſum, ſtupentem, *Inertem*.

73 *Video alios feſtinare.* Si jam *Videt*; cur verſu abhinc tertio narrat, *Ubi video?* Hoc non eſt venae Terentianae, praeſertim in Diverbio tam elaborato. Repone,

Inde alii feſtinare, lectos ſternere.

Hoc Lectoris indoli relinquam; nec, quod in promptu eſt, exemplis firmabo.

Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam. 75
Sic boni viri Librarii, *Quiſque faciebat:* ut Syntaxeos ſcilicet ratio obtineret. At iidem mox *Lenirent:* ergo & hic *Faciebant. Quiſque faciebant*; conſtructio vel pueris hodie nota, & a G. hic Fabricio olim annotata.

Ubi video haec, coepi cogitare. Diſtingue, 76
Ubi video, haec coepi cogitare.

Solius ſolliciti ſunt cauſa. Ex ſequentibus, 77
Veſtiant, Faciam, apparet hic legendum *Solliciti ſint*. Vidit hoc T. Faber, & recte vir eruditus ei acceſſit.

Tantos ego ſolus faciam? ſet gnatum unicum. 79
Repone ex ipſius orationis tenore & filo:

Tantos ego ſolus faciam; qui gnatum unicum.

Niſi hoc feceris, pro *Ejeci*, legas *Ejiciam* aut *Ejexim*. Sed illud melius. Cum enim dicit v. 84. *Si id faciam*, ad *Sumptus* tantum refert: filius enim jam ejectus erat; nec de ea re locus erat conſilii.

Eum ego ejeci hinc. Melior numerus eſt 82
in libro Bembino & aliquibus aliis. *Eum ego hinc ejeci.* FAERNUS. Unus tantum ex Noſtris *Ejeci hinc*: ceteri recte, *Hinc ejeci.*

Digitized by Google

Maló quidem me dignum quouis députem,
Si id fáciam. nam uſque dum ille uitam illám colet
Inopém, carens patria ób meas iniúrias,
Intérea uſque illi dé me ſuppliciúm dabo,
Labóraus, quaerens, párcens, illi ſéruiens.
Ita fácio prorſus: níl relinquo in aédibus,
Nec uás, nec ueſtiméntum: conraſi ómnia.
Ancíllas, ſeruos, níſi eos qui opere rúſtico
Faciúndo facile ſúmptum exſercirént ſuum,
Omnís produxi ac uéndidi. inſcripſi ílico
Aedís mercede. quáſi talenta ad quíndecim
Coégi: agrum hunc mercátus ſum: hic me exérceo.
Decréui tantiſpér me minus iniúriae,
Chremé, meo gnato fácere, dum fiám miſer:

84 *Vitam illam incolit.* Liber Bembinus *colit*, Vaticanus & Victorianus *colet*, quod & placet. FAERNUS. Meliores noſtri *Colet*, ut Nonius v. *Colere:* ceteri *Incolet.*

85 *Inopem, caréns patria ób meas injurias.* Animadvertis, credo, illud *Patria* ſine ullo accentu, ut nullius ſignificationis, tranſmitti. Ne hoc ſic abeat, reponere poſſis,

Inopém, carentem pátria ob meas injúrias.

Vitam patria carentem; ut Horat. Carm. I, 31.

Nec turpem ſenectam
Degere, nec citharа carentem.

Nonius tamen v. Colere *Carens* habet; & ſic ibi codex noſter veterrimus. Forte ab Auctore erat, *Inops carenſque* patria.

87 *Laborans, quaerens, parcens, illi ſerviens:* Sic Edd. vett. & ex codicibus noſtris unus: ceteri *Parcens, quaerens.* Si ſuffragia ineunda ſunt, hi numero vincent. Sed prius natura eſt *Quaerere*; deinde *Parcere.* Adel. V, 3, 27.

Conſerva, quaere, parce, fac quamplurimum.

At hic quoque prius eſt *Quaerere*, quam *Conſervare.* Quamobrem in his, quae irati aut commoti dicunt, ad ordinem parum attenditur.

91 *Sumptum exerceant ſuum. Exercerent*, quod & elegantius & numeroſius eſt, habent tres antiquiſſimi libri. FAERNUS.

Qui opere ruſtico
Faciundo facile ſumptum exercerent ſuum.

Exercere ſuum ſumtum; nemo quid ſit explicaverit; quantumvis in ea re laboret vir primarius Frid. Gronovius Obſerv. Eccleſiaſt. Cap. I. Reponendum hic *Exſercirent*, ut primus, opinor, vidit Janus Palmerius, acutiſſimo vir ingenio. Atque eſto, ut S. Ambroſius ter quaterque ea phraſi uſus ſit, *Sumtum ſuum exercere:* nempe ante ejus aetatem jam hunc Terentii locum interpolaverant Magiſtri; ne verbo obſoleto diſcipulos male loqui docerent. *Exſercire* ſive *Exſarcire ſumptum ſuum*, eſt tantum lucri domino referre, quantum ille ſumptus in eis alendis impendit: opere ſuo impenſas domini penſare & reſarcire. Sic *Damnum ſarcire, reſarcire* Caeſar aliique. Colonienſis codex apud Palmerium a prima manu, *Sumptum exercirent ſuum:* alter apud eundem, *Sumptum exerciunt ſuum.* Codex Bembinus, teſte ipſo Bembo, hoc in margine adſcriptum habuit, *Exercerent, reſarcirent.* Atqui qui ſic primus interpretatus eſt, proculdubio legebat *Exercirent.* Paulus in Epitoma Feſti: *Exercirent, ſarcirent.* Unde hoc niſi ex hoc Terentii loco? & vix dubites, quin apud Feſtum ipſum locus totus adductus fuerit. Quid multis opus? Omnes ſervos, ancillas vendidit Menedemus, praeterquam qui operi ruſtico faciundo apti nati eſſent, & laboris ſui fructu alimenta ſua exſercirent & compenſarent, quive operis ſuis alio locatis mercedem hero referrent: Robuſtos, viragines, corpore valido, forma mala, ſibi ſervavit: ceteros ceteraſque, quos ſua ſpecies aut manus artifex commendabat, domo abdidit & diſtraxit:

Digitized by Google

Nec fás esse, ulla mé uoluptate híc frui,
Nisi ubi ille huc saluos rédierit meus párticeps.
CH. *Ingénio te esse in líberos lení puto,*
Et illum óbsequentem, síquis recte aut cómmode
Tractáret. uerum néque illum tu satis nóueras,
Nec te ille; hoc quod fit, úbi non uere uíuitur.
Tu illúm numquam ostendísti quanti pénderes,
Nec tíbi illest credere aúsus quae est aequóm patri.
Quod si ésset factum, haec númquam euenissént tibi.
M. *Ita rés est, fateor: péccatum a me máxumumst.*
CH. *Menedéme, at porro récte spero, et illúm tibi*
Saluom ádfuturum esse híc confido própediem.
M. *Utinam íta di faxint.* CH. *fácient. nunc si est cómmodum,*
Dionýsia hic sunt hódie: aput me sís uolo.

xit: qualis illa erat apud Plautum Pasicompsa Merc. III, 1, 10. [*bajulare.*
Namque edepol equidem, mi senex, non didici
Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare.

93 *Inscripsi ilico Aedis mercede.* Recte Eugraphius: *Hoc est, Aedes meas locavi.* Nempe non emendas aedes inscripsit, sed mercede conducendas, ut si redierit filius, ipse in urbem redire posset. Vide Digest. XIX, 2. Locati & conducti.

101 *Verum nec tu illum satis noveras, Nec te ille.* Codices nostri magno numero *Neque tu illum:* Repone:
Verum neque illum tú satis noveras, Nec te ílle.
Et *Ille* & *Tu* accentu elevari debent.

112 *Hoc ibi fit, ubi non vere vivitur.* In aliquibus est *hoc qui fit*, in Bembino, *hocque fit.* FAERNUS.
Nec te ille: hocque fit. ubi non vere vivitur.
Sic a Faerno est: sed versus misere claudicat: ut vel Librarii senserunt: quorum alii *Hoc ibi fit*, alii *Hoc qui fit*; Bembinus solus, *Hocque fit.* Repone:
Nec te ille; hoc quod fit, ubi non vere vivitur.
id est, *id quod fieri solet*, ubi non vere, recte, & ratione vivitur. Adel. V, 9, 31.
Id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo & bono.

116 *Peccatum a me maximum est.* Ita liber Bembinus & Vaticanus. Victorianus vero, *maxime.* priore modo *peccatum* nomen est; ut sit sensus: a me, id est, a parte mea maximum peccatum invenitur. posteriore participium. FAERNUS. Nostri fere omnes *Maxumum.*

Recte spero illum tibi salvum adfuturum. 118
Post *spero*, o. l. s. habent conjunctionem *&*: ita post *spero* distinguendum, neque id verbum ad sequentia referendum, sed absolutum relinquendum, hoc modo:
Menedeme at porro recte spero: & illum tibi
Salvum ad futurum esse hic confido propediem.
FAERNUS.

Utinam di ita faxint. Bembinus liber & 119
Victorianus, *Utinam ita di faxint*, meliore collocatione, nec versu repugnante, si vel in primam sedem proceleusmaticus admittatur, vel primam hujus versus syllabam finis praecedentis absumat. FAERNUS. Sic & Nostri, *Utinam ita di faxint:* & quattuor *Faciant.*

Nunc si commodumst. Omnes fere nostri, Ib.
Nunc si est commodum: magis ex more auctoris.

Dionysia hic sunt: hodie aput me sis volo. 110
Prava haec distinctio est, quam sic refinge:
Dionysia hic sunt hodie: aput me sis volo.
Eugraphius ad locum: *Quia dicit, Hodie Dionysia sunt, quae sunt sacra Liberi Patris apud Athenas.* Plaut. Poen. V, 3, 14.
Aphrodisia hodie, veneris est festus dies,
&c.

M. *Non póſſum.* CH. *cur non? quaéſo tandem aliquántulum*
Tibi párce: idem abſens fácere te hoc uolt fílius.
M. *Non cónuenit, qui illum ád laborem hinc pépulerim,*
Nunc me ípſum fugere. CH. *ſícine eſt ſenténtia?*
M. *Sic.* CH. *béne uale.* M. *et tu.* CH. *lácrumas excuſſit mihi,* 115
Miſerétque me eius: ſét ut diei témpus eſt,
Monére oportet me hunc uicinum Phániam,
Ad cénam ut ueniat: íbo, uiſam ſí domi eſt.
Nihil ópus fuit monitóre: iam dudúm domi
Praeſto apút me eſſe aiunt: égomet conuiuás moror. 120
Ibo ádeo hinc intro. ſét quid crepuerúnt fores
Hinc á me? quiſnam egréditur? huc concéſſero.

ACTUS

& I, 1, 63. *Aphodiſia hodie ſunt.* & I, 2, 42. *Dignum Veneri pol, cui ſunt Aphrodiſia hodie,* Pſeud. I, 2, 57.
Dies praeſtitutaſt, Proxima Dionyſia.
Cras ea quidem ſunt.

113 *Non convenit qui illum ad laborem impulerim.* Verſum hunc eſſe impeditum omnes vident. mendum eſt in verbo *impulerim*; quo ſtante, aut deeſt una ſyllaba ſenario, aut eſt trochaeus in quinta, qui pes in hunc verſum non cadit: quae difficultates vitantur ex antiqua lectione libri Vaticani, in quo erat *impellerim*; ſed deinde abraſis mediis litteris mutatum in *impulerim*; ſic tamen ut prior lectio conjici poſſit. idem factum & in Victoriano, niſi quod hic habebat *impelerim* per unum l. Quod autem verbum impello, facere potuerit in praeterito, non modo impuli ſecundum uſum, ſed & impelli ſecundum analogiam, indicio ſunt multa verba, quae praeteritum apud antiquos utroque modo habent, ut haurio hauſi & haurivi vel haurii. Varro ad Ciceronem, *Quum deinde haurierunt.* Neglego neglexi & neglegi, Aemilius Macer. XVI. annalium, *Omnium noſtrum neglegerint auctoritatem.* Soleo ſolitus ſum, & ſolui. Saluſtius, II. hiſtoriarum: *Neque ſubſidiis, uti ſoluerat, compoſitis.* pellicio pellexi & pellicui. Varro belli Sequanici libro II. *Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda ſaporis.* nemo ergo miretur ſi & impello, impelli in praeterito potuit facere, ſecundum analogiam. FAERNUS.

Non convenit qui illum ad laborem impellerim. Sic dedit Faernus: noſtri omnes *Impulerim*: quo verſus quidem claudicat. Abſit tamen, ut tam deformem medicinam admittamus, ut noſter qui alias ſemper *Compulit, impulit, perpulit, impuliſti, perpuliſti* dixerit, hic dicat *Impellerim.* Tu repone:
Non convenit, qui illum ad laborem hinc pepu-
Nunc me ipſum fugere. [*lerim,*
Hinc, quia ſine illo verſus integer eſt, excidebat: poſtea ſenſus gratia factum eſt *Impulerim.*

Set ut diei tempus eſt. 117
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam. Quod teſtatus eſt Lindenbrogius, τὸ *oportet in omnibus veteribus Libris deeſſe*; idem ego de Noſtris teſtor, ab omnibus id abeſſe, praeterquam duobus ex recentiſſimis, qui *Monere me oportet* habent? Unde hoc eveniſſe dicas? Niſi quod olim verbum aliquod hinc exciderit; quod nunc ſuae ſedi reſtituo:
Set ut diei tempus eſt,
Tempuſt monere me hunc vicinum Phaniam.
Tempus eſt monere: ut Hec. IV, 2, 21. *Tempus eſt concedere.* Ex verbis duobus continuis alterutrum excidere, ſollemne eſt.

Ibo ut viſam ſi domi eſt. Ex fide omnium 118
l. s. deleo particulam *ut.* FAERNUS.
Noſtri tamen, demtis quattuor, omnes *Ut* habent; niſi quod ex Meadianis alter *Ibo & viſam.* prorſus ut Plaut. Bacch. III, 5, 4.
Ibo & viſam huc ad eum, ſi forte eſt domi.
Aiunt

ACTUS I. SCAENA II.

CLITIPHO adulescens. CHREMES.

NIHIL adhuc est, quód uereare, Clínia: haut quaquam étiam cessant:
Et illam simul cum núntio tibi ádfuturam hodié scio.
Proín tu solicitúdinem istam fálsam, quae te excrúciat, mittas.
CH. *Quícum loquitur filius?*
CL. *Páter adest, quem uólui: adibo. páter, opportune áduenis.*
CH. *Quíd id est?* CL. *hunc Menedémum nostin nóstrum uicinúm?* CH. *probe.*
CL. *Huic fílium scis ésse?* CH. *audiui esse: ín Asia.* CL. *non ést, pater:*
Aput nós est. CH. *quid ais?* CL. *áduenientem, e náui egredientem, ílico*
Abdúxi ad cenam: nám mihi cum eo iam índe usque a puéritia
Fuit sémper familiáritas. CH. *uoluptátem magnam núntias.*

120 *Aiunt praesto apud me esse.* O. l. s. ita collocant, *Praesto apud me esso aiunt.* erit autem in prima sede dactylus, abjecto *d* ex *apud*. FAERNUS. Sic & nostri omnes.

1 *Nihil adhuc est quod vereare Clinia: haud quaquam etiam cessant.* Versus est trochaicus tetrameter acatalecticus. FAERNUS.

2 *Et illam simul cum nuntio tibi hic ego adfuturam hodie scio.* Versus hic novem pedum est: qui, si ex eo demas pronomen *ego*, quod neque in libro Bembino est, neque in plerisque aliis, adhuc tamen remanet impeditus, nisi *tibi* in unam syllabam contrahas, & quod frequentius est, in dictione *illam* prima corripiatur elisо uno l: hoc modo versus erit octonarius Iambicus. FAERNUS. *Hic* abest a codice Regio Chartaceo: & a vetere Lindenbrogii utrumque abest *Hic ego*. Recte.

3 *Proin tu sollicitudinem istam falsam, quae te excruciat, omittas.* Plerique l. s. inter quos Bembinus, habent *mittas*; ita versus est trochaicus tetrameter acatalecticus, ut primus hujus scenae. FAERNUS. Nostri universi, *Mittas*.

4 *Quicum loquitur filius?* Versus trochaicus dimeter catalecticus. FAERNUS.

6 *Quid est?* Plerique fere o. l. s. habent *quid id est*, ut ratio versus requirit. ita enim ordinandus est versus, qui est trochaicus, quemadmodum in libro Bembino est, ut dictio *probe* cum finiat hoc modo:

CH. *Quid id est?* CLI. *hunc Menedemum nostin. nostrum vicinum?* CH. *probe.* FAERNUS.

Meliores nostri & plures, *Quid id est?*

7 CH. *Audivi in Asia.* Hic deest verbum *esse*, quod o. l. s. habent post dictionem *Asia*, praeter Bembinum, qui post *audivi*; quod numero magis quadrat. FAERNUS.

Nostri pene omnes cum Bembino *Audivi esse*. & post subdistingue,

Huic filium scis esse? Audivi esse: in Asia. Non est pater.

8 CLI. *Venientem e navi.* O. l. s. *advenientem*: nec versus repugnat, si ex *apud d* abjicias. FAERNUS.

9 *Adduxi ad cenam.* Liber Bembinus & plerique alii *abduxi*: prima autem hujus versus syllaba pertinet ad praecedentem, ut hic sit octonarius Iambicus, ut ceteri. FAERNUS.

Abduxi ad cenam: nam mihi magna cum eo jam inde usque a puericia.

Sic dedit Faernus, versu reluctante. Quattuor ex vetustioribus nostris non habent *Magna*. Recte: sic enim versus rotunde exit,

Abdúxi ad cenam: nám mihi cum eo jam índe usque a puéritia.

& sententia sibi sufficit, sine illo *Magna*.

10 *Semper fuit familiaritas.* CH. *voluptatem magnam nuntias.* O. l. s. *fuit semper*. quod parvi refert:

Quam uéllem Menedemum ínuitatum, ut nóbiscum esset ámplius:
Ut hánc laetitiam néc opinanti prímus obiicerem ei domi.
Atque étiam nunc satis témpori est. CL. *caue fáxis; non est ópus, pater.*
CH. *Quaprópter?* CL. *quia enim incértumst etiam, quíd se faciat. módo uenit.*
Timet ómnia, patris íram, et animum amícae se erga ut sít suae.
Eam mísere amat: proptér eam haec turba atque ábitio euenít. CH. *scio.*
CL. *Nunc séruolum ad eam in úrbem misit, ét ego nostrum unâ Syrum.*
CH. *Quid nárrat?* CL. *quid ille? míserum se esse.* CH. *míserum? quem minus crédereſt?*
Quid rélliquist, quin hábeat quae quidem in hómine dicuntúr bona?
Paréntis, patriam incólumem, amicos, génus, cognatos, diúitias:
Atque haéc perinde súnt ut illius ánimus, qui ea pósſidet:
Qui utí scit, ei bona; illi, qui non útitur recté, mala.
CL. *Immo ille fuit senex importunus sémper; et nunc nil magis*

refert: octonarius stat elisо *p* ex *voluptatem*. ut & supra, *haec non voluptati tibi esse*. FAERNUS. Nostri quoque omnes, *Fuit semper*, Nec in metro difficultas ulla est.

11 *Essot hodie amplius. Hodie* dissyllabum faciendum est, ut stet octonarius. FAERNUS, *Hodie* fit trisyllabon per hunc locum licet: cum meliores quique ex nostris hic id non agnoscant: neque Nonius v. Invitare.

12 *Primus ei objicerem.* O. l. s. ita habent, *primus objicerem ei domi*, praeter Bembinum, in quo omnino non erat dictio *ei*, sed deinde superaddita est, quae tamen mihi non placet, FAERNUS. At nos reponimus *Ei*; cum nostri omnes id habent & in eadem sede.

13 *Atque etiam nunc tempus est.* CLIT. *cave faxis, non est opus pater.* Ex o. l. s. ita transpone haec verba, *non opus est*, & ut octonarius stet, non facies synaloepham in *atque etiam*; aut si facis, erit trochaicus inter octonarios Iambicos. FAERNUS.

Atque etiam nunc tempus est. Cave faxis, non opus est, pater.

Sic & nostri. Sed nec *Atque etiam* sine synaloepha esse potest; nec Trochaico inter Iambicos est locus. Vir doctus velit *Hodie* huc adscisci aut *Pater*. Sed alia via insistendum erat. Cum *Tempus est* dicunt, ut Hec. IV, 2, 21. *Tempus est concedere*; & Horat. Ep. II, 2, 215. *Tempus abire tibi est*, perinde est ac *Satis sero*: atqui hic perinde erit ac *Satis cito*: quod nusquam legas. Tu repone:

Atque etiam nunc satis temporist. Cave faxis, non est opus, pater.

Satis *Tempori*, sat tempestive, mature. Plaut. Capt. I, 2, 80 & 88.

Sed si venturu's; tempori. Hem, vel jam otiumst. Numquid vis? Venias tempori. Memorem mones.

Ceterum unus ex Nostris, *Non est opus, pater*. Recte, ut *Opus* in Ictu stet.

Quid narrat? Quid ille? sé miserum ésse. 18
Miserum? quem minus credere est?

In sermone lex & mos est, ut verbum repetitum eodem, quo prius, accentu proferatur. Recte igitur Codices quos vidi universi.

Miserum se esse. Miserum.

CH. *Immo ille senex fuit importunus semper* 23
& nunc nihil magis. Ita quidem optime stat octonarius, contracto *nihil* in unam syllabam: sed nullus est liber scriptus, qui ita habeat, sed ad unum omnes, *Immo ille fuit senex importunus semper*. meliore collocatione, & numero non repugnante, si vel ex *semper* r abjicias, vel τὸ *senex* in unam syllabam contrahas. FAERNUS.

CLIT. *Quid tu tecum?* Liber Bembinus & 26
aliquot alii: *quid tute tecum?* itaque octonarius exigit. FAERNUS. Sic omnes nostri.

Forta sse

Digitized by Google

Uereór, quam ne quid in íllum iratus plús ſatis faxít, pater.
CH. *Illéne? ſet repprimám me: nam in metu éſſe hunc, illi eſt útile.*
CL. *Quid túte tecum?* CH. *dícam. ut ut erat, mánſum tamen opórtuit.*
Fortáſſe aliquantum iníquior erat praéter eius lubídinem:
Paterétur: nam quem férret, ſi paréntem non ferrét ſuum?
Huncíne erat aequom ex íllius more, an íllum ex huius uíuere?
Et quód illum inſimulant dúrum, id non eſt. nám parentum iniúriae
Uniuſmodi ſunt férme; paulo qui éſt homo tolerábilis.
Scortári crebro nólunt; nolunt crébro conuiuárier:
Praebént exigue ſúmptum: atque haec ſunt támen ad uirtutem ómnia.
Uerum ánimus ubi ſemél ſe cupiditáte deuinxít mala,
Necéſſe eſt, Clitiphó, conſilia cónſequi conſímilia. hoc
Scitúmſt, periclum ex áliis facere, tíbi quid ex uſú ſiet.
CL. *Ita crédo.* CH. *ego ibo hinc íntro, ut uideam nóbis cenae quíd ſiet.*
Tu, ut témpus eſt diéi, uide ſis né quo hinc abeas lóngius.

27 *Fortaſſe aliquanto iniquior.* Liber Bembinus, *aliquantum.* FAERNUS.
Noſtri omnes, *Aliquanto* vel *Aliquando.* Sed recte *Aliquantum iniquior*; ut Eun. I, 2, 51. *Nuper. Ejus frater aliquantum ad rem eſt avidior.*
Ratio eſt; quia in hujuſmodi formula Comparativus non auget, ſed minuit.

30 *Et quod inſimulat durum.* Bembi codex, ſi ipſi fides, *Inſimulant* habuit. Recte. Non enim Clinia ſolus, ſed Clitipho v. 23. Ergo *Inſimulant*, homines ſcilicet, adoleſcentes.

31 *Paulo qui eſt homo tolerabilis.* In libro Bembino haec interpretatio aſcripta eſt, *Aut ei ſubauditur, aut eum: ſi ei, ſic intelligimus, uniuſmodi ſunt ei, qui eſt homo tolerabilis. aut eum ſcortari crebro nolunt, ut ſit, filium, qui ſit tolerabilis. aut ſingularem numerum pro plurali poſuit, id eſt qui ſunt tolerabiles.* FAERNUS. Poſtrema ex his Interpretationibus vera eſt.

33 *Et ea ſunt tamen ad virtutem omnia.* Bembinus liber, ſine conjunctione habet dictionem *haec*, alii cum conjunctione *atque*. quod & placet. FAERNUS. Noſtri omnes, *Atque haec ſunt.*

Verum úbi animús. Sic editiones veteres: & ut alia multa, neglexit Faernus. Atqui Codices ſcripti magno conſenſu: 34
Verum ánimus ubi. Quod multo venuſtius.

Scitumſt, periclum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet. Verum eſt, quod unus ex Regiis hic habet, & ſcena ſequente v. 9. duo, 36
Tibi quid ex uſu ſiet.
Non parum intereſt: *Quod* ad ipſum illud periclum modo reſpicit, *Quid* ad alia ſimilia atque etiam contraria.

Ut videam nobis quid cenae ſiet. Nullus l. s. hanc habet collocationem, ſed omnes ita, *ut videam cenae quid nobis ſit*; vel *ſiet.* Solus Bembinus, *quid in cen ſiet.* deinde deleto *in*, poſt *cen* ſuperadditum eſt *e*, ut fieret *cene.* ego legendum puto, *quid in cenam ſiet:* ut & in Andria, *ferre obolo in cenam ſoni.* nec verſus repugnat, ſi ex *quid*, elidas *d.* FAERNUS. 37

Nobis quid cenae ſiet. Noſtri univerſi, *Nobis cenae quid ſiet:* ubi *Cenae* caſus dativi eſt. Plaut. Truc. III, 1, 2.

Ut bubus glandem prandio depromerem. Si *Quid cenae* legas, caſus erit genitivi.

Digitized by Google

ACTUS II. SCAENA I.

CLITIPHO.

QUAM iníqui ſunt patrés in omnis ádulescentis iúdices?
Qui aequom éſſe cenſent nós iam a pueris ílico naſcí ſenes;
Neque illárum adfines éſſe rerum, quás fert adulescéntia.
Ex ſuá libidiné moderantur, núnc quae eſt, non quae olím fuit.
Mihi ſi úmquam filiús erit, ne ille fácili me utetúr patre:
Nam et cógnoſcendi et ígnoſcendi dábitur peccatí locus:
Non út meus, qui míhi per alium oſténdit ſuam ſenténtiam.
Perii: ís mi, ubi adbibit plus paulo, ſúa quae narrat fácinora?
Nunc áit: periclum ex áliis facito, tíbi quid ex uſú ſiet.
Aſtútus: ne ille haut ſcít, quam mihi nunc ſúrdo narret fábulam.

2 *Nos jam a pueris.* Nec liber Bembinus, nec plerique alii habent particulam *jam*. FAERNUS. Atqui omnes noſtri cum vett. Edd. habent *Jam*: nec abeſſe poteſt ſine detrimento. Ita ſupra, *Jam inde uſque a pueritia*: & alibi, *Jam inde ab adulescentia, Jam inde a puero.*

3 *Neque illarum affines rerum eſſe.* O. l. s. *eſſe rerum*, verſu non repugnante, ſi in *illam* abjecto *l*, primam corripias, ut ſaepe in hoc poeta. FAERNUS. Ita noſtri quoque omnes.

4 *Ex ſua libidine moderantur, quae eſt nunc.* O. l. s. *nunc quae eſt*. FAERNUS. Conſentiunt noſtri omnes.

6 *Peccati locus.* Noſtri plerique *Peccatis*. Recte *Peccati*: Plaut. Amph. I, 1, 100.
Ignoſcamus peccatum ſuum.

9 *Nunc ait, periculum ex aliis facito. Periclum* exigit ratio octonarii, ut & in libro Bembino eſt. FAERNUS. *Tibi quod ex uſu ſiet.* Repone *Quid*, ut ſupra I, 2, 36.

12 *Cui quid reſpondeam nihil habeo.* Aliquot ex Noſtris: *Cui quod reſpondeam.* Sine dubio recte.

13 *Nam Clinia hic, etſi is ſuarum rerum.* O. l. s. *nam hic Clinia, etſi is quoque ſuarum*, utroque modo conſtante octonario. FAERNUS.
Nam hic Clinia, etſi is quoque ſuarum rerum ſatagit, attamen
Habet bene & pudice eductum.
Sic Faernus, & ſic Libri, opinor, qui nunc ſuperſunt, omnes. Elegans tamen & antiquae monetae lectio eſt apud Chariſium p. 193. etſi non tam diverſa eſt, quam eadem: ſiquidem olim cum nec ſpatium nec interpunctiones inter verba eſſent, neſcires utra fuerit. 'Satis, inquit, pro *Intente*: Cato dierum dictarum de conſulatu ſuo: *Jam apud vallum noſtri ſatis agebam.* Terentius in Heauton timorumeno: *Etſi ſuarum rerum ſatis agitat, tamen Habet bene & pudice eductam.* Videtur hic pro *Satagit attamen* quondam lectum fuiſſe *Sat agitat tamen*. Rectiſſime. Plaut. Bacch. IV, 3, 23. *Nunc agitas ſat tute tuarum rerum.* *Agito* eſt Frequentativum ab *Ago*. Nec tamen ideo hoc praefero; (quippe idem Merc. II, 1, 4. *In ſomnis egi ſatis.*) ſed quia poſt *Etſi* inferre ſoleant *Tamen*, non *Attamen*. Hec. II, 2, 1.
Etſi ſcio, Philumena, meum jus eſſe, ut te cogam
Quae ego imperem facere, ego tamen *patrio animo victus faciam.*
Ita paſſim apud quoſvis ſcriptores: at *Attamen* ſic poni vix credo reperies; niſi praeceſſerit *Sed etſi.*

14 *Habet bene & pudice eductum ignaram artis meretriciae.* Vix ferre poſſum *Artis* poſteriorem hic acuere, cum prior longa ſit. Quare inducor ut ab auctore fuiſſe credam, *Ignaram rei meretriciae.* Sic And. V, 1, 10. *Abhorrenti ab*

Digitized by Google

Magis núnc me amicae dícta ſtimulant, Dá mihi, atque adfér mihi:
Cui quód reſpondeám nil habeo: néque me quiſquam eſt míſerior.
Nam hic Clínia, etſi is quóque ſuarum rérum ſat agitát, tamen
Habét bene et pudíce eductam, ignáram artis meretríciae.
Meáſt petax, procáx, magnifica, ſúmptuoſa, nóbilis. 15
Tum quód dem ei, rectéſt: nám nihil eſſe míhi religioſt dícere.
Hoc égo mali non prídem inueni: néque etiamdum ſcít pater.

ACTUS II. SCAENA II.

CLINIA. CLITIPHO.

SI mihi ſecundae rés de amore meo éſſent, iam dudúm ſcio
Veníſſet: ſet uereór, ne mulier me ábſente hic corrúpta ſit.
Coucúrrunt multa, opínionem hanc quaé mihi animo exaúgeant:

ab re uxoria. Res meretricia omnes earum artes intra ſe comprehendit.

15 *Meaſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.* Quid *Procax* ſit Feſtus tibi dicet, *Procari, poſcere: unde procaces meretrices ab aſſidue poſcendo, & Proci uxorem poſcentes in matrimonium.* Cur ergo *Potens* a *Magnifica* & *Nobili* ſeparatur, & *Procax* alienae ſignificationis intervenit? Quid quod haec non Laïs Corinthia eſt, ſed Attica meretricula, quae nullo jure dicatur *Potens?* Repone certiſſime:

Meaſt petax, procax, magnifica, ſumptuoſa, no- *Petacem* eſſe ſcias ex v. 11. [*bilis.*

Magis nunc me amicae dicta ſtimulant, Da mihi atque adfer mihi.

Hec. I, 2, 84. de alia meretrice huic cognomine,

Maligna multo & magis procax facta ilico eſt.

ubi Donatus: *Procax, deſpoliatrix & petax.* Illud *Petax* ex hoc ipſo ſumpſit. Fulgentius Mythol. II, 1. *Vita ornatus petax, habendi inſatiata:* & 3, *Omnis vita potentiae petax. Petax, procax:* placuerunt ſibi in his & ſimilibus Comici: Plaut. Perſ. III, 3, 6. de Lenone.

Pecuniaï accipiter, auide atque invide,
Procax, rapax, trahax.

& mox de ſervo: *Lurco, edax, furax, fugax.* Apud Nonium tamen v. nobile, *Potens* legitur, etiam in vetere noſtro Codice.

2 *Ne me abſente mulier corrupta ſit.* L. s. alii alia collocatione; omnes tamen habent adverbium *hic.* Bembinus vero & Baſilicanus & nonnulli alii, hoc modo, *ne mulier me abſente hic corrupta ſit.* FAERNUS. Pro *Veniſſent* repone *Veniſſet:* ut infra v. 9, *Adeſſet.*

Quae mi animum exaugeant. Mihi exigit 3
octonarius, & ita habent o. l. s. eſt autem in libro Bembino ad haec verba aſcripta interpretatio, *Quae mihi animum exaugeant, quae me terreant. animum autem dicit, quam illi praeſens efficit metus ſollicitam cogitationem.* FAERNUS.

Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant.

Diu eſt, cum Palmerius, Acidalius, Guyetus ex conjectura propoſuerint *Exangeant*; quippe *Exaugere animum, ἀίξειν*, non aegritudini, ſed gaudio convenire. Quaerebatur vero, quis *Angeo* dixerit pro *Ango?* Hoc alia conjectura ex Plauto conficere conati ſunt, Stich. I, 1, 54.

Scio atque in cogitando moeroro augeor.

Ubi pro *Augeor* ſubſtituere volunt *Angeor*: infelici ſane eventu. Quippe Plautus (qui ignarus praecepti Horatiani, *Si vis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi,* ſemper riſum & jocum captat, etiam ubi flendum erat & dolendum) ſuo more hic dixit, *Moeroro augeor*; cum alias dicerent homines *Laetitia augeor.* Cicero De Fin. II, 4. ex poëta vetere,

Tanta laetitia auctus ſum, ut mihi non conſtem.

Simili joco Syrus infra IV, 1, 15.

Sic eſt factum: minor ergo herus damno auctus eſt.

Occáſio, locus, aétas, mater, cúius ſub imperióſt, mala:
Cui níl iam praeter prétium dulceſt. CLIT. *Clínia.* CLIN. *ei miſeró mihi.*
CLIT. *Etiám caues, ne uídeat forte hic te á patre aliquis éxiens?*
CLIN. *Faciám: ſet neſcio quíd profecto mi ánimus praeſagít mali.*
CLIT. *Pergín iſtuc prius diiúdicare, quám ſcias quid rei ſiet?*
CLIN. *Si níl mali eſſet, iam hic adeſſet.* CLIT. *iam áderit.* CLIN. *quando iſtúc iam erit?*
CLIT. *Non cógitas hinc lóngule eſſe? et nóſti mores múlierum:*
Dum móliuntur, dûm conantur, ânnus eſt. CLIN. *o Clítipho,*
Timeó. CLIT. *reſpira: eccúm Dromonem cúm Syro una: adſúnt tibi.*

ACTUS

Damno auctus eſt, facete dixit; cum aliàs diceret *Commodis, honoribus, augori.* Ergo de iſto *Exangeant* actum, opinor, & conclamatum eſt. Quid vero ad hunc locum vir eruditus? *Sic indubie legendum,* ait, *Exangeant, non Exaugeant; ut Plautus Moerore angeor:* & extemplo in Textum ipſum recipit, idem fortaſſis in Plauto ſuo facturus. Ergo prounius hujus peccatis uterque poeta paenas dabit. Mendum hic vetuſtiſſimum eſt, & altius abſconditum, quam ut vel Lynceum ejus acumen eo poſſet penetrare:

Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant,
Occaſio, locus, aetas, mater cujus ſub imperioſt mala.

Quaenam quaeſo ſunt *Multae illae opiniones?* Anne occaſio, locus, aetas, mala mater, *Opiniones* ſunt? Una erat opinio, unum *Verebatur,* ne eo abſente amica corrupta fuerit: ad eam opinionem confirmandam multa ſimul accedebant, *Occaſio, locus* & cetera. Quid pluribus opus? Tu audacter repone,

Concurrunt multa, opinionem hanc quae mihi animo exaugeant;
Occaſio, locus, aetas &c.

Andr. III, 1, 34. [*currunt ſimul,*
Unde id ſcis? Audivi & credo: multa concurrunt.
Qui conjecturam hanc nunc facio.

Adel. IV, 4, 18.
Id ipſum metuo, ut credant: tot concurrunt veri ſimilia:

Egomet rapui, ipſe egomet ſolvi argentum, ad me abductaſt domum.

Recte vero *Exaugere opinionem,* ſive ſuſpicionem. Eun. III, 1, 46.
Immo auge magis ſuſpicionem.

Locus, occaſio, aetas, mater, ſub imperio cujus eſt, mala. Ex o. l. s. ita colloca, *occaſio, locus.* item ex libro Bembino & Baſilicano, & nonnullis aliis, teſte Joanne Rivio, *cujus ſub imperio eſt, mala.* aliter nullo modo ſtat octonarius. ita legit & Eugraphius, qui etiam ita ſenſum ordinat, ut ſit mater mala ſub cujus imperio eſt. FAERNUS. Noſtri quoque omnes, *Cujus ſub imperio.* 4.

Hinc a patre. Omnes Libri & Edd. vett. *Hie.* Recte. Nam *A patre* non eſt *A meo,* ſed tuo, Menedemo. 6.

Pergin iſtuc prius dijudicare. Ex *iſtuc s* elidendum: ut in prima ſede hujus octonarii ſit dactylus. FAERNUS. 8.
Pergin iſtuc prius dijudicare, quam ſcis quid veri ſiet?
Omnes fere noſtri cum vett. Edd. *Scias* pro *Scis.* Unde promptum eſt emendare,
Pergín iſtuc prius dijúdicare, quám ſcias quid rei ſiet?
Quid rei eſt? paſſim. Infra, IV, 7, 2. *Quid rei eſſet dixti huic?* Etiam Guyetus recte vidit *Rei;* licet in reliquis verſum corruperit.

Si nil mali eſſet, jam hic adeſſent. Jam aderunt. 9.

Digitized by Google

ACTUS II. SCAENA III.

SYRUS, DROMO, serui. CLINIA. CLITIPHO.

AI' N tu? DR. *sic est: uérum interea dúm sermones caédimus,*
Illae sunt relíctae. CLIT. *mulier tibi adest; audin, Clínia?*
CLIN. *Ego uero audió nunc demum et uíuo et ualeo, Clítipho.*
SY. *Mínime mirum: adeo ínpeditate súnt: ancillarúm gregem*
Dúcunt secum. CLIN. *périi, unde illi súnt ancillae?* CLIT. *mén rogas?*
SY. *Nón oportuít relictas: pórtant quid rerum?* CLIN. *eí mihi.*
SY. *Aúrum, uestem: et uésperascit, ét non nouerúnt uiam.*
Fáctum a nobis stúlte est. abi dum tú, Dromo, illis óbuiam:
Própere: quid stas? CLIN. *uaé misero mi, quánta de spe décidi.*
CLIT. *Quí istuc? quae res té sollicitat aútem?* CLIN. *rogitas quíd siet?*
Uíden tu? ancillas, aúrum, uestem, quám ego cum una ancíllula

erunt. Quando istuc erit? Lege ex nostris pene omnibus cum Edd. vett. *Adesset, Aderit.* De amica enim sola sollicitus est, non de servulis qui accersitum eam missi sunt. Corrige quoque *Quando istuc jam erit?*

10 *Non cogitas hinc longius abesse?* Liber Bembinus, *hinc longule esse*, id est, aliquantum longe. Plautus in Menaechmis: *Ingressum fluvium rapidum ab urbe haut longule.* hoc modo optime stat octonarius, aliter impeditus. FAERNUS. Nostri universi *Longius abesse.* Mutarunt Magistri, ne discipuli obsoleto tum *Longule* uterentur.

11 *Dum moliuntur, dum comuntur.* Pro *comuntur* omnes fere l. s. habent *conantur*: & in his Bembinus, Basilicanus, Victorianus. alii, sed pauci, *comantur*, nullus, quem viderim, *comuntur.* quare *conantur* repono, quod synonymum est verbi *moliuntur.* FAERNUS.
Plerique etiam nostri *Conantur.* Eleganter dictum: Dum iturae sunt, & non eunt; dum movent, sed nil promovent. Phorm. I, 2, 2. *At ego obviam conabar tibi, Dave.* Virg. Aen. IV, 133. *Reginam Thalamo cunctantem:* ubi Servius; *Cunctantem, morantem,* ut Terentius: *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.* An illo legit, aut legendum hic est, *Dum cunctantur?* Non puto.

12 *Una adsunt tibi.* Distingue post *Una. Una: adsunt. tibi.*

Ego vero audio nunc demum, & video & valeo, Clitipho. Sic libri omnes: Nondum tamen *Videt* Antiphilam, quae pone relicta erat; ut ex ipso loco videre est. Repone: *Vivo & valeo, Clitipho.* Plaut. Bacch. II, 2, 14. 3

Quia si illa inventast quam amat, vivit & valet:
Si non inventast, minus valet, moribundus est.
Animast amanti amica: si abest: nullus est.

Vivo & valeo passim conjunguntur. Vide infra III, 1, 20. Bacch. II, 3, 12. Stich. I, 1, 31. Trin. III, 3, 43. IV, 3, 68.

SYR. *Minime mirum.* Haec Dromoni tribuenda esse post Glareanum & Guyetum vidit vir eruditus. Aut hoc verum est; aut v. primo totum illud Dromonis est, *Sic est: verum interea* &c. quod verius censeo. 4

Propere. quid stas? Ubaldinus Bandinellus legebat *propera*, quod & nos in aliquibus libris invenimus, inter quos Victoriano, licet deinde abraso *a*, substitutum fuerit *e*. & sane *propera* majoris instantiae est. FAERNUS. 9

Abi dum tu Dromo illis obviam: Propera: quid stas. Nostri plerique omnes, *Propere:* quod rectius est.

Quid istuc. Lege *Qui istuc?* Eun. IV, 6, 7. *Qui quaeso istuc?* & alibi saepe. 10

Viden tu ancillas, aurum, vestem, quam ego cum una ancillula. 11

Hic reliqui; unde ea esse censes? Liber Bembinus & Basilicanus non habent dictionem *ea.* in

Híc reliqui: unde éſſe cenſes? CLIT. *uáh, nunc demum intéllego.*
SY. *Dí boni quid túrbaeſt? aedes nóſtrae uix capiént, ſcio.*
Quíd comedent? quid ébibent? quid ſéne erit noſtro miſerius?
Sét eccos uideo quós uolebam. CLIN. *o Iúppiter, ubinam éſt fides?*
Dum ego própter te errans pátria careo démens, tu intereá loci
Conlócupletaſti, Antíphila, te, et me in hís deſeruiſtí malis;
Proptér quam in ſumma infámia ſum, et meó patri minus ſum óbſequens.
Cuius núnc pudet me et míſeret, qui harum móres cantabát mihi,
Monuiſſe fruſtra, néque eum potuiſſe úmquam ab hac me aſpéllere:
Quod támen nunc faciam: túm, cum gratum mi éſſe potuit, nólui.
Nemo éſt miſerior me. SY. *hic de noſtris uérbis errat uídelicet,*

in Victoriano ſic erat, *unde eſſe ea cenſes?* ſed deinde verbum *ea* deletum eſt, quod & in aliis libris varie collocatum eſt. quo ſublato ſic diſtinguemus.

Viden tu? ancillas, aurum, veſtem, quam ego cum una ancillula
Hic reliqui, unde eſſe cenſes? Et ſubaudiendum eſt ei, ut ſit ei, quam ego reliqui. ut autem ſtet trochaicus, vel in *viden*, fiat dialyſis, ut ſit anapaeſtus in prima, vel ex ea dictione *n* abjicietur: & erit pariter anapaeſtus in prima, ſed in *quam ego*, ſynaloepha non fiet. FAERNUS. Etiam noſtri plerique, *Unde eſſe cenſes?*

14 *Quid ſeni erit noſtro miſerius?* O. l. s. *ſene.* FAERNUS. Noſtri univerſi *Sene.*

15 *Set video eccos quos volebam.* Lege ordine inverſo, *Set eccos video quos volebam.* ut *Set eccum video Parmenonem. Set eccum Thaidem ipſam video.* & alibi ſaepe.

16 *Tu interea loci.* In libro Bembino hic aſcriptum eſt: *Loci* parhelcon: nam *loci* omni ſignificationi addi ſolet. Ennius: *Flamma loci poſtquam concluſaſt turbine ſaevo.* FAERNUS.

17 *Conlocupletaſti te Antiphila, & me. Antiphila* male in prima ſyllaba acuitur. Lege ex omnibus fere noſtris:

Conlocupletaſti, Antíphila, te & me.

ut infra ſemper. *Edepol te, mea Antíphila, laudo.*

18 *Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens.*

Sic recte dedit Faernus, nihil tamen adnotans. Noſtri omnes ſine *Sum* habent. *Minus obſequens.* Johannes Rivius, vir egregius, cum libris Scriptis tum Donati loco fidens ejecit, quod in Edito quodam repererat, *Sum:* & poſtea Guyetus ex Faerno rurſus ejecit. Donatus ad Phorm. II, 3, 61.

Potius quam lites ſecter, aut quam te audiam:

'Bis, inquit, poſuit *Quam:* ut in Heaut.

' *Propter quam in ſumma infamia ſum, &*
' *meo patri minus obſequens:* &
' *Cepi rationem ut neque tu egeres neque haec*
' *poſſes perdere.*

Ita & olim & poſtea editi: qui bonum Rivium deceperunt. Correxiſſe oportuit *Minus ſum obſequens*, & *Neque ut haec.* Hoc enim voluit Donatus; in Phor. bis poſitum *Quam*; ut in Heaut. bis poſitum *Sum*, bis *Ut.*

Neque potuiſſe unquam. Poſt *potuiſſe* omnes fere l. s. habent pronomen *eum*; quod & placet, maxime propter verſum. FAERNUS.

Dormitabat hic bonus Faernus: volebat, credo, Ante, non Poſt *Potuiſſe:* nam ita noſtri omnes: & in ita fiat, verſus non juvatur, ſed jugulatur. Sed quid ſodes illud eſt? *Expellere me ab hac?* Expellere e loco, domo, urbe, finibus, paſſim habes: Expellere ab amica nuſquam. Credas potius ab auctore eſſe, *Ab hac me avellere.* Sed & hoc Magiſtrorum facinus eſt, qui verba omnia antiquae indolis e Terentio ejecta cupiebant. Tu repone:

Monuiſſe fruſtra: neque eum potuiſſe umquam
ab hac me aſpellere.

Aſpellere, abigere, arcere. Plaut. Trin. III, 2, 46.

Cum inopiaſt, cupias; quando ejus copiaſt,
tum non velis:

Ille

Digitized by Google

Quae hic ſúmus locuti. Clínia, aliter túum amorem, atque eſt, áccipis:
Nam et uítaſt eadem, et ánimus te erga idem ác fuit:
Quantum éx ipſa re cóniecturam fécimus.
CLIN. *Quid eſt óbſecro? nam míhi nunc nil rerum ómniumſt*
Quod málim, quam me hoc fálſo ſuſpicárier.
SY. *Hoc prímum, ut ne quid hiíus rerum ignorés: anus,*
Quae eſt dícta mater éſſe ei antehac, nón fuit:
Ea óbiit mortem: ex ipſa in itere hoc, álterae
Dum nárrat, forte audíui. CLIT. *quaenamſt áltera?*
SY. *Mane: hóc quod coepi, prímum enarrem, Clítipho:*

Ille qui aſpellit, is compellit; ille qui conſuadet, vetat. Merc. I, 2, 5.
Simul aútem pleniſſime eos qui adverſum eunt, Detrude, deturba in viam. [*aſpellito*, Ubi verſus laborat, & quid pro *Pleniſſime* reponendum ſit, vir doctus nos mature docebit. Amphit. III, 4, 17.
Atque illuc ſurſum aſcendero: inde optumo Capt. III, 3, 4. [*aſpellam virum.*
Neque aúxilium mi eſt, neque adeo ſpes, quae mi hunc aſpellat metum.
Poeta apud Ciceronem, ipſe opinor, Tuſc. II, 9.
Sed longe a leto, numine aſpellor Jovis.
In aliquot Plauti locis *Ciſpellat*, verbum nihili, dederunt Editores. Error inde ortus; quod in vetuſtis Membranis *ci* & *a* ſimillima ſint. Gloſſarium vetus *Aſpellit*, ἀπωθεῖ.

25 *Quantum ex ipſa re conjecturam fecimus.* Solus liber Bembinus *fecimus*; omnes alii quotquot ſunt, *cepimus*. quam & veram lectionem arbitror: licet & illa altera ſtare poſſit. FAERNUS.

Deſerit hic Bembinum ſuum Faernus: Ego vero ex illo *Fecimus* adſciſco; quamvis noſtri etiam omnes *Cepimus*. Nuſquam aliter noſter. Infra III, 3, 13. *De me ego facio conjecturam.* And. III, 2, 32. *Qui conjecturam hanc nunc facio.* Adel. V, 3, 36. *Ex quibus conjectura facile fit.* *Fit* a Facio, non *Capitur*. Plautus plus quinquies *Conjecturam facio*, numquam *Capio*.

30 *Hoc ipſa in itinere alterae Dum narrat, forte audivi.* Sic habet & Priſcianus p. 678. Tamen haec a Magiſtris interpolata eſſe vehemens ſuſpicio eſt. Bis tantum *Iter* in caſu obliquo noſter uſurpat, hic & in Phormione. Hic, & codex C. C. & ex Regiis unus, *Ex ipſa* habent: praeterea Regius *Hoc* inter lineas. Repono:
Ea obiit mortem: ex ipſa in itere hoc, alterae Dum narrat, forte audivi.
Phorm. III, 3, 63. Sic nunc habent codices:
Quá via iſtuc facies? Dícam in itínere: modo te hinc amóve.
Vides accentum habere *Itínere* in ſecunda. Vel eam ob cauſam corrigo;
Quá via iſtuc facies? Dicam in ítere modo te hinc amove.
Quippe quadriſyllaba iſta brevia ſemper apud antiquos primam acuunt; *Múlieres, Própemodum, Périerim, Inopiam, Itinera*. Plautus Trin. IV, 2, 40.
Et meum nomen, ét mea facta, & itinera ego Capt. IV, 2, 14. [*faxo ſcies.*
Fácere certumſt: proínde ut omnes itinera in Caſin. Prol. v. 66. [*ſiſtant ſua.*
Pontem interrupit, quí erat eis in itinere.
Hoc apud Comicos perpetuum eſt; & certe operae pretium eſt id ſaeculo huic indicaſſe, ut quomodo Romani pronunciaverint ſciamus. Cave enim credas Poetas Comicos a principum tum virorum pronuntiatione diſceſſiſſe. Jam vero cum *Iter iteris*, tum *Itiner itineris* Terentii aevo & poſt apud primarios viros viguiſſe vel ſolus Nonius ſatis tibi fidem faciet. Praeter Naevium & Accium, Varro (in verſu Galliambo)
Tua templa ad alta fani properans citus itere.
Pacuvius quoque *Iteris* dixit, teſte Charifio p. 109. & Julius Hyginus, *Iteris minuendi cauſa*. Ergo ſi, ut Grammatici veteres ſaepe docent, ab *Iter* ea aetate *Iteris*, ab *Itener* dictum eſt *Itineris*: nuſquam *Itineris* dixit Noſter.

Post ístuc ueniam. CLIT. *própera.* SY. *iam primum ómnium,*
Ubi uéntum ad aedis éſt, Dromo pultát fores:
Anus quaédam prodit: haéc ubi aperit óſtium,
Contínuo hic ſe intro cóniicit, ego cónſequor:
Anus fóribus obdit péſſulum, ad lanám redit.
Hic ſciri potuit, aút nuſquam alibi, Clínia,
Quo ſtúdio uitam ſuám te abſente exégerit;
Ubi de ínprouiſo eſt ínteruentum múlieri:
Nam ea túm res dedit exíſtumandi copiam
Cotídianae uítae conſuetúdinem;
Quae, cuíuſque ingenium ut ſít, declarat máxume.
Texéntem telam ſtúdioſe ipſam offéndimus;
Mediócriter ueſtítam ueſte lúgubri,

ſter, quia ubique dixit caſu recto *Iter*. Ceterum *Ex ipſa audivi*, ut *Indignum facinus faxo ex me audies*; & alibi paſſim.

36 *Continuo hic ſe conjecit intro: ego conſequor.* Sic quidem libri: Tu tamen repone:
Continuo hic ſe intro conjicit: ego conſequor.
ut mox v. 64. *Mulier telam deſerit Continuo.* Priore etiam verſu pro *Aperuit* lege *Aperit*, ſuavioribus numeris & accentu legitimo.

38 *Hinc ſciri potuit.* Liber Bembinus & nonnulli alii, *hic*, quod & magis placet: nam quod ſequitur, *aut nuſquam alibi*, requirit, *hic* praeceſſiſſe, non autem *hinc*. FAERNUS. Pro *Aut nuſquam*, quod unus tantum ex noſtris habet, duo *Haut nuſquam*; ceteri magno numero *Haut uſquam*.

41 *Nam ea res dedit tum exiſtumandi copiam.* Unus ex Regiis numeris melioribus,
Nam ea tum res dédit exiſtumandi copiam.
Ceterum tolle diſtinctionem poſt *Copiam*. *Exiſtumandi conſuetudinem*, ut Hec. I, 2. 88. *Exiſtumans mores*.

47 *Sine auro tum ornatam, uti quae ornantur ſibi.* O. l. s. praeter Bembinum, praeponunt dictionem *ita*. quomodo etiam melius habet ſenarius. Sed ſi Bembinum ſequamur, non erit facienda colliſio in *ornatam, uti*. FAERNUS. Omnes noſtri, uno dempto, *Ita uti*: & indignor unius Bembini cauſa verſum a Faerno contrucidatum.

Nulla mala re expolitam muliebri. Libri 48
omnes, quotquot ſunt, poſt vocem *re*, habent verbum *eſſe*. in reliquis Bembinus liber cum vulgata lectione conſentit. alii vero omnes pro *mala*, habent *malam*, cum expoſitione addita, *id eſt, maxillam*. quod quam ineptum ſit omnes vident. quod ſi cui tamen haec recens lectio placeat, nos antiquam ſequemur. FAERNUS.
Nulla mala re eſſe expolitam muliebri.
Sex ex vetuſtioribus noſtris *Malam*: Duo cum Edd. vett. non habent *Eſſe*: Unus ordine inverſo *Expolitam eſſe*. Etiam hic verſus Magiſtrorum ungues paſſus eſt. Guyetus ſuo more, cum non caperet, ineptum & ſpurium pronuntiat. Quid ſi poetae manum reſtituimus? Ecquid erit praemi? Principio, illud *Eſſe* abſurde hic poſitum eſt, ad verſum ſuſtentandum: ſeries enim orationis haec eſt: *Offendimus ipſam texentem, veſtitam, ornatam, expolitam*. *Eſſe* nullum hic locum habet. Repone id, quod Magiſtri ejecerunt:
Nulla mala re interpolatam muliebri.
Mala res muliebris, ceruſſa ſcilicet, ſtibium, purpuriſſum, & mille alia: Ovid. Rem. Amoris 351.
Tum quoque cum poſitis ſua collinet ora venenis,
Ad dominae vultus (nec pudor obſtet) eas:
Pyxidas invenies, & rerum mille colores:
Et fluere in tepidos oeſypa lapſa ſinus:
Illa tuas redolent, Phineu, medicamina menſas:
Non ſemel hinc ſtomacho nauſea facta meo.
Lucret. IV, 1168.
Et miſeram tetris ſuffit odoribus ipſa,

Quam

Digitized by Google

Eius ánuis causa opínor quae erat mórtua,
Sine auro: tum ornatam, íta uti quae ornantúr sibi;
Nullá mala re intérpolatam múliebri:
Capillus sparsus, prómissus, circúm caput
Reiéctus neclegénter, pax. CLIN. *Syre mi, óbsecro,*
Ne me ín laetitiam frústra coniiciás. SY. *anus*
Subtémen nebat: praéterea una ancíllula
Erat; éa texebat úna, pannis óbsita,
Neclécta, inmunda inlúuie. CLIT. *si haec sunt, Clínia,*
Uera, íta uti credo, quís te est fortunátior?
Scin hánc, quam dicit sórdidatam et sórdidam?
Magnum hóc quoque signumst, dóminam esse extra nóxiam;
Cum tám neclegitur éius internúntia.

Quam famulae longe fugitant furtimque cachinnant.
Satin' apparet, cur *Mala res* pigmenta illa dicantur. Plaut. Trin. II, 4, 153.
Quamvis malam rem quaerens, illic reperias.
Jam vero *Interpolatam* ita appositе, ut nihil magis. Nonius: *Interpolare, est novam formam e vetere fingere: ut Plautus Amphitruone* (I, 1, 161.) *denuo.*
Illic homo me interpolabit, meumque os finget
Hactenus Nonius. Sed & alibi apud Plautum, Most. I, 3, 105. negat ancilla dominae abblandiens, opus esse ut faciem *purpurisso interpolet.*
Tum tu igitur cedo purpurissum. Non do: scita es tu quidem:
Nova pictura interpolare vis opus lepidissimum.
& mox 116.
Quapropter? Quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet.
Nam istae veteres quae se unguentis unctitant interpoles,
Itidem olent, quasi cum una multa jura confudit coquus.

50 *Rejectus neglegenter, pax.* Dictioni *pax*, haec verba in libri Bembini margine ascripta sunt; *Tranquillantis, admirantis & sollicitudinem adimentis.* sic infra, *unus est dies, dum argentum erit: pax. nihil amplius.* FAERNUS.
Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus neglegenter pax. *Pax* non est *Tranquillantis*; sed silentium imponentis: Graece quoque Εὐξ. Ceterum pro *Capillus passus*; tres ex nostris pro varia lectione, at in ipso textu duo *Sparsus.* Accedat Ausonii auctoritas, in fine Idyll. XII.
Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilae: Pax
Hinc certum est, legisse eum *Capillus sparsus.* Propert. II, 1.
Seu vidi ad frontem sparsos errare capillos.
Porro illud *Prolixus* non placet. Repone *Promissus:* ubique fere *Prolixus* substituerunt. Virg. Eclog. 8, 34.
Hirsutumque supercilium promissaque barba.
Ovid. Trist. IV, 2, 34.
Squallida promissis qui tegit ora comis.
Utrobique vulgares libri *Prolixa.* Vide Festum in *Promissus Capillus*, & Nonium v. Promittere.

Subtegmen nebat: Libri antiqui, inter quos Bembinus, *subtemen.* & huic dictioni, in eo libro haec ascripta sunt: *Subtemen dictum ab eo quod subeat stamen.* FAERNUS. Etiam nostri plerique *Subtemen.* 52

Praeterea una ancilla erat, Ea texebat una pannis obsita. Ancillula legendum ex iisdem antiquis: praeterea ex libro Bembino, ita hi versus sunt ordinandi, ut *erat* pertineat ad inferiorem versum: aliter non stat ille senarius. FAERNUS. Nostri quoque *Ancillula.* Ib.

Cum ejus tam negleguntur internuntii. Hic item ascriptum in libro Bembino: *Internuntios pro servis posuit, sed sententia haec ita est, qui non neglegerentur, si essent internuntii.* FAERNUS. 58
Nostri omnes; uno recentiore excepto, hoc ordine,

Nam disciplina est iisdem, munerárier
Ancillas primum, ad dominas qui adfectánt uiam.
CLIN. *Perge, obsecro te, et cáue ne falsam grátiam*
Studeás inire. quid ait, ubi me nóminas?
SY. *Ubi dícimus rediisse te, et rogáre uti*
Ueníret ad te, múlier telam désinit
Contínuo, et lacrumis ópplet os totúm sibi:
Ut fácile scias desíderio id fierí tuo.
CLIN. *Prae gaúdio, ita me dí ament, ubi sim néscio:*
Ita tímui. CLIT. *at ego nil ésse scibam, Clínia.*
Agedúm uicissim, Sy're, dic quae illast áltera.
SY. *Addúcimus tuam Bácchidem.* CLIT. *hem, quid? Bácchidem?*
'Eho sceleste quó illam ducis? SY. *quó ego illam? ad nos scílicet.*

Cum tam neclegantur ejus internuntii. Unde certam emendationem haurio;
Cum tam neclegitur ejus internuntia. De ancillula hoc dictum: servos autem nullos domina habuit, ut internuntii esse possent. Plaut. Mil. IV, 1, 39. [*nuntia.*
Haec celox illius est, quae hinc egreditur inter-
Quae haec celox? Ancillula illius est: hinc egreditur foras.

59 *Nam disciplina est iisdem.* Quaerunt & dubitant Interpretes de *Iisdem.* Quid si legendum sit, *Nam disciplina est sectae.* Gellius XX, 1. *Scies enim me pro disciplina sectae quam colo, inquirere potius, quam decernere.* Sic & alii.

64 *Mulier telam deserit.* Non displicet mihi *deserit*, sed quod est in libro Bembino magis antiquum videtur, *telam desinit*, ut dicimus, desinere artem. FAERNUS.

Nostri omnes *Deserit:* & sic Faernus in Textu. Placet tamen *Desinit telam*; plane ut *Ordiri telam.* Plin. XI, 28. *Orditur telas araneus.* Plaut. Bacc. II, 3, 116.
Exorsa haec tela non male omnino mihi est.
Deserere telam, esset abire, aufugere a tela: at *Desinere* est intermittere, ut recte Guyetus.

66 *Ut facile scires desiderio id fieri tuo.* Syllaba huic versui supererat: unde vir eruditus sic in contextu edidit, *Opplet os totum sibi, ut*
Facile scires | desiderio id | fieri tuo.
cui, inquit, quoad numeros similis est iste Eun. III, 1, 51.
Tremittamus | comissatum | tu Pamphilam.
In his, inquit, semipedes *Fa* & *Tro* ditrochaeos subsequuntur; quae alias praecedere solent. Hoc opinor vult; hos duos versus Tibicini & Theatro obtrudi, quasi hujusmodi essent,
Cile scires desiderio id sie fa ri tuo.
Mittamus comissatum tu tro Pamphilam.
Quo vero auctore hoc portenti didicit vir cetera egregius? Dolet errata nobis pro exemplis toties obtrudi. Ut illud Eunuchi suo loco correximus; ita & hoc facile corrigemus:
Ut facile scias desiderio id fieri tuo.
Scias hic, ut passim, monosyllabon. Nec versus modo, sed & sententia hoc postulat: nunc *Scias* postquam tibi narravi: at si de praeterito loqueretur; diceret utique *Sciremus.* Ego scilicet & Dromo.

CLIT. *At ego nihil esse sciebam Clinia.* Verbo *sciebam* haec in eo libro interpretatio adjecta est, *Quod timebas.* FAERNUS. 68

Adducimus tuam Bacchidem. Donatus in Adelphis scena IIII, actus IIII, legit *abducimus:* quod magis proprium dicit esse, quam *adducimus:* abduci enim quod alienum est. FAERNUS. Nostri omnes *Adducimus:* nec audimus hic Donatum. Nonius *Adducimus*, ut nos hodie. v. Adducere. 70

Quo illam adducis? In libro Bembino & aliquot aliis est, *ducis.* FAERNUS. Nostri universi *Ducis.* 71

Heus non fit sine periclo facinus magnum, & memorabile. In eodem libro, dictio *heus* prae- 73

Digitized by Google

CLIT. *'Ad patremne? SY. ad eum ipſum. CLIT. o hominis impudentem audáciam. SY. heus tu,*
Nón fit ſine períclo facinus mágnum et commemorábile.
CLIT. *Hóc uide: in mea uíta tu tibi laúdem is quaeſitúm, ſcelus?*
'Ubi ſi paululúm modo quid te fúgerit, ego périerim.
Quid illa facias? SY. át enim. CLIT. quid enim? SY. ſí ſinis dicó.
CLIN. *ſine.*
CLIT. *Síno. SY. ita res eſt haéc nunc, quaſi cum. CLIT. quás, malum, ambagés mihi*
Nárrare oceipít? CLIN. Syre, uerum hic dícit: mitte. ad rém dedi.
SY. *'Enimuero reticére nequeo: múltimodis iniúriu's,*
Clítipho, neque férri potis es. CLIN. aúdiundum hercle éſt, tace.
SY. *Uís amare: uís potiri: uís quod des illi, éffici:*

praecedenti verſui aſcribitur: *memorabile* vero, non cum conjunctione &, ſed cum negatione *nec*, poſitum eſt: hoc modo, *nec memorabile*. ita conjicio & in Victoriano fuiſſe; ſed deinde *nec* mutatum eſt in &. FAERNUS.

Non magnum, nec memorabile. Sic Adel. V, 4, 7. *Re ipſa repperi*
Facilitate nihil eſſe homini melius neque clementia.
Noſtri tamen omnes cum Eugraphio *Et* habent: ut opinor, rectius. Magnum enim & memorabile adeo ſenſu cognata & germana ſunt, ut jungi ea potius quam diſtingui hic oporteat. Virgilius: *Magnum & memorabile nomen.* Plaut. Pſeud. I, 5, 97.
Si abſtuleris, mirum & magnum facinus feceris. Menander, Μέγα καὶ παράδοξον ἔργον. Corrector, credo, Bembini Codicis *Nec* poſuit, ut verſum lacerum reſarciret. Alio modo Guyetus hoc procurat; [*rabile.*
Non fit ſine periclo magnum facinus & memo- Ego vero hanc viam inſiſto:
Non fit ſine periclo facinus magnum & commemorabile.
Com & *Con* in priſcis exemplaribus una literula, *C* nempe inverſa ↄ ſcribi ſolet, ut facile hinc excideris. *Commemoro* frequentiſſimum eſt apud Noſtrum & Plautum. Andr. I, 1, 16. *iſtaec commemoratio.* Pſeud. I. 5, 111.
Priuſquam iſtum pugnam pugnabo: ego etiam prius [*lem.*
Dabo aliam pugnam claram & commemorabi- Prorſus ut hic, *Pugnam claram & commemorabilem*, ita illic *Facinus magnum & commemorabile.*

Porro autem noſtri omnes cum Edd. vett. *Heus tu*; non tantum *Heus*, ut Faernus. Recte, ut verſus Quadratus & plenus fit.
Ad patremne? Ad eum ipſum. O hominis impudentem audaciam. Heus tu!
Non fit &c.
Convenit iſte verſus, in tanta animi commotione.

Laudem is quaeſitum, ſcelus. Scribe *Scelus?* 74
por interrogationem.

Quid illo facias? De Syro hoc accipiunt: 76
& tum ad Cliniam converſus hoc loquitur Clitipho. Cur vero ab eo avertat ſe, quem cum maxime ardentibus oculis iratus intuetur? Repono: *Quid illa facias?* hoc eſt, Bacchide. Quid cum meretrice agas in domo patris? Sic mox v. 92.
Tuam amicam hujus eſſe. Pulchre: cedo quid hic faciet ſua?
Eun. V, 1, 21. Thais de Chaerea loquens,
Quid illo faciemus, ſtulta. Quid facias, rogas?

Si ſinas, dicam. Sine. Codex C. C. & ex Ib.
Regiis unus, *Dico*. unde locum ſic refingo:
Si ſinis, dico. Sine.
Hoc certe paratiorem eum ad dicendum eſſe oſtendit, quam illud alterum.

Multis modis injurius. Ex ratione verſus 79
legendum *multimodis*: ut in Andria emendavimus, ex fide libri Bembini. FAERNUS.

Clitipho eſt, neque ferri potis eſt. Liber 80

Túum eſſe in potiundó periclum nón uis: haut ſtulté ſapis:
Síquidem id ſapereſt, uélle te id quod nón poteſt contíngere.
Aút haec cum illis ſúnt habenda, aut ílla cum his mitténda ſunt.
Hárum duarum cónditionum núnc utram malís, uide: 85
'Etſi conſilium hóc, quod cepi, réctum eſſe et tutúm ſcio.
Nam áput patrem tua amíca tecum ſine metu ut ſit, cópiaſt:
Túm quod illi argentum és pollicitus, eádem hac inueniám uia:
Quód ut efficerem, orándo ſurdas iam aúris reddideràs mihi. 89
Quíd alid tibi uis? CLIT. *ſíquidem hoc fiet.* SY. *ſíquidem, experiundó ſcies.*
CLIT. *'Age age, cedo iſtuc tuúm conſilium: quíd id eſt?* SY. *adſimulábimus,*
Túam amicam huius éſſe. CLIT. *pulchre: cédo quid hic faciét ſua?*
'An ea quoque dicétur huius, ſi úna haec dedecori éſt parum?
SY. *'Immo ad tuam matrem déducetur.* CLIT. *quíd eo?* SY. *longumſt, Clítipho,*

Bembinus, *Clitipho es, neque ferri potes.* ſed *potis es* exigit ratio trochaici. FAERNUS.

Noſtri perperam *Eſt, Eſt.* Ceterum poſt *Tace* noſtri omnes addunt, CLIT. *Quid eſt?* niſi quod ex Regiis unus id habeat, loco *tũ Tace.* Apparet olim varie lectum eſſe, ab his *Tace,* ab illis *Quid eſt?* Ceterum Clinia ex vultu Clitiphonis interpellaturum eum videns, ſilentium praeberi jubet.

84 *Aut illa cum his amittenda ſunt. Mittenda,* verſus expoſcit, & ita etiam habet liber Bembinus. FAERNUS. Noſtri, *Amittenda.*

86 *Etſi conſiliúm quod cepi.* Noſtri omnes, *Etſi hoc conſilium.* Repone,
Etſi conſilium hoc quod cepi.
Ut *Conſilium* ſyllaba ultima cum *Hoc* coaleſcat.

88 *Tum illi quod argentum es pollicitus.* O. l. s. *tum quod illi:* & ſtat trochaicus, ſi vel ex *quod d,* vel ex *illi* unum *l,* elidas. FAERNUS. Ita & noſtri omnes.

90 *Quíd alid tibi vís. Siquidem hóc fit. Síquidem experiundo ſcies.* Vides *Siquidem* in repetitione diverſo accentu proferri: quod maxime cavebant. Quin & in priore verſus colo non ſatis commode locantur Ictus. Repono:
Quíd alid tibi vis?. Síquidem hoc fiet. Siquidem experiundo ſcies.
Alis pro *Alius* vetuſte dictum veteres Grammatici omnes teſtantur. *Alis* jam in *Catullo* extat. *Alid* pro *Aliud* ſaepe in Lucretio. Jam autem *Fiet* quanto vel ſenſui convenientius quam *Fit?* Non enim in praeſentia inveniſſe ſe argentum, ſed inventurum eſſe dicit. Sed interpolarunt olim Magiſtri; quamlibet injuriam Terentio facturi, ne *Alid* cum ſuae aetatis hominibus dixiſſe videretur.

Tuam amicam hujus eſſe amicam. Aliqui 92
libri non habent dictionem *amicam,* niſi ſemel in principio: quae geminata & ſuperfluit ſenſui, & impedit verſum. FAERNUS. Abeſt ab uno ex noſtris & ab Edd. vett.

Immo ad tuam matrem deducetur. Liber 94
Bembinus *abducetur.* & trochaicus optime conſtat. FAERNUS.

Agnoſco in codice Bembino manum Correctoris, aliquantum metrorum periti: ſed corrigendo verſum corrupit. Lege, ut ceteri omnes habent,
'Immo ad tuam mátrem déducetur.
Immo ad tuam Anapaeſtus eſt; ut ſimiliter ſaepe alibi. Nunc autem in Ictu eſt *Mátrem;* quod Bembinus in Theſin rejicit.

Máne, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quód ambo 97
cónfiteamini. Vides ex *Quod ambo* Anapaeſtum fieri, indignante longa ſyllaba. Vir eruditus, Prima, inquit, in *Ambo* non alias apud Terentium corripitur, ſed apud Plautum ſemel atque iterum. Loca non indicat. Quanto autem ſatius erat mendum corrigere, quam portenta omnia ad Plautum referre? Dixerat Clitipho,

Digitized by Google

Sí tibi narrem, quámobrem id faciam: uéra cauſa eſt. CLIT. *fábulae:*
Níl ſatis firmi uídeo, quamobrem accípere hunc mi expediát metum.
SY. *Máne, habeo aliud, ſi iſte eſt metus, quod ámbo confiteámini*
Síne periclo eſſe. CLIT. *huíuſmodi obſecro áliquid reperi.* SY. *máxume:*
Ibo óbuiam huic; dicam, ut reuortatúr domum. CLIT. *hem,*
Quid díxti? SY. *ademptum tíbi iam faxo omném metum:*
In aúrem utramuis ótioſe ut dórmias.
CLIT. *Quid ágo nunc?* CLIN. *tune? quód boni.* — CLIT. *Syre, díc modo*
Uerum. SY. *ágе modo: hodie ſéro ac nequicquám uoles.*
CLIN. *Di dánt, fruare, dúm licet: nam neſcias —*
CLIT. *Syre inquam.* SY. *perge pórro, tamen iſtúc ago.*
CLIN. *Eius ſít poteſtas poſthac an numquám tibi.*
CLIT. *Uerum hércle iſtuc eſt: Sýre, Syre, inquam, heus heús, Syre.*

Clitipho, *Non expedit mihi accipere hunc metum:* reſpondet Syrus, *ſi iſtuc metuis.* Quodnam quaeſo eſt *Iſtuc? Metuis accipere iſtum metum.* Satiſne pulchre? Tu repone.

Máne, habeo aliud, ſi iſte eſt métus, quod ámbo confiteamini.

Ad *Hunc metum* recte reſpondetur, *Si iſte eſt metus.* Phorm. III, 1, 18.

Quantus metus eſt mihi, venire huc ſalvum nunc patruum, Geta!

Plaut. Moſt. II, 1, 40.

Périi. Habe bonum animum: ego iſtum lepide medicabor metum.

99 *Ibo obviam hinc; dicam ut revortantur domum.* *Hinc* ineptum hic eſt; unde in uno ex noſtris, & in Edd. vett. eſt *His.* Sed adhuc magis ineptum illud *Revortantur.* Quid, an *Antiphila* etiam una revertatur? Quam ob rem; cum ſciente Chremete Act. I. Sc. II. accerſita ſit a Dromone & Syro? An *ambo*, etiam Clinia, *hoc ſine periclo eſſe confiteantur?* An Clinia tam lentus & patiens hoc audiat, ut ne muttiat quidem? Repone,

Ibo obviam huic; dicam ut revertatur domum.

Huic id eſt, Bacchidi. Atque hoc jam dudum correxeram; nunc autem in altero ex Meadianis clare & ſine litura ſic ſcriptum reperio.

104 *Datur modo.* Delemus dictionem *modo*, quam in nullo l. s. invenimus. FAERNUS.

Nullus ex noſtris habet *Modo.* Sed totus hic locus ponendus eſt:

1 CLIT. *Quid ago nunc?* CLIN. *Tune? quod boni eſt.* CL. *Syre dic modo*
2 *Verum.* SY. *age modo; hodie ſero ac nequicquam voles.*
3 CLIN. *Datur: fruare dum licet: nam neſcias*
4 *Ejus ſit poteſtas poſthac, an numquam, tibi.*
5 CLIT. *Syre, inquam.* SY. *perge porro, tamen iſtuc ago.*
6 CLIT. *Verum hercle iſtuc eſt. Syre, Syre, inquam, heus heus Syre.*

Sic dedit Faernus, & ſic habent, qui ſuperſunt, codices. Primus vidit Muretus, *Eſt* hic delendum eſſe; & Cliniae ſermonem, *Quod boni datur, fruare dum licet,* interrumpi; dum Clitipho cum Syro ſuam rem agit. Partem veri vidit; partem reliquam nunc abſolvo. Bis enim Cliniae oratio praeciditur. Eugraphius ad locum: ‘*Tune? Quod boni.* Praeciſa haec oratio ordine tali: *Tune? Quod boni eſt fruare dum licet.* Rurſus alia praeciſa, ‘*Nam neſcias:* cujus ordo eſt, *Ejus ſit poteſtas poſthac, an numquam.* Ergo & hujus auctoritate, & ipſius ſententiae ductu, ſic verſus hos conſtituo:

1 *Quid ago nunc? Tune? quod boni.* — *Syre, dic modo*
2 *Verum. Age modo: hodie ſero ac nequicquam voles.*
3 CLIN. *Di dant, fruare dum licet: nam neſcias —*
5 *Syre, inquam. Perge porro, tamen iſtuc ago.*
4 CLIN. *Ejus ſit poteſtas poſthac an numquam tibi.*
6 *Verum hercle iſtuc eſt. Syre, Syre, inquam, heus heus Syre.*

Hanc

SY. *Concáluit: quid uis?* CLIT. *rédi, redi.* SY. *adſum, díc quid eſt?*
Iam hoc quóque negabis tíbi placere. CLIT. *immó, Syre,*
Et mé et meum amorem et fámam permittó tibi.
Tu es ínlex: nequid áccuſandus ſís, uide.
SY. *Ridículum eſt te iſtuc me ádmonere, Clítipho:*
Quaſi íſtic mea res mínor agatur, quám tua.
Hic ſíquid nobis fórte aduerſi euénerit,
Tibi erúnt parata uérba, huic homini uérbera.
Quaprópter haec res neútiquam neglectu éſt mihi:
Set iſtúnc exora, ut ſuam éſſe adſimulet. CLIN. *ſcílicet*
Factúrum me eſſe: in eúm res rediit iám locum,
Ut ſít neceſſum. CLIT. *mérito te amo, Clínia.*

Hanc addidi notam —, ut verba interrumpi indicarem, totamque ejus orationem ſic oportere continuari: *Quod boni di dant, fruare dum licet: nam neſcias, ejus ſit poteſtas poſthac an numquam tibi.* Ceterum, quod verſus qui in ſcriptis Editiſque quartus eſt, nunc a me quintus ſit; non jam Eugraphium appello, ſed rem ipſam. Cum enim Clitipho, qui aures inter Syrum & Cliniam diviſerat, nunc dicat *Verum hercle iſtuc eſt*; quid quaeſo verum eſſe dicit, niſi *Neſcias, an numquam tibi ejus ſit poteſtas poſtea?* Hoc tandem eum perpulit, ut Syrum revocaret. Ceterum aliud reſtat. Pro *Datur*, quod codices habent, poſui *Di dant*. Nempe in Exemplaribus *Datur* & *Dant* apicis tantum ſitu differunt: *Dant* ſcribitur *Dat*, cum apice ſuper *a*: *Datur* etiam *Dat* ſcribitur, cum apice ſuper *t*: deinde in Perſonis notandis *cli* pro Clinia ponunt, quod vix dignoſcas a *di*. Ergo *di dant* hic praetuli, prae eo *cli*: *datur*. Infra III, 3, 31. *Niſi eum quantum tibi opis di dant. Di dant boni, Di danunt boni.* apud Plautum paſſim. Bacch. V, 2, 69. in re ſimili:

Quod di dant boni, cave culpa tua amiſſis.

Rud. IV, 7, 3.

Si ſapias, ſapias: habeas quod di dant boni.

Men. III, 3, 34.

Ut haec quae bona dant Di mihi, ex me jam ſciat.

111 *Tu es judex: nequid accuſandus ſis, vide.* Sic omnes Codices: & ſic quaſi Terentianum & ideo rectum accipimus. Quomodo vero Syrus eſt *Iudex?* aut cur *Videat, ne accuſandus ſit*; quis enim accuſare ſolet judicem ſuum? Repone;

Tu es inlex: nequid accuſandus ſis, vide.

Tu inlex es; tu me in hoc periculum illicis; cave ne accuſandus ſis, neve quid praeter exſpectatum eveniat: ut Parmeno ad Davum And. II, 3, 25. *Vide quo me inducas.* Plaut. Poen. III, 4, 35.

Operite capita: ne nos leno viderit,
Qui illi malae reii ante fuimus inlices.

Aſin. I, 3, 68.

Eſca eſt meretrix, lectus inlex eſt, amatores aves.

113 *Iſtic quaſi minor.* O. l. s. *quaſi iſtic minor:* ſtat autem ſenarius, ſi ex *iſtic s* elidas. FAERNUS.

Quaſi iſtic minór mea rés agatur quam tua. Vett. Edd. *Minus res mea*: unus ex Regiis, *Minor res mea.* Repone;

Quaſi iſtic méa res minor agatur, quam tua. Seneca De Clementia I, 20. *Ut non minorem agi rem periclitantis, quam judicis, ſciat.* Plautus Rud. I, 4, 19.

Socia ſum, nec minor pars meaſt, quam tua.

116 *Quapropter neutiquam haec res.* In o. l. s. haec verba hunc ordinem habent: *quapropter haec res neutiquam:* in *neutiquam* autem ſit dialyſis, & remanet anapaeſtus. FAERNUS. Eodem ordine omnes noſtri.

117 *Sed iſtum exora.* Liber Bembinus, Baſilicanus & multi alii, *ſed iſtunc.* verſus ſuſtentatur rationibus totiens repetitis. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Iſtunc.*

Factúrum

CLIN. *Verum illa nequid títubet.* SY. *perdoctáſt probe.*
CLIT. *At hóc demiror, quí tam facile pótueris*
Perſuádere illi, quaé ſolet quos ſpérnere.
SY. *In témpore ad eam uéni, quod rerum ómnium ſt*
Primúm: nam miſerum quéndam offendi ibi mílitem
Eius nóctem orantem: haec árte tractabát uirum,
Ut íllius animum cúpidum inopia inténderet:
Eadémque ut eſſet áput te hoc quam gratíſſimum.
Set heús tu, uide ſis, néquid inprudéns ruas.
Patrém nouiſti, ad hás res quam ſit pérſpicax:
Ego te autem noui, quam éſſe ſoleas ínpotens:
Inuérſa uerba, euérſas ceruicés tuas,

118 *Facturum me eſſe: in eum jam res rediit locum.* Vett. Edd, & ex noſtris duo *Jam res:* ceteri *Res jam,* excepto uno, qui, ut praeviderat legendum, recte habuit,
Facturum me eſſe: in eum res rediit jam locum.

119 *Ut ſit neceſſe.* Liber Bembinus & hic & alibi habet *neceſſus,* pro *neceſſe.* FAERNUS.
Noſtri *Neceſſe:* Cum tamen Bembinus *Neceſſus* ut Eun. V, 5, 28, repono hic, ut illic, *Neceſſum:* quia in illa ſede ſpondeus trochaeo potior eſt.

124 *Nam miſere quendam offendi militem.* Magis placet collocatio, quae eſt in libro Bembino, *nam quendam miſere.* & erit ordo, miſere orantem. hic quoque in eo libro aſcriptum gloſſema eſt. *Miſere, nimis: quia omne nimium non bonum: alibi. Eam miſere amat.* FAERNUS.
Nam quendam miſere offendi militem. Miſere offendi ut juncta veniant, non placet: vel ob ipſum Ambiguum. Sed noſtri omnes ſic habent,
Nam miſerum quendam offendi militem
Recte: *Miſerum,* id eſt, parcum, tenacem: ut infra III, 2, 15.
Sed habet patrem quendam avidum miſerum atque aridum.
Certe *Miſerum,* parcum, vel ſententia poſtulat. Niſi enim parcus eſſet, cur *Arte* virum tractaret? Si prodigus, damnoſus fuiſſet nummis praeſentibus; ſtatim ei noctem dediſſet. Praeterea plerique habent *Offendi ibi militem,* atque ita citat Servius ad Aen. I, 662.

Eademque ut eſſet aput te ob hoc quam gratiſſima. 127
Varie legitur hic locus in l. s. ſed optime judicio meo, in Bembino:
Eademque ut eſſet apud te hoc quam gratiſſimum. Eadem vero adverbialiter ſumendum, quemadmodum & in antiquo gloſſemate hujus libri exponitur, ſic habente: *Eademque antique poſuit pro una.* haec ibi. Scaurus apud Charisium negans *obiter* Latinum eſſe, addit veteres conſueviſſe dicere, *eadem,* non addentes *via.* ut Plautus inquit: *Eadem bibes, eadem tibi dedero ſævium.* Nos quoque apud eundem Plautum multa hujus vocis in hac ſignificatione reperimus exempla, quorum hic aliqua ſubjiciemus. In Menaechmis:
Hercle qui tu recte dicis; eadem ignorabitur,
Ne uxor cogноſcat te habere, ſi in via conſpexerit.
In Captivis:
Ad fratrem modo captivos alios inviſo meos:
Eadem percontabor, ecquis hunc aduleſcentem neverit.
In Milite glorioſo: *Eadem inſidias dabo.*
Quam mox ad ſabulum junix recipiat ſe pabulo. FAERNUS.
Egregie hic Bembinus: noſtri enim omnes *Gratiſſima.*

Inverſa verba, everſas cervices tuas. Hic 131
aſcriptum, *Inverſa, ambigua, figurata. Everſas, dejectas.* at Eugraphius ita exponit, *Inverſa verba quod aduleſcentuli faciunt, ut ſyllabarum ordinem mutent, & intellectum confundant. everſas cervices, jactantia & ſuperbia eſt.* FAERNUS.

Gemitus,

Gemitús, ſcreatus, túſſis, riſus ábſtine.
CLIT. *Laudábis.* SY. *uide ſis.* CLIT. *tútemet mirábere.*
SY. *Set quám cito ſunt cónſecutae múlieres?*
CLIT. *Ubi ſúnt? cur retines?* SY. *iám nunc haec non éſt tua.* 135
CLIT. *Scio, áput patrem: at nunc ínterim.* SY. *nihiló magis.*
CLIT. *Sine.* SY. *nón ſinam inquam.* CLIT. *quaéſo pauliſpér.* SY. *ueto.*
CLIT. *Saltém ſalutare.* SY. *ábeas ſi ſapiás.* CLIT. *eo.*
Quid iſtíc? SY. *manebit.* CLIT. *o hóminem felicem.* SY. *ámbula.*

ACTUS II. SCAENA IV.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRUS.

BA. *EDEPOL te, mea Antíphila, laudo et fórtunatam iúdico,*
Id cum ſtuduiſti, iſti formae ut móres conſimilés forent.
Mínimeque, ita me dí ament, miror ſí te ſibi quiſque éxpetit.
Nám mihi quale ingénium haberes, fúit indicio orátio.

132 *Gemitus, ſcreatus, tuſſis.* *Haec aduleſcentuli faciunt quotienſcumque amicam ſuam videre & ab ea videri volunt; ut per haec ſigna, quae res neceſſitatis ſunt, impleant voluntatem.* haec ex Eugraphio. FAERNUS.

138 *Abeas ſi ſapis.* In duobus antiquiſſimis libris, Bembino, & Vaticano eſt *ſapias*, quod & verſui convenit. FAERNUS. Noſtri omnes mendoſe *Sapis.*

2 *Mores ut conſimiles foret.* O. l. s. *ut mores.* ita melius habet trochaicus. FAERNUS. Omnes noſtri *Ut mores.*

3 *Nam expedit vobis eſſe bonas.* In o. l. s. ita eſt, *bonas eſſe vobis.* & ſtabit trochaicus, ſi ex *bonas* eliſo *s*, ſynaloepha ſequatur. FAERNUS. Sic & noſtri plerique *Bonas eſſe vobis*; & ſic Nonius v. Expedire. Nihilo tamen minus repone,

Nam expedit bonis eſſe vobis.

Conſtructio jam notiſſima. Phorm. V, 2, 1.

Noſtrapte culpa facimus, ut malis expediat eſſe.

Sic veterrimi noſtri *Malis*: hodie *Malos* editur. Plaut. Ciſtell. II, 3, 82.

Nunc mihi bonae neceſſumſt eſſe ingratiis.

10 *Haec ubi immutata eſt.* Liber Bembinus *imminuta*; quod & aptius videtur. nam immutari quid & in melius poteſt. FAERNUS. Immo placet *Immutata*, ut ceteri omnes habent: In ea ſede ſpondeus Trochaeo melior eſt. Et ſi forma, ut hic, bona *Immutari* dicatur; facile intellegitur non in melius, ſed in pejus. Plaut. Moſt. I, 3, 44.

Atque uni geſſi morem,
Qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem com-
Reliquit, deſeruitque me. [*mutavit,*

11 *Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertae vivimus.* Legendo *niſi ſi*, ut in libro Bembino, & dictionem *nobis* delendo, quae nec in eo libro, nec in Victoriano & Decurtato eſt, ſtat trochaicus, nec quicquam ſenſui deperit; procul dubio enim intelligitur, proſpectum nobis FAERNUS.

Niſi ſi proſpectum interea áliquid eſt, deſértae
Noſtri omnes hoc modo: [*vivimus.*
Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertae vivimus.

Verſu ultra terminum excurrente. Quod olim videntes Bembini illi Correctores *Si* addiderunt, *Nobis* ejecerunt. Atqui hoc erat κακὸν κακῷ. Tu ſic repone:

Niſi proſpectum interea a nobis eſt, deſertae vivimus.

Quorſum enim *Aliquid?* quaſi quidvis ſatis eſſet: immo bene & ſufficienter, quantum poteſt. Omnino illud *Aliquid* quod ab *a* ortum habuit,

Digitized by Google

'Et cum egomet nunc mécum in animo uítam tuam consídero,
'Omniumque adeó uostrarum, uólgus quae ab se ségregant;
'Et uos esse istíusmodi, et nos nón esse, haut mirábilest:
Nam éxpedit bonís esse uobis; nós, quibuscum est res, nón sinunt:
Quíppe forma inpúlsi nostra nós amatorés colunt:
Haéc ubi inmutáta est, illi súum animum alio cónferunt,
Nísi prospectum intérea a nobis ést, desertae uiuimus.
Uóbis cum uno sémel ubi aetatem ágere decretúmst uiro;
Cuíus mos maxumést consimilis uóstrum, hi se ad uos ádplicant.
Hóc beneficio utríque ab utrísque uéro deuincímini;
'Ut numquam ulla amóri uestro incídere possit cálamitas.
A. *Néscio alias: mé quidem semper scío feciísse sédulo,*
'Ut ex illius cómmodo meum cómpararem cómmodum. CL. *ah.*
Ergó, mea Antiphila, tú nunc sola réducem me in patriám facis:
Nam dum ábs te absum, omnes míhi labores fuére quos cepí leues,
Praetérquam tui caréndum quod erat. SY. *crédo.* CL. *Syre, uix súffero.*

habuit, ineptum est. Infra IV, 1, 25.
Quam bene vero a te prospectumst: quid vo- & V, 2, 8. [*luisti, cogita.*
Quicquid ego hujus feci, tibi prospexi & stultitiae tuae.
Ita passim absolute, absque illo *Aliquid.*

12 *Vobis cum uno simul ubi aetatem agere decretum est viro.* Pro *simul*, scribimus *semel*, ex libro Bembino; ut sit ordo, *semel decretum est.* FAERNUS. Nostri omnes *Simul.*
Vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretumst viro,
Cujus mos maxime est consimilis vestrum; hi se ad vos adplicant.
Et prava hic distinctio est, & sententiae ipsius vitium. Tu vero noli cum vulgo sic accipere: *Cum uno viro cujus mos est consimilis:* quasi virgines innuptae viros pro lubitu sibi eligere possent: sed sic accipe: Ubi decreviſtis in matrimonio vos victuras, non in quaestu meretricio: hi se ad vos applicant, cujus (sive quorum) mos consimilis. Mutatio est numeri; ut Eun. Prolog. *Si quisquam est — In his:* notante & ibi hoc citante Donato.

16 *Nescio alias: me scio quidem semper feciisse sedulo ut.* Aliqui libri, inter quos Bembinus & Basilicanus ita collocant: *me quidem semper scio.* quo modo oportebit ex *quidem m* elidere: quamvis sequente consonante. vel forte *me quidem* erit, *me equidem*, elisa *e* ex *me*, quod & in scriptura, non solum in scansione fiebat autiquitus. dictionem vero *ut* libri Bembinus & Victorianus sequenti versui attribuunt. qui hoc modo fit octonarius ut sequentes. FAERNUS. Nostri quoque *Me quidem semper:* & in scansione nulla est difficultas.

CLIN. *Vah.* In libro Bembino est, *ah.* ut 17
& exigit versus. FAERNUS. Nostri omnes mendose *Vah.*

SY. *Credo.* CLIN. *Syre, vix suffero.* 20
Hoccine me miserum non licere meo modo ingenium frui? Tan. Faber non Cliniae hoc tribuit, sed Clitiphoni; qui in Postscenio scilicet auscultans, introrumpit in Scenam, osculaturus Bacchidem. Nihil quicquam vidi absurdius: ut equidem suspicer hominem flore Liberi uvidum hoc scripsisse. Applaudit tamen huic vir eruditus; & *acute admodum* animadversum hoc autumat. Itane vero acute? idque admodum? Dixerat Antiphila, *se semper id egisse, ut suum commodum ex Cliniae commodo comparares:* Hoc dicto, tam pio, tam pudico, exaudito, erumpit in eas voces Clinia: *Vix suffero, Syre: hoccine ingenium frui non posse me? Ingenium,* ut Pamphilus de Glycerio:

Hocíne me miſerum nón licere meó modo ingeniúm frui?
SY. *Immo, út patrem tuum uídi, partes díu etiam durás dabit.*
B. *Quiſnam híc adulescens éſt, qui intuitur nós?* A. *ah, retine me, óbſecro.*
B. *Ámabo quid tibi éſt?* A. *diſperii, périi miſera.* B. *quíd ſtupes,*
Antíphila? A. *uideon Clíniam, an non?* B. *quém uides?* CL. *ſalue ánime mi.*
A. *O mi éxſpectate Clínia, ſalue.* CL. *út uales?* 26.
A. *Saluum áduenisſe gaúdeo.* CL. *teneóne te,*
Antíphila, maxume ánimo exoptatám meo?
SY. *Ite íntro: nam uos iámdudum exſpectát ſenex.*

ACTUS

Bene & pudice ejus doctum & eductum ſinam
Coactum egeſtate ingenium immutarier?
Quale vero Bacchidis ingenium fuerit, ipſe Clitipho quamvis amator teſtabitur;
Meaſt petax, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.
Satin hinc conſtat Clitiphonem, non Ingenio, ſed Forma Bacchidis percuſſum fuiſſe? Quod ipſa meretrix male conſcia confitetur,
Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt.
Etiam quod Syrus reſpondet, *Ut vidi patrem tuum eſſe habitum*, de Menedemo, non Chremete dicitur; & proinde haec ad Cliniam, non Clitiphonem pertinent. Sed quid pluribus exagito tam inficetum commentum?

21 *Ingenio frui.* Bembinus liber *ingenium*. & erit ordo, *hocine ingenium me frui non licere*, fruor enim, ut & alia verba uſum ſignificantia, amabant antiqui etiam accuſativo jungere, Terentius in Phormione: *ut mihi tamdiu licent quod amo frui.* Plautus in Aſinaria: *Ut ſinat ſeſe alternas cum illo noctes hanc frui.* FAERNUS. Codex C. C. *Ingenium:* ceteri perperam *Ingenio.*

22 *Vidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit.* Hic in libri Bembini margine aſcripta haec interpretatio, *Hoc eſt, durum ſe praebebit, vel abſolute, duras, ut dicitur bonas ei dedit, vel dabit poenas.* Cicero: *Quam primum adveniens dediſti.* & in Verrinis: *Verum illa eſt prae.* * FAERNUS.

Habitum, ſi ſanus locus eſt, intellige *Valentem, diu victurum*; unde *Habitior* noſtro & Plauto, id eſt, corpulentior: & Maſſurio apud Gellium IV, 20. *Equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum & habitiſſimum.* Sed non convenit, ut Menedemus, qui labore & moerore ſe adeo macerarat, bene habitus & corpulentus viſus fuerit. Quid autem eſt *Duras dabit?* etiam hic aqua omnibus interpretibus haeret. Palmerius, *Puras dabit*: id eſt, noctes: quod vel furca abigendum eſt. Guyetus ſuo more totum verſum ſpurium eſſe & delendum pronuntiat. Prius tamen quam deleatur; vide an nos melius quid afferamus.

Immo út patrem tuum vídi, partes díu etiam durás dabit.
Cum neſcirent olim Magiſtri abſolute hoc poni; addiderunt, quod ſubintelligi credebant, *Eſſe habitum:* id poſtea in textum irrepens vicinum *Partes* ex verſu exegit. *Ut vidi*; nempe ut idem Syrus infra, III, 2, 15. *avidum, miſerum, atque aridum.* Hoc ſcilicet adhuc credebant & Syrus & filius ipſe. At pater Menedemus, cum III, 1, 26. Chremes ei nuntiaſſet rediiſſe filium ſalvum; timere autem, ne antiqua ejus duritia adaucta ſit, quid reſpondet?
Non tu ei dixiſti, ut eſſem. Non. Quamobrem Chreme?
Nota ſodes iſtuc, *Ut eſſem:* prorſus eodem modo quo ſupra, *Ut vidi patrem tuum:* illic tamen durum & aſperum intellege, hic lenem & facilem & prorſus a vetere illo mutatum. Eun. IV, 1, 1.
Ita me di ament, quantum ego illum vidi, non nil timeo miſera.
Heaut. IV, 8, 28. *Ne tu propediem.*
Ut iſtam rem video, iſtius obſaturabere.

Jam

ACTUS III. SCAENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

CH. *LUCI'SCIT hoc iam. céſſo pultare óſtium*
Uicíni? primum ex me út ſciat ſibi fílium
Rediiſſe: etſi aduleſcéntem hoc nolle intéllego.
Uerúm, cum uideam míſerum hunc tam excruciárier
Eius ábitu, celem tam ínſperatum gaúdium;
Cum illí pericli níhil ex indició ſiet?
Haut fáciam: nam quod pótero adiutabó ſenem.
Item ut fílium meum amíco atque aequalí ſuo

Jam vero *Partes duras dabit*, plane ut Eun. II, 3, 62. *Duras fratris partes praedicas.*

28 *Antiphila maxime animo exoptata meo?* Optime ſtaret ſenarius, ſi *exoptatam* legeretur. & ita ſcripſiſſe Terentium exiſtimo. quod ut facilius credam, facit alibi quoque perverſus mos, errorque librariorum a nobis obſervatus, qui finiente priorem dictionem una littera, a qua poſterior dictio inciperet, alteram earum litterarum ſaepe omittebant. idque etiam in ſyllabis, atque aliquando in integris dictionibus factum eſt. FAERNUS.

Recte Faernus *Exoptatam:* noſtri licet omnes *Exoptata* vel *Exſpectata*; ſed in ceteris male rem geſſit. Sic ab eo hi verſus conſtituti ſunt:

Amabo quid tibi eſt. A. *diſperii.* B. *perii miſera: quid ſtupes*
Antiphila? A. *videon Cliniam an non?*
B. *quem vides?*
CL. *Salve anime mi.* A. *o mi Clinia, ſalve.*
CL. *ut vales?*
AN. *Salvum veniſſe gaudeo.* CL. *teneone te,*
Antiphila, maxume animo exoptata meo?

Ubi in verſu primo *Perii miſera* male adſignatur Bacchidi. Noſtri omnes, A. *diſperii miſera.* B. *quid ſtupes.* Recte quidem additum *Perii*, verſu ipſo poſtulante; ſed tum totum illud, *Diſperii perii miſera* Antiphilae eſt. Plaut. Merc. IV, 1, 15.

Diſperii, perii miſera, vae miſerae mihi.

Verſu tertio pro O *mi Clinia* Codices noſtri omnes O *mi exſpectate Clinia:* quod nullo modo repudiandum fuit. In quarto noſtri omnes *Adveniſſe*, quod melius. Ceterum ut verſus a me ordinentur, textus ipſe ſatis docet.

1 *Luciſcit hoc jam.* Hemiſtichium Plautinum in Amphitruone, ubi *hoc* abſolute pro coelo ponitur. ut & in Gurgulione: [*cebit.*

Nam hoc quidem edepol haut multo poſt luce lu-

& apud Lucretium libro quinto:

Denique jam tuere hoc, circum ſupraque, quod
Continet amplexu terram. [*omnem*

putamus tamen ex geſtu motuque dicentis addi aliquam demonſtrationem: ut manus elatione, in coelumque ſuſpectu. FAERNUS. Unus ex noſtris 900 annorum *Luciſcit*; ceteri *Luceſcit.*

2 *Primum ex me ut ſciat.* Liber Bembinus *e me.* FAERNUS. Atqui noſtri omnes *Ex me:* & recte. Supra Eun. IV, 4, 58. *Ego ſcibo ex hoc, quid ſiet.* & ſaepe alibi.

6 *Cum ei nihil periculi ex indicio ſiet.* Miror, unde hoc habuerit Faernus: Noſtri omnes melius, tam ad verſum quam ſententiam:

Cum illi pericli nihil ex indicio ſiet.

Illi hic neceſſarium eſt: nam Cliniam intellegit; non Menedemum.

7 *Nam quam potero adjutabo ſenem.* In libris Bembino & Victoriano & Baſilicano, & praeterea nonnullis aliis, atteſtante Io. Rivio, legitur, *quod potero. quod* autem accipitur pro quantum, itaque exponitur in margine libri Bembini. FAERNUS. Noſtri etiam *Quod potero.*

8 *Ita ut filium meum amico atque aequali ſuo.* In iiſdem duobus antiquiſſimis libris eſt *item*

Digitized by Google

Uideo ínſeruire, et ſócium eſſe in negótiis;
Nos quóque ſenes eſt aéquum ſenibus óbſequi.
M. *Aut égo profecto ingénio egregio ad míſeriam*
Natús ſum; aut illud fálſumſt, quod uolgo aúdio
Dicí, diem adimere aégritudinem hóminibus:
Nam míhi quidem cotídie augeſcít magis
De fílio aegritúdo; et quanto díutius
Abéſt, magis cupio tánto, et magis deſídero.
CH. *Set ipſúm foras egréſſum uideo; ibo, ádloquar.*
Menedéme, ſalue: núntium adportó tibi,
Cuius máxume te fíeri participém cupis.
M. *Num quídnam de gnató meo audiſtí, Chreme?*
CH. *Ualet átque uiuit.* M. *úbinamſt quaeſo?* CH. *aput me híc domi.*
M. *Meus gnátus?* CH. *ſic eſt.* M. *uénit?* CH. *certe.* M. *Clínia*

ut. utroque modo prima hujus verſus ſyllaba ad praecedentem pertinet verſum. FAERNUS. *Item ut filium*. Noſtri univerſi *Ita ut*.

11 *Ingenio egregie ad miſeriam*. Perſpicue mihi melior videtur lectio libri Bembini, *egregio ad miſerias*. quae dictio *miſerias* etiam in libro Decurtato eſt. FAERNUS.

Noſtri omnes uno recentiore excepto, *Miſeriam*; & plerique *Egregie*. Equidem *Miſeriam* hic praetulerim; quippe ſenex intellegit Moerorem, Aegritudinem. Quod ſi *Miſerias* legis, etiam Egeſtatem, Morbos, & alias calamitates una comprehendis.

13 *Dicí, diem ádimere aegritudinem hominibus*. Equidem vix crediderim admiſiſſe Terentium, ut *Diem*, quod in Emphaſi eſſe debuit, ſine accentu quaſi mutum tranſmiſerit. Fortaſſe olim correctorias manus paſſus eſt hic locus. Vide an ſic melius exierit:

Aut ego profecto ingenio egregio ad miſeriam
Sum, aut illud falſumſt, vulgo quod dici audio,
Diem tandem adimere aegritudinem omnibus.

Ingenio ſum, ut Phorm. I, 3, 20.

Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet poenitet.

Vulgo quod dici audio, ut And. II, 5, 15.

Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet.

17 *Adibo, adloquar*. Liber Bembinus & Baſilicanus *ibo*; quod magis verſui ſervit. eoque magis id recepimus, quod particula *ad* mox ſequitur in *adloquar*. ut infra,

Syrus eſt prendendus, atque adhortandus mihi.

cui loco aſcriptum in libro Bembino gloſſema, quia ad hanc rem facit hic ponere libuit: *Prehendendus, deeſt ad: ſed ideo praetermiſit, quia dicturus erat, adhortandus*. FAERNUS. Noſtri quoque, *Ibo adloquar*.

ME. *Quaeſo ubinam?* CH. *apud me domi*. 21
O. l. s. quot quot ſunt, ita habent, *ubinam eſt quaeſo?* ſed ut ſenarius ſtet, elidemus *d*, ex *apud*. FAERNUS. Noſtri omnes, *Hic aput me domi*. Repone: *Aput me hic domi*.

Conſpectum fugitat propter peccatum: hoc timet. 25
Corrige pravam diſtinctionem, hoc modo.

Conſpectum fugitat: propter peccatum hoc timet,

Nempe, quod clam te in Aſiam abierit. Sic infra V, 2, 37.

An tu ob peccatum hoc eſſe illum iratum putas?

Ne tua duritia illa antiqua. Liber Bembinus 26
& Victorianus *antiqua illa*. quae elegantior videtur collocatio. FAERNUS. Noſtri omnes *Illa antiqua*. Neſcias utrum malis.

In te atque illum. O. l. s. *in te atque in* 28
illum. eliditur autem unum *l* ex *illum*, ut ſit dactylus in quarta ſede ſenarii. FAERNUS. Noſtri quoque *In illum*.

Et victo eſſe animo. O. l. s. *& victo animo* 29
eſſe. FAERNUS. *Et victo animo éſſe. Anime,*

Meus uénit? CH. *dixi.* M. *eámus, duc me ad eum, óbsecro.*
CH. *Non uólt te scire sé rediísse etiam: ét tuum*
Conspéctum fugitat: própter peccatum hóc timet,
Ne túa duritia antiqua illa etiam adaúcta sit.
M. *Non tu eí dixísti, ut éssem?* CH. *non.* M. *quamobrém, Chreme?*
CH. *Quia péssume istuc ín te atque in illum cónsulis,*
Si té tam leni et uícto esse animo osténderis.
M. *Non póssum: satis iam, sátis pater durús fui.* CH. *ah,*
Uehemens utramque in pártem, Menedeme, és nimis,
Aut lárgitate nímia aut parsimónia.
In eándem fraudem ex hác re atque ex illa íncides.
Primum ólim potius quám paterere fílium
Commétare ad mulierculam, quae paúlulo
Tum erát contenta, cuíque erant grata ómnia;

mo, quod minime oportuit, in thesi delitescit. Ergo recte habet, *Et victo esse ánimo.*

31 *Vehemens in utramque partem.* Lege, ut meliores fiant numeri,
Vehemens utramque in partem.

35 *Commeare ad mulierculam quae paululo.* Hic versus stat, contractis in unam duabus mediis syllabis verbi *commeare*; ultima vero per synaloephen non elisa. aut forte senarius est generis confusi, admittens in principio trochaeos, in fine Iambos. FAERNUS.

Glareanus & Guyetus, inverso ordine,
Primum olim potius commeare filium
Quam paterere ad mulierculam.
Quomodo numeri quidem meliores, sed sententia impeditior fit. Nos aliam emendandi viam instituimus, ad Horat. Serm. II, 5, 79.
Commetare ad mulierculam, quae paululo.
Commeto, a *Commeo*, frequentativum: quod Magistri, vel versus dispendio, ejecerunt ut nimis vetustum. Plautus Capt. I, 2, 82.
Nam meus scrupósam victus commetat viam.
Nonius Marcellus: *Commetare, commeare: Afranius Virgine:*
Quo tu commetas? ubi defixus desides?
Novius Bubulco Cerdone:
Cum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi.
Vides & Afranium & Novium, de eadem, qua nostra, re verba facere: illi *Ad meretriculam* intelligunt, noster *Ad mulierculam* dicit. Equidem putabam me emendationem certam protulisse, neque cuiquam metrorum perito vel dubitandam. Sed viro erudito non *usquequaque satisfacit.* Primo ait Chremetem, ut Cliniae fautorem & patronum, abstinere debuisse a voce frequentativa, ne peccatum ejus augeret. Atqui ob id ipsum *Commetare* hic commodius venit, quia frequentativum est. Quid? num semel tantum ad eam visebat? non crebro, non cotidie ibat, non defixus ibi desidebat, ut eam (I, 1, 46.) *Prope pro uxore haberet?* Quomodo autem Chremes *Cliniae patronus*; qui patrem *Largitate nimia peccaturum*, & omnia ei concedere paratum reprimit & coercet? Sed hoc, inquit, *fortasse levius*; alterum igitur videamus, gravius nimirum & efficacius, *Commetare* sibi videri Terentii nostri aetate in desuetudinem abiisse. Quid audio? Annon Novius & Afranius, quibus verbo utebantur, Terentio posteriores erant? Quid Plautus? etsi paulo prior cujus vel *neglegentiam aemulari* noster exoptat; cujus *sermone Musas ipsas usuras fuisse, si Latine loqui vellent*, diu post mortuum Terentium dictum est. Sed esto hoc, inquit, ut Terentii aetate sic alii locuti sint: at Terentius, *mire & felicissime sagax* praesensit quae verba, licet tum usitata, ferre aetatem nequirent. Hocine dicit, qui vetustum & obsoletum illud *Attigas* in textum ipsum recepit, Andr. IV, 4, 51. cum Faernus suus dedisset *Attingas?* Felicem sane naris & olfactus Terentium! qui verba caduca & post annos ducentos interitura.

Protérruisti hinc. éa coacta ingrátiis
Post illa coepit uíctum uolgo quaérere.
Nunc cúm sine magno intértrimento nón potest
Habéri, quiduis dáre cupis. nam, ut tú scias,
Quam ea núnc instructa púlchre ad perniciém siet;
Primúm iam ancillas sécum adduxit plús decem,
Onerátas uestе atque aúro: satrapa sí siet
Amátor, numquam súfferre eius sumptús queat:
Nedúm tu possis. M. *éstne ea intus?* CH. *Sít rogas?*
Sensí: nam unam eii cénam atque eius cómitibus
Dedí: quod si iterum míhi sit danda, actúm siet.
Nam, utália omittam, pytísando módo mihi
Quid uíni absumpsit? Sic hoc, dicens; 'Asperum
Pater hóc est; aliud lénius sodés uide:

teritura tam diu ante ex odore ipso dignoscere-ret. Non Terentio hoc, sed Magistris debe-tur, qui discipulorum gratia verba fere omnia antiqui coloris novis & tum receptis interpo-larunt. Atqui, addit, *etiam numeri minus pla-cent, Commétare*, accentu in syllaba secunda, qui in tertiam debebat cadere, *Commentáre*. Qualia igitur sunt ista, *Pótare* Adel. I, 1, 9. *Péscare*, I, 2, 44. *Clámare* III, 4, 44. *Sérvare* Hec. III, 3, 42. *Accúsare* Phorm. II, 1, 5. *Exércare* III, 2, 27. & alia hoc genus in-numera?

39 *Nunc sine magno intertrimento, non potest.* Hic ascriptum est in libro Bembino: *Inter & De tantundem significant ad augmentum osten-dendum. hinc dicitur, interfectus.* FAERNUS.

43 *Satrapes si siet.* Codex noster 900 annorum. *Satrapas si siet:* idem qui Enn. IV, 7. 19. *Armas sapientem decet.* Nempe ut ibi *Arma*, ita hic *Satrapa* legendum. *s* ex sequente lite-ra male adhaesit. Ut a Ποιητης, *poeta* & alia ejusmodi, ita a Σατραπης *Satrapa*. Glossarium vetus Cyrilli: Σατραπης, *Satrapa*.

45 *Sensi: nam ei unam cenam.* O. l. s. *nam unam ei cenam.* & hic in libro adjectum est vetustissimum glossema: *Sensi, cum gemitu pronuntia*, versus autem stat si spondeus sit in *ei*, quemadmodum a Lucretio ponitur. FAERNUS. Nostri quoque *Nam unam ei.* Scribe *eii.*

48 *Pitissando.* In libro Bembino *pytisando* scriptum est per *y* in prima syllaba, & per unicum *s*; licet deinde alterum adjectum sit. & ad hoc verbum haec adnotata: *Expressis labris spuendo, dum saporem vini probat.* Vi-ctorianus & Decurtatus *pytissando* per duo *s* habent; item Vaticanus & Basilicanus, sed hi duo cum aspiratione post *t*. FAERNUS. Ut Bembinus, ita codex noster 900 annorum *Pytisando:* quod recipimus: versus certe eo pacto ad Graecorum numeros accedit.

50 *Sic hoc dicens; asperum pater hoc est. aliud lenius*, Dictioni *pater* haec ascripta sunt, *Et hoc ei displicet, quod eum meretrix patrem appellet.* Ceterum ordo horum verborum hic est, *dicens*, scilicet Bacchis, *sic hoc*, subaudi *est*. ut sit, sic hoc est, quod dicere solemus, cum quid vel improbamus vel mediocre esse osten-dimus. FAERNUS.

Recte haec. Et aliud agebat qui pro *Aliud lenius*, maluit *Illud lenius*. Omnia dolia reli-nuntur, dum *Aliud* quaerit: at si *Illud*; jam habet, quod placet; nec plura dolia sollicitan-tur. Ut Syrus Adel. III, 3, 71. *Illud recte:* quod habet nempe, non quod absens desiderat. Ceterum pro *Vide* Nonius v. Asperum *Para* habet. Non accedo. *Vide*, ex tua cella; *Para*, ex taberna pete.

52 *Omnis sollicitos habui: atque haec una nox.* Ita libri nunc omnes: sed & versus & senten-tiae ipsius causa repone;

Omnis sollicitos habuit; atque haec una nox.

Bacchis scilicet omnes, & me & totam fa-miliam,

Digitized by Google

Reléui dolia ómnia, omnis férias:
Omnís ſollicitos hábuit: atque haec úna nox.
Quid té futurum cénſes, quem adſidue éxedent?
Sic mé dī amabunt, út me tuarum míſeritumſt,
Menedéme, fortunárum. M. *faciat quód lubet:* 55
Sumát, conſumat, pérdat, decretúmſt pati,
Dum illúm modo habeam mécum. CH. *ſi certúmſt tibi*
Sic fácere, illud permágni referre árbitror,
Ut né ſcientem ſéntiat te id ſíbi dare.
M. *Quid fáciam?* CH. *quiduis pótius quam quod cógitas:* 60
Per álium quemuis út des: falli té ſinas
Technís per ſeruulum: étſi ſubſenſi íd quoque
Illós ibi eſſe, id ágere inter ſe clánculum.
Syrus cum íllo veſtro cónſuſurrant, cónferunt

miliam, faſtidio ſuo & elegantia ſollicitos & & exercitos habuit. Plautus Mil. IV, 2, 95.
Ita me mea forma habet ſollicitum.
Menaech. IV, 2, 20. [*habuit.*
Sicut me hodie nimis ſollicitum cliens quidam
Nonius: *Habere, facere: Varro: Habeat homines ſollicitos.*

54 *Ita me di amabunt, ut tuarum miſeritum eſt.* Non *ita*, ſed *ſic* eſt in o. l. s. & poſt *m*, additur *e*, verbum autem *amabunt*, in libro Bembino exponitur pro *ament*. FAERNUS. Sic & noſtri. Guyetus pro *Amabunt* reponit *Amaſſint:* recte quidem; ſi aut codices juberent, aut poſtularet ſermo. Sed Plaut. Poen. I, 3, 30. *Ita me di amabunt.* & IV, 2, 47. *Dieſpiter me ſic amabit.*

58 *Sic facere id permagni referre arbitror.* Pro *id*, *illud* legitur in libro Bembino, Baſilicano, Victoriano, & multis aliis, ut & ratio verſus requirit. FAERNUS. Sic & noſtri.

59 *Ut neſcientem ſentiat te id ſibi dare.* Palmerius, Guyetus, Boeclerus, Vir doctus; recte omnes, *Ut ne ſcientem.* Nimirum vel, ut illi, *Ne ſcientem ſentiat*; vel, ut aeque bene, *Neſcientem conſeat.* Certe utrumque, & *Neſcientem* & *Sentiat* ſtare una vix poſſunt.

63 *Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.* Aliquot libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, Victorianus haec habent ſine conjunctione. quod & elegantiae & verſui ſervit. FAERNUS. Etiam a noſtris abeſt *Et*; & tamen in textu Faerni ſubſiſtit. Nos noſtro jure exulatum mittimus.

Syrus cum illo veſtro conſuſurrat: Omnes 64
fere antiqui libri *conſuſurrant*. quod vero ſequitur, *conferunt conſilia aduleſcentes*, in Bembino eſt, *ad aduleſcentes*. ut & verſus exposcit; & eſt ſenſus, conſilia quae ceperint ſervi, ad aduleſcentes deferunt. vel *ad*, pro *apud* exponendum, & *conferunt*, pro communicant. vel forte legendum eſt, ut conjicit Lolgius, *conſiliad aduleſtentes*. ut *d*, interponatur hiatus vitandi cauſa, ſicut in *med erga*. FAERNUS.

Illud Lolgii neſcio cujus *Conſiliad* ad morboniam relegandum eſt. Lege ex Bembino:
Syrus cum illo veſtro conſuſurrant, conferunt
Conſilia ad aduleſcentis.
Conſuſurrant; nam quod vir doctus mavult *Conſuſurrat*, & veretur, *ne plurale parum Latine dicatur*; feſtinantius, ſat ſcio, hoc ſcripſit: doctior enim eſt, quam ut ſic ſentiat, ſi cogitaverit. Quid enim illud Ovidii,
Ilia cum Lauſo de Numitore ſati?
& plura ejus formae a Grammaticis jam collecta. Vel illud compoſitum *Conſuſurro* ſatis hoc oſtendit: Si enim *Syrus* dividas a ſequentibus; tum dicas, Syrus *ſuſurrat* cum illo veſtro: at ſi junctim accipias *Syrus cum illo veſtro*, hoc eſt, *Syrus & ille veſter*, tum recte dicas *Conſuſurrant*. Porro *Conferunt ad aduleſcentes*, hoc eſt, *Una ferunt, referunt ad aduleſcentes*. Phorm. V, 1, 1.

Quid

Consília ad adulescéntes: et tibi pérdere
Taléntum hoc pacto sátius est, quam illó minam.
Non núnc pecunia ágitur, set illud quó modo
Minimó periclo id démus adulescéntulo.
Nam sí semel tuum ánimum ille intelléxerit,
Prius prodíturum té tuam uitam, ét prius
Pecúniam omnem, quam ábs te amittas filium: hui,
Quantam eíi fenestram ad néquitiem patefeceris?
Tibi aútem porro ut nón sit suaue uíuere:
Nam déteriores ómnes sumus licéntia.
[Quodcumque inciderit in mentem, uolet: neque id
Putabit prauom an rectum sit, quod petet.]
Tu rém perire, et ípsum non poteris pati.
Dare dénegaris: íbit ad illud ílico,
Quo máxume aput te sé ualere séntiet,

Quid agam? quem mi amicum misera inveniam, quo consilia haec referam? Aut unde mi auxilium petam.
Ubi *Quo* perinde est ac *Ad quem*, ut *Unde* est *A quo*.

69 *Is intellexerit.* O. l. s. *ille intellexerit.* FAERNUS. Nostri quoque omnes, *Ille.*

70 *Prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem.* In libro Bembino scitissime atque appositissime ascriptum est, *Minor est pecunia quam vita; sed in oratione potiora nobis sunt, de quibus agitur.* FAERNUS.

72 *Quantam fenestram ad nequitiem patefeceris? Cui* sodes patefecerit? deest Pronomen casus dativi. Repono:
Quantam eii fenestram ad nequitiem patefeceris.
Nec versui timendum est; etsi ejus causa Correctores olim *Eii* ejecerunt. Nimirum antiqui *Fenestra*, prioribus duabus brevibus pronuntiarunt, vel contracte *Festra*. Festus: *Festram antiqui dixerunt, quam nos Fenestram.* Certe Plautus nusquam non effert, secunda brevi: Mil. II, 4, 26.
Neque fénestra nisi clathráta: nam certe égo Casin. I, 1, 44. [*te hic intus vidi.*
Quid fácies? Concludére in fénestram fórtiter. Rud. I, 1, 6.
Inlústriores fecit, fenestrasque indidit.
Vides *Fenestra* hic ubique secundam corripere. Pone, ex Festi sententia, *Festra*; & versus omnes id admittent. Quid dubites, quin & sic pronuntiaverit Terentius?

Putabit pravum an rectum, quod petet, fiet. 76 Omnes fere l. s.
Putabit pravum an rectum sit, quod petet. aliqui, *an rectum fiet.* quod tamen non adjuvat versum. in uno tantum libro est, *pravumne an rectum.* quo quidem modo stat optime senarius. aliter oportebit abstinere ab elisione posterioris syllabae in *pravum.* FAERNUS.
In his duobus versibus magna variarum lectionum est seges; ut in nothis & subditiis solet evenire. Veteres plerique nostri:
Quod cuique cumque inciderit in mentem volet;
Neque id putavit, pravum an rectum, sit petet.
Alii *Quod cuicumque*; alii *Sit quod petet.* Tolle totum hoc panni vulgaris adsumentum. Ex notula aliqua olim in textum irrepsit sententiola generalis. Nam illud *Cuique* satis declarat ad solum Cliniam, ut oportuit, hoc non pertinere. Postea pro captu suo singuli in versus redigere laborarunt. Miror equidem Guyetum, qui tot bonos versus ejecerit, hos insulsos tam patienter tulisse: sed miseror Virum eruditum, qui id multis verbis agit, ut ex malis pejores faciat.

Dare denegabis. Multi l. s. inter quos Bembinus & alii antiqui, *denegaris.* FAERNUS. Nostri fere omnes, *Denegaris.* 78

Mina-

Abitúrum se abs te esse ílico minitábitur.
M. *Uidére uerum, atque íta uti res est, dícere.*
CH. *Somnum hércle ego hac nocte óculis non uidí meis,*
Dum id quaéro, tibi qui fílium restítuerem.
M. *Cedo déxtram: porro te óro idem ut faciás, Chreme.*
CH. *Parátus sum.* M. *scin, quíd nunc facere té uolo?*
CH. *Dic.* M. *quód sensísti illós me incipere fállere,*
Id út maturent fácere: cupio illí dare,
Quod uólt; cupio ipsum iám uidere. CH. *operám dabo.*
Paulum hóc negoti mi óbstat: Simus ét Crito
Uicíni nostri hic ámbigunt de fínibus:
Me cépere arbitrum: íbo ac dicam ut díxeram
Operám daturum me, hódie non posse iís dare.
Contínuo hic adsum. M. *ita quaéso. di uostrám fidem!*
Ita cónparatam esse hóminum naturam ómnium,

80 *Minabitur.* Noſtri omnes *Minitabitur*; melius verſui conſulentes.

81 *Videre verum.* Liber Bembinus, *vera.* & expoſitionem habet aſcriptam; *Vera, utilia: Saluſtius.* Verba Saluſtii antiquitate detrita ſunt. FAERNUS. Noſtri omnes *Verum:* quod placet: neque mutavit Faernus.

84 *Cedo dexteram: porro te idem oro ut facias Chreme.* Liber Bembinus, *dextram.* ita ſtat verſus, ſi tamen in *te idem* non fiat eliſio. FAERNUS. Noſtri omnes meliore ordine, *Porro te oro idem ut.*

85 *Scin quid nunc te facere volo?* Varie collocantur haec verba, ſed haec mihi collocatio omnium, quas inveni, commodiſſima videtur, ob numerum, *Scin quid nunc facere te volo?* ita plerique libri ſcripti habent, & in iis aliquot ex antiquis, ut Baſilicanus. FAERNUS. Omnes quidem noſtri, *Scin quid nunc facere te volo.*

88 *Operam dabo.* Tres qui ſequebantur verſus, ad finem hujus ſcenae appoſui: & eo loco mutationis ratio reddetur.

89 *Paulum negoti mi obſtat.* Lege ex noſtris omnibus & Edd. vett. *Paulum hoc negoti.* Vides, ut commode verſus conjungantur, tribus illis hinc amotis. *Operam dabo: Paulum* modo *hoc negoti mi obſtat.* Recte *Hoc*; quia ſtatim narrat, quod ſit.

Continuo hic adero. Ita quaeſo. di veſtram 93
fidem. Prorſus illud *Adero ita*, pes proſeleuſmaticus, Noſtro inſolens eſt: praeſertim ut inter duos colloquentes dividatur. Quo minus hic toleretur, facilitas emendationis facit. Lege enim, *Continuo hic adſum:* ut alibi *Poſt continuo huc exeo.*

Itan comparatam eſſe hominum naturam om- 94
nium. Aliqui l. s. inter quos Bembinus, non *itan*, ſed *ita* habent. Sed Bembinus eo amplius, quod *comparatum* habet; ex quo tamen poſtea effectum eſt *comparatam*, *a* littera ſuperſcripta, & *naturam* quidem habuit, ſed *m*, deinde delero, remanſit *natura*. quod ſi recipiatur ſimul cum voce *comparatum*, erit ordo: Ita comparatum eſſe natura omnium hominum; ut natura, ſit ablativus caſus. quae quidem locutio bonis auctoribus uſurpata eſt. Columella libro XII. *Maritale conjugium ſic comparatum eſſe natura.* Livius libro tertio ab urbe condita: *Natura hoc ita comparatum eſt, ut qui apud multitudinem ſua cauſa loquitur, gratior ei ſit, cujus mens nihil praeter publicum commodum videt.* Quod tamen, diligentius totum animadverſum, non placet. FAERNUS. Noſtri, ut editum.

Aliéna ut melius uídeant et diiúdicent,
Quam súa? an eo fit, quía re in noſtra aut gaúdio
Sumus praépediti nímio aut aegritúdine?
Hic mihi nunc quanto plús ſapit, quam egomét mihi?
CH. *Diſſólui me, otióſus operam ut tíbi darem.*
Syrus éſt prehendendus átque adhortandús mihi.
A mé neſcio quis éxit: concede hínc domum,
Ne nós inter nos cónſentire ſéntiant.

ACTUS

95 *Aliena melius ut videant & judicent.* Ex o. l. s. ita collocamus haec verba, *aliena ut melius.* & praeterea ex Bembino legimus *dijudicent.* quo quidem modo ſtat optime verſus. FAERNUS. Verſu ſequente, pro *In re noſtra* lege *Re in noſtra.*

98 *Hic mihi quanto nunc.* O. l. s. *nunc quanto.* FAERNUS. Sic & noſtri univerſi *Nunc quanto,* meliore accentu; haeſit tamen in textu Faerni *Quanto nunc.*

99 *Diſſolvi me, ocius operam ut tibi darem.* Tres antiquiſſimi libri, & aliqui alii, pro *ocius* habent *otioſus.* qua lectione & verſus ſtat, & ſenſus eſt optimus. diſtinguendum autem eſt poſt *me.* FAERNUS.

Diſſolvi me, otioſus operam ut tibi darem. Quattuor modo ex tot noſtris *Otioſus*; ceteri perperam *Ocius.* Sed hic alia res agenda eſt, non otioſe. Nota illud, *Operam ut tibi darem:* ergo Menedemus adhuc in ſcena reſtitit. Cur autem reſtitit, qui (ut ante nos ordo inveteraverat) *Domum hinc concedere juſſus erat*; priuſquam Chremes ad Simum & Critonem abierat? Hoc primum. Deinde illud vide; quomodo ſibi conſtet Chremes, qui primo jubet Menedemum *Domum concedere:* deinde ſui oblitus, manere eum & expectare jubet dum redeat ipſe: id enim ſibi vult, *Continuo hic adero. Ea quaeſo.* Porro & aliud vide, *A me,* inquit Chremes, *neſcio quis exit:* is erat Syrus, qui tum forem aperiebat. Cur ergo mutus in ſcena ſtat Syrus; toto illo tempore quo Chremes abiens redienſque aberat? Denique, cum Chremes hic dicat, *Operam ut tibi darem:* cur Menedemus ſtatim abit, injuſſus a Chremete, a ſe nihil cauſae dicens? Haec non ſunt moris Terentiani: quod & ſenſit vir egregius Boeclerus; qui idcirco correctum voluit.

Diſſolvi me, otioſus operam ut huic darem: ut hoc dicatur, jam egreſſo e ſcena Menedemo. Non male; ſed tamen uni tantum vitio, non omnibus medetur; & nos opinor felicius, retractis huc tribus verſibus, qui tam commode hic ſedem capiunt, quam illic habuerunt incommodiſſime:

Diſſolvi me, otioſus operam ut tibi darem:
Syrus eſt prehendendus atque adhortandus mihi.
A me neſcio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.

Nota illud, *A me neſcio quis exit.* Ubicumque hoc aut ſimile occurrit, Scena ſtatim finitur. Sic III. 2. *Quiſnam a nobis egreditur foras?* III, 3. *Quid eſt quod tam a nobis graviter crepuerunt fores.* Et ſic ubique.

Ne nos inter nos congruere ſentiant. Niſi 102
congruere penultimam producat. ut quod forte ſit ſecundae declinationis, deducaturque a *congruo congrues,* non ſtat verſus, & neceſſe eſt aliquid deeſſe. FAERNUS.

Apage illud *Congrueo.* Quidam ſic verſui opitulatum eunt,

Ne illi nos inter nos congruere ſentiant.

Vir eruditus hoc modo,

Ne noſmet inter nos congruere ſentiant.

Ego vero non magis de verſu, quam de ſententia ſollicitus ſum. Quid enim mali, metus, ſuſpicionis

ACTUS III. SCAENA II.

SYRUS. CHREMES.

SY. *HAC illac circumcúrsa: inueniendum és tamen,*
Argéntum; intendenda ín senem eſt fallácia.
CH. *Num mé fefellit hóſce id ſtruere? uídelicet*
Ille Clíniaï ſéruos tardiúſculuſt,
Idcírco huic noſtro tráditaſt prouíncia.
SY. *Quis hic lóquitur? perii. núnnam haec audiuít?* CH. *Syré.* SY. *hem.*
CH. *Quid tu íſtic?* SY. *recte. equidém te demirór, Chreme,*
Tam máne, qui heri tántum biberis. CH. *níl nimis.*
SY. *Nil, nárras? uiſa uéroſt, quod dicí ſolet,*

ſuſpicionis eſſet, ſi ſenſiſſent duos ſenes vicinos inter ſe congruere, hoc eſt, concorditer vivere? Plaut. Curc. II, 2, 14.

Item alios deos factutos ſcilicet.
Sane illi inter ſe congruunt concorditer.

Dederat, opinor, auctor,

Ne nos inter nos conſentire ſentiam.

Ubi *Sentire* a ſequenti abſorptum; & a *Conſentiant* poſtea factum *Congruere ſentiant. Conſentire*, ex conſenſu & compacto agere & diuere. Plautus Pſeud. I, 5, 125.

Quid ſi hice inter ſe conſenſerunt, Callipho,
Auec do compeſco faciunt conſutis dolis.

Caſin. Prol. v. 59.

Properare eum una conſentit cum filio.

1 *Hac illac circumcurſa: inveniundum eſt tamen Argentum: intendenda in ſenem eſt fallacia. Circumcurſa* quorſum hic? Se ipſum, inquiunt, Syrus alloquitur. Eſto: ſed profecto non circumcurſando, ſed ſedendo, ſtando, cogitando, quaerendum erat argentum. Deinde quid eſt *Tamen*? an pro *Tandem*, ut olim Govianus? an legendum *Enim*, cum Guyeto? Haeret ſane ſententia, neque eſt coloris ſani & Terentiani. Repone,

Hac illac circumcurſa: inveniundum es tamen, Argentum.

Argentum ipſum Syrus compellat, vernili facetia. Quacumque aufugias, O *argentum*; *tamen inveniundum es.* Emendationis hujus ſponſorem & praedem tibi ſiſtam Syrum ipſum IV, 2, 1.

Retrahum hercle opinor ad me idem illud fugitivum argentum tamen.

Argentum *Fugitivum*, illud ſcilicet ipſum, quod *Circumcurſat*: & nota *Tamen* eodem modo quo hic poni.

Eſt ille Clíniae ſeruus tardiuſculus. Omnes quot quot ſunt l. s. verbum *eſt*, habent poſt *tardiuſculus*, nos tamen ſcribimus *tardiuſculuſt*, ut verſus ſtet, diphthongo in verbo *Clíniae* diſſoluta, & ex *ille*, uno *l* eliſo. FAERNUS. Recte hoc: & ſic omnes Noſtri. *Clíniaï* dividit diphthongum, ut alibi *Hoſpitaï, Phaedriaï.* 4

SY. Recte equidem te demiror Chreme. Aliter habetur in libro Bembino, *recte equidem, ſed te miror Chreme*: ut non poſt *recte*, ſed poſt *equidem* diſtinguatur, quae lectio non dubito quin vera ſit. FAERNUS. 7

Quid tu iſtic? Recte equidem: ſed te miror, Chreme. Sic Faernus ex Bembino dedit: Noſtri omnes, *Recte quidem te demiror, Chreme*: niſi quod duo ex veterrimis *Equidem*. Lege & diſtingue:

Quid tu iſtic? Recte. equidem te demiror, Chreme, Tam mane.

Quid tu iſtic agis? *Recte*, hoc eſt, *Nihil*. Eun. II, 3, 50. *Rogo numquid velit, Recte, inquit, abeo.* Ubi Donatus: *Recte pro eo quod eſt Nihil; & moraliter τῷ ἀπλῶς μοῦ.* Lege, *ἀσεῖσμοῦ*. Hec. III, 2, 20.

Quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam triſtis? Recte, mater.

ubi iterum Donatus: *Recte, dicimus; cum ſine inſultu interrogantis aliquid reticemus.* Nihil poteſt dici melius.

Aquilaé ſenectus. CH. *heía.* SY. *mulier cómmoda et*
Facéta haec meretrix. CH. *ſáne idem uiſa éſt mihi.*
SY. *Et quidem hércle forma láculenta.* CH. *ſíc ſatis.*
SY. *Ita nón ut olim, ſét uti nunc, ſané bona:*
Miniméque miror, Clínia hanc ſi déperit:
Set habét patrem quendam áuidum, miſerum, atque áridum,
Uicínum hunc: noſtin? át quaſi is non diúitiis
Abúndet, gnatus éius profugit ínopia.
Scis éſſe factum ut díco? CH. *quid ego ní ſciam?*
Hominem piſtrino dignum. SY. *quem?* CH. *iſtunc ſéruolum*
Dico áduleſcentis. SY. *Sýre, tibi timuí male.*
CH. *Qui páſſus eſt id fieri.* SY. *quid facerét?* CH. *rogas?*
Aliquíd reperiret, fíngeret fallácias,
Unde éſſet adulescénti amicae quód daret,
Atque húnc difficilem inuítum ſeruarét ſenem.
SY. *Garrís.* CH, *haec facta ab íllo oportebát, Syre.*
SY. *Eho quaéſo laudas, quí eros fallunt?* CH. *ín loco*
Ego uéro laudo. SY. *récte ſane.* CH. *quippe qui*
Magnárum ſaepe id rémedium aegritúdinum eſt:
Huic iám manſiſſet únicus gnatús domi.
SY. *Iocón an ſerio ille haec dicat néſcio,*

11 CHR. *Sane idem viſa eſt mihi.* SY. *& quidem hercle forma luculenta.* In libro Bembino pro *mihi*, legitur *tibi:* ſed perſonae, aliter ibi notatae, id quadrare faciunt, quod alioqui videtur abſurdum. CHR, *ſane.* SY. *idem viſa eſt tibi. & quidem hercle,* &c. FAERNUS.

Faernus dedit *Tibi:* ſed omnes noſtri *Mihi*, ſenſu ſaniſſimo & planiſſimo. Nos non colemus Bembinum tam ſuperſtitioſe.

13 *Ita non ut olim.* Palpatur ſeni, temporis acti laudatori, quaſi illo juvene formoſiores eſſent homines, quam nunc ſunt.

18 *Scin eſſe factum ut dico?* Liber Bembinus, Baſilicanus, & Victorianus, & aliqui alii *ſcis*, alii *ſciſne.* FAERNUS.

Noſtri quoque meliores & plures, *Scis.* Sed vide verſum integrum: *Scis eſſe factum, ut dico? Quid ego neſciam?* Quorſum illud *Neſciam?* quale reſponſum? nec ſententia nec ſermo ſanus eſt. Lege certiſſime, ut olim Palmerius, nemine adhuc auſcultante, *Quid ego ni ſciam.* Hoc eſt, *Quidni ego ſciam.* Noſter Adel. IV, 5, 28. *Quid illam ni abducat?* Plaut. Mil. IV, 3, 27. *Quid ego ni ita cenſeam?* Pſeud. II, 2, 57. *Quid ego ni teneam?*

19 *Iſtum ſervulum.* Liber Bembinus *iſtunc ſervolum.* FAERNUS. Aliquot etiam noſtri *Iſtunc.* Melius, quia vitatur homoeoteleuton.

27 *Quippe quia.* In libris antiquis eſt *quippe qui*; & huic dictioni haec aſcripta ſunt in Bembino: *Parelcon: abundat qui.* nos vero eam dictionem etiam alibi invenimus, idem ſignificantem quod *quippe.* Plautus in Aulularia:

Horum tibi iſtic nihil eveniet, quippe qui ubi quod ſurripias nihil eſt. FAERNUS.

Meliores noſtri item *Quippe qui.*

28 *Magnarum ſaepe remedium aegritudinum eſt.* O. l. s. *id remedium.* FAERNUS.

29 *Jam huic manſiſſet.* Non conſtat verſus, niſi aut *Jam*, aut *Huic* in diſyllabon diſſolvas: quorum.

Digitized by Google

Niſi mihi quidem addit ánimum, quo lubeát magis.
CH. *Et núnc quid exſpectát, Syre? an dum hinc dénuo*
Abigát, cum tolerare íllius ſumptus nón queat?
Nonne ád ſenem aliquam fábricam fingit? SY. *ſtólidus eſt.*
CH. *At te ádiutare opórtet aduleſcéntuli*
Cauſá. SY. *facile equidem fácere poſſum, ſi iubes:*
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, cálleo.
CH. *Tanto hércle melior.* SY. *nón eſt mentirí meum.*
CH. *Fac érgo.* SY. *at heus tu, fácitodum eadem haec mémineris,*
Siquíd huius ſimile fórte aliquando euénerit,
Ut ſúnt humana, túus ut faciat fílius.
CH. *Non úſus ueniet, ſpéro.* SY. *ſpero hercle égo quoque:*
Neque eó nunc dico, quó quicquam illum ſénſerim:
Set ſí quid, nequid; quaé ſit eius aetás, uides:
Et ne égo te, ſi uſus uéniat, magnificé, Chreme,
Tractáre poſſim. CH. *de íſtoc, cum uſus uénerit,*
Uidébimus quod ópus ſit: nunc iſtúc age.
SY. *Numquám commodius úmquam erum audiuí loqui,*
Nec cúm malefacere créderem mi inpúnius
Licére. quiſnam a nóbis egreditúr foras?

quorum neutrum placet. Repono:
Huic jam manſiſſet unicus gnatus domi.
Andr. IV, 4, 47. *Hanc jam oportet.*

30 *Illaec dicat.* Lege cum duobus noſtris *Ille haec dicat.*

32 *At nunc quid exſpectat?* Liber Bembinus, & alii antiqui habent *& nunc:* quod magis conſequens videtur. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Et nunc.*

33 *An dum hinc denuo Abeat, cum tolerare hujus ſumptus non queat. Hujus,* inquiunt, Clinia amicae, Bacchidis. Ita quidem neceſſe eſt, ſi retinetur haec lectio. Sed codices noſtri univerſi *Illius,* non *Hujus.* Latet altius vitium. Repone:
Et nunc quid exſpectat, Syre? an dum hinc denuo
Abigat, cum tolerare illius ſumptus non queat.
An Dromo exſpectat & ceſſat; dum Herus denuo filium hinc abigat? Nam ſic de ſe ipſo Menedemus, I, 1, 82.
Eum hinc ejeci miſerum injuſtitia mea.
& Chremes id redarguit, III, 1, 37. *Filium proterruiſti hinc.* Atqui id ipſum eſt *Abigere.* Adel. III, 4, 38. *Abigam hunc rus.*

Neque eo nunc dico quod quicquam illum 43
ſenſerim. Liber Bembinus, *quo quicquam.* FAERNUS. Noſtri omnes mendoſe *Quod.*

Videbimus quid opus ſit. Meliores noſtri 47
melius, *Quod opus ſit.*

Malefacerem. Sic dedit Faernus; ſic habent 49
Codices noſtri. Sed certa eſt Mureti emendatio, *Malefacere.* Ceterum, ubi Chremes dixiſſet, *Iſtuc age,* continuo domum ibat: Tres ſequentes verſus per ſe Scenam conſtituunt. Nam dum Syrus ſolus ſecum eos pronuntiat; Chremes interim filium cum Bacchide deprehendit, & iratus in ſcenam redit, filio quoque evocato.

CH. *Quid.*

ACTUS III. SCAENA. III.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CH. *QUI' D istuc quaeso? quí istic mos est, Clítipho? itane fíeri oportet?*
CL. *Quíd ego feci?* CH. *uídin ego te módo manum in sinum huíc meretrici*
'Inserere? SY. *acta haec rés est. perii.* CL. *méne?* CH. *hisce oculis, né nega.*
Facis ádeo indigne iniúriam illi, quí non abstineás manum:
Nam istaéc quidem contumélia est:
Hóminem amicum récipere ad te, atque éius amicam súbigitare.
Uél heri in uino quám inmodestus fuísti! SY. *factum.* CH. *quám molestus!*
'Ut equidem, ita me di ament, metui, quíd futurum dénique esset!
Nóui ego amantis: ánimum aduertunt gráuiter, quae non cénseas.

1 CH. *Quid istuc quaeso?* Duo primi versus hujus scenae sunt trochaici tetrametri acatalectici; item sextus, septimus, octavus, undecimus, tertius decimus, decimus nonus, & vigesimus primus. quintus vero dimeter Iambicus, elisō ex *quidem m*, quamvis sequente consonante. ceteri his intermixti, trochaici catalectici. sequentes vero, partim Iambici octonarii, & unus dimeter: partim trochaici catalectici. ut quidem hi omnes versus in libro Bembino, & aliis ordinati sunt, nam hucusque in impressis aliter habent, FAERNUS.

3 *Manum in sinum huic meretrici inserere?* Liber Bembinus *ingerere*, quod mihi aeque placet. FAERNUS.
Omnes nostri *Inserere*, quae vera lectio est. Certa fides a Nasone est; qui *Inseruisse manum* habet, versu ipso non patiente, ut *Ingessisse* subsistuas: Amor. II, 15.
Et laevam tunicis inseruisse manum.

6 *Subagitare.* Sic dedit Faernus: sed veterrimi quique nostri *Subigitare*; ut & codices Plautini habent. *Subigitare*, nihil hic amplius est, quam lascivius contrectare.

7 *Vel heri in convivio.* Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, non *in convivio* habent, sed in *vino*. in quo etiam libro versus finit, non in *factum*; sed in *quam molestus*; hoc modo: *Utl heri in vino quam immodestus fuisti? SY. factum.* CH. *quam molestus?* FAERNUS. Nostri universi *In vino.*

8 *Ut equidem, ita me di ament, metui.* Guyetus hic corrigit, *Ut metuerim*, hoc est, *Adeo ut* metuerim: atque hoc arripuit & transtulit vir eruditus. Magno conatu nihil agitur. *Ut* hic inceptivum est, ut passim.
Ut praeter spem evenit!
O fortuna, ut numquam perpetuo ec bona!, Plaut. Epid. I, 1, 54.
Di immortales, ut ego interii hodie!

9 *Novi ego amantium animos.* O. l. s. *animum.* ita procedit optime trochaicus. FAERNUS.
Omnes nostri *Animum.* Hoc recte: sed aliud restat:
Novi ego amantium animum, advertunt graviter quae non sentias.
Novi animum, recte sane: ut Adel. II, 2, 15.
Age novi tuum animum. Et Plaut. Mil. III, 1, 44.
Nam nisi qui ipse amavit, aegre amantis ingenium inspicit.
Sed ambigui vitium hic turbat; cum enim *Animum advertere* passim apud Hunc & Plautum dicatur, *Advertere* per se eo sensu nusquam; si distinguas post *Animum*, plane contra morem egeris. Nimirum certa est Palmerii emendatio:
Novi ego amantis: animum advertunt.
Amantis, terminatione prisca, hoc est, *Amantes.* Quod cum Magistri *Amantis* gen. sing. acciperent, necesse erat ut supponerent *Amantium. Novi amantes*, novi quales, quali animo sint. Sic And. IV, 4, 33. *Nae illa* illum *haut novit.* V, 4, 11. *Si, Simo*, hunc *noris satis.* Alibi, *Novi ego* nostros.

At

CL. *'At fides mi aput húnc eſt, nil me iſtíus facturúm, pater.*
CH. *'Eſto: at certe ut hínc concedas áliquo ab ore eorum áliquantiſper.*
Múlta fert libído: ea prohibet fácere tua praeſéntia.
Dé me ego facio cónjecturam. némoſt meorum amícorum hodie,
Apúd quem expromere ómnia mea occúlta, Clitipho, aúdeam.
Aput álium prohibet dígnitas; aput álium ipſius factí pudet;
Ne inéptus, ne protéruos uidear: quód illum facere crédito.
Set nóſtrum eſt intellégere; atque utcumque, úbicumque opus eſt, óbſequi.
SY. *Quíd iſtic narrat?* CL. *périi.* SY. *Clitipho, haéc ego praecipió tibi?*
Hóminis frugi et témperantis fúnctus's officium. CL. *tace ſódes.*
SY. *Récte ſane.* CH. *Sy're, pudet me.* SY. *crédo: neque id iniúria: quin*
Mihi moleſtumſt. CL. *pérgin?* SY. *hercle uérum dico, quód uidetur.*
CL. *Nónne accedam ad íllos?* CH. *eho quaeſo úna accedundí uia eſt?*

10 *At mihi fides.* Lege cum uno ex Regiis, ut Trochaicus ſit aeque ac ceteri.
At fides mi aput hunc eſt.

11 *Eſto: at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper.* Liber Bembinus & alii antiqui, ita collocant, *ab ore eorum.* Ceterum Victorianus & Decurtatus habent *concedas hinc*, qua particula addita melius verſus procedit, qui eſt trochaicus acatalecticus. FAERNUS.
Eſto: at certe cóncedás hinc aliquo ab ore eorum aliquantiſper.
Sic dedit Faernus, *Cóncedás* duplici accentu non ſatis venuſte. *Hinc* nulli ex noſtris: ſed tres veterrimi, *Certe ut concedas.* Repone:
Eſto: at certe ut hinc concedas aliquo.
Ut, ea forma & ſenſu, paſſim.

12 *Ea prohibet facere.* Liber Bembinus *facere prohibet.* FAERNUS. Ex Bembino ſolo Faernus dedit *Facere prohibet*; cum & ceteri ejus & Noſtri univerſi habeant, *Prohibet facere*; numeris melioribus, & minore licentia.

13 *Ego de me facio conjecturam.* Vir eruditus Iambicum tetrametrum Hypercatalectum hic ſtatuit; quales tres vel quattuor alios exiſtimat. Et ſic ſane eſt, ſi recepta lectio admittatur. Sed cum nullus ejuſmodi extet; nec Muſicae rationes id patiantur, pro erratis paucos iſtos habebimus & levi opera corrigemus. Hic repono, *De me ego facio conjecturam.* Poteris etiam; *'Ego ex me fácio:* ut ſupra II, 3, 25. Adel. V, 3, 36. Sed Plautus etiam *De me conjecturam.* Caſ II, 3, 8. Ciſt. II, 1, 2.

15 *Ipſius facti piget.* In libro Bembino, & aliquot aliis antiquis *pudet.* quod magis videtur convenire. FAERNUS. Noſtri omnes *Piget*, uno Regio excepto.

17 *Set noſtrum eſt intellegere; utcúmque atque úbicumque opus ſit obſequi.* Sic codices omnes: ſed hiat & ſine cemento eſt ſententia. Quanto venuſtius eſt, quod a me jam habobis:
Set noſtrum eſt intellegere. atque útcumque úbicumque opus eſt obſequi.
Nota modo iſtam accentus venerem, *'Utcumque úbicumque*; quae in recepta lectione nulla eſt. *Ut* ad modum & rationem ſpectat, *Ubi* ad tempus & locum. Andr. IV, 3, 22.
Ut ſubſervias
Orationi, utcumque opuſt, verbis vide.
Eſt autem reponimus pro *Sit.* Plaut. Ep. I, 1, 47.
Utcumque in alto ventus eſt. Et Poen. III, 5, 9.
Utcumque eſt ventus, exin velum vertitur.

21 *Quin mihi moleſtum'ſt.* CLIT. *pergin hercle.* In libro Bembino eſt pro *pergin, perdis.* ego *pergis* lego affirmative; quod cum *hercle* magis congruit. ut & in Phormione:
Pergis hercle. numquam tu odio tuo me vincer.
FAERNUS.
Noſtri omnes *Pergin?* & recte, modo *Hercle* Syro tribuas hoc modo:
Neque id injuria: quin
Mihi moleſtumſt. Pergin? Hercle verum dico
quod videtur.
Quin praecedenti verſui appono: quod poſteriori dedit Faernus.

22 *Nonne accedam ad illos?* Libri aliquot, inter

SY. *Actumst: hic prius se indicarit quám ego argentum effécero.*
Chremé, uin tu homini stúlto mi auscultáre? CH. *quid faciám?*
SY. *iube hunc*
Abíre hinc aliquo. CL. *quó ego hinc abeam?* SY. *quó lubet: da illís locum:*
Abi deámbulatum. CL. *deámbulatum, quó?* SY. *uah, quasi desít locus.*
Abi sáne istac, istórsum, quouis. CH. *récte dicit, cénseo.*
CL. *Di te éradicent, qui ístinc me extrudás, Syre.*
SY. *At tú tibi istas pósthac comprimitó manus.*
Cénsen uero? quíd illum porro crédis facturúm, Chreme?
Nísi eum, quantum tibi opis di dant, séruas, castigás, mones.
CH. *Ego istuc curabo.* SY. *átqui nunc, ere, híc tibi adseruándus est.*
CH. *Fiet.* SY. *si sapiás: nam mihi iam mínus minusque obtémperat.*

ter quos Bembinus, *non accedam.* FAERNUS. Noſtri omnes *Nonne:* quod placet.

23 *Actum eſt; hic prius ſe indicarit quam ego argentum effero. Chreme.* Liber Bembinus pro *effero* habet *effecero.* quod quanto melius ſit, neminem arbitror non videre. nam *effero* nullo modo quadrat, cum nec dum argentum eſſet in promptu, ut poſſet efferri. *effecero* autem exponendum, confectum reddidero. praeterea idem liber Bembinus & aliquot alii ita digerunt hos verſus:

Actum'ſt: hic prius ſe indicarit, quam ego argentum effecero.
Chreme vin tu homini ſtulto mihi auſcultare?
CH. *quid faciam?* SY. *jube hunc.*

Sed in *quam ego,* non fiet eliſio: & in *Chreme,* poſterior ſyllaba corripietur. *mihi* vero, monoſyllabum erit. FAERNUS.

Noſtri omnes mendoſe, *Effero.* Recte Faernus: niſi quod *Chreme* poſteriorem corripere putet: immo producit, & Iambicus eſt, ut ſequentes.

28 *Qui me iſtinc extrudis.* Ex ratione verſus, & fide libri Bembini, & aliquot aliorum, lego *hinc extrudis.* verſus eſt trochaicus tetrameter acatalecticus: at qui ſequitur, & ipſe trochaicus dimeter catalecticus. FAERNUS.

Di te eradicent, Syre, qui me hinc extrudis,
at tu pol tibi iſtas
Poſthac comprimito manus.

Sic verſus conſtituit: ſed prior hypermeter eſt, qualis nullus extat, niſi mendoſus; ut dixi ad verſum hic 13. Illud *Pol* neſcio unde venerit. Nec ex noſtris ullus, nec vett. Edd. id agnoſcunt: & univerſi habent *Iſtinc* non *Hinc* Repone:

Di te eradicent, qui iſtinc me extrudas, Syre,
At tu tibi iſtas poſthac comprimito manus.

Extrudas cum in veterrimo noſtro eſt, tum in egregio illo Palatino G. Fabricii.

Quantum di dant tibi opis. Melior videtur 31
compoſitio, quae eſt in libro Bembino, & aliis antiquis, *quantum tibi opis di dant.* FAERNUS. Noſtri omnes; *Tibi opis;* ſed iidem *Dent* non *Dant.* Plaut. Ciſt. V, 2, 1. *Niſi quid mihi opis di dant, diſperii.*

De fallacia dicis? hem inveni nuper quandam. 36
In nullo l. s. invenio dictionem *hem,* quae & alioqui hic inepta eſt, & nullum ſenſum habet. aliqui loco ejus nihil prorſus habent: aliqui has duas voces *inventa eſt,* quod ſtare non poteſt: in Bembino & aliis antiquis legitur *eſt.* quod cum hic nullo modo cohaereat, ſine dubio corruptum putamus: & pro *eſt,* legendum *ſt,* quae nota eſt indicentis ſilentium. quaſi nolit Syrus fallaciam ab ſe inventam enuntiari foras, ne qua forte ad Menedemum permanet. FAERNUS.

Tres hos verſus ſic dedit Faernus:

Quid tu? ecquid de illo quod dudum tecum
egi, egiſti, Syre? aut
Repperiſti tibi quod placeat, an nondum etiam?
De fallacia
Dicis? ſt. inveni nuper quandam. Frugi es:
cedo quid eſt.

Ubi verſus medius toto pede excurrit: Si a *Riſti* incipis, bene ſe habent numeri: In ultimo verſu *St* quod Faernus ex conjectura poſuit,

Digitized by Google

CH. *Quíd tu? ecquid de illó, quod dudum técum egi, egisti, Syre?*
Aút est tibi, quod pláceat, an nondum étiam? SY. *de fallácia*
Dícis? est: inuéni nuper quándam. CH. *frugi es. cédo quid est?*
SY. *Dícam: uerum, ut álium ex alio incidit.* CH. *quidnám, Syre?*
SY. *Péssuma haec est méretrix.* CH. *ita uidétur.* SY. *immo sí scias.*
Uáh, uide quod inceptet facinus. Fuit quaedam anus Corínthia
Híc; huic drachumárum argenti haec mílle dederat mútuum.
CH. *Quíd tum?* SY. *ea mortuást: reliquit fíliam aduléscéntulam.*
Ea relicta huic árraboni est pro illo argento. CH. *intéllego.*
SY. *Hánc secum huc addúxit, eam quae est núnc aput uxorém tuam.*
CH. *Quíd tum?* SY. *Cliniam órat, sibi ut id núnc det: illa illí tamen*
Póst datum iri mílle numum praés sit. CH. *et praes sít quidem?* SY. *hui,*

fuit, prorsus ineptum est. Quorsum enim silentio opus, cum soli in scena sint? Meliores quique codices habent, *Est*; quo indicio, & istum & priorem quoque versum certo restitui:

Quid tu? ecquid de illo quod dudum tecum egi, egisti, Syre?
Aut est tibi, quod placeat, an nondum etiam? De fallacia
Dicis? est. inveni nuper.

Est tibi? hoc est, *Habes?* cui respondet Syrus *Est*, id est, *Habeo*. Vides vero jam, unde venerit illud *Repperisti*, quod cum primo interpretatio fuerit *tũ Est*; postea in textum se insinuavit, & alterum inde expulit. And. IV, 4, 50.

Novi omnem rem. est Simo intus? Est. *Ne me* [*attigas.*

Adel. IV, 2, 3.

Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? Sunt. [*quid postea?*

Heaut. V, 4, 6.

Ne in animum inducas tuum Alienum esse te. Sum.

Ib. *Cedo quid id est?* Liber Bembinus & nonnulli alii non habent particulam *id*: sed utroque modo stat versus. FAERNUS. Unus tantum ex optimis nostris, *Quid est?*

39 *Immo si scias, Vah, vide quod inceptet facinus.* Sic ex fuit Faernus: sed nihil adnotat. Edd. vett. & plerique nostri *Hoc vide*. Petrensis tamen *Vah vide*, ut Faernus. Atque id placet. Plerique nostri *Inceptet*, non *Inceptat*. Utrumvis probe.

40 *Hic: huic drachmarum haec argenti mille dederat mutuum.* Sic Faernus: sed nostri universi cum Edd. vett. *Argenti haec*. Nihilum ab auctore venit antiquae illud monetae:

Hic: huic drachumarum argenti haec mille dederat mutuum.

Plaut. Trin. II, 4, 23.

Trapezitae mille drachumarum Olympicum.

Ea quae est nunc ad uxorem tuam. Libri 43
Bembinus, Victorianus, & Decurtatus, *apud uxorem*. Basilicanus & alii *ad*, quod magis placet. FAERNUS. Plures ex nostris *Ad*: sed placet *Apud*. Et deinde pro *Ea quae est*. Repone, *Eam quae est*.

CH. *Quid tum?* SY. *Clinia orat sibi uti nunc* 44
det illam: illi tamen
Post daturum mille numum poscit. Qui praecedentia bene considerarit, id est, *pessima haec est meretrix:* & *vide quod inceptet facinus*; cum postea viderit eam nihil moliri, nihil omnino agere, neque mali, neque boni, nimirum existimabit locum esse corruptum; quem nos ex auctoritate librorum antiquissimorum, Vaticani & Bembini, ita emendamus, ut pro *Clinia Cliniam*, pro *daturum daturam*, legamus: quod posterius etiam in libro Victoriano est, & eo amplius ex Vaticano & Basilicano & nonnullis aliis pro, *uti nunc, uti id nunc*. Itaque distinguemus.

CH. *Quid tum?* SY. *Cliniam orat, sibi uti id*
nunc det: illam illi tamen
Post daturam mille numum poscit.

ut sit sensus. haec meretrix Cliniam orat, ut sibi nunc det id argentum, quod ipsa mutuum dederat anui illi Corinthiae: illam enim puellam, quae relicta est arraboni, post daturam illi, id est Cliniae, mille numum. Quid

Dúbium id eſt? ego ſíc putaui. CH. *quíd nunc facere cógitas?*
SY. *'Egone? ad Menedemum íbo: dicam hanc éſſe captam ex Cária,*
Dítem et nobilém: ſi redimat, mágnum eſſe in ea ré lucrum.
CH. *'Erras.* SY. *quid ita?* CH. *pró Menedemo núnc tibi ego reſpóndeo.*
Nón emo. SY. *quid áis? optata lóquere.* CH. *atqui non éſt opus.*
SY. *Nón eſt opus?* CH. *non hércle uero.* SY. *quí iſtuc, miror.* CH. *iám ſcies.*
SY. *Máne, mane, quid eſt, quód tam a nobis gráuiter crepuerúnt fores?*

ACTUS

vero hic ſignificet verbum *poſcit*, non ſane ex grammaticis liquet. ratio tamen ſenſuſque cogit, id intellegi. pro *pollicetur*, aut *offert*. FAERNUS.

Hos verſus ſic dedit Faernus.

Quid tum. SY. *Cliniam orat; ſibi uti id nunc*
det: illam illi tamen
Poſt daturam mille numum poſcit. CH. *Et*
poſcit quidem? SY. *Hui,*
Dubium id eſt? CH *Ego ſic putavi. quid nunc*
facere cogitas?

Et profecto primus ille ſententiam ſubodoratus eſt: verba praeſtare non auſus. Senſus poſtulat, ut *Poſcit* ſit *Pollicetur* aut *Offert* vel ſimile quid; uſus & ſermonis ratio non id concedit. Ego vero cum omnes hujus fallaciae, technae, fabricae partes conſiderarem & inter ſe conferrem; ſtatim & recta via in veram hujus loci lectionem deveni: ſententia enim ſemel reperta, verba ſponte ſequebantur. Fingit Syrus, Antiphilam arraboni Bacchidi relictam eſſe pro mille Drachmis: Bacchidem, quae hic Cliniae amica fingitur, eam ſummam a Clinia praeſente pecunia petere: Syrum, ut a Menedemo hanc ſummam auferret, porro ficturum eſſe, captam eſſe a Caria Antiphilam, ditem in ſua patria & nobilem; ſi Menedemus pro captiva eam mille drachmis emere velit; magnum fore mox lucrum, cum a parentibus vel cognatis redimeretur: eas mille drachmas Bacchidi dandas eſſe: & Antiphilam in domo Menedemi futuram: ubi filius familias Clinia facile & tuto cum ea conſueſcere poſſet. Haec fallaciae hujus ſumma eſt: ad quam tamen obtinendam neceſſe erat, ut Bacchis Antiphilam a ſe abalienaret, & Menedemo traderet. Id quoque non omiſſum a Syro erat, ſed mendoſa lectio jam a multis ſaeculis rem obſcuravit. Revocabo tibi ſepultam illam ſcripturam:

Quid tum? SY. *Cliniam orat, ſibi ut id nunc*
det: illa illi tamen
Poſt datum iri mille numum praes ſit. CH. *Et*
praes ſit quidem? SY. *Hui,*
Dubium id eſt? ego ſic putavi. CH. *Quid*
nunc facere cogitas?

Illa, id eſt Antiphila, *Praes ſit* ſive arraboni ſit, oppignoretur, *Id mille numum* ſive iſtas mille drachmas, *Poſt datum iri illi*, id eſt Cliniae ſive ejus patri. *Datum iri* reponimus pro *Daturam* vel ut noſtri omnes uno excepto *Daturum*. Sic in Andria *Deſerturum* erat pro *Deſertum iri*, & alibi non ſemel eodem modo peccatum eſt. A *Praes ſit*, hoc eſt, compendioſe *pſsit*, virgula ſuperne ducta, factum eſt *Poſcit*. Quid *Praes* ſit, jam notiſſimum eſt: Auſonius in Technopaegnio:

Quis ſubit in poenam capitali judicio? Vas.
Quid ſi lis fuerit nummaria, quis dabitur?
Praes.

Ergo pro iſta pecunia, iſto mille numum, praes dabitur Antiphila. *Mille* hic ſingularis numeri eſt. Vide Gellium I, 16. *Ego ſic putavi* ſunt Syri verba, ut recte codex Bembinus. Ego putavi eam praedem fore. Sic IV, 5, 37. Idem Syrus de alia ſua techna:

Credebam. Minime. Scite poterat fieri.

Porro *Praes ſit.* CH. *Et praes ſit quidem?* ut Plaut. Bacc. II, 2, 44. [*quidem?*
A. *Nam jam huc adveniet miles.* B. *Et miles.*

CH. *Et poſcit quidem.* Alii *poſcet* legunt. Ib. Sed.

ACTUS IV. SCAENA I.

SOSTRATA. CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

SO. *NISI me ánimus fallit, híc profécto eſt ánulus, quem ego ſúſpicor,*
Is, quícum expoſita eſt gnáta. CH. *quid uolt ſíbi, Syre, haec orátio?*
SO. *Quid eſt? íſne tibi uidétur?* NU. *dixi equidem, úbi mi oſtendiſti, ílico,*
Eum éſſe. SO. *at ſatis ut cóntemplata módo ſis, mea nutríx.* NU. *ſatis.*
SO. *Abi núnc iam intro; atque ílla ſi iam láuerit, mihi núntia.*
Hic égo uirum interea ópperibor. SY. *té uolt: uideas quíd uelit:*
Neſcio quid triſtis éſt: non temereſt: métuo quid ſit. CH. *quíd ſiet?*

Sed utroque modo hoc mihi non ſatis clarum. FAERNUS.

46 *Dubiumne id eſt?* Liber Bembinus non habet particulam *ne*, ſine qua melius procedit trochaicus, & perſonam Chremetis annotat poſt *putavi*. FAERNUS.

48 *Si redimat, magnum ineſſe in ea lucrum.* Sic dedit Faernus, quod a correctoribus veniſſe ſuſpicio eſt. Quippe noſtri codices univerſi cum Edd. vett. *Magnum in ea eſſe lucrum.* Repono:

Si redimat, magnum eſſe in ea re lucrum.

In ea re, hoc eſt, in redemptione; non in ipſa Antiphila. Plautus Epid. II, 2, 117. in fallacia plane ſimili:

Miles Rhodius, hic emet illam de te, & dabit aurum lubens:
Tace modo. eſt lucrum hic tibi amplum.

Hic prorſus, ut noſter *In ea re*.

50 *Non emo. quid ais?* Aliqui libri *quid agis?* inter quos Bembinus, & Baſilicanus. FAERNUS.

Non emo: quid agis? SY. *optata loquere.*

Sic dedit Faernus: & ſic quidem plerique noſtri. Sed duo, & vett. Edd. *Ais*. Recte: modo perſonam mutes:

CH. *Non emo.* SY. *Quid ais? optata loquere.*

Quid ais? non eſt Interrogantis, ſed (ut paſſim) exclamantis & re inopinata percuſſi.

51 CH *Atqui non opus eſt.* O. l. s. *non eſt opus.* liber vero Bembinus, hic ſic notatas perſonas habet: CH *qui.* SY. *non eſt opus.* CH. *non opus eſt.* SY. *non hercle vero.* CH. *quid iſtuc? miror.* SY. *jam ſcies. Mane mane* &c. haec adnotare placuit, ſi quis forte clariorem aliquem ſenſum poſſit elicere, quam ex impreſſa diſtinctione. FAERNUS. *Non opus eſt?* Lege ex aliquot noſtris, *Non eſt opus?* & pro *Quid iſtuc miror*, lege ex pleriſque noſtris, *Qui iſtuc, miror.*

Mane mane. quid eſt quod tam a nobis graviter crepuere fores? O. l. s. *crepuerunt.* ita optime ſtat trochaicus, correpta priore ſyllaba verbi *mane*, ut ſaepe alibi: vel ex *quid d* eliſo. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Crepuerunt*. Sed haec Syro tribuenda ſunt; qui Chremen dicturum interpellat. Et ideo *A nobis*; non ut dominus aedium diceret *A me*. 52

Quid eſt? iſne tibi videtur? N. *dixi equidem ubi mihi oſtendiſti ilico.* Verſus hic hoc modo ſtat, ut, *mihi* in unam ſyllabam contracto, & per ſynaloephen eliſo; item eliſo *s* ex prima ſyllaba dictionis *oſtendiſti*, in ſexta ſede ſit anapaeſtus. FAERNUS. Immo *Oſtendiſti* primam hic habet longam. 3

At út ſatis cóntemplata. Repone: *At ſátis ut cont.* 4

Abi jam nunc intro. O. l. s. *abi nunc jam intro.* ita *abi* erit Iambus, qui aliter eſſet pyrrichius. FAERNUS. Noſtri quoque libri, *Abi nunc iam:* ſed & ſic *Abi* erit Pyrrichius, *Jam* ut ſolet in diſyllabon reſoluto. 5

Metuo quid ſiet. O. l. s. *quid ſit:* ita bene verſus procedit. ſed hoc amplius Bembinus & Victorianus pro *metuo*, *timeo* habent. FAERNUS. Noſtri omnes *Metuo*, & *Sit*. 7

Ne iſta hércle magno iám conatu mágnas nugas díxerit.
SO. *Ehem mí uir.* CH. *ehem mea úxor.* SO. *te ipſum quaéro.* CH. *loquere quíd uelis.*
SO. *Prímum hoc te oro, né quid credas me áduerſum edictúm tuum*
Fácere eſſe auſam. CH. *uín me iſtuc tibi, etſi incredibileſt, crédere?*
Crédo. SY. *neſcio quíd peccati pórtat haec purgátio.*
SO. *Méminiſtin me gráuidam, et mihi te máxumo opere edícere,*
Sí puellam párerem, nolle tólli? CH. *ſcio quid féceris.*
Súſtuliſti. SY. *ſíc eſt factum: mínor ergo erus damno aúctus eſt.*
SO. *Mínime: ſet erat híc Corinthia ánus haut inpura: eí dedi*
Exponendam. CH. *o Iúppiter, tantam éſſe in animo inſcítiam?*
SO. *Périi. quid ego féci?* CH. *at rogitas?* SO. *ſí peccaui, mí Chreme,*
Inſciens feci. CH. *íd quidem ego, ſi tú neges, certó ſcio,*

81 *Etſi incredibile eſt.* Liber Bembinus, *& incredibile eſt.* quod ſi admittimus, per parentheſin legetur. ita trochaicus optime conſtat. aliter *tibi* in unam ſyllabam contrahendum: vel ex *etſi t* elidendum. FAERNUS. Noſtri omnes *Etſi*; nec Trochaico metuendum eſt.

82 *Portet haec purgatio.* Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, & alii antiqui, *portat.* FAERNUS. Noſtri quoque *Portat.*

83 *Meminiſti me eſſe gravidam, & mihi te magnopere interminatum.* Omnes quotquot ſunt l. s. *maximopere interminatum.* Soli Bembinus, & Victorianus, *maxumo opere dicere*; quam antiquam & veram eſſe lectionem puto: hanc enim & ſenſus admittit, & ratio verſus: qui trochaicus eſt, ut ceteri: habens proceleuſmaticum in paenultima ſede. FAERNUS.

Lege, ejecto *Eſſe*, & ex *Dicere*, quod & Eugraphius habet, facto *Edicere*;

Méminiſtin me gravidam & mihi te maxumo opere edicere.

Interminatum quod libri noſtri habent, ex interpretatione venit. *Meminiſtin edicere*; ut & Guyetus vidit. Sic And. II, 5, 18. *Memini videre.* Ibidem III, 2, 15. *Edixin tibi, Interminatus ſum ne faceres?* Ideo Eſſe ejicitur; ne Iambicus inter Trochaicos irrepat.

85 *Súſtuliſti.* SY. *Sic eſt factum, domina.* Liber Bembinus poſt *ſuſtuliſti*, ita notatas habet perſonas. SO. *ſic eſt factum.* SY. *domina ergo erus damno auctus eſt.* ſed haec lectio non videtur procedere, quum infra Soſtrata dicat, *minime.* hoc enim dicendo aut negat ſe ſuſtuliſſe, quod cum praecedentibus pugnat; aut negat Chremetem damno auctum; quod probabile non videtur, ea dicere, cum ipſa de damno nullam infra mentionem faciat. omnes alii libri, & antiqui, & recentes, haec omnia verba Syro attribuunt. FAERNUS.

CH. *Suſtuliſti.* SY. *ſic eſt factum, domina. ergo erus damno auctus eſt.*

Sic Faernus, & libri noſtri. Sed locum hunc non carere mendo recte ſuſpicatus eſt Vir doctus: quid tamen iſta ejus conjectura ſibi velit, *Dominae ergo herus damno auctus eſt.* equidem non intellego: nec de ea plura dicam; cum neſciam utrum velit, *Dominae herus*, an *Dominae damno?* Acidalius ad Paterculum ſic corrigebat:

Sic eſt factum: domina ego, herus damno auctus eſt.

Ingenioſe, hoc confitendum eſt: & ideo Guyetum plauſorem ſibi invenit. Syrus nova domina, Chremes damno, novae ſcilicet dotis, auctus eſt. Quamquam autem juvenili jactantia Acidalius *edicat omnibus ſic eſſe ſcribendum:* liceat tamen mihi novam aleam periclitari. Repono igitur:

Suſtuliſti: Sic eſt factum: minor ergo herus damno auctus eſt.

Ex *Domina* facio *Minor.* Herus minor eſt. Clitipho, qui profecto ſorore inventa mactabatur dotis ejus damno. Sic olim legebat Eugraphius. ut ex verbis ejus colligas: *Nove dixit,*

Digitized by Google

Te ínſcientem atque ínprudentem dícere ac facere ómnia:
Tót peccata in hác re oſtendis. nám iam primum, ſí meum
Imperium exſequí uoluiſſes, ínteremptam opórtuit:
Nón ſimulare mórtem uerbis, reípſa ſpem uitaé dare.
At id omitto: miſericordia, ánimus maternús: ſino.
Quám bene uero abs té proſpectum eſt: quíd uoluiſti? cógita:
Némpe illi anui ródita abs te fília eſt planiſſume,
Pér te uel uti quaéſtum faceret, uél uti uenirét palam.
Crédo, id cogitáſti, Quiduis ſátis eſt, dum uiuát modo.
Quíd cum illiſce agás, qui neque ius néque bonum atque aequóm ſciunt?
Mélius, peius, próſit, obſit, níl uident, niſi quód lubet?
Mí Chreme, peccáui, fateor: uíncor. nunc hoc te óbſecro;
Quánto tu me es ánnis grauior, tánto es ignoſcéntior:

dixit, Auctus damno, quod ei coheres puella venerit. Ergo de Clitiphone hoc intellexit. Plaut. Aſin. II, 2, 63. *Ubinam eſt herus? Major apud forumſt, minor hic eſt intus.* Merc. I, 2, 2. *Herus ut minor opera tua ſervetur, agedum Acanthio.* Sic alibi aliquoties. Herus minor eſt filius herilis.

16 *Minime. ſed hic erat anus Corinthia haud impura: ei dedi*
Exponendam. CH. *o Juppiter tantam eſſe in animo inſcitiam.* O. l. s. *tantamne*, habent; ſed nos Bembinum ſequimur, in quo eſt vulgata lectio. in ceteris omnes in hanc lectionem conſentiunt, quae & optime verſibus ſervit, qui aliter impediti ſunt:
Minime. ſed erat hic Corinthia anus haud impura: ei dedi
Exponendam. CH. *o Juppiter, tantam eſſe in animo inſcitiam.* FAERNUS.
Noſtri omnes *Tantamne.*

18 *Rogitas.* Codices plerique omnes, *At rogitas?* quod majoris eſt indignationis.

19 *Id equidem ego, etiamſi tu neges.* Liber Bembinus non habet vocem *etiam*, quae & verſum impedit, & ſenſui non eſt neceſſaria. alii omnes libri habent, *etſi tu neges.* quod & ipſum ſtare poteſt. praeterea ſolus Bembinus *equidem*, alii omnes *quidem* habent. FAERNUS. Noſtri omnes *Id quidem ego.* Quippe *Equidem* per ſe valet *Ego quidem:* unde cum verbo perſonae primae ſemper jungebatur, ante Neronis aetatem.

Nempe anui illi. Lege, *Nempe illi ánui.* & v. 29. *Quid cum illiſce agas?* non *Illis.* 26

Quidvis ſatius eſt. O. l. s. *ſatis eſt.* ut & exigit verſus. FAERNUS. Et noſtri omnes *Satis.* 28

Nunc te obſecro. Poſt *nunc*, aliqui libri, inter quos Bembinus, habent pronomen *hoc*, ita etiam verſu expoſcente. FAERNUS. 31

Quanto tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior. Hic verſus crucem fixit omnibus interpretibus: Guyetus male ſe ultus crucem ei figit, & pro ſpurio hinc ablegat. Quid enim eſt *Animus natu gravior?* quis umquam mortalium ſic loqui vellet? ſed eſto, ut *Animus* ſit ipſe homo, *Natu gravior* idem ac aetate gravior; quid per ſe, ſine comparativo *Tanto*, facit hic *Ignoſcentior?* Anne qui major natu eſt, ideo natura & ſponte fit ignoſcentior, ſine cultu & diſciplina? Qui fit ergo, ut ſenes plerumque ſint iracundi, moroſi, difficiles? Omnino *Tanto* hic neceſſarium eſt, quod libri aliquot habent; nonnulli *Tanto ſit, Tanto eſto.* Tu repone: 32
[*ſcentior.*
Quanto tu me es annis gravior, tanto es ignoſcentior.
Ubi *Animus* hoc eſt, ſcriptura vetere *anus*, pro *anis* ſemel ſubrepſit; cetera ſtatim ſubſecuta ſunt. *Annis gravior*, aetate provectior: ut Horat. Serm. I, 1.
O fortunati mercatores, gravis annis Miles ait.
Poſterius.

'Ut meae ſtultitiaé iuſtitia túa ſit aliquid praéſidi.
CH. *Scílicet equidem íſtuc factum ignóſcam: uerum, Sóſtrata,*
Mále docet te méa facilitas múlta. ſet iſtuc quícquid eſt,
Quá hoc occeptumſt caúſa, eloquere. s. *ut ſtúltae et miſerae omnés ſumus*
Réligioſae; cum éxponendam dó illi, de digito ánulum
Détraho: et eum díco ut una cúm puella expóneret;
Sí moreretur, ne éxpers partis éſſet de noſtrís bonis.
CH. *'Iſtuc recte: cónſeruaſti té atque illam.* SO. *hic is eſt ánulus.*
CH. *'Unde habes?* SO. *quam Bácchis ſecum addúxit aduleſcéntulam:* SY. *hem.*
CH. *Quíd ea narrat?* SO. *éa, lauatum dum ít, ſeruandum míhi dedit.*
'Animum non aduórti primum: ſét poſtquam aſpexi, ílico
Cógnouì, ad te exílui. CH. *quid nunc ſúſpicare aut ínuenis*
De ílla? SO. *neſció; niſi ex ipſa quaéras, unde hunc hábuerit,*
Sí potis eſt reperíri. SY. *interii: plús ſpei uideo quám uolo:*
Nóſtra eſt, ſi ita eſt. CH. *uíuitne illa, cuí tu dederas?* SO. *néſcio.*
CH. *Quíd renuntiáuit olim?* SO. *féciſſe id quod iúſſeram.*
CH. *Nómen mulierí cedo quod ſit, út quaeratur.* SO. *Phíltere.*

Poſterius *Es* modi imperativi eſt. Servius ad Aen. IX, 201. ex Ter. Heaut. citat, *Natu gravior ignoſcentior:* unde mendi antiquitatem videas.

33 *Ut meae ſtultitiae juſtitia tua ſit aliquid praeſidii.* Liber Bembinus praepoſitionem *in* addit poſt *ſtultitiae.* quae lectio quanto melior ſit, omnes vident. ita etiam habebant Victorianus, & Baſilicanus, ſed nunc *in* abraſum eſt. FAERNUS.

Noſtri univerſi *Juſtitia tua* caſu recto: & recte, ut Tacitus *Sibi quiſque praeſidio,* & alii paſſim. *In juſtitia,* quod Bembinus exhibet vel ideo rejiciendum quod in ambiguum cadat, nec ab *Injuſtitia* ſono diſtingui poſſit.

36 *Cauſa loquere.* Lege ex codice Regio *Eloquere:* hoc eſt, Perge quod reſtat loqui. Et pro *Stultae & miſere* lege ex duobus noſtris veterrimis, *Ut ſtultae & miſerae omnes ſumus Religioſae.* Miſera tum erat Soſtrata, quod a duro marito juſſa erat filiam neci dare: & vulgare dictum eſt, ſtultos omnes & miſeros eſſe ſuperſtitioſos.

40 *Hic eſt anulus.* O. l. s. *hic is eſt.* Bembinus & Victorianus, quos & ſequimur, *is hic eſt.* FAERNUS. Noſtri *Hic is eſt,* accentu meliore.

Quid illa narrat? Noſtri univerſi cum vett. Edd. *Quid ea.* 42

Anulum non adverti primo: ſed poſtquam aſpexi ilico. Libri Bembinus, & Vaticanus pro *anulum* habent *animum,* ut ſit, non adverti animum. ita optime procedit trochaicus, aliter impeditus. ſane pro *primo,* Bembinus liber habet *primum.* FAERNUS. Duo ex melioribus noſtris *Animum,* & itidem *Primum.* 43

Niſi ut ex ipſa quaeras. In libro Bembino non eſt particula *ut,* qua ſublata verſus nihilominus ſtat, & ſenſus eſt optimus, exponendo *niſi,* pro *ſed;* ut ſaepe in hoc auctore. FAERNUS. Noſtri omnes: *Niſi ut ex ipſa.* 45

Quid renuntiavit olim? Poſt haec verba adnotata eſt in libro Bembino perſona Soſtratae, recentiori tamen manu. ita prius erat & in Victoriano, ſed deinde ut in vulgata lectione, mutatum eſt. FAERNUS. 48

Nomen mulieris cedo quod ſit. Lege *Mulieri.* 49

Sequere me intro hac. In libro Bembino non eſt dictio *hac.* qua ſublata verſus ſtabit, non faciendo ſynaloepham in *me intro.* eo magis 51

quia

SY. *Ipſa eſt. mirum ní illa ſalua eſt, ét ego perii.* CH. *Sóſtrata,*
Séquere me intro hac. SO. *út praeter ſpem euénit. quam timuí male,*
Né nunc animo ita éſſes duro, ut ólim in tollendó, Chreme.
CH. *Nón licet hominem éſſe ſaepe ita út uolt, ſi res nón ſinit.*
Núnc ita tempus fért, mi ut cupiam fíliam; olim níl minus.

ACTUS IV. SCAENA II.

SYRUS.

NISI me ánimus fallit, haút permultum a me áberit infortúnium:
Ita hác re in anguſtum óppido nunc meaé coguntur cópiae:
Niſi áliqua uideo, ne éſſe amicam hanc gnáti reſciſcát ſenex.
Nam quód de argento ſpérem aut poſſe póſtulem me fállere,
Nihil éſt: triumpho, ſí licet me látere tecto abſcédere.
Crucíor bolum mihi tántum ereptum tám deſubito e faúcibus.
Quid agam? áut quid comminíſcar? ratio de íntegro ineundáſt mihi.
Nil tám difficileſt, quín quaerendo inuéſtigari póſſiet.

quia antiqui dicebant *med intro*. FAERNUS. Omnes noſtri *Intro hac*. Neque aliter ſtabit verſus.

52 *Ut olim in tollenda*. Liber Bembinus *tollendo*. quod & melius videtur. FAERNUS.

54 *Nunc ita tempus eſt mihi, ut cupiam filiam; olim nihil minus*. Lege & diſtingue,
Nunc ita tempus fert, mi ut cupiam.
Sic Adel. V, 3, 5.
Scilicet ita tempus fert, faciundumſt.
And. I, 2, 17.
Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi animum
Hec. IV, 2, 18. [*ut expleret ſuum.*
Dum aetatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum.

1 *Niſi me animus fallit, haut multum a me aberit infortunium*. Syllaba verſui deficit, niſi ſynaloepha, quod non oportet, hic neglegatur deinde & *Multum* ſine accentu eſt. Lege, *Haut permultum a me aberit*. Plautus Bacch. II, 3, 86. *Ego naſcio*
Quantillum adtulerit verum haut permul-
& V, 2, 76. [*tum adtulit.*
Jam pol id quidem eſſe haut perlonginquum.
Eugraphius ad locum: *Non longe*, hoc eſt, *Haut multum*. Ex hoc jure colligas *Non longe* hoc in loco priſcam fuiſſe lectionem; & *Haut multum* ex interpretatione natam. Sane alibi Terentius, V, 2, 32. *Non aberit longius*. Plaut. Bacch. IV, 2, 13.
Nae tibi hercle haut longe eſt os ab infortunio.
Pſeud. I, 5, 87.
Quia illud malum aderat; iſtuc aberat longius:
Tamen quia Latini *Multum abeſt* aeque dicant ac *Longe abeſt*; ſine libris nihil mutabo. Si cui tamen Eugraphii auctoritas tanti eſt, legat hic *Haut perlonge*; ut noſter Eun. III, 5, 61. *Perlonge eſt*.

3 *Niſi aliquid video, ne eſſe*. Lege. *Aliqui video* vel *Aliqua*, hoc eſt aliqua via, ratione *Video, ne*. Sic IV, 3, 11, & 16. *Videndum eſt, ut amici quoque res in tuto collocetur*. Non *Aliquid videndum*. *Aliqui & aliqua* ſaepe Plautus.

4 *Nam quod ſperem de argento*. Liber Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus,
Nam quod de argento ſperem, aut poſſe poſtulem.
FAERNUS. Sic & noſtri omnes.

6 *Crucior bolum tantum mihi ereptum*. Lege ex duobus noſtris,
Crucior bolum mihi tantum ereptum.

8 *Nihil tam difficile*. Adde verbum, *eſt*. ex o. l. s. FAERNUS.

Quid

Quid, si hóc nunc sic incípiam? nihil est. quíd, si sic? tantúmdem ago.
At sic opinor. nón potest. immo óptume. euge habeo óptumam.
Retraham hércle opinor ád me idem illud fúgitiuum argentúm tamen.

ACTUS IV. SCAENA III.

CLINIA. SYRUS.

NULL'A mihi res posthác potest iam intéruenire tánta,
Quae mi aégritudinem ádferat: tanta haéc laetitia obórta est.
Dedó patri me núnc iam, ut frugálior sim quám uolt.
SY. *Nil mé fefellit: cógnita est, quantum aúdio huius uérba.*
Istúc tibi ex sententia tua óbtigisse laétor.
CL. *O mí Syre, audisti óbsecro?* SY. *quidní? qui usque una adfúerim.*
CL. *Cuiquam aéque audisti cómmode quicquam éuenisse?* SY. *núlli.*
CL. *Atque íta me di ament, út ego nunc non tám meapte caúsa*
Laetór quam illius: quam égo scio esse honóre quouis dignam.
SY. *Ita crédo: set nunc, Clínia, age, da té mihi uicíssim:*
Nam amici quoque res, ést uidendum, in túto ut conlocétur:

9 *Quid si hoc sic incipiam nunc?* Aliqui libri, recentes tamen, non habent dictionem *nunc*. qua sublata procedit octonarius. aliter est trochaicus hypercatalecticus. Bembinus ita collocat, *quid si hoc nunc sic incipiam?* ita & Basilicanus, & Victorianus, in quo tamen *nunc* expunctum est, FAERNUS.
Quid si hoc nunc sic inciptam? nihil est. quid si sic? tantundem egero.
At sic opinor. Ita Faernus & codices plerique. Ex *Quid si sic*, inquiunt, vel *Quid* vel *Si* delendum est. Immo neutrum, nam sine dubio *Sic* debet ter esse in Ictu. Repone igitur,
Quid si hoc nunc sic incipiam? nihil est. quid si sic? tantundem ago.
Ago praesenti tempore, ut cetera. *Est, Potest. Ago* & *Egero* una modo litera in scriptis differunt.

10 *Euge optimam habeo.* Liber Bembinus *habeo optumam.* ita & Victorianus & Basilicanus: quae collocatio numerosior est. FAERNUS. Sic & nostri libri.

11 *Illud idem fugitiuum argentum tamen.* Omnes fere l. s. *idem illud.* FAERNUS. Itidem & nostri.

3 *Dedo patri me nunc: jam ut.* Sic Faernus: sed distingue,
Dedo patri me nunc iam, ut.

O mi Syre, audistin obsecro? Liber Bembinus, *audisti.* ita erit Iambus in quarta. FAERNUS. 6

Cui aeque audisti commodi quicquam eveniss? s. *nulli.* Liber Bembinus & Victorianus *commode:* quod magis placet: ut sit, quicquam magis eveniss, aeque commode. FAERNUS. Recte hoc *Aeque commode:* nostri mendose *Commodi.* Sed versus adhuc laborat: Lege, *Cuiquam aeque. Cuiquam quicquam: Numquam cuiquam:* in his placent sibi Comici. 7

In tuto ut collocetur. Liber Bembinus *in tutum ut conlocetur*, licet infra, *in tuto.* FAERNUS. 11
Nam amici quoque res est videnda, in tuto ut [*conlocetur.*
Lege & distingue,
Nam amici quoque res, est videndum, in tuto ut conlocetur.
ut infra v, 17. omnes nostri *In tuto.*

Sicine mihi interloquere. Plerique libri *Sicine me.* 13

Deorum vitam adepti sumus. Liber Bembinus pro *adepti* habet, *apti*, a verbo *apiscor.* quod idem est cum adipiscor. ita optime procedit octonarius Iambicus catalecticus sine ulla licentia. quod si quis maluerit *adepti*, sic quoque stare versus potest, si ea dictio *p* eliso, fiat anapaestus. quod vero sequitur. 15

Frustra

Digitized by Google

Nequíd de amica núnc ſenex. CL. *o Iúppiter.* SY. *quiéſce.*
CL. *Antíphila mea nubét mihi.* SY. *ſicíne mi interloquére?*
CL. *Quid fáciam? Syre mi, gaúdeo: fer mé.* SY. *fero hercle uéro.*
CL. *Deórum uitam aptí ſumus.* SY. *fruſtra óperam opinor ſúmo.*
CL. *Loquere, aúdio.* SY. *at iam hoc nón ages.* CL. *agám.* SY. *uidendum eſt, inquam,*
Amíci quoque res, Clínia, tui in túto ut conlocétur.
Nam ſí nunc a nobís abis, et Bácchidem hic relínquis;
Noſtér reſciſcet ílico eſſe amícam hanc Clitiphónis:
Si abdúxeris; celábitur, itidem út celata adhúc eſt.
CL. *At enim íſtoc nihil eſt mágis, Syre, meis núptiis aduórſum:*
Nam quo óre appellabó patrem? tenés, quid dicam? SY. *quídni?*
CL. *Quid dícam? quam cauſam ádferam?* SY. *quin nólo mentiáre:*
Apérte, ita ut res ſéſe habet, narráre CL. *quid ais?* SY. *iúbeo:*
Illám te amare, et uélle uxorem: hanc éſſe Clitiphónis.
CL. *Bonam átque iuſtam rem óppido imperás, et factu fácilem.*
Et ſcílicet iam me hóc uoles patrem éxorare, ut célet
Senem uóſtrum. SY. *immo ut rectá uia rem nárret ordine ómnem.* CL. *hem,*

Fruſtra operam hanc opinor ſumo. Ab libro Baſilicano, & omnibus fere recentibus abeſt dictio *hanc*, & in Victoriano deleta eſt, ut & nos delemus: numeroſiore ob hoc verſu; ſic enim Iambum in quarta habet. Bembinus & alii antiqui eam vocem habent, ſed ita collocatam, ut verſus ſtare non poſſit. FAERNUS. Recte hoc. Noſtri perperam *Adepti*. Ab omnibus vero abeſt *Hanc*.

19 *Noſter reſciſcet ilico.* Liber Bembinus, *ſenex reſciſcet il.* FAERNUS. Ex Bembino ſuo Faernus *Senex* edidit: Alii omnes ubique *Noſter*; Recte: & *Senex* ejus interpretamentum eſt.

21 *At enim iſtoc nihil eſt magis, Syre, meis.* Vir eruditus, *numerorum*, inquit, *gratia* lubens legerem, *Magis meis, Syre:* ſed ſaepe oſtendit horum ſe numerorum parum ſcientem eſſe. Velius Longus p. 2236. *Antiqui dixerunt* Miis *per i, non* Meis *per e; ut Terentius;*
At enim iſtoc nihil eſt magis, Syre, miis nuptiis adverſum. Eodem verborum ordine.

23 *Quid dicam? quam cauſam adferam.* Concinnius fuerit:
Quid dicam? quid cauſae adferam?

24 *Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato. Quid ais?* SY. *jubeo* *Illam te amare.* Sic codicum quicquid ubique eſt. Sed vide quanto concinnius eſt, quod daturus ſum.
Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrare. Quid ais? Jubeo:
Narrare. Dicturus erat Syrus *Jubeo:* ſed Clinia admiratione percuſſus interpellavit, dicendo *Quid ais?*

Illam te amare & velle uxorem: hanc eſſe Clitiphonis. Uxorem ipſius lege verſus, primam hic corripit: indigna ſane venia. Vide an fortaſſe ſcripſerit,
Illanc amare & velle te uxorem: eſſe hanc Clitiphonis.

Patrem exorare ut celet. Liber Bembinus, *orare.* quod magis videtur convenire: non enim tanta res erat ut magna mole precum impetranda eſſet. ſed *orare*, verſus ratio non admittit, niſi legas *orare patrem.* quae collocatio etiam ex libro ſcripto eſt. FAERNUS. Si *orare* adſciſcis; etiam hoc modo poteris,
Et ſcilicet jam me voles, hoc patrem orare ut celet.
Sed omnes noſtri *Exorare.*

Senem voſtrum. SY. *immo ut recta via rem narret ordine.* CLIN. *hem.* O. l. s. praeter Bembinum, habent, *rem narret ordine omnem*, quemadmodum exigit verſus, qui eſt Iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri, ſi ex *ſenem*

Satin ſánus es, aut ſóbrius? tu quídem illam plane pródis:
Nam quí ille poterit éſſe in tuto, díc mihi.
SY. *Huíc equidem conſílio palmam do: híc me magnifice écfero,*
Quí uim tantam in me ét poteſtatem hábeam tantae aſtútiae,
Uéra dicendo út eos ambos fállam; ut cum narrét ſenex
Uéſter noſtro, eſſe íſtam amicam gnáti, non credát tamen.
CL. *At enim ſpem iſtoc pácto rurſum núptiarum omnem éripis.*
Nám dum amicam hanc méam eſſe credet, nón committet fíliam.
Tú fors quid me fiat parui péndis, dum illi cónſulas.
SY. *Quid, malum, me aetátem cenſes uélle id adſimulárier?*
Unus eſt diés dum argentum erípio: pax: nihil ámplius.
CL. *Tántum ſat habes? quíd tum quaeſo, ſi hóc pater reſcíuerit?*
SY. *Quíd ſi redeo ad íllos qui aiunt, quíd ſi nunc caelúm ruat?*
CL. *Métuo, quid agam.* SY. *métuis? quaſi non éa poteſtas ſít tua,*
Quó uelis in témpore ut te exſóluas, rem faciás palam.
CL. *Age, age, traducátur Bacchis.* SY. *óptume, ipſa exít foras.*

ACTUS

m elidatur, quamvis ſequente conſonante; aut utique ea dictio in unam ſyllabam contrahatur. poteſt & aliis rationibus verſus hic ſuſtentari. FAERNUS. Sic & noſtri omnes: nec verſui ullum eſt periculum.

29 *Satin ſanus es, & ſobrius? tu quidem illum plane prodis.* Liber Bembinus pro *prodis*, habet *perdis*: quod magis videtur convenire cum eo, quod mox ſequitur. *nam qui ille poterit eſſe in tuto.* FAERNUS.

Noſtri omnes *Prodis:* quod multo melius. Sic ſupra III, 1, 70.

Prius proditurum te tuam vitam. Hec. IV, 4, 50.
Eho an non alemus, Pamphile? Prodemus quaeſo potius?

30 *Nam qui ille poterit eſſe in tuto, dic mihi.* Senarius hic intervenit, quia ſtatim ad aliud verſuum genus tranſiturus erat Syrus. Vir igitur eruditus, qui hinc forte excidiſſe putat *Hoc ſi fecero*, ut hic verſus par fiat ſequentibus, tota via erravit.

32 *Et poteſtatem habeam tantae aſtutiae.* Neſcio an auctor dederit, *Tantam aſtutiae.* Vim tantam & poteſtatem tantam.

Iſtam eſſe amicam gnati. In libro Bembino venuſtior collocatio eſt, *eſſe iſtam amicam gnati.* FAERNUS. Nos omnes *Iſtam eſſe:* ſed melius eſt, ut *Iſtam* in accentu ſit. 34

Tu fortaſſe quid me fiat parvi pendis, dum illi conſulis. Verſus trochaicus hypercatalecticus, vel etiam catalecticus, ut ceteri, ſi ex *quid d* eliſo: eaque ſyllaba brevi remanente, fit dactylus in ſecunda. *fiat* vero in unam ſyllabam contrahatur. ſane in Bembino & omnibus fere antiquis eſt, *parvipendis*; in recentibus, *parvi curas.* FAERNUS. 37

Apage tales verſus Hypermetros: cum tam recta & proclivis ſit ad emendationem via:
Tu fors quid me fiat parvi pendis, dum illi conſulas.
Fors id ipſum quod *Fortaſſe.* Virg. Aen. V, 232.
Et fors aequatis cepiſſent praemia roſtris.
Quod & apud Guyetum jam video.

Noli poſt *Induxerunt* pleniorem diſtinctionem ponere. *Decem minas quas:* hoc eſt, *decem minae quas.* Sic And. Prol. v. 3. 1
Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.
Supra IV, 1, 41.
Unde habes? Quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam.

Pro-

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA. IV.

BACCHIS. CLINIA. SYRUS. DROMO. PHRYGIA, ancilla.

B. *SATIS pól proterue mé Syri promíſſa huc induxérunt,*
Decém minas quas míhi dare eſt pollícitus. quod ſi is núnc me
Decéperit, ſaepe óbſecrans me, ut uéniam, fruſtra uéniet:
Aut cúm uenturam díxero et conſtítuero, cum is cérto
Renúntiabit, Clítipho cum in ſpé pendebit ánimi; 5
Decípiam, ac non ueniám. Syrus mihi térgo poenas péndet.
CL. *Satis ſcíte promittít tibi.* SY. *atqui tu hánc iocari crédis?*
Faciét niſi caueo. B. *dórmiunt. ego pól iſtos commouébo.*
Mea Phrygia, audiſtin, módo iſte homo quam uíllam demonſtráuit
Charíni? BH. *audiui.* B. *próxumam eſſe huic fúndo ad dextram?* PH. *mémini.*
B. *Currículo percurre: áput eum milés Dionyſia ágitat.* 11
SY. *Quid haec coéptat?* B. *dic me hic óppido eſſe inuítam atque adſeruári:*
Uerum áliquo pacto uérba me his datúram eſſe et uentúram.

Pro *Aduleſcentula*; ut & quinque ex noſtris libris illic habent.

2 *Decem minas quas mihi dare pollicitus eſt. quod ſi is nunc me.* Repone ob verſum, *Dare eſt pollicitus.* Vir doctus ex recepta lectione colligit ſyllabam in hujus metri caeſura communem eſſe; quia nempe Terentio, ſi ita viſum eſſet, facile fuit hic ponere vel *Dare mihi eſt*, vel *Mihi dare eſt*. Quid eſt, ſi hoc non eſt ſe fruſtrari? Ideo erratum pro vero obtrudendum eſſe, quod ei facile mederi poſſis? idipſum ſumit, de quo diſputatur.

3 *Me deceperit, ſaepe obſecrans.* Et ratio verſus requirit, ut dictio *me* praecedenti verſui aſcribatur, & in eum modum eam habent o. l. s. FAERNUS.

4 *Cum is certo Renuntiavit.* Lege cum Goveano & Guyeto, *Certo*, non *Certe*. Lege etiam *Renuntiabit*, ut *Pendebit*.

5 *Clitipho cum ſpe pendebit animi.* Plenior videtur lectio libri Bembini, *cum in ſpe.* ut ſit ordo, Cum Clitipho pendebit animi in ſpe. Plautus in Mercatore:

Obſecro diſſolve iam me: nimis diu animi pendeo.

FAERNUS. Recte hoc: noſtri perperam *Cum ſpe.* And. II. 1, 3.

Ut animus in ſpe atque in timore uſque antehac attentus fuit.

Mea Phrygia audiſtin, homo iſte modo quam villam demonſtravit. O. l. s. hanc collocationem habent, *audiſtin modo homo iſte quam:* at Bembinus, Victorianus, & Decurtatus hanc; *audiſtin modo iſte homo quam.* ita verſui optime conſulitur, ut etiam Iambum habeat in quarta, eliſo tamen *s* ex *iſte*, ut ſit in tertia dactylus. ſane Bembinus habet *audiſti.* FAERNUS. Omnes noſtri *Audiſtin*, & *Homo iſte.* Recte tamen Faerniani, 9

Mea Phrygia audiſtin, modo iſte homo.

Iſte primam hic corripit.

Quid inceptat. Omnes noſtri; *Quid haec inceptat.* Repone: *Quid haec coeptat?* Ita Phorm. IV, 3, 21. 12

Quid hic coeptat? aut quo evadet hodie?

ubi non pauci ex noſtris Codices itidem habent *Inceptat.*

Atque ſervari. Omnes fere l. s. *atque aſſervari*, ut verſus expoſcit. FAERNUS. Noſtri etiam omnes *Adſervari.* Ib.

Verba his me daturam. O. l. s. *verba me his daturam.* quae collocatio Iambum conſtituit in quarta. FAERNUS. Sic & omnes noſtri. 13

Digitized by Google

SY. *Perii hércle. Bacchis, máne, mane: quo míttis iſtanc quaéſo?*
Iube máneat. B. *i.* SY. *quin éſt paratum argéntum.* B. *quin ego máneo.*
SY. *Atquí iam dabitur.* B. *út lubet, num ego ínſto?* SY. *at ſcin quid ſódes?*
B. *Quid?* SY. *tránſeundum núnc tibi ad Menedémum eſt, et tua pómpa*
Eo tráducenda eſt. B. *quám rem agis, ſcelus?* SY. *égon? argentum cúdo,*
Quod tíbi dem. B. *dignam mé putas, quam inlúdas?* SY. *non eſt témere.*
B. *Etiámne tecum hic rés mihi eſt?* SY. *minimé: tuum tibi réddo.*
B. *Eátur.* SY. *ſequere hac: héus, Dromo.* DR. *quis mé uolt?* SY. *Syrus.*
DR. *quid éſt rei?*
SY. *Ancíllas omnis Bácchidis tradúce huc ad uos própere.*
DR. *Quamobrém?* SY. *ne quaeras: écferant, quae ſécum huc attulérunt.*
Sperábit ſumptum ſibi ſenex leuátum eſſe harunc ábitu,
Ne ille haút ſcit, hoc paulúm lucri quantum eíi damni appórtet.
Tu néſcis, id quod ſcís, Dromo, ſi ſápies. DR. *mutum díces.*

ACTUS IV. SCAENA V.

CHREMES. SYRUS.

ITA mé di amabunt, út nunc Menedemí uicem

Iube maneat. BAC *abi.* Liber Bembinus, *i*, quo quidem modo melius habet verſus. FAERNUS. Noſtri omnes *Abi*: quod corripere ſolet ultimam. Iidem habent, *Quin ego hic maneo*: quo etiam modo ſtabit verſus.

At ſcin quid ſodes? Fruſtra vir doctus *Scin?* BAC. *Quid ſodes?* Quia, inquit, iſtanc interrogandi formulam non ſatis intelligo. *Scin quid ſodes*, ſubaudi *Facias*, ut libri bene multi hic in textu addunt; vel *Facere te velim.* Sic Phor. I, 2, 61. *Scin quam? quo evadat vide*: ſubaudi *Amare.* Alibi plene protulit, ut Hec. V, 1, 27. *Lepida es. ſed ſcin quod volo potius ſodes facias. Quid? cedo.*

Quid? SY. *tranſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum.* O. l. s. praeter Bembinum, non poſt. *tranſeundum*, ſed poſt *Menedemum* habent verbum *eſt*, etiam ex ratione verſus. FAERNUS. Sic & noſtri habent.

SY. *Egon? argentum cudo.* Liber Bembinus, *ego.* & melior eſt numerus. FAERNUS. Immo deterior accentus *Scelús. Ego? ar.* quam *Scelus. 'Egon? ar.* Noſtri omnes *Egon?*

Etiamne tecum hic res mihi eſt? Minime. tuum tibi reddo. Eatur. Etiamne, quod non adverterunt Interpretes, eſt Adhuc, amplius, diutius. Non igitur indignatur, quod cum ſervo ſibi res ſit; ſed quod tam diu & fruſtra; cum promiſſa ejus decem minae, non appareant. Reſpondet Syrus: *Minime*, diutius: Reddo tibi *tuum*, hoc eſt, quod tibi pollicitus ſum. Adel. II, 2, 41. *Meum mihi reddatur.*

SY. *Ne quaeras: & ferant.* Idem liber, *ne quaeras: efferant.* quod ita, id eſt, ſine conjunctione, venuſtius videtur. FAERNUS.

Vir eruditus miratur, cur Faerno minus placuerit, *Et ferant*, quod omnes praeter Bembinum codices habent. Jure hoc Faernus; quia quae intro adtulerant, *Efferenda* erant; non ſolum ferenda. Quod ceteri *Et ferant* habeant, inde factum eſt: quia antiqui *Ecferant* ſcribebant; ut nunc in veterrimo Plauti codice ſemper eſt ſcriptum; & Terent. hic IV, 3, 31. *Ecfero.*

Levatum eſſe harum abitu. Ex libro Bembino & aliis antiquis, verſuſque ratione, ſcribe *harunc.* FAERNUS. Etiam unus ex noſtris omnium verterrimus *Harunc.*

Tu neſcis quod ſcis Dromo. Hic quoque ex verſus ratione, & ex o. fere l. s. poſt *neſcis*, adde

Digitized by Google

Miſerét me; tantum déueniſſe ad eúm mali.
Illáncine mulierem álere cum illa fámilia?
Etſí ſcio, hoſce aliquót dies non ſéntiet:
[Ita magno deſiderio fuit ei filius.]
Uerum úbi uidebit tántos ſibi ſumptús domi
Cotídiano fíeri, nec fierí modum,
Optábit rurſum ut ábeat ab ſe fílius.
Syrum óptume eccum. SY. *céſſo hunc adoriri?* CH. *Syre.* SY. *hem.*
CH. *Quid éſt?* SY. *te mi ipſum iámdudum exoptó dari.*
CH. *Uidére egiſſe iám neſcio quid cúm ſene.*
SY. *De illó quod dudum? dictum ac factum réddidi.*
CH. *Bonán fide?* SY. *bona.* CH. *hércle non poſſúm pati,*
Quin tíbi caput demúlceam: accede húc, Syre:
Faciám boni tibi áliquid pro iſta re, ác lubens.
SY. *At ſí ſcias quam ſcíte in mentem uénerit.*
CH. *Uah, glóriare euéniſſe ex ſenténtia?*
SY. *Non hércle uero, uérum dico.* CH. *díc quid eſt?*
SY. *Tui Clítiphonis éſſe amicam hanc Bácchidem*

adde dictionem *id.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Id.*

5 *Ita magno deſiderio fuit ei filius.* Hic verſus ab uno ex Regiis abeſt. Certe ſpurius eſt, & ex nota marginali huc irrepſit. Cur enim *Fuit?* cur non praeſenti tempore *Eſt?* Ille ſcilicet, quem nondum a reditu viderit; & cujus deſiderium tantum abeſt ut *Fuerit:* ut in horas jam creſcat. Adde, quod verſu abhinc tertio rurſus veniat *Filius,* & in fine itidem; nimis invenuſte.

7 *Cotidianos fieri.* Etiam hoc Magiſtrorum facinus eſt, qui nihil priſci ſaporis volebant relictum. *Tantos cotidianos ſumptus* non placet: immo, Tantos ſumptus *cotidie* fieri. Hoc & dictu communius eſt, & plus in ſe habet. Atque hoc ipſum dixit auctor; modo ut veram lectionem revocemus.

Verum ubi videbit tantos ſibi ſumptus domi
Cotidiano fieri, nec fieri modum.

Cotidiano adverbium, idem quod *Cotidie.* Plaut. Capt. III, 5, 66.

Ibi cum alii octonos lapides effodiunt, niſi.
Cotidiano ſeſquiopus confeceris.

Charisius in Adverbiis p. 177. *Cotidiano* numerat ex Afranio & Frontone. Cicero in Verrem IV, 8. *Res illum divinas apud eos deos fecisse in ſuo ſacrario prope cotidiano facere vidiſti.* Sic ibi codices vetuſti, non *Cotidie.* Plinius Hiſt. XI, 56. *Palpebrae in genis hominis utrimque: mulieribus vero etiam infectae quotidiano.* Cor. Nepos Dione: *Quibus bonis, cum quotidiani maximi fierent ſumptus, pecunia deeſſe coepit.* Etiam hic legendum, *Quotidiano* jam alii viderunt.

Optabit rurſum. Hos verſus ita ordina ex 8
libro Bembino, & aliquibus aliis:

Optabit rurſum ut abeat ab ſe filius.
Syrum optume eccum, SY. *ceſſo hunc adoriri.*
CH. *Syre.* SY. *hem.* FAERNUS.

Te mihi ipſum dudum exoptabam dari. Li- 10
ber Bembinus, & aliquot alii habent *jamdudum optabam;* & hunc verſum ita ordina ex l. s.

CH. *Quid eſt?* SY. *te mihi ipſum jamdudum optabam dari.* FAERNUS.

Optabam ab antiquis correctoribus eſt. Noſtri codices *Exoptabam.* Lege;

Quid eſt? te mi ipſum jamdudum exopto dari.

Vide ad And. I, 4, 1.

Bonan fide? SY. *Bona hercle.* CH. *Non poſſum pati.* 13
Immo ſic diſtingue,

Bonan fide? SY. *Bona.* CH. *Hercle non poſſum pati.*

Secun-

Menedémo dixit Clínia; et ea grátia
Se eam tráduxiſſe, né tu id perſentíſceres.
CH. *Probé.* SY. *dic ſodes.* CH. *nímium, inquam.* SY. *immo ſic ſatis.*
Set pórro auſcultа, quíd ſuper fallácіae eſt.
Se deínde dicit tuám uidiſſe fíliam:
Eius ſíbi complacitam fórmam, poſtquam aſpéxerit:
Hanc cúpere uxorem. CH. *módone quae inuenta éſt?* SY. *eam:*
Et quídem iubebit póſci. CH. *quamobrem iſtúc, Syre?*
Nam prórſus nihil intéllego. SY. *uah, tárdus es.*
CH. *Fortáſſe.* SY. *argentum dábitur eíi ad núptias,*
Aurum átque ueſtem quí, teneſne? CH. *cómparet?*
SY. *Id ípſum.* CH. *at ego illi néque do neque deſpóndeo.*
SY. *Nam quámobrem?* CH. *quamobrem? mé rogas? homini?* SY. *út lubet.*
Non égo dicebam ſério, ut illam illí dares:
Uerum út ſimulares. CH. *nón meumſt ſimulátio:*
Ita tu íſtaec tua miſcéto, ne me admíſceas.

21 *Secum adduxiſſe.* Deeſt *Se*; cum prius non *Se* ſed *Bacchidem* dixerit. Lege,
Se eam traduxiſſe. ut IV, 3, 44.
Age, age, traducatur Bacchis. & IV, 4, 22.
Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere. & 18. *Tua pompa Eo traducendaſt.*

22 *Immo ſic ſatis.* Liber Bembinus, & Vaticanus, *ſi ſcias*, & infra, *ſeſe ipſe dicit*, non *dicet.* FAERNUS.
Ex duobus iſtis Faernus dedit *ſi ſcias*: nollem factum: id enim habuimus v. 16. Noſtri omnes *Immo ſic ſatis.* Recte. Cum laudaret fallaciam Chremes *Probe, Nimium*; Syrus ficta modeſtia reſpondet, *Sic ſatis*; mediocriter.

23 *Set porro auſcultа quod ſupereſt fallaciae.* Codex vetus Lindenbrogii *Quod ſuper fallaciae eſt.* Repone;
Set porro auſcultа, quid ſuper fallaciae eſt.
Quattuor ex Noſtris *Quid*, non *Quod.*

24 *Seſe ipſe dicit tuam vidiſſe filiam.* Duo optimi Faerniani (ut ad v. 22.) *Dicit*; & ſic ex Regiis unus. Sed quid quaeſo ſibi vult *Seſe ipſe?* Putidum hoc & inſulſum. Quis enim alius hoc diceret? Repone:
Se deinde dicit tuam vidiſſe filiam.
Habes ſupra v. 20. *Menedemo dixit Clinia*, Bacchidem Clitiphonis eſſe: *deinde ſe dicit* vidiſſe tuam filiam, & eam uxorem cupere. Sic IV, 8, 24. *Dicam: quid deinde:* Heaut. Prol. v. 3.
Id primum dicam: deinde quod veni eloquar.

Hanc ſe cupere uxorem, modo quae inventa'ſt? 26
SY. *eam.* Numeroſior eſt hic verſus in libris Bembino, & Victoriano:
Hanc cupere uxorem. CH. *modone quae inventa'ſt?* SY. *eam.*
Videtur & Baſilicanus habuiſſe *modone*, ſed pars ultima ejus dictionis abraſa eſt. FAERNUS.

Nam prorſus nihil intellego. Parvi hoc re- 28
fert, liber tamen Bembinus habet, *prorſum.* FAERNUS. Omnes noſtri *Prorſus*: quod melius eſt. Nam *Prorſus* abjecta *s* trochaeus eſt, ad Graeci metri morem.

SY. *Id ipſum.* CH. *at illi ego neque do, nec* 31
ſpondeo. O. l. s. *at ego illi*; qua collocatione id quod ſequitur hujus verſus ſtare non poteſt, niſi legas *deſpondeo*, ut in Victoriano, Vaticano, Baſilicano, & omnibus aliis fere, tam antiquis, quam recentibus libris eſt. nec me ab hoc dimovet diſtinctio Donati dicentis, *ſpondere patrem puellae, deſpondere patrem adulescentis:* perſpicue enim apparet poetam hanc diſtinctionem negligere: cum infra in perſona ejuſdemmet Chremetis, patris puellae dicat:
Egon

Digitized by Google

Ego, cuí daturus nón ſum, ut ei deſpóndeam?
SY. *Credébam.* CH. *minime.* SY. *ſcíte poterat fíeri:*
Et ego hóc, quia dudum tú tantopere iúſſeras,
Eo coépi. CH. *credo.* SY. *céterum equidem iſtúc, Chreme,*
Aequí bonique fácio. CH. *atqui cum máxume*
Uolo té dare operam ut fíat, uerum aliá uia.
SY. *Fiát: quaeratur áliud, ſet illud quód tibi*
Dixí de argento, quód iſta debet Bácchidi,
Id núnc reddendumſtílli: neque tu ſcílicet
Eo núnc confugies, quíd mea? num míhi datumſt?
Num iúſſi? num illa oppígnerare fíliam
Meám me inuito pótuit? uere illúd, Chreme,
Dicúnt, ius ſummum ſaépe ſumma eſt málitia.
CH. *Haut fáciam.* SY. *immo aliis ſí licet, tibi nón licet.*
Omnés te in lauta eſſe ét bene aucta ré putant.
CH. *Quin égomet iam ad eam déferam.* SY. *immo fílium*

Egon, cui daturus non ſim ut ei deſpondeam? in quo verſu legimus, *non ſum*, ex libro Bembino, & multis aliis, cum in Baſilicano, & aliquibus aliis ſit, *non ſim.* utraque lectione verſus ſtat, vel abjicendo *n* ex *egon*, vel *eam* dictionem in unam ſyllabam contrahendo. FAERNUS. Sic & noſtri.

32 *Non? quamobrem?* Lege, *Nam quamobrem?* Eun. V, 2, 58. *Nam quid ita? Rogitas?*

33 *Non ego in perpetuum dicebam ut illam illi dares.* Liber Bembinus.
Non ego dicebam, in perpetuum ut illam illi dares. FAERNUS.
Noſtri omnes *Perpetuo*: ut And. III, 3, 32. de filia, quam Pamphilo jam deſponderat,
At ego non poſſe arbitror
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.
Perpetuo habere eſt ſine diſcidio & repudio. Nota illud *Poſſe*. Habere quidem potuit, dante patre: ſed *Perpetuo* habere non potuit, quia mores & animus diſcrepabant. Minime igitur hic convenit. Repone,
Non ego dicebam ſerio, ut illam illi dares,
Verum ut ſimulares. Non meumſt ſimulatio.
Non ſerio dicebam, ut dares; ſed ſimulares te daturum; dum ego argentum aufero. Supra III, 2, 30.

Jocone an ſerio ille haec dicat, neſcio. *Meum eſt*; (non ut vulgo *Mea*) mei moris, ingenii, officii. ut *Non eſt mentiri meum.* In vetere ſcriptura, *pptuo*, *ſerio* ſatis propinqua ſunt.

Atqui tum maxime. Liber Bembinus, *quam maxime.* ego lego *cum maxume*, uſitatiſſimo antiquis dicendi modo: ut & habet Vaticanus liber, & habebat Victorianus. FAERNUS. Etiam ex noſtris veterrimus *Cum maxume.* 40

Verum illud, Chreme, Dicunt. Repone *Vere* Adel. I, 1, 3. *Profecto hoc vere dicunt.* Et V, 8, 34. *Dictumſt vere; & re ipſa fieri oportet.* Si *verum* retines, tum lege *Dictumſt* pro *Dicunt*. *Dictum*, nomen, non participium. 47

Saepe ſumma malitia eſt. *Eſt malitia*, liber Bembinus numero meliore: nam in trimetris non fere invenias tribrachum in quinta. FAERNUS. Sic & unus e Regiis. 48

Omnes te in lauta & bene acta parte putant. Verſus impeditus. FAERNUS. 50
Omnes te in lauta & bene acta parte putant. Sic dedit Faernus; ſed de verſu recte conſtituendo deſperavit. At vir eruditus ex novo ſuo Licentiarum penu curva omnia jubet recta eſſe: *Parti* pro *Parte* a Rivio ſumit: & deinde *Aucta* legens pro Faerni *Acta*, ex *Bene-*
auc-

Iube pótius. CH. *quamobrem?* SY. *quía enim in hunc ſuſpícioſt*
Tranſláta amoris. CH. *quíd tum?* SY. *quia uidébitur*
Magis uériſimile id éſſe, cum hic illí dabit:
Et ſímul conficiam fácilius ego, quód uolo. 55
Ipſe ádeo adeſt: abi: éffer argentum. CH. *éffero.*

ACTUS IV. SCAENA VI.

CLITIPHO. SYRUS.

CL. *NULLA éſt tam facilis rés, quin difficilís ſiet,*
Quam inuítus facias. uél me haec deambulátio,
Quam nón laboriósa ad languorém dedit:
Nec quícquam magis nunc métuo, quam ne dénuo
Miſer áliquo extrudar hínc, ne accedam ad Bácchidem. 5

auc legitimum Anapaeſtum facit, ob poteſtatem illam Diphthongi ſibi tantum cognitam. Plura conatur, quae piget examinare, Tu Repone,

Omnes te in lauta eſſe & bene aucta re putant,
Eſſe, hoc eſt, *Ee* cum virgula ſuperne, abſorptum ab *Et: ex re* factum eſt *pte:* ſic enim cum virgula ſcribi ſolitum eſt *Parte. Bene aucta re*, hoc eſt, ex paupere aut mediocri divitem te factum eſſe. Sic enim res erat, ut conſtat ex IV. 1, 54. *Olim nihil minus*, quam ut cuperem mihi filiam; nimirum ob rem curtam. *Aucta re*, non *Parte*. Horat. Epiſt. I, 16, 68.

Semper in augenda *feſtinat & obruitur re.* Ep. I, 7, 51. *Nunc i, rem ſtrenuus auge.* Serm. I, 4, 32. *Aut ampliet ut rem.* Te eſſe *in re* lauta & bene aucta; Idem Ep. XX, 20.

Me libertino natum patre & in tenui re. Ceterum ex noſtris unus Regius, alter Academicus *Aucta*; ceteri *Acta*.

52 *In eum ſuſpicioſt.* Meliores noſtri magno numero *In hunc.*

56 *Ut te omnes equidem.* Plerique l. s. inter quos Bembinus, *ut te quidem omnes*, pauci, *ut te omnes quidem*; nullus vero liber, ubi legatur, *ut te omnes equidem.* quod vero ſequitur, *Di deaeque quantum eſt Syre:* in ſcanſione impeditum eſt. aliqui ut verſui conſulerent, conjunctionem *que* ſuſtulerunt. quod contra omnium librorum fidem eſt, quos quidem nos viderimus. FAERNUS.

Ut te quidem omnes di deaeque quantumſt, Syre. Verſum in ſcanſione impeditum eſſe & Faernus fatetur. At vir eruditus, cui nihil extra eſt in nuce duri, *Quantum* triſyllabon eſſe vult, & ex *Que quam* anapaeſtum facit. Poſtea hujus eum poenitet, & *Que* vi caeſurae produci, rectius fore exiſtimat. Hoc eſt, alio digitos, alio aures diviſiſſe. Si has conſuluiſſet; ut *Di deaequé*, *Deae* mutum in Theſi, & *Qué* in Arſi elevatum, iis inſonuerit; ſtatim averſarentur, niſi ſorde collecta obſurduerint. Recte, qui apud Faernum *Que* ſuſtulerunt:

Ut té quidem omnes dí deaé, quantumſt, Syre. Vide nos ſupra ad Eun. II, 3, 10.

Cum iſtoc invento cumque incepto perduint. 7
Sic dedit Faernus; dubito an ex libris: Noſtri enim omnes *Tuo* addunt, *Cum tuo iſtoc.* Lege ex vetuſtiſſimo noſtro,

Cum tuo iſto invento cumque incepto perduint.
Tuo magnam hic elegantiae partem facit. Adel. IV, 6, 1. *Ut, Syre, te cum tua Monſtratione magnus perdat Juppiter.* And. V, 4, 38.

Dignus es Cum tua religione, odium.

SY. *I tu hic quo dignus es.* Magis antiqua videtur lectio libri Victoriani, *In hinc*; & ſic quoque verſus ſtat. Bembinus habet, *is hinc.* FAERNUS. 9

Ubi me excarnufices. In hinc quo dignus es.

Sic

Ut té quidem omnes dí deae quantúmſt, Syre,
Cum túo iſto inuento cúmque incepto pérduint.
Huiúſmodi mihi res ſémper comminíſcere,
Ubi me éxcarnufices. SY. *íbin hinc quo dígnus es?*
Quam paéne tua me pérdidit protéruitas.
CL. *Uellem hércle factum, ita méritu's.* SY. *meritus? quómodo?*
Ne me íſtuc prius ex te aúdiuiſſe gaúdeo,
Quam argéntum haberes, quód daturus iám fui.
CL. *Quid igitur tibi uis dícam? adiſti míhi manum:*
Amícam adduxti, quám non liceat tángere.
SY. *Iam nón ſum iratus. ſét ſcin ubi nunc ſít tibi*
Tua Bácchis? CL. *aput nos.* SY. *nón.* CL. *ubi ergo?* SY. *aput Clíniam.*
CL. *Perií.* SY. *bono animo es: iam árgentum ad eam déferes,*
Quod eï és pollicitus. CL. *gárris. unde?* SY. *a tuó patre.*

Sic dedit Faernus; verſu una ſyllaba juſto breviore. Repone,

Ubi me excarnufices. Ibin hinc quo dignus es?

ut Eun. III, 3, 30. *Malam rem hinc ibis?* At vir doctus aliud ſuſpicatus eſt, *I, ſis, hinc quo dignus es. Sis*, ut notum, perinde eſt ac *Si vis*. Fruſtra ea conditione malum imprecatur, *I in malam rem, ſi vis*; ſi volens lubenſque eas.

12 *Audiſſe gaudeo.* O. l. s. *audiviſſe*; & ſuſtentatur verſus contractione hujus verbi in antibacchium. FAERNUS.

Ride iſtum Antibacchium. Pone, inquit, *Audiviſſe*, ſed contrahatur in *Audiſſe*. Cur non itaque & ſic ſcribatur?

Ne me iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo.

Sed cum omnes ubique codices *Audiviſſe* habeant; lege cum codice Petrenſi,

Ne me iſtuc prius ex te audiviſſe gaudeo.

& melior ſane conſtructio eſt. Infra, V, 4, 8. *Cave iſtuc verbum ex te audiam*; & alibi. Vir doctus, ſi *Me* deleatur, numeros fore meliores putat. Immo deteriores: tum enim *Prius* in Theſi deliteſcet, contra morem pronuntiandi.

14 *Quid igitur dicam tibi vis? abiſti, mihi*
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.

Sic a Faerno eſt; qui nihil adnotat. Quid hic vir eruditus? In textum adſcivit, *Abiiſti*, verſu ait poſtulante; & confectum dedit negotium. Ego vero ſententiam hic, non numeros deſidero. Quorſum enim illud *Abiſti?* Syrus nuſquam abierat, domi vel in ſcena permanſerat: Clitipho eſt qui *abiit* & invitus *deambulatum*. Si hoc, ut eſt, verum eſt: ſine dubio latet altius mendum. Sane noſtri *Abiſti*, ut & Faerniani. Praeterea univerſi ſic verba diſponunt: *Quid igitur tibi vis dicam?* Ex his veſtigiis veram lectionem indagavi; quae ſic ſe habet:

Quid igitur tibi vis dicam? adiſti mihi manum:
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.

Adire manum alicui, eſt fallere, decipere, fruſtrari, os ſublinere: porrecta manu aliquid, quaſi daturus ſis, oſtentare; & cum is acceperum ſe putat, retro trahere. Adiſti mihi manum, me inludificatus es: Pro beneficio oſtentaſti, te Bacchidem huc adducturum; quam adductam tangere non licet. Unde Syrus, ſibi conſcius hoc vere dici, *Jam non ſum*, inquit, *iratus*. Plautus Aul. II, 8, 8.

Ita illis impuris omnibus adii manum.

Caſ. V, 2, 45.

Quid nunc ſatin lepide adita eſt vobis manus?

Poen. II, 1, 11.

Eo pacto avarae Veneri pulchre adii manum.

Magiſtri veteres, cum hoc aut non intelligerent, aut ut nimis antiquum ſpernerent, locum ſuis diſcipulis cum magno ſententiae damno interpolabant.

CLIT. *Ubi igitur?* Omnes fere l. s. *ubi ergo?* 17 quod expeditiorem verſum facit. FAERNUS. Sic & noſtri omnes.

CL. *Garris. unde id?* Particula *id*, non eſt in 19

Digitized by Google

CL. *Ludís fortaſſe me.* SY. *ipſa re experíbere.*
CL. *Ne ego fórtunatus hómo ſum. deamo té, Syre.*
SY. *Set páter egreditur. cáue quicquam admirátus ſis,*
Qua caúſa id fiat: obſecundato in loco:
Quod ímperabit fácito: loquitor paúcula.

ACTUS IV. SCAENA VII.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

CH. *UBI Clítipho nunc?* SY. *éccum me, inquc.* CL. *eccum híc tibi.*
CH. *Quid reí eſſet dixti huic?* SY. *díxi plerasque ómnia.*
CH. *Cape hóc argentum, ac défer.* SY. *i. quid ſtás, lapis?*
Quin áccipis? CL. *cedo ſáne.* SY. *ſequere hac me ócius:*
Tu hic nós, dum eximus, interea opperíbere:

libro Bembino, ut & exigit verſus. FAERNUS. Sic & unus ex noſtris. Ceterum plerique omnes recte addunt *Es: Quod ei es pollicitus.*

23 *Cave quicquam admiratus ſies.* Omnes quidem libri ita, ſed ratio verſus exigit *ſis*, ut ſit Iambus in fine ſenarii, eliſo ex *admiratus s.* FAERNUS.

SY. *Qua cauſa id fiat, obſecundato in loco.*
Set pater egreditur. cave quicquam admiratus ſis.

Quod imperabit, facito: loquitor paucula. Certiſſima eſt Mureti emendatio; quae verſum hic ſecundum ante primum tranſponit. Si hoc non fit: bis ſine ullo ſenſu haeret ſententia. *Qua cauſa id fiat*, quorſum pertinebit? *Cave quicquam admiratus ſis*, abſolute ſic poſitum, quo conſilio praecipit Syrus? an philoſophatur ut ille alter; *Nil admirari prope res eſt una*, Clitipho, *Solaque quae poſſit facere & ſervare beatum?* Rem hoc loco ſtultam & putidam. Verſibus vero tranſpoſitis, plana ſunt omnia: *Cave quicquam admiratus ſis, qua cauſa id fiat:* id ſcilicet, quod pater tibi decem minas det ad Bacchidem deferendas.

1 *Ubi Clitipho nunc eſt?* Scribe, *Ubi Clitipho nunc?* ut deleatur *Eſt. Clitipho* enim nequit ultimam corripere. Eun. IV, 7, 10. *Ubi alii? Qui malum alii?* Poſſis etiam, *Ubi Clitipho eſt nunc?* vel cum uno ex Regiis? *Ubi nunc jam eſt Clitipho?*

Hei, quid ſtas lapis? Liber Bembinus, pro *hei, ii* habet, quam lectionem per unicum tamen *i*, recipio. FAERNUS. Noſtri meliores *Ei*: ceteri *Hei.* 3

Quas pro alimentis. Liber Vaticanus, *quas hortamentis*, ita & Baſilicanus, ſed ſine aſpiratione. Victorianus & Decurtatus, *Quas pro ornamentis.* Bembinus *quas ornamentis*; recentiores omnes, *quas pro alimentis*, ego ſuſpicor aliquid ineſſe mendi. FAERNUS. 8

Eadem eſt & in noſtris lectionis varietas. Unus ex melioribus *Hortamentis:* quod Eugraphius agnoſcit, & interpretatur *Nutrimentis: Hortatores enim dicuntur*, inquit, *qui equos nutriunt.* Idem vocabulum in Plautum quoque irrepſit, Capt. III, 4, 82.

Hortamenta abſunt: Ajacem, hunc cum vides, ipſum vides.

Sic ibi habent plerique codices: & in unius hoc adſcriptum eſt. *Hortamenta, flagella, quibus aurigae utuntur, cum equos hortantur: Ajax maſtigophorus.* Vide Grammaticorum nugas: ſi illum audis, *Hortator* eſt, qui eos *Nutrit*; ſi hunc, qui *Flagellat.* Vetus codex Camerarii *Ornamenta* ibi legit; ut & hic legendum. *Ornamenta* ſunt veſtimenta. Ceterum in venditione & emptione mancipiorum, ſeparatim olim agebatur; tantum dabis pro nudo corpore, tantum pro veſtimentis ſive ornamentis: ut hodie in equo vendendo Phalerae & Ephippia ſeparatim aeſtimantur. Inde Paraſitus apud Plaut. Stich. II, 1, 18.

Nunc

Nam nihil eſt, illic quód moremur diútius.
CH. *Minás quidem iam décem habet a me fília,*
Quas pró alimentis éſſe nunc ducó datas;
Haſce órnamentis cónſequentur álterae;
Porro haéc talenta dótis adpoſcét duo.
Quam múlta, iuſta iniúſta, fiunt móribus?
Mihi núnc, relictis rébus, inueniúndus eſt
Aliquís, labore inuénta mea cui dém bona.

ACTUS IV. SCAENA VIII.

MENEDEMUS. CHREMES.

M. *MULTO ómnium me núnc fortunatíſſimum*
Factúm puto eſſe, gnáte; cum te intéllego

Nunc ſi ridiculum quaeret hominem quiſpiam,
Venalis ego ſum cum ornamentis omnibus.
Quin & apud Comicos, minae, ut hic, decem ſtatum pro veſtimentis pretium erat. Plaut. Curc. II, 3, 65. *Quia de eo emi virginem,*
Triginta minis: veſtem, aurum: & pro his decem accedent minae.
Perſ. IV, 4, 119. [*nis:*
Tuo periclo haec ſexaginta dabitur argenti mi-
Heus tu, etiam pro veſtimentis, his decem ac-
cedant minae.
Recte ergo opinatur Chremes, alteras decem minas pro ornamentis ſive veſtimentis Bacchidi (quod non adverterunt interpretes) adhuc ſibi ſolvendas eſſe.

10 *Porro haec talenta dotis appoſcent duo.* Liber Bembinus, *appoſcunt*. quod & placet: magis enim convenire hic videtur praeſens tempus, nubili jam puella. FAERNUS.
Porro haec talenta dotis adpoſcunt duo.
Sic Faernus ex Bembino; noſtri omnes *Adpoſcent*. Sive autem *Adpoſcunt*, ſive *Adpoſcent* legeris; quaero, quaenam ſint iſta *Haec*, quae hoc adpoſcant? Guyetus *Hae* legit, & *Minas* intellegit (& ſic ſane Codex C. C.) cui accedit vir doctus, qui *Haec* feminino genere accipit, ut Eun. III, 5, 34, & alibi. Quomodo vero *Hae* minae viginti, quae Bacchidi darentur, adpoſcunt duo talenta dotis, quae marito genero darentur? Quid commercii eſt inter Bacchidis minas, & generi talenta, ut hae iſta adpoſcant? Enimvero reponendum eſt,

Porro haec talenta dotis adpoſcet duo.
Haec, mea filia jam reperta; hoc dotis adpoſcet. Plaut. Ciſt. II, 3, 19.
Ubi tu locere in luculentam familiam,
Unde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis.

Quam multa injuſta ac prava fiunt moribus? 11
Sic dedit Faernus, ſic omnes noſtri. Lege tamen & diſtingue:
Quam multa, juſta injuſta, fiunt moribus.
Sic plane Eugraphius: & ſic G. Fabricius ex conjectura dedit, probante Guyeto. Adel. V, 9, 33.
Quia non juſta injuſta prorſus omnia omnino obſequor.
Sic digna indigna &c. Hoc eſt, ſive juſta ſive injuſta ſint, moribus fiunt, & in communi vita dominantur.

Mihi nunc relictis omnibus. O. l. s. *relictis rebus.* FAERNUS. Sic & noſtri omnes. 12

Labore inventa mea cui dem bona. Unus ex noſtris *Meo*; quod vir eruditus neſcit an verius ſit; ut Adel. V, 4, 21. *Eos meo labore eductos.* Non accedo: ſic enim *Labore* abſolute, infra V, 4, 17. *Ut ſervet, quod labore invenerit.* & V, 5, 6. *Mea bona ut dem Bacchidi dono ſciens.* 13

Multo omnium nunc me. Noſtri omnes, uno recentiore excepto, cum vett. Edd. 1
Multo omnium me nunc. *Nunc* in Arſi eſſe debet; *Nunc*, cum te mutatum video.

Digitized by Google

Reſipíſſe, CH. *ut errat.* M. *té ipſum quaerebám, Chreme:*
Seruá, quod in te eſt, fílium et me et fámiliam.
CH. *Cedo quíd uis faciam?* M. *inuéniſti hodie fíliam.*
CH. *Quid tum?* M. *hánc uxorem ſíbi dari uolt Clínia.*
CH. *Quaeſó, quid hominis és.* M. *quid?* CH. *iamne oblítus es,*
Intér nos quid ſit dictum de fallácia,
Ut eá uia abs te argéntum auferretúr? M. *ſcio.*
CH. *Ea rés nunc agitur ípſa.* M. *quid narrás, Chreme?*
Immo haéc quidem quae apút me eſt, Clitiphónis eſt
Amíca. CH. *ita aiunt: ét tu credis ómnia:*
Et illam áiunt uelle uxórem, ut cum deſpónderim,
Des, qui aúrum ac ueſtem atque ália quae opus ſunt cómparet.
M. *Id éſt profecto: id amícae dabitur.* CH. *ſcílicet*
Datum íri, M. *ah, fruſtra ſum ígitur gauiſús miſer.*
Quidnís tamen iam málo, quam hunc amíttere.

6 *Hanc ſibi uxorem.* Omnes noſtri, *Hanc uxorem ſibi dari.*

7 CH. *Quaeſo quid tu hominis es?* ME. *quid?* Plenior videtur lectio libri Bembini. M. *quid eſt?* nec verſus repugnat, eliſo ex verbo *es*, *s* littera. FAERNUS:

Quaeſo, quid tu hominis es? Quid eſt? Jamne oblitus es?

Fruſtra oneratur verſus. Noſtri univerſi rotundius:

Quaeſo, quid hominis es? Quid? Jamne oblitus es?

10 ME. *Quid dixti Chreme.* Liber Bembinus, *quid narras.* Sed hoc non magni refert. illud majoris momenti eſt ex verſu, qui ſequitur: *Erravi ſic res acta eſt. quanta ſpe decidi.* in contextu libri Vaticani non eſſe niſi primam dictionem *erravi.* in Bembino vero illum verſum omnino non eſſe, & ſane eum eſſe ſubditicium ex inſequentibus patet, ubi Menedemus tum denique errorem ſuum agnoſcens, in haec verba prorumpit, *id eſt profecto: id amicae dabitur.* & interpoſito Chremetis aſſenſu, *vah, fruſtra igitur gaviſus miſer.* ita liquido apparet, quicquid ante haec eſt, diſſenſionem eſſe Menedemi & Chremetis, hoc contendente, Bacchidem amicam eſſe Cliniae: illo Clitiphonis. quid ergo opus fuit Menedemum hic dicere *erravi*, & cetera quae ſequuntur, paulo poſt eadem illa dicturum? quare eum verſum omnino delendum arbitramur. quae vero ſequuntur ea ex libro Bembino perſonae Menedemi attribuimus:

Ea res nunc agitur ipſa. ME. *quid narras Chreme?*
Immo haec quidem, quae aput me eſt, Clitiphonis eſt
Amica. ita aiunt. CH. *& tu credis?* ME. *omnia.*
CH. *Et illum aiunt velle uxorem, ut cum deſponderis,*
Des qui aurum, ac veſtem, & alia quae opus ſunt, comparet.

ME. *Id eſt profecto.* Hic primo negat Menedemus, id quod aſſerit Chremes, ſcilicet per ſpeciem deſiderii nuptiarum fallaciam inſe a Clinia filio intendi, ad extorquendum argentum, quod Bacchidi detur: non enim hanc ejus amicam eſſe, ſed Clitiphonis. contra aſſeverante Chremete id eſſe compoſitum inter aduleſcentes, ut Bacchis, amica Clitiphonis eſſe dicatur, atque ut Clinia uxorem velle ſe fingat, ut per ſpeciem uxoris ornandae, & nuptiarum apparandarum, argentum a patre accipiat, quod det Bacchidi. tandem Menedemus in opinionem Chremetis inducitur; actum demum dicit, *id eſt profecto*, & quae ſequuntur. FAERNUS.

Noſtri omnes *Dixti*. Soli Bembino debemus, quod ſpurius verſus hinc ejiciatur; qui fictus eſt ex II, 3, 9. *Vae miſero mihi, quanta de ſpe decidi.* Et inde etiam habemus, *Immo haec quidem quae aput*

Quid núnc renuntiem ábs te reſponſúm, Chreme?
Ne ſéntiat me ſénſiſſe, atque aegré ferat.
CH. *Aegré? nimium illi, Ménedeme, indulgés.* M. *ſine:*
Incéptumſt: perfice hóc mi perpetuó, Chreme.
CH. *Dic cónueniſſe, egíſſe te de núptiis.*
M. *Dicám. quid deinde?* CH. *mé facturum eſſe ómnia,*
Generúm placere; póſtremo etiam, ſí uoles,
Deſpónſam quoque eſſe dícito. M. *em, iſtuc uólueram.*
CH. *Tanto ócius te ut póſcat, et tu id quód cupis,*
Quam ocíſſime ut des. M. *cúpio.* CH. *ne tu própediem,*
Ut iſtám rem uideo, iſtíus obſaturábere.
Set haéc ut ut ſunt, caútim et paulatím dabis,
Si ſápies. M. *faciam.* CH. *abi íntro: uide, quid póſtulet.*
Ego dómi ero, ſiquid mé uoles. M. *ſané uolo:*
Nam té ſcientem fáciam, quicquid égero.

aput me eſt: cum noſtri perperam habeant, *Et quidem haec quae aput te eſt.* Tamen ex noſtris omnibus *Deſponderim* legimus, non *Deſponderis*. Et, *Ita aiunt: & tu credis omnia*: ſoli Chremeti tribuimus.

13 *Et illum aiunt velle uxorem.* Lege *Illam.* Supra IV, 3, 25.
Illam te amare & velle uxorem.

16 *Fruſtra igitur gaviſus miſer.* In omnibus libris eſt verbum *ſum*; in Bembino quidem, poſt *fruſtra*: in aliis poſt *igitur*. ſed antiquiorem lectionem admittendo, verſum ita expedimus, ut vox *fruſtra* hic ultimam corripiat, quod exemplo non caret: ex *igitur* vero *r* elidatur. FAERNUS.
Leve hoc eſt, & facilem curam admittit. Lege pro *Vah*, quod dolenti magis convenit *Ah*. Sed aliud eſt, & paulo majus, Dixerat Menedemus, *Id amicae dabitur*; cui reſpondet Chremes *Scilicet daturum*. Quem? ſi ad *Dabitur*, diſerte reſpondes, dic (quae vera lectio eſt) *Scilicet datum iri*. *Scilicet* cum Infinitivo jungi, praeter haec exempla, etiam Magiſtri veteres docent.

Deſponſam quoque eſſe dicito. Ex *eſſe*, unum *e*, elidendum, vel ex *deſponſam, m.* FAERNUS. 25

Sed haec ita ut ſunt. Ubaldinus Bandinellus legebat, *ſed haec ut ut ſunt*; & eſt in libro Vaticano; at in Bembino, *ſed haec uti ſunt*: quae placet lectio. FAERNUS. 29
Meliores tres ex noſtris, *Sed ut uti iſtaec ſunt*: Alter, *Sed haec uti ut ſunt*. Vel lege, *Haec ut ut ſunt*, vel *Ut ut iſtaec ſunt*. Nec hilum intereſt.

Abi intro, vide quid poſtulent. Liber Bembinus, & Victorianus *poſtulet*, & Clinia ſubauditur; de quo jam dictum eſt, *tanto ocius te ut poſcat*. FAERNUS. Sic ex noſtris duo. 30

Nam te ſciente faciam. Aliqui libri, inter quos Bembinus, *te ſcientem faciam*, id eſt, tibi renuntiabo. ita habebat & Victorianus: ſed poſtea ex *ſcientem m* abraſum eſt. FAERNUS. Duo ex noſtris *Scientem*; ſed ex antiquiore *m* abraſum eſt. Recte tamen *Scientem*; non quod illud alterum non ſat bene ſe habeat, ſed quod hoc melius. Plaut. Aſin. I, 1, 33. 32
Propterea quod me non ſcientem feceris.

ACTUS

ACTUS V. SCAENA I.

MENEDEMUS. CHREMES.

M. *'EGO me non tam aſtútum neque ita pérſpicacem eſſe íd ſcio:*
Sét hic adiutor méus et monitor ét praemonſtratór Chremes
Hóc mihi praeſtat: ín me quiduis hárum rerum cónuenit,
Quaé ſunt dictae in ſtúltum, caudex, ſtípes, aſinus, plúmbeus:
'In illum nil potéſt: exſuperat eíus ſtultitia haec ómnia.
CH. *'Obe, iam deſíne deos uxor grátulando obtúndere,*
Túam eſſe inuentam gnátam: miſi illos éx tuo ingenio iúdicas,
'Ut nil credas íntellegere, níſi idem dictumſt cénties.
Sét interim quid illíc iamdudum gnátus ceſſat cúm Syro?
M. *Quós ais homines céſſare?* CH. *ehem, per témpus, Menedeme, áduenis?*
Díc mihi, Cliniaé quae dixi núntiaſtin? M. *ómnia.*
CH. *Quíd ait?* M. *gaudere ádeo occepit, quáſi qui cupiunt núptias.*
CH. *Há ha hae.* M. *quid riſiſti?* CH. *ſerui uénere in mentém Syri*
Cálliditates. M. *ítane?* CH. *uoltus quóque hominum fingít ſcelus.*
M. *Gnátus quod ſe adſímulat luctum, id dícis?* CH. *id.* M. *idem iſtúc mihi*
Uénit in mentém. CH. *ueterator.* M. *mágis, ſi magis noris, putes*
'Ita rem eſſe. CH. *ain tu?* M. *quín tu auſculta.* CH. *mánedum hoc prius*
ſcire éxpeto,

4 *Quae ſunt dicta in ſtultum.* Nota conſtructionem, *Harum rerum quae ſunt dicta.* Guyetus correctum voluit *Horum.* Immo repone ex duobus noſtris, uno 900 annorum, altero Regio. *Quae ſunt dictae.*

5 *In illum nil poteſt: num exſuperat ejus ſtultitia haec omnia.* Pro *nil* o. l. s. habent *nihil:* quae tamen dictio in ſcanſione eſt contrahenda. Bembinus vero aduerbium *nam* in contextu non habet. ſine quo ſermo conſuetudini accommodatior videtur. ut vero verſus ſit trochaicus, ut cereri, eliſo ex *illum l,* prior ſyllaba corripienda; dictio vero *ejus* monoſyllaba facienda. FAERNUS.

9 *Sed quid interim illic.* O. l. s. *ſed interim quid illic.* & verſus conſtat rationibus ſaepe repetitis. FAERNUS. Sic & noſtri.

10 *Quos ais homines, Chremes, ceſſare? Ehem, Menedeme, aduenis?* Ex uno Academico abeſt *Chremes:* in altero Regio additum eſt *Per tempus.* Repone,

Quos ais homines ceſſare? Ehem, per tempus, Menedeme, advenis.

Andr. IV, 4, 44.

O Chreme, per tempus advenis.

12 *Gaudere adeo coepit.* Veterrimi ex noſtris, *Adeo occepit.*

17 *Mane hoc prius ſcire expeto.* Lege, *Manedum:* alioqui claudicat verſus. Saepe occurrit apud Plautum.

20 *Sponſae veſtem, aurum, ancillas.* Liber Bembinus, & alii antiqui fere omnes, *atque ancillas:* ita etiam verſu requirente. FAERNUS.

Sponſae véſtem, aurum, atque ancillas opus eſſe, argentum ut dares.

Unus tantum e noſtris, et is recentior, habet *Atque.* Nempe a Correctoribus venit, ad verſum ſuſtentandum: ſententiae enim nocet, quae

Digitized by Google

Quíd perdideris. nam úbi despónsam núntiasti fílio;
Cóntinuo iniecísse uerba tíbi Dromonem scílicet,
Spónsaë aurum, uéstem, ancillas, ópus esse: argentum út dares.
M. *Nón.* CH. *qui non?* M. *non inquam.* CH. *neque ipse gnátus?* M. *nil prorsúm, Chreme.*
Mágis unum etiam instáre, ut hodie cónficerentur núptiae.
CH. *Míra narras. quíd Syrus meus? ne ís quidem quicquám?* M. *nihil.*
CH. *Quámobrem, nescio.* M. *équidem miror, qui ália tam plané scias.*
Sét ille tuum quoqué Syrus idem míre finxit fílium,
'Ut ne paululúm quidem subolat ésse amicam hanc Clíniae.
CH. *Quíd ais?* M. *mitto iam óscular atque ámplexari: id níl puto.*
CH. *Quíd est quod ampliús simuletur?* M. *náh.* CH. *quid est?* M. *audí modo:*
'Est mihi ultimís conclaue in aédibus quoddám retro,
Húc est intro látus lectus: uéstimentis strátus est.
CH. *Quíd postquam hoc est fáctum?* M. *dictum fáctum huc abiit Clítipho.*
CH. *Sólus?* M. *solus.* CH. *tímeo.* M. *Bacchis cónsecutast ílico.*
CH. *Sóla?* M. *sola.* CH. *périi.* M. *ubi abiere íntro, operuere óstium.* CH. *hem, Clínia haec fieri uidebat?* M. *quídni? mecum unà simul.*
CH. *Fili ést amica Bácchis, Menedeme: óccidi.*
M. *Quamobrém?* CH. *decem diérum uix mi est fámilia.*
M. *Quid? istúc times quod ille óperam amico dát suo?*
CH. *Immó quod amicae.* M. *sí dat.* CH. *an dubium íd tibi est?*

quae melius per Asyndeta decurrit. Illud quoque inemendatum prorsus; quod *Aurum* sine accentu sit, *Atque* in Iota. Inverso ordine scripsit Auctor:

Sponsae aurum, vestem, ancillas opus esse, ar- Ita supra II, 3, 7. [*gentum ut dares.*
Aurum, vestem; & vesperascit. &c. 11.
Videin tu ancillas, aurum, vestem: quam ego cum una ancillula.

Sponsae pronuntiandum est, quasi esset *Sponsai.*

21 *Non? quid non?* Lege, *Qui non?*

24 *Quamobrem.* M. *Nescio equidem.* Prava hic distinctio est, quae omnem sententiae venerem extinguit. Repone,

Quamobrem, nescio. M. *Equidem miror; qui alia tam plane scias.*

Miror te hoc nescire, qui &c.

25 *Sed ille tuus quoque Syrus idem mire finxit filium.* Liber Bembinus, & Victorianus, *sed ille tuum*, ut sit, tuum filium. FAERNUS. Tres ex nostris *Tuum.*

Ut ne paululum quidem subolat. Hujus versus secundus pes est trochaeus, tertius anapaestus, elisio *m* ex *paululum*, quamvis sequente consonante. FAERNUS. Etiam veterrimus noster *Subolat.* Alter *Subolet.* Ceteri omnes *Suboleat.* 26

Est mihi ultimis conclave in aedibus. Liber Bembinus, & omnes fere alii, etiam ex antiquis, ita collocant, *Est mihi in ultimis.* procedet versus, vel vitando synaloepham, vel disjungendo diphthongum in voce *aedibus.* FAERNUS. Atqui ea lecto sola vera est, *Est mihi ultimis.* Neque enim synaloepha omitti, nec dissolvi diphthongus iste potest. 29

Immo amicae. L. s. fere o. *Immo quod amicae,* quae particula explendo & sermoni & versui necessaria est. FAERNUS. Sic & nostri omnes. 38

Quem-

Quemquámne tam animo cómi esse et lení putas,
Qui sé uidente amícam patiatúr suam?
M. *Quidní? quo uerba fácilius dentúr mihi.*
CH. *Derides? merito. Ut míhi nunc ego suscénseo.*
Quot rés dedere, ubi pósſem persentíscere,
Nisi si éssem lapis? quae uídi? uae miseró mihi.
At né illud haut inúltum, si uiuó, ferent:
Nam iám. M. *non tu te cóhibes? non te réspicis?*
Non tíbi ego exempli sátis sum? CH. *prae iracúndia,*
Menedéme, non sum apút me. M. *tene istúc loqui?*
Nonne íd flagitiumst, te áliis consiliúm dare,
Foris sápere, tibi non pósse te auxiliárier?
CH. *Quid fáciam?* M. *id quod tu mé feciſſe aibás parum:*
Fac té esse patrem ut séntiat: fac ut aúdeat

39 *Quemquam animo tam communi esse, aut leni putas.* Et hic quoque o. fere l. s. inter quos Bembinus & omnes fere antiqui, praeter Basilicanum, habent, *quemquamne:* aliqui vero pro *communi, comi*; quod mihi maxime placet. Sed multo maxima pars ita scriptum, ut & pro *communi* & pro *comi* accipi possit, hoc modo *cōi*. Movet me ut *comi* malim, non modo ratio versus, qui, si *communi* legas, stare non potest; sed etiam quod non fere vocabulum *communis* invenias in hac significatione, qua hic ponitur, nisi (& id quidem judicio nostro mendose) apud Suetonium, in vita Claudii, de quo in notationibus emendationum ejus auctoris fusius differemus. Sane & in quibusdam libris impressis *comi* legi testatur Io. Rivius, ut sciatur non nos hoc primum advertisse, nec publicasse. certis tamen de causis lectionem vulgatam retinebimus. FAERNUS.

Pro *Aut*, nostri fere omnes *Et*. Repone,

Quemquamne tam animo comi esse & leni putas.

41 ME. *Ah ah eh.* Haec non sunt in libro Bembino, & certe risus non videtur habere hic locum. Sed nec versus haec recipit. FAERNUS. Nec agnoscunt plerique nostri.

42 *Derides? merito mihi nunc ego suscenseo.* Lege & distingue.

Derides? merito. Ut mihi nunc ego suscenseo.

sic V, 4, 20.

Eheu, quam nunc totus displiceo mihi.

Nisi essem lapis? L. o. s. *ni essem lapis?* 44 FAERNUS. *Ni essem lapis.* Vides, quam incommode accentus fiant. Decem e nostris habent *Nisi*. Lege igitur,

Nisi si essem lapis. quae vidi? vae misero mihi.

Non posse auxiliarier. Syllaba deest, quam 50 typographi culpa excidisse credo. Siquidem codices nostri universi, *Non posse te auxilianier.* Taceant itaque, qui synaloepham hic omitti propter sequentem diphthongum volunt.

Quid faciam? Id quod me feciſſe aibas parum. 51 Codex Regius, *Quid vis faciam?* An legendum?

Quid vis faciam? Id quod me feciſſe aibas parum.

Sed recte unus ex Meadianis; *Quod tu me.* Repone.

Quid faciam? Id quod tu mé feciſſe aibas parum.

Nusquam, si memini, aliter noster, quam *Aibam, Aibas, Aibat*, per disyllabon.

Fac te esse patrem sentiat. Antiqua collocatio, *Fac te patrem esse.* FAERNUS. 52

Esse patrem Codex Academicus & Edd. vett. Praeterea veterrimus noster; *Ut sentiat.* Repone:

Fac te esse pátrem ut sentiat; fac ut audeat.

Ut sentiat, ut audeat. Patrem jam in lectu habes: quod in recepta lectione obmutescit.

Immo abeat potius multo quovis gentium. 55 Nostri omnes

Immo abeat multo malo quovis gentium.

ut Hec. I, 2, 35.

Quasi

Tibi crédere omnia, ábs te petere et póscere:
Ne quam áliam quaerat cópiam, ac te déserat.
CH. *Immo ábeat potius málo quouis géntium,*
Quam híc per flagitium ad ínopiam redigát patrem:
Nam si íllius pergo súppeditare súmptibus,
Menedéme, mihi illic uére ad rastros rés redit.
M. *Quod incómmodi tibi in hác re accipies, níſi caues?*
Difficilem ostendes té esse, et ignoscés tamen
Post, ét id ingratum. CH. *ah néscis, quam doleam.* M. *út lubet.*
Quid hoc quód uolo, ut illa núbat nostro? níſi quid est
Quod máuis. CH. *immo et géner et adfinés placent.*
M. *Quid dótis dicam té dixisse fíliae?*
Quid ópticuisti? CH. *dótis?* M. *ita dico.* CH. *áh.* M. *Chreme,*
Ne quid uereare, sí minus: nil nos dós mouet.

Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi. & Plautus, *Multo mauelim.* Praetulerim tamen alteram lectionem:
Immo abeat potius malo quouis gentium.
Satis enim est patri, se *Malle* dicere: se *Multo malle* durius & inclementius est. *Potius malo*, ut Adel. II, 2, 14.
Quin quicquid possem, mallem auferre potius Plaut. Stich. I, 2, 13. [*in praesentia.*
Si manere hic sese malint potius, quam alio nubere.

57 *Nam si illi pergam.* Liber Bembinus *pergo.* ita habuit & Victorianus. FAERNUS.
Recte *Pergo:* nostri tamen omnes *Pergam.* Porro ex eis duo *Illius.* Repone,
Nam si illius pergo suppeditare sumptibus.
Sic *Ejus sumptus* III, 1, 44.

58 *Mihi illaec vere. Vere*, liber Bembinus. FAERNUS.
Menedeme, mihi illaec vero ad rastros res redit. Sic ex Bembino Faernus; perperam. Nostri omnes *Vere:* quae vera lectio est. *Vere*, necessario, prae egestate: non ut tibi, voluntario, prae animi aegritudine. Sed & aliud restat: *Illaec res* sine dubio mendose. Absolute enim dici solet *Res redit*; numquam cum pronomine vel adjectivo. Phorm. IV, 4, 5.
Ad restim mi quidem res redit planissume.
Bene ergo codex Regius a prima manu *Illic:* quod postea *Illaec* factum.
Menedeme, mihi illic vero ad rastros res redit.

Quot incommoditates in hac re accipies, nisi caves? 59 Hic versus vix mihi videtur sustentari posse, nisi forte elidendo ex *quot t:* quae dictio in libro Bembino per *d* scripta est; neque id errore aliquo, sed perpetuo more ejus librarii, & abjiciendo per synaloepham ultimam syllabam dictionis *incommoditates:* elisо prius *s.* Ceterum o. l. s. praeter Bembinum, ita habent hunc versum eodem sensu, sed numero meliore.
Quot incommoda tibi in hac re capies nisi caves? FAERNUS.

Bene est, quod monuit Faernus in Bembino fuisse *Quod.* Unus ex Medianis *Quod incommodi tibi.* Repone: [*ves?*
Quod incommodi tibi in hac re accipies, nisi ca-
id est, *Quantum incommodi:* non enim nisi unum nominat, *Difficilem te esse ostendes, postea tamen ignoscés; & id ingratum.*

Difficilem ostendis. Aliqui libri, inter quos 60 Bembinus, & Victorianus, habent *ostendes:* ut referatur ad id tempus, quo venia petetur per Clitiphonem a Chremete, FAERNUS. Unus ex nostris *Ostendes*; reliqui omnes *Ostendis.*

Quid hoc quod rogo, ut illa nubat nostro. 62 Lege ex nostris universis,
Quid hoc quod volo.

Nihil dos nos movet. O. l. s. *nihil nos dos* 66 *movet.* FAERNUS.

Digitized by Google

CH. *Dúo talenta pró re noſtra ego éſſe decreuí ſatis:*
Sét ita dictu eſt ópus, ſi me uis ſáluom eſſe et rem et fílium,
Mé mea omniá bona doti díxiſſe illi. M. *quám rem agis?*
CH. *'Id mirari té ſimulato, et íllum hoc rogitató ſimul,*
Quámobrem id faciam. M. *quín ego uero, quámobrem id facias, néſcio.*
CH. *'Egone? ut eius ánimum, qui nunc lúxuria et laſcíuia*
Diffluit, retúndam: redigam ut qué ſe uortat, néſciat.
M. *Quíd agis?* CH. *mitte ac ſíne me in hac re gérere mihi morém.* M. *ſino:*
'Itane uis? CH. *ita.* M. *fíat.* CH. *ac iam, uxórem ut accerſát, paret.*
Híc ita, ut liberós eſt aequom, dictis confutábitur.
Sét Syrum. M. *quid eum?* CH. *égo, ſi uiuo, eum ádeo exornatúm dabo,*
'Adeo pexum, uſque út dum uiuat, méminerit ſempér mei:
Quí ſibi me pro déridículo ac délectamentó putat.
Nón, ita me di amént, auderet fácere haec uiduae múlieri,
Quae in me fecit ——

ACTUS V. SCAENA II.

CLITIPHO. MENEDEMUS. CHREMES. SYRUS.

CL. ——*'ITANE tandem quaéſo eſt, Menedeme, út pater*

68 *Set ita dictu opus eſt.* Lege meliore numero, *Set ita dictu eſt opus.*

70 *Et illum rogitato ſimul.* Liber Bembinus, *& illum hoc rogitato ſimul.* FAERNUS.

74 *Quid agis? mitte ac ſine.* In libro Bembino aſyndeton eſt, *mitte, ſine.* quod concitate loquenti aptius. FAERNUS. Omnes noſtri, *Mitte ac ſine:* quo verſus numeroſior fit.

75 CH. *Age jam ut uxorem accerſat, paret.* Liber Bembinus, *ac jam.* omnes vero quotquot ſunt l. s. ita collocant: *Uxorem ut accerſat.* FAERNUS. Noſtri omnes *Age jam.*

77 *Set Syrum. Quid eum? Egone? ſi vivo, adeo. Egone* ſemper reſpondet verbo ſecundae perſonae: ut paulo ante v. 72. *Quamobrem id facias, neſcio. Egone?* Phor. I, 2, 7. *Sed quid tu es triſtis? Egone?* Huic igitur loco non convenit: etſi Nonius bis legat *Egone*, v. Depexum & Exornare. Praeterea illud non ſatis belle; quod *Vivo* hic in Theſi lateat, quod alias in *Si vivo* ſemper in Arſi eſt. Repone,

Sed Syrúm. Quid eum? 'Ego, ſi vívo, eum ádeo exornatúm dabo.

78 *Adeo dépexum, ut dum vivat, meminerit ſemper mei.* Sic dedit Faernus; & ſic exſtat apud Nonium. Sed tres ex noſtris notae optimae:

Adeo depexum, uſque ut dum vivat, memineris ſemper mei.

Plurimi, *Uſque dum vivat:* uni tantum recentiſſimo deeſt *Uſque.* Repone,

Adeo péxum, uſque út dum vivat méminerit ſempér mei.

Cum viderent olim correctores, verſum ultra terminum excurrere; τὸ *Uſque* ejecerunt: cum in mendo cubaret *Depexum. Depexum* accentum hic habet in *De:* cum vis verbi in *Pexum* ſita ſit; id vero ut mutum tranſmittitur. Illud in primis notandum eſt, *Depectere* nuſquam alias apud Noſtrum, nuſquam omnino apud Plautum haberi. Deinde & illud: *Pexum* hominem dici, ut Perſius I, 15. *Pexuſque togaque recenti*; Quintil. Inſt. I, 5. *Ille pexus pinguiſque doctor: Depexum* vero neminem: nihil praeter *Comam, jubam, folia, depexum* dici. Ergo in eadem

Tam ín breui ſpacio ómnem de me eiécerit animúm patris?
Quódnam ob facinus? quíd ego tantum ſcéleris admiſí miſer?
Vólgo faciunt. M. *ſcío tibi eſſe hoc gráuius multo ac dúrius*
Cui fit: uerum ego haút minus aegre pátior. id qui, néſcio
Néc rationem cápio, niſi quod tíbi bene ex animó uolo.
CL. *Híc patrem áſtare áibas?* M. *eccum.* CH. *quíd me incuſas, Clítipho?*
Quícquid ego huius féci, tibi proſpéxi et ſtultitiaé tuae.
'Ubi te uidi animo éſſe omiſſo, et ſuáuia in praeſéntia
Quaé eſſent, prima habére, neque conſúlere in longitúdinem:
Cépi rationem, út neque egeres, néque ut haec poſſes pérdere.
'Ubi cui decuit primo, tibi non lícuit per te mihi dare;
'Abii ad proxumós, tibi qui erant: eís commiſi et crédidi.
'Ibi tuae ſtultítiae ſemper erít praeſidium, Clítipho,
Uíctus, ueſtitús, quo in tectum té receptes. CL. *eí mihi.*
CH. *Sátius eſt, quam te ípſo herede haec póſſidere Bácchidem.*
SY. *Díſperii. ſceléſtus quantas túrbas conciui ínſciens?*
CL. *'Emori cupió.* CH. *prius quaeſo díſce, quid ſit úſuere.*
'Ubi ſcies, ſi díſplicebit uíta, tum iſtoc útitor.
SY. *'Ere, licetne?* CH. *lóquere.* SY. *at tuto.* CH. *lóquere.* SY. *quae iſtaec práuitas,*
Quaéue amentia éſt, quod peccaui égo, id obeſſe huic? CH. *ílicet.*

eadem Ironia perſiſtit, *Adeo exornatum, adeo pexum.* Nam quod Nonius *Depexum* hic interpretatur *Laceratum*, id pro ſolito ſuo ſtupore facit. Phor. V, 9, 41.

Habet haec eii quod, dum vivat uſque, in aurem ogganniat.

79 *Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat.* Lege ex veterrimis noſtris, *Pro deridiculo:* quod & verſus expoſcit, & Plautus Tacituſque uſurparunt.

80 *Haec facere viduae mulieri.* Omnes fere l. s. *facere haec*, quae collocatio rationi trochaici ſervit. FAERNUS. Sic & noſtri univerſi.

1 *Itane tandem quaeſo.* His addebat Ubaldinus verbum *eſt*, quod & in aliquibus libris legitur, praeſertimque in omnibus antiquis, praeter Bembinum. FAERNUS. Omnes etiam noſtri, *Quaeſo eſt, Menedeme.* Recte. *Itane eſt, ut:* Non, *Itane, ut.*

4 *Volgo id faciunt.* Nullus l. s. habet dictionem *id*, praeter Victorianum. FAERNUS. Nec ullus ex noſtris.

Verum ego haut minus aegre patior, id qui neſcio. 5
Diſtingue:
Verum ego haut minus aegre patior. Id qui, neſcio
Nec rationem capio.
Id qui, id eſt, cur, quamobrem, faciat, neſcio. Memor ejus eſt Menedemus, quod praeceperat ei Chremes, V, 1, 70.
Id mirari te ſimulato, & illum hoc rogitato ſi-
Quamobrem id faciam. [*mul.*

Hic patrem áſtare aiebas? In libro Bembino 7
pro *áſtare* legitur *eſſe*; & verſus expeditus eſt. quamquam & illo modo ſtare utrumque poſſit. FAERNUS. Apparet hic in Bembino manus Correctoris. Cum omnes codices *Adſtare*; iſte ſolus habet *Eſſe*; quia *Aiebas* triſyllabon accepit. At ubique noſter *Aibas, Aibant.*

Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut haec 11
poſſes perdere. Nonius hoc citat v. Capere: ubi codex ſcriptus, 900 annorum *Egeris* & *Poſſis.* Fortaſſe legendum eſt:
Cepi rationem, ut neque egeas, neque ut haec
poſſis perdere.

Quaeve amentia. O. l. s. hic addunt ver- 21

Né te admiſce: némo accuſat, Sýre, te; nec tu arám tibi,
Néc precatorém pararis. SY. *quíd agis?* CH. *nil ſuſcénſeo,*
Néc tibi, nec tíbi: nec uos eſt aéquom, quod faciá mihi.
SY. *Abiít? rogaſſe uéllem.* CL. *quid, Syre?* SY. *únde mi peterém cibum:*
Ita nós abalienáuit. tibi iam eſſe ád ſororem intéllego.
CL. *Adeón rem rediiſſe, út periclum etiam á fame mihi ſít, Syre?*
SY. *Modo líceat uiuere, éſt ſpes* CL. *quae?* SY. *nos éſuriturós ſatis.*
CL. *Inrídes in re tánta, neque me quícquam conſílio ádiumas?*
SY. *Immo ét ibi nunc ſum, et úſque id egi dúdum, dum loquitúr pater.*
Et quántum ego intellégere poſſum. CL. *quíd?* SY. *non aberit lóngius.*
CL. *Quid id érgo?* SY. *ſic eſt, vón eſſe horum te árbitror.* CL. *qui iſtúc, Syre?*

bum *eſt.* FAERNUS. Noſtri omnes, uno excepto, *Amentia eſt.* Unde tamen legendum erit, *Quae iſtaec prauitas?* non *Quae iſtaec.*

24 *Nec tibi nec tibi.* Noſtri univerſi, *Nec tibi, nec huic:* Faernus & eo prior Eraſmus; *Nec tibi, nec tibi;* neſcio, ex libriſne an ex conjectura. Videtur tamen verum: nempe vultu & nutu haec aguntur; primo Syrum, dein ſilium intuetur: ut Plaut. Capt. II, 3, 87.

Et tua & tua huc ornatus reueniam ex ſententia.

25 SY. *Abiit, & rogaſſe vellem. Quid? Unde.* Aliqui libri pro *&*, *ab*; aliqui *hoi*: antiquiſſimi *vah* habent, quod & placet. FAERNUS.

Tres modo ex noſtris *Va*: reliqui nihil habent. Repone:

Abiit? rogaſſe vellem. CL. *Quid, Syre?* SY. *Unde mi peterem cibum?*

Syre abſorptum eſt a literis SYR; quae Perſonas diſtinguunt. Et Nota, poſtquam Chremes abierat, tum ſtatim a Trochaicis ad Iambicos itum eſt.

26 *Ita nos abalienavit.* Multi l. s. inter quos Bembinus, Vaticanus, & Baſilicanus, habent, *alienavit.* ita eſt trochaicus, ut ceteri. FAERNUS.

Illud *Alienavit* a correctoribus eſt, qui ſuperiore verſui *Ah, Hei*, vel *Vah* addiderunt. Scilicet Trochaicos eſſe exiſtimabant, cum ſint Iambici. Noſtri omnes quattuor demptis, *Ita nós abalienavit*; verbo apud Plautum frequenti.

27 *Adeon rem rediſſe ut periculum etiam fame mihi ſit Syre?* Hic trochaicus ita ſuſtentandus eſt, ut prima ſyllaba in praecedentem verſum rejiciatur; & *periculum* in *periclum* contrahatur. ut primus pes ſit ſpondeus: ſecundus anapaeſtus: nam *rodiſſe* ſcribebat Terentius, quod nos *rediſſe:* tertius Iambus, quartus dactylus. FAERNUS.

Errat Faernus, qui Trochaicum hunc verſum putavit. Pro *Etiam fame* Codex noſter veterrimus *Etiam a fame.* Recte: vel *Periclum fame*, Genitivo vetuſto, ut *Periclum mortis* &c. *A fame*, ut Hec. V, 1, 10.

Si vera dicis, nil tibi eſt a me pericli mulier.

Modo liceat vivere eſt ſpes. Hic verſus octonarius Iambicus eſt, ponendo in prima ſede proceleuſmaticum, & diphthongum diſſolvendo in *quae*, ut ſit ſpondeus. FAERNUS. Apage iſtum ſpondeum *Quaë*: putavit vir optimus *Eſuriturus* tertiam corripere debere: eum longam eſſe oſtendat illud Catulli: 28

Aureli pater eſuritionum.

Quid iſtuc, Syre? Lege, *Qui iſtuc:* ut ſaepe alias. *Cur, quamobrem iſtuc?* Et ſic codex egregius G. Fabricii. 32

Ego dicam quod mihi in mentem: tu. O. l. s. *in mente eſt, tu.* praeter Vaticanum, puto vulgatam veram eſſe, & ſubaudiendum, *venit.* FAERNUS. Unus ex noſtris recentior *In mentem:* plures *In mente eſt*; quinque ex melioribus *In mentem eſt.* Recte: Ita ſaepe Plautus. Noſter iterum Adel. IV, 1, 12. *Nilne in mentem eſt?* Vide Gellium I, 7. 33

Poſtquam eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſa, qua. 36

Satin ſánus es? SY. *ego dícam, quod mi in méntem eſt: tu diiúdica.*
Dum iſtís fuiſti ſólus, dum nulla ália delectátio,
Quae própior eſſet, te índulgebant; tíbi dabant: nunc fília
Poſtquam éſt inuenta, inuénta uero eſt caúſa qua te expéllerent.
CL. *Eſt uériſimile.* SY. *an tu ób peccatum hoc tám eſſe illum iratúm putas?*
CL. *Non árbitror.* SY. *nunc álium ſpecta: mátres omnes fíliis*
In péccato adiutríces, auxilio ín paterna iniúria
Solent éſſe: id non fit. CL. *uérum dicis: quid érgo nunc faciám, Syre?*
SY. *Suſpícionem iſtánc ex illis quaére: rem profér palam: aut,*
Si nón eſt uerum, ad míſericordiam ámbos adducés cito;
Aut ſcíbis cuius ſis. CL. *récte ſuades: fáciam.* SY. *ſat recte hóc mihi*
In méntem uenit: námque aduleſcens quam ín minima ſpe ſítus erit,

qua te expellerent. Sic dedit Faernus. A duobus noſtris abeſt *Vera*: in aliis ſedem mutat. In uno deeſt *Inventa*. Cur autem *Filia vera*; cum falſam numquam ſuſtulerint? Repone:

Poſtquam eſt inventa, inventa vero eſt cauſa, qua te expellerent.

Vero hic eleganter, ut Eun. III, 5, 28.

Illa ilico ubi me accepit, laeta vero ad ſe abducit domum.

Amat autem Terentius verba ſic duplicare. Heaut. I, 2, 32.

Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convi-

Hec. II, 1, 45. [*varier.*

Ubi duxero impulſu veſtro, veſtro impulſu eaſdem exigunt.

37 *An tu ob peccatum hoc eſſe illum iratum putas?* Lege, *Tám eſſe illum iratum putas?*

40 CL. *Verum dicis: quid ergo nunc faciam Syre.* Difficilis octonarius, niſi legas, *quid ego*. quam lectionem in aliquibus l. s. inveni. FAERNUS. Omnes noſtri *Ergo*: nec difficilis eſt octonarius. Neque enim *Ergo* hic primam corripit; ſed, *Dicis* pro more ſollemni ejicit s. *Verum díc': quid érgo nunc.*

41 *Suſpicionem iſtam.* In libro Bembino eſt *iſtanc*, ut & Priſcianus citat, & ratio verſus exigit. FAERNUS.

42 *Palam. Si non eſt verum,* —— *Aut ſcibis cujus ſis.* Excidit ex fine verſus conjunctio *Aut*. Repone igitur:. *Rem profer palam: aut.*

Si non eſt verum, *ad miſericordiam ambos adduces cito;*
Aut ſcibis cujus ſis. hoc eſt, ſi eſt verum.

Sat recte mibi. O. l. s. poſt *recte*, habent *hoc*. FAERNUS. 43

In mentem venit: namque aduleſcens quam maxime in ſpe ſitus erit. Hunc verſum habet contextus libri Bembini ſine dictione *quam*; quae tamen ut ſenſui neceſſaria, deinde ſuperaddita eſt. ego & ex libro ſcripto ſatis antiquo, & ex ratione verſus, pro *namque*, *nam quam* lego. particulam vero *in*, ita expoſcente ſenſu, detraho, ut ſit, *nam quam aduleſcens maxume ſpe ſitus erit. ſitus autem ſpe*, expone, derelictus, ſive demiſſus a ſpe: *ſine* enim & pro dimitto accipitur, ut & ſupra in Heautontim. *ſine me vacivom tempus ne quod dem mihi laboris*, item in Adelphis: *quiſquis es ſine me.* & in Phormione, *imprudens timuit aduleſcens, ſino.* quae duo extrema etiam a Donato citantur in Hecyra, probare volente idem eſſe ſino, ac mitto. ſane hanc lectionem non habebat a principio liber Bembinus: ſed aliam quandam, ut ex veſtigiis ejus abraſae conjicere licet, longe & ab hac, & ab ea quae eſt in aliis libris, diverſam. nos tamen hanc, quam ſupra poſuimus, quae illi abraſae ſubſtituta fuit, ut ceteris antiquiorem, & ab Aldo jam receptam, ſecuti ſumus, detracto ut ſupra diximus, *in*, propter ſenſum. FAERNUS. 44

In mentem venit: nam quam aduleſcens maxime ſpe ſitus erit,
Tam facillume patris pacem in leges conficiet ſuas.
Etiam haut ſcio, an uxorem ducas, ac Syro
nil gratiae.

Sic:

Tam difficillumé patris pacem in léges conficiét ſuas. 45
Etiam haút ſcio, anne uxórem ducat: ác Syro nil grátiae.
Quid hoc aútem? ſenex exít foras: ego fúgio. adhuc quod fáctumſt
Mirór, non iuſſe me ábripi hinc: nunc ád Menedemum hunc pérgam.
Eum míhi precatorém paro: ſeni nóſtro nil fidei hábeo.

ACTUS V. SCAENA III.

SOSTRATA. CHREMES.

50. *PROFE'CTO niſi caués tu homo, aliquid gnáto conficiés mali:*

Sic dedit Faernus; ſed verſum priorem ſic habent noſtri univerſi

In mentem venit: namque adoleſcens quam in minima ſpe ſitus erit.

In verbis magnae ſunt tenebrae, in ſententia majores. Paulatim ex illis erependum nobis eſt. *Spe ſitus*, quod Faerno placuit, pro *Derelictus*, ſine exemplo eſt, & non placet. Nec ferendum eſt illud Guyeti, *Spe eitus*, id eſt, motus, dejectus, depulſus. Quis ſic locutus eſt? *In ſpe ſitus* eſt *poſitus*, collocatus. Ut enim *In poteſtate veſtra ſitum eſt*, & *In vobis poteſtas ſita eſt* ſenſu eodem dicitur; ita & *Nulla ſpes in te ſita eſt*, & *In nulla ſpe tu ſitus es* aeque dicatur. *In leges ſuas* quid ſit ex Plauto diſcas Aſin. I, 3, 81.

Habeo unde iſtuc tibi quod poſcis, dem: ſed in leges meas
Dabo, uti ſcire poſſis, perpetuum annum hunc mihi uti ſerviat.

In leges meas, id eſt, meis conditionibus. Ergo haec oritur loci ſententia. Quanto in minore ſpe erit Clitipho, tanto facilius patris veniam impetrabit, ſuis ipſe conditionibus. Hocine vero credibile eſt? Immo, ſi ſpe deſtitutus eſt; nullas ſibi conditiones feret, omnia faciet, quae pater imperabit. Vide porro, quod Syrus ſubjungit, *Etiam haud ſcio an uxorem ducat*. Clitipho, implicatus alio amore, ab re uxoria abhorrebat; ſi igitur ut patris pacem obtineat, etiam uxorem ducat: profecto non *In leges ſuas*, ſed patris, non *Facillume*, ſed duriſſimis conditionibus pacem conficit. Ergo illud *Facillume* ſine dubio mendoſum eſt; quod & verſus ipſe indicat; nam in mediis Iambicis nulla cauſa, nullo more, Trochaicus intervenit. Repono: *Sat recte hoc mihi*

In méntem venit: namque adoleſcens quam in minima ſpe ſitus erit,

Tam difficillume *patris pacem in leges conficiet ſuas.*

Etiam haút ſcio anne *uxorem ducat: ac Syro nil gratiae.*

Callidiſſimus ſervus, qui hoc conſilio non minus rem ſuam, quam Clitiphonis agit, *Sat recte*, inquit, hoc excogitavi; ſpem bonam adoleſcenti injeci ſe facile ex hoc malo emerſurum; ne ſi animo plane dejecto ſit, quidvis imperatum faciat: ille uxorem inveniat, ego crucem. Si enim nunc perterrefactus uxorem capit; ille pacem ſibi impetrat. ego poenae relinquor. *Anne* habent noſtri univerſi, non *An:* quo pacto Iambicus ſit; & idcirco, ut prior quoque Iambicus ſit, neceſſe eſt. Ergo recte: *Tam difficillume.*

Tam facillime boni patris pacem. Dictionem *boni*, auctoritate omnium librorum delevimus. FAERNUS. Etiam noſtri conſentiunt. 45

Etiam haud ſcio anne uxorem ducat. Aliquot libri, inter quos Bembinus, non habent particulam *ne*, ſine qua verſus eſt trochaicus, ut ceteri. FAERNUS. Atqui omnes noſtri *Anne:* & recte. 46

Quid autem hoc? O. l. s. *quid hoc autem?* verſus eſt trochaicus tetrameter acatalecticus, ut ſequentes. FAERNUS. Sic & noſtri, *Quid hoc autem.* Sed quos Trochaicos hic Faernus putat, Iambici ſunt. 47

Miror non juſſiſſe me adripi; ad Menedemum hinc pergam. Omnes fere recentes libri, & cum his Baſilicanus, ita habent; 48

Miror non juſſiſſe ilico arripi me. hinc nunc ad Menedemum pergam.

Victorianus, & Decurtatus priorem partem hujus verſus, ſimiliter ac recentes habent: poſteriorem

Digitized by Google

Idque ádeo miror, quómodo
Tam inéptum quicquam tibi uenire in méntem, mi uir, pótuerit.
CH. *Oh, pérgin mulier ésse? nullamne égo rem umquam in uitá mea*
Volui, quin tu in eá re mi aduorsátrix fueris, Sóstrata? 5
At sí iam rogitem, quíd est quod peccem; aut quámobrem id facias;
néscias
In quá re nunc tam cónfidenter réstas stulta. SO. *ego néscio?*
CH. *Immó scis potius. quám quidem redit ad íntegrum eadem orátio.*
SO. *oh,*

steriorem hoc modo, *arripi me; ad Menedemum hinc pergam.* Bembinus sic,

Miror continuo non jusse me adripi: ad Menedemum hunc pergam.

qui versus est trochaicus acatalecticus, ut ceteri. FAERNUS.

Miror continuo non jusse me adripi: ad Menedemum hunc pergam.

Sic dedit Faernus: Nostri omnes, *Miror non jussisse ilico arripi me: hinc nunc ad Menedemum pergam.* Tam hoc *Ilico*, quam illud *Continuo* a mala manu profecta sunt. Lege certissime.

Miror non jusse me abripi hinc: nunc ad Menedemum hunc pergam.

Abripi hinc: ut Adel. IV, 4, 47.

Hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.

49 *Eum precatorem mihi paro.* O. l. s. *eum mihi precatorem paro.* FAERNUS.

Eum mihi precatorem paro: seni nostro fidei nihil habeo.

Lege ex codice Regio: *seni nostro nil fidei habeo.*

2 *Idque adeo miror, quemodo.* Hunc versum dimetrum Iambicum ab ceteris separamus: reliqua ut in libro Bembino, in quo est, *pergin mulier odiosa esse?* in hos versus octonarios Iambicos ordinamus, servata etiam collocatione illorum verborum, quae est in antiquis libris, *mihi fueris adversatrix.*

CH. *Pergin mulier odiosa esse? nullamne ego rem umquam in vita mea*
Volui, quin tu in ea re mihi fueris adversatrix. Sostrata? FAERNUS.

4 *Pergin mulier odiosa esse? nullamne ego rem umquam in vita mea*
Volui, quin tu in ea re mihi fueris adversatrix, Sostrata.

Male hic rem gessit Faernus, dum Bembino codici se mancipio addicit. Repone ex nostris plerisque omnibus:

Oh, pergin mulier esse? nullamne ego rem umquam in vita mea
Volui, quin tú in ea re mi adversatrix fueris, Sostrata?

Quanto acerbius est hoc, *Mulier esse*; quam si addas *Odiosa?*

At si rogitém jam. Lege, *At si jam rógitem.* 6
Et praeterea, tolle plenam distinctionem post *Nescias:* & noli sequentem versum per interrogationem efferre. *Nescias in qua re tam confidenter restas.* Hoc pacto recte respondet, *Ego nescio?* altero, minime. Porro pro *Hoc faciam*, plerique omnes *Id*; duo vero ex melioribus, quorum unus 900 annorum est, *Id facias*, Lege & distingue:

At si jam rogitem, quid est quod peccem; aut quamobrem id facias; nescias
In qua re &c.

Id facias, id est, mihi in hac re adverseris. Cur enim ab uxore rationem petat; quamobrem ipse hoc faciat?

Haec eadem oratio. Nullus est liber, praeter Bembinum, qui habeat pronomen *haec*; quo dempto (neque enim multum ad sensum facit) versus melius habebit. Sensum autem hunc puto esse horum verborum, ut Sostrata per interrogationem dicente, ego nescio; ipse fateatur eam scire potius quam amplius super hac re contendendum sit, & eadem oratio utrinque repetonda. FAERNUS. 8

Immo scis, potius quam quidem redeat ad integrum haec eadem oratio.

Nec metrum, nec sententia huic versui constat. *Haec* in nullo ex nostris est. Repone:

Immo scis potius. quam quidem redit ad integrum eadem oratio?

Scias,

Iníquos es, qui mé tacere dé re tanta póſtules.
CH. *Non póſtulo: iam lóquere: nihilo mínus ego hoc faciám tamen.*
SO. *Fácies?* CH. *uerum.* SO. *nón uides quantúm mali ex ea re éxcites?*
Súbditum ſe ſúſpicatur. CH. *áin tu?* SO. *certe ſíc erit.*
CH. *Cónfitere.* SO. *au óbſecro, iſtuc nóſtris inimicís ſiet.*
'Egon confitear meúm non eſſe fílium, qui ſít meus?
CH. *Quid? métuis ne non, cúm uelis, conuíncas eſſe illúm tuum?*
SO. *Quod fília eſt inuénta?* CH. *non: ſed quó magis credundúm ſiet,*
Quod éſt conſimilis móribus,
Conuínces facile ex té eſſe natum: nám tui ſimilis éſt probe:
Namílli nil uiti éſt relictum, quín id itidem ſít tibi.
Túm praeterea tálem, niſi tu, núlla pareret fílium.

Scias an Neſcias, perinde eſt. Ad integrum redit eadem oratio; ſive ſcire te hoc dicam, ſive neſcire. Una eademque oratio eſt in re tua. *Sciro & Neſciro.*

9 *Oh, Iniquos es.* Illud *Oh* praecedenti verſui appone. *Oratio.* SO. *Oh, Iniquos es.*

12 *Subditum ſe ſuſpicatur.* CH. *ſubditum. ain tu?* SO. *certe inquam mi vir.*
CH. *Confitere tuum non eſſe.* SO. *ah obſecro te, iſtuc inimicis ſiet.*

In libro Bembino legitur, *certe ſic erit.* & pro *ah, au.* eae vero tres dictiones. *tuum non eſſe,* penitus in eo libro non ſunt. quam nos lectionem ut vetuſtiſſimam & ſenſui, ac verſibus, qui aliter ſtare non poſſunt, accommodam reponimus. Sunt autem tetrametri trochaici; prior quidem hypercatalecticus, poſterior catalecticus. mallem tamen (ſi demere liceret ex reſponſione Chremetis dictionem *ſubditum*) quod fieri poſſet nullo detrimento ſenſus, etiam ſuperiorem eſſe catalecticum. ſed quia ſic quoque ſtare poteſt, ſic relinquemus. itaque legemus:

Subditum ſe ſuſpicatur. CH. *ſubditum? ain tu?* SO. *certe ſic erit,*
Mi vir. CH. *confitere.* SO. *au, obſecro te, iſtuc inimicis ſiet.*

Quod autem in futuro dicit, *certe ſic erit,* confirmando id quod jam in praeſenti dixit, *ſubditum ſe ſuſpicatur,* hujus locutionis multa jam exempla veterum adduximus in Eunucho, ſuper eo verſu: *Verbum hercle hoc verum erit.* FAERNUS.

Subditum ſe ſuſpicatur. CH. *ſubditum? ain tu?* SO. *certe ſic erit.*
Mi vir. CH. *confitere.* SO. *au obſecro te, iſtuc inimicis ſiet.*

Vidit Faernus illud *Subditum* in reſponſo Chremetis ſubditicium eſſe: ſed non auſus eſt ejicere. Unus ex veterrimis noſtris *Obſecro* abſque *Te:* univerſi autem *Iſtuc noſtris inimicis:* unde facillima ſurgit emendatio:

SO. *Subditum ſe ſuſpicatur.* CH. *Ain tu?* SO. *Certe ſic erit:*
CH. *Confitere.* SO. *Au obſecro, iſtuc noſtris inimicis ſiet.*

Au obſecro; ut Eun. IV, 3, 14. *Au obſecro, mea Pythias.* Phor. V, 3, 20. *Au obſecro, vide ne in cognatam pecces.* Ceterum T. Faber *graviſſimi* hic *peccati* Terentium arguit: Unde enim, inquit, reſciſcere potuit Soſtrata, Clitiphonem ſuſpicari ſe eſſe ſubditum? Nondum enim, ex quo id conſilii dederat Syrus, vel Syrum vel filium viderat. Naeniae merae: & tamen nactus eſt eos, qui hac ſpecie inducti *Suſpicetur* hic ſubſtituant, pro *Suſpicatur:* ne Terentius ſcilicet peccati iſtius reus peragatur. Atqui, o boni, ubi ſupra v. 43. Clitipho dicit, *Recte ſuades, faciam,* ſtatim domum proficiſcitur, cujus foris intra Scenam erat, & matri hoc narrat in Gynaeceo, patre in alia parte aedium agente, dum Syrus ſolus ſecum ſex ſequentes verſus loquitur. Sic & Scen. V, 1. cum Menedemus & Chremes de Dote ſimulanda agerent; ſtatim V, 2. profilit Clitipho, *Itane tandem* &c. Nimirum Menedemum domum ſuam introiſſe ſpectatores viderant; & de Dote Clitiphoni indicatum fuiſſe ex ipſa re intelligebant. At, inquiunt,

ſequente

Sét ipſe egreditur, quám ſeuerus: rém cum uideas, cénſeas.

ACTUS V. SCAENA IV.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

CL. *SI úmquam ullum fuit témpus, mater, cum égo uoluptatí tibi*
Fúerim, dictus fílius tuus tuá uoluntate, óbſecro,
Eíus ut memineris, atque inopis núnc te miſereſcát mei;
Quód peto et uoló, parentis meós ut commonſtrés mihi.
SO. *'Obſecro, mi gnáte, ne iſtuc ín animum inducás tuum,*
'Alienum eſſe té. CL. *ſum.* SO. *miſeram me, hócine quaeſiſti óbſecro?*
'Ita mihi atque huic ſís ſuperſtes, ut éx me atque ex hoc nátus es:

ſequente Scena V, 4. tum primum matri Clitipho ſuſpicionem ſuam profert. Primum quidem in Scena; ſed domi prius rem aperuerat: atque ideo mater non ut in re nova conſternata eſt, & exclamat; ſed lente reſpondet, *Obſecro, mi gnate.* Denique ne illud quidem vidiſſe hos ſagaces correctores, qui *Suſpicetur* nobis obtrudunt; ſi Soſtrata nemine indicante, ſuſpicetur filium id ſuſpicaturum; vel eo ipſo ſubditum re vera fuiſſe pene eam confiteri; vel omnium ſagarum & divinarum anuum principem & magiſtram eſſe. Ceterum pro *Certe ſic erit*; Noſtri omnes perperam, *Certe inquam mi vir.*

15 *'Quid metuis? nonne cum velis, convincas illum eſſe tuum?* 'Omnes fere l. s. & in his Bembinus, ita collocant:

Quid? metuis, ne non cum velis, convincas
eſſe illum tuum?

verſu & compoſitione meliore. FAERNUS.

16 *Set quod magis credendum fiet,*
Id quod eſt conſimilis moribus. Noſtri omnes *Quo magis.* Recte. Deinde tolle *Id.*

Sed quo magis credendum fiet,
Quod eſt conſimilis moribus.

Dixerat illa, *Quod filia eſt inventa?* Ille regerit, *Quod eſt conſimilis moribus.* Pone hic *Id:* & elegantiam reſponſi extinguis.

19 *Quin id itidem fit tibi.* In nullo libro ſcripto eſt dictio *id*; qua dempta verſus ſtare non poteſt. nos Bembinum ſequemur, in quo eſt, *quin ſit & idem tibi.* verſumque ſuſtentamus producendo dictionem *&*. FAERNUS.

Noſtri univerſi, *Quin itidem ſit tibi.* Recte ergo, qui primi emendarunt, *Quin id itidem ſit tibi*; Ceterum pro *Relictum*, lubens ſcriberem *Innatum.* Quid enim *Relictum* hic ſit, non intelligo. Noſter And. IV, 1, 2.

Tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet.

Hec. IV, 1, 28. *Nam id omnibus innatum eſt.*

Plaut. Mil. IV, 2, 71.

Non mihi avaritia umquam innata eſt.

Poen. I, 2, 87.

Invidia in me numquam innataſt, neque malitia.

Tum praeterea talem, niſi tu, nulla pareret 20
filium. Noſtri univerſi cum Edd. vett. *Nulla, niſi tu.* Forte olim erat, [*filium.*

Tum praeterea nulla talem, niſi tu, pareret

Sed recepta lectio ſatis placet.

Rem cum videas, cenſeas. Cum hominem 21
intus noveris, cenſeas ſeverum eſſe. Sarcaſmus. Plaut. Bacc. IV, 6, 14.

Ego ſum ſacer, ſceleſtus, ſpectа rem modo.

Miror hominem judicii ſui & acuminis, qui hoc Soſtratae tributum voluit.

Dictus filius tuus tua voluntate. Liber Bem- 2
binus, *veſtra voluntate.* quod & placet; ut conſenſum in hoc utriuſque parentis oſtendat. non tamen muto. FAERNUS. Noſtri omnes *Tua.*

Parentes. Scribe *Parentis*, ut alibi: citante 4
ob id ipſum Priſciano, v. 772.

Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, ut ex me 7
atque hoc natus es. Verſus claudicat. Repone ex codice Academico, & ex Meadianis altero.

Digitized by Google

Et cáue poſthac, ſí me amas, umquam íſtuc uerbum ex te aúdiam.
CH. *At ego, ſi me métuis, mores cáue in te eſſe iſtos ſéntiam.*
CL. *Quós?* CH. *ſi ſcire uís, ego dicam: gérro, iners, fraus, hélluo,*
Gáneo, damnóſus: crede, et nóſtrum te eſſe crédito.
CL. *Nón ſunt haec paréntis dicta.* CH. *nón, ſi ex capite ſís meo*
Nátus, item ut aiúnt Mineruam eſſe éx Ioue, ea cauſá magis
Pátiar, Clitiphó, flagitiis tuís me infamem fíeri.
SO. *Dí iſtaec prohibeánt.* CH. *deos neſcio: égo quod potero, ſédulo.*
Quaéris id quod habés, parentes: quód abeſt, non quaerís, patri
Quó modo obſequáre: et ſeruos quód labore inuénerit.
Tén mi per fallácias addúcere ante oculós? pudet
Dícere hac praeſénte uerbum túrpe: at te id nulló modo
Fácere puduit. CL. *éheu, quam ego nunc tótus diſpliceó mihi,*
Quám pudet: neque quód principium incípiam ad placandúm, ſcio.

ACTUS

Ut ex me atque ex hoc natus es. Sic Adel. I, 1, 15.
Atque ex me hic non natus, ſed ex fratre. & V, 4, 8.
Ex me atque ex fratre cuivis facile eſt noſcere. *Superſtes* ultimam corripit, ut *Miles, Eques, Pedes.*

10 *Fraus, heluo.* In libro Bembino & aliis antiquis *helluo*, per duo *l*, ſcriptum eſt. FAERNUS.

11 *Crede, & noſtrum te eſſe credito.* Crede, quod *Scire volebas*, te talem eſſe (nam pars eſt ſanitatis, morbum ſentire; & *ſapientia prima eſt Stultitia caruiſſe*) & ſimul crede te noſtrum eſſe. Quid cum illo facias, qui in re tam perſpicua *Cave ſis* & neſcio quas alias correctiunculas muginatur?

12 *Non ſunt haec jam parentis dicta.* *Jam* non eſt in ullo l. s. quod & ratio trochaici reſpuit. FAERNUS. Nec in ullo Noſtrorum.

13 *Deos neſcio, ego quod potero enitar ſedulo.* Ex auctoritate libri Bembini dempto *enitar*, trochaicum hunc ſanamus, nec vero ſenſui quicquam deeſt: ſubaudiendum eſt enim *prohibebo*, ab eo quod dictum eſt ſupra. *Di iſtaec prohibeant.* FAERNUS. Gratia hic Bembino habenda eſt: Noſtri omnes *Enitar.*

18 *Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet*
Dicere hac praeſente verbum turpe.
Contemplare modo iſtud, *Non mihi adducere:* & videbis ſententiam corrumpi. Illud *Non* ex eo natum eſt; quod olim ſine diſtinctione legebat aliquis, *Non adducere pudet.* Repone:
Ten mi per fallacias adducere ante oculos? pudet.
Supra V, 1, 48. *Téne iſtuc loqui?* Phor. II, 2, 25. *Téne aſymbolum venire?* Perſius: *Ten cirratorum centum dictata fuiſſe?*

20 *At te illud nullo modo facere piguit.* CL. *eheu quam ego nunc.* Bembinus & aliquot alii libri, ita habent: *At te id nullo modo facere puduit.* ita optime ſtat trochaicus. quae vero ſequuntur in Bembino, ſunt ſine pronomine *ego*. FAERNUS. Tres ex noſtris, *Puduit facere:* ceteri *Piguit facere.* Ceterum *Ego* omnes habent; nec abeſſe poteſt, niſi dolente ſententia.

Neque.

ACTUS V. SCAENA V.

MENEDEMUS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

M. *'ENIMUERO Chremés nimis grauiter crúciat adulescéntulum,*
Nímisque inhumane. éxeo ergo ut pácem conciliem. óptume
'Ipsos uideo. CH. *ehém, Menedeme, cúr non accersí iubes*
Fíliam, et quod dótis dixi, fírmas? SO. *mi uir, te óbsecro*
Né facias. CL. *pater, óbsecro mi ignóscas.* M. *da ueniám, Chreme:*
Síne te exorent. CH. *méa bona ut dem Bácchidi donó sciens?*
Nón faciam. M. *at nos nón sinemus.* CL. *sí me uiuom uís, pater,*
'Ignósce. SO. *age, Chremés mi.* M. *age quaeso, né tam offirma té, Chreme.*
CH. *Quíd istic? uideo nón licere, ut coéperam, hoc perténdere.*
M. *Fácis, ut te decét.* CH. *ea lege hoc ádeo faciam: si íd facit*
Quód ego hunc aequom cénseo. CL. *pater, ómnia faciam: ímpera.*
CH. *'Uxorem ut ducás.* CL. *pater.* CH. *nihil áudio.* M. *ad me récipio;*
Fáciet. CH. *nil etiam aúdio ipsum.* CL. *périi.* SO. *an dubitas, Clítipho?*
CH. *'Immo utrum uolt.* M. *fáciet omnia.* SO. *haéc dum incipias, gráuia sunt:*
Dúmque ignores: úbi cognoris, fácilia. CL. *faciám, pater.*
SO. *Gnáte mi, ego pol tíbi dabo illam lépidam, quam tu fácile ames,*

21 *Neque quod principium incipiam.* Ita in Bembino: at in Vaticano & Basilicano, *principium incapiam.* ex quo conjeci legendum forte, *principium capiam,* sicut & in Eunucho: *quod dedit principium.* FAERNUS.
Unus quoque noster ex veterrimis *Incapiam:* unde legerim, non *Capiam,* sed *Captem:* ut *Captare occasionem, tempus* & alia.

4 *Et quod dixi dotis.* O. l. s. *Et quod dotis dixi.* FAERNUS. Sic & nostri omnes.

6 *Sine te exorem.* In libro Bembino scriptum fuerat *exorent;* postea deleto *n,* remansit *exoret;* quod & placet. nam cum eo 'quadrat, quod dictum est: *Da veniam.* FAERNUS.
Sine te exoret. CH. *Egon mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?*
Recte Bembinus cum duobus nostris vetustissimis *Exorent,* Uxor scilicet & Filius: quo accedunt & alii, qui *Exorem* habent. Ceterum versus justo longior est. Est qui *Dono* hinc abjicere velit *Bacchidi sciens;* sed in ista fede trochaeum, quantum potest, evitant. Sed *Dono dat,* inquit, homini concitate loquenti taedio est & moram facit. Jube hominem sibi taedio esse; & repone:
Sine te exorent. CH. *Mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?*
Tolle illud *Egone.* Continuat Chremes Menedemi orationem: *Exorentne, ut mea bona.* Phorm. III, 2, 4. *Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc:* atque ita passim.

At id nos non sinemus. Vetustissimus noster, & alius e Regiis cum optimo codice G. Fabricii non agnoscunt *Id: At nos non sinemus.* 7

so. *Age Chremes.* Bembinus liber his addit dictionem *mi,* ita conjicio fuisse scriptum & in Victoriano, in quo vacat locus hujusmodi particulae abrasae. FAERNUS. Duo quoque ex nostris *Mi.* 8

Si faciat. Idem liber, *si facit;* ut exigit versus. FAERNUS. Omnes nostri, *si id faciat.* Lege igitur, *Si id facit.* 10

Ego pol tibi dabo puellam lepidam. Ex eodem libro lego *illam lepidam:* ita stat trochaicus. 15

Fíliam Phanócratae noſtri. CL. *rúſamne illam uírginem,*
Caéſiam, ſparſo óre, adunco náſo? non poſſúm, pater.
CH. *Heía, ut elegáns eſt: credas ánimum ibi eſſe.* SO. *aliám dabo.*
CL. *Immo, quandoquidém ducenda eſt, égomet habeo própemodum*
Quám uolo. SO. *nunc laúdo, gnate.* CL. *Archónidi huius fíliam.*
SO. *Pérplacet.* CL. *pater, hóc nunc reſtat.* CH. *quíd?* CL. *Syro ignoſcás uolo,*
Quaé mea cauſa fécit. CH. *fiat. Uós ualete, et plaúdite.*

chaicus. aliter eſſet octonarius Iambicus, inter trochaicos. FAERNUS. Recte *Illam*, noſtri mendoſe *Puellam.*

20 CLIT. *Quid iſtic?* Liber Bembinus *immo.* FAERNUS.

Noſtri omnes *Quid iſtic?* ſed ſupra v. 9. id habuimus, etiam initio verſus. Placet igitur, quod Bembinus dat, *Immo.* Non enim *Quid iſtic*, quod conſentientis eſt; locum hic habet: cum jam ante conſenſerit v. 15. *Faciam pater.*

Archonidis filiam. Idem liber *Archonidi hujus filiam.* nec aliter ſtat trochaicus. & ita etiam citat Priſcianus libro ſexto. FAERNUS. 12

Priſcianus p. 706. citat *Archoniäi filiam:* ſed non habet *Hujus:* hoc Bembino debemus. Noſtri *Archonidis filiam.* Plaut. Trin. II, 2, 78. *Leſbonico huic adoleſcenti Charmidae hujus filio.*

ADELPHI

ADELPHI TERENTI.

Fabulæ interlocutores.

MICIO ſenex.
DEMEA ſenex.
SANNIO leno.
AESCHINUS adoleſcens.
PARMENO ſeruus.
SYRUS ſeruus.
CTESIPHO adoleſcens.
SOSTRATA matrona.
CANTHARA nutrix.
GETA ſeruus.
HEGIO ſenex.
DROMO ſeruus.

ACTA LUDIS FUNEBRIB. AEMILI PAULLI QUOS FECERE Q. FABIUS MAXIMUS. P. CORNELIUS AFRICANUS. EGERE L. ATILIUS PRAENESTINUS. MINUTIUS PROTHIMUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS SARRANIS. FACTA E GRAECA MENANDRU L. ANICIO. M. CORNELIO COSS.

ADELPHI.

PROLOGUS.

POSTQU'AM poeta ſénſit ſcripturám ſuam
Ab iníquis obſeruári, et aduerſários
Rapere ín peiorem pártem, quam acturí ſumus:
Indício de ſe ipſe érit: uos eritis iúdices,
Laudín an uitio dúci factum id opórteat:
Synápothneſcontes Dípoili comoédiaſt;

4 *Indicio de ſe ipſe erit.* Commodum videtur huic verſui ſuſtentando ex *ipſe* vel *p*, vel *s*, elidere: vel ex *erit t*. FAERNUS. *Erit* corripitur. Vel etiam ſic poteris. *Indicio de ſeſe ipſe erit, vos judices.*

5 *Dnei factum oporteat.* Interpone pronomen *id* poſt *factum*, ex libro Bembino & Victoriano. FAERNUS. Sic in duobus Regiis.

Qui

Eam Cónmorientes Plaútus fecit fábulam.
In Graéca adulescens éſt, qui lenoni éripit
Meretrícem in prima fábula: eam Plautús locum
Reliquit integrum. eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adélphos, uerbum dé uerbo expreſſum éxtulit.
Eam nós acturi ſúmus nouam: pernóſcite
Furtúmne factum exíſtumetis, án locum
Reprehénſum, qui praetéritus neclegéntiaſt.
Nam quód iſti dicunt máleuoli, homines nóbilis
Eum ádiutare, adſídueque una ſcríbere,
Quod illí maledictum uéhemens eſſe exíſtumant,
Eam laúdem hic ducit máxumam; cum illís placet,
Qui uóbis uniuérſis et populó placent:
Quorum ópera in bello, in ótio, in negótio,
Suo quíſque tempore úſuſt ſine ſupérbia.
Dehinc ne éxſpectetis árgumentum fábulae:
Senés qui primi uénient, hi partim áperient;
In agéndo partim oſténdent. facite aequánimitas,
Poétae ad ſcribendum aúgeat indúſtriam.

8 *Qui lenoni eripuit.* Omnes fere l. s. & Donatus *eripit:* quod & verſum juvat, & convenire alioqui magis videtur loquenti de argumento fabulae, uti praeſenti quam praeterito. ut in prologo Eunuchi, *In ea eſt parafitus Colax.* FAERNUS. Ita duo ex noſtris vetuſtiſſimi *Eripit.*

17 *Quod illi maledictum vehemens exiſtimant.* Poſt *vehemens*, interpone verbum *eſſe*, ex o. l. s. FAERNUS. Sic in noſtris omnibus.

23 *Hi partem aperient, In agendo partem oſtendent.* Sic codices; ſed legendum:
Hi partim aperient, In agendo partim oſtendent.
Partim aperient argumentum. Hec. Prol. v. 6.
In his quas primum Caecili didici novas,
Partim ſum earum exactus; partim vix ſteti.

25 *Facite, aequanimitas*
Poetae ad ſcribendum augeat induſtriam.
Deeſt veſtra, inquit Donatus: at quo jure deeſſe poteſt? qua conſuetudine ſubintelligi? In recepta lectione conſtructio erit *Aequanimitas poëtae.* Mihi quidem non *Veſtra*, ſed verſus integer deeſſe videtur; quem vide an forte invenerim; *Facite, aequanimitas*
Bonitaſque veſtra adjutrix noſtrae induſtriae
Poëtae ad ſcribendum augeant induſtriam.
Sic Phorm. Prol. v. 35.
Bonitaſque veſtra adjutans atque aequanimitas.
& Hec. Prol. v. 24. *Veſtra intellegentia*
Sedabit, ſi erit adjutrix noſtrae induſtriae.
Notum eſt, in Prologis ſcribendis ſe ipſum ſuppilaſſe Terentium: tres verſus continui in Prologo Heaut. repetuntur in Prologo Hecyrae. Jamque vides, cur verſus exciderit: nempe quia eodem verbo duo terminabantur, *Induſtriae, Induſtriam*; id, ut ſaepe fit, Librarii oculos fefellit. Denique jam recte habes *Augeant:* nam ut *Augeat* producat ultimam, nullum in toto Terentio exemplum. Eſt quidem, qui ſic verſum interpolat,
Poetae ad ſcribendum augeat veſtra induſtriam.
Sed bis in eo peccat: nam & verborum collocationem pravam inducit; & *Augeat* in diſyllabon contrahit, prorſus contra artem.

ACTUS

ACTUS I. SCAENA I.

MICIO.

STOR'AX. non rediit hác nocte a cena Aéſchinus:
Neque ſéruolorum quiſquam, qui aduorſum ierant.
Profécto hoc uere dícunt: ſi abſis úſpiam,
Aut úbi ſi ceſſes; éuenire ea ſátius eſt,
Quae in te úxor dicit ét quae in animo cógitat
Iráta, quam illa quaé parentes própitii.
Uxór, ſi ceſſes, aút te amare cógitat,
Aut téte amari, aut pótare atque animo óbſequi,
Et tíbi bene eſſe ſóli, ſibi cum ſít male.
Ego quía non rediit fílius, quae cógito?
Quibus núnc ſollicitor rébus? ne aut ille álſerit,
Aut úſpiam cecíderit, aut praefrégerit
Aliquíd. uah, quemquamne hóminem in animo inſtítuere, aut
Paráre, quod ſit cárius, quam ipſe éſt ſibi?
Atque éx me hic natus nón eſt, ſet ex fratre. ís adeo
Diſſímilis ſtudio eſt. iam índe ab aduleſcéntia,

1 *Storax. non rediit.* Tolle notas Interrogationis. Storax vocatus non reſpondit: inde ſcit Micio neminem adhuc rediiſſe. Nemo domi manebat cum ſene praeter ancillas.

4 *Aut ubi ſi ceſſes.* Omnes antiqui libri, *aut ibi.* ita & Donatus, qui in hunc locum haec dicit: *Aut ibi, uſpiam: ſignificat enim ſcilicet uſpiam in loco, & ad locum.* FAERNUS. Quattuor tamen ex noſtris. *Aut ubi ſi.* Recte: hoc eſt, *Sicubi ceſſes.* Et ſic citat Servius ad Aen. III, 430.

8 *Aut te amari.* Liber Bembinus Baſilicanus & Donatus: *aut tete amari*, ut & verſus expoſcit. Victorianus habet, *aut de te amari.* FAERNUS. Et ex noſtris nonnulli *Tete.*

9b. *Aut animo obſequi.* Idem libri vetuſti: *atque animo obſequi.* Donatus, *aut.* FAERNUS. Noſtri omnes *Atque.*

9 *Tibi bene eſſe.* Antiqui libri omnes habent, *& tibi.* Sicut & infra, *& quibus nunc ſollicitor rebus:* ſed hic &, tranſit in ſcanſione in praecedentem verſum. FAERNUS.

Etiam noſtri plerique *Et tibi.* Sed accentus cauſa etiam corrigendum, *Sibi eum ſit male*; non ut libri, *Cúm ſibi ſit male.* Porro *Et quibus nunc*, illud *Et* a tribus noſtris abeſt. Recte: in Aſyndetis concitatior affectus eſt. Licet Servius ad Aen. IV. 380. habeat *Et.*

12 *Aut perfregerit.* Omnes fere antiqui libri, *praefregerit.* FAERNUS. Sic & noſtri.

15 *Atqui ex me hic non natus eſt.* In libro Bembino & aliis antiquis pro *Atqui*, eſt *atque*, particula inceptiva. quod vero ſequitur in o. l. s. ita collocatum eſt, *hic natus non eſt.* FAERNUS.

Similiter noſtri plerique *Atque.* 'Chariſius 'p. 204. *Atque pro Et.* Terentius in Adelphis: '*Atque ex me hic natus non eſt, ſed ex fratre.* 'Ubi Acron; Argute, inquit, nam per con-'junctionem tranſitum fecit ad narrationem.

16 *Diſſimili ſtudio eſt.* Tres ex noſtris, quorum unus 900 annorum, *Diſſimilis ſtudio eſt.* Recte. Salluſt. Jug. 89. *Nobilitas, diſſimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit.* Noſter Heaut. V, 3, 17. *Quod eſt conſimilis moribus.* Plin. Hiſt. VI, 31. *Et curſu & colore diſſimilis.*

Ego,

Ego hánc clementem uítam urbanam, atque ótium
Secútus ſum: et quod fórtunatum iſtí putant,
Uxórem numquam habui. ille, contra haec ómnia,
Ruri ágere uitam: ſémper parce ac dúriter
Se habére: uxorem dúxit: nati fílii
Duo: índe ego hunc maiórem adoptaui mihi:
Edúxi a paruolo, hábui, amaui pró meo:
In eó me oblecto: ſólum id eſt carúm mihi.
Ille út item contra, me hábeat, facio ſédulo:
Do, praétermitto; nón neceſſe habeo ómnia
Pro meó iure agere: póſtremo alii clánculum
Patrés quae faciunt, quaé fert adulescéntia,
Ea né me celet, cónſueſeci fílium.
Nam quí mentiri aut fállere, ita uti fít, patrem
Audébit, tanto mágis audebit céteros.
Pudóre et liberálitate líberos
Retinére ſatius éſſe credo quám metu.
Haec frátri mecum nón conueniunt, néque placent.
Uenit ád me ſaepe clámans, Quid agis, Mício?
Cur pérdis adulescéntem nobis? cúr amat?

17 *Ego hanc clementem vitam urbanam atque otium.* Vide an legendum ſit,

Ego hunc clementem vitam urbanumque otium.

Cic. Epiſt. Fam. XII, 1. *Ut ego quidem & urbi & otio diffiderem urbano.*

18 *Et quod fortunatum iſti putant, Uxorem numquam habui.* Magnum hic pulverem excitant Interpretes; cum ſententia clara ſit, ſi animum attendas. *Iſti*, ut recte Donatus, *hi qui a me diſſentiunt.* Ita ſemper noſter. And. Prol. v. 15.

Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant.

& 21.

Potius quam iſtorum obſcuram diligentiam.

Adel. Prol. v. 15.

Nam quod iſti dicunt malevoli.

Ex hoc indicio ſententia facile eluceſcit. *Uxorem numquam habui*, quod (ſcilicet *Uxorem habere*) iſti fortunatum putant: iſti qui mei diſſimiles ſtudio & moribus ſunt, qui uxorem ducunt cum magna dote, qui liberis dant operam, qui poſteritati inſerviunt.

Ille contra, haec omnia: Ruri agere vitam. Diſtingue:

Ille, contrà haec omnia, Ruri agere vitam.

Vide Phor. III, 2, 36.

Nam qui mentiri aut fallere inſuerit patrem,
Aut audebit, tanto magis audebit ceteros.

Pro *Inſuerit*, alii codices *Inſueverit:* apud Martianum Capellam p. 160. *Inſtituerit.* Sed utcumque ſit, qualis quaeſo locutio eſt, *Inſuerit aut audebit:* Certe aut *Inſueſcet* & *Audebit*; aut *Inſuerit* & *Auſus fuerit.* Qualis porro ſententia? poſt *Inſuerit*, quorſum infertur *Audebit?* quaſi non ſaepe ac diu auſus ſit, priuſquam poſſet inſueſcere? Varia hic moliuntur Interpretes; ſed rem ipſam puto me repperiſſe:

Nam qui mentiri aut fallere, ita uti ſit, patrem
Audebit, tanto magis audebit ceteros.

Ita uti ſit; ut mos & conſuetudo eſt. Vide Andr. I, 1, 53. Eun. IV, 2, 2. De more fallendi patrem. Plautus Pſeud. I, 5, 15.

Nam iſtaec quae tibi renuntiantur, filium
Te velle amantem argento circumducere:
Fors ſit an ea tibi dicta ſunt mendacia.

Sed

Cur pótat? cur tu his rébus ſumptum ſúggeris?
Ueſtítu nimio indúlges: nimium inéptus es.
Nimium ípſe eſt durus praéter aequumque ét bonum:
Et érrat longe, meá quidem ſenténtia,
Qui impérium credat gráuius eſſe aut ſtábilius,
Ui quód fit, quam illud quód amicitia adiúngitur.
Mea ſíc eſt ratio, et ſíc animum inducó meum:
Maló coactus quí ſuum officiúm facit,
Dum id réſcitum iri crédit, tantiſpér cauet:
Si ſpérat fore clam, rúrſum ad ingeniúm redit.
Ille quém beneficio adiúngas, ex animó facit:
Studet pár referre; praéſens abſenſque ídem erit.
Hoc pátrium eſt, potius cónſuefacere fílium
Sua ſpónte recte fácere, quam alienó metu:
Hoc páter ac dominus íntereſt: hoc quí nequit,
Fateátur neſcire ímperare líberis.
Set éſtne hic ipſus, dé quo agebam? et cérte is eſt.
Neſcío quid triſtem uídeo: credo iam, út ſolet,
Iurgábit. ſaluom te áduenire, Demea,
Gaudémus. ——

Sed ſi ea vera ſunt, ut mos eſt, maxume:
Quid mirum fecit? quid novum? adulescens
Si amat, ſi amicam liberat. [*homo*
Noſter Heaut. V, 2, 4.
Quid ego tantum ſceleris admiſi miſer?
Volgo faciunt. & III, 2, 40.
Si quid hujus ſimile forte aliquando obvenerit,
Ut ſunt humana, tuus ut faciat filius.

32 *Venit ſaepe ad me clamitans.* Et Donatus & liber Bembinus & Baſilicanus, & Victorianus, & multi alii, ita collocant, *Venit ad me.* FAERNUS. Noſtri quoque *Venit ad me; Clamitans*; quod tamen verſus reſpuit. Repone, *Clamans.* And. quidem I, 1, 117.
Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans.
Sed hic infra IV, 7, 9. *Non clamas? non inſanis?*

37 *Sumptus ſuggeris?* Aliqui libri, inter quos Bembinus, item Donatus: *ſumptum ſuggeris?* FAERNUS. Noſtri omnes *Sumptus.*

39 *Nimium ipſe durus eſt praeter aequumque & bonum.* Bembinus liber commodius verſui collocat, *eſt durus.* FAERNUS.
Noſtri omnes, *Durus eſt.* Poteris & hoc modo, *Nimium ipſe duruſt.* Ceterum hunc verſum & quattuor praecedentes citat Cicero De Invent. I, 19. ubi *Clamitans* & *Sumptum* & *Durus eſt*, hodie feruntur.

43 *Mea eſt ſic ratio.* O. l. s, & Donatus, *Mea ſic eſt ratio.* FAERNUS. Sic & noſtri.

46 *Rurſum ad ingenium.* Antiqui libri, praeter Baſilicanum, & omnes fere alii, & Donatus, *rurſus.* Immo Bembinus prius habebat *rurſum:* ut & habet Baſilicanus. FAERNUS. Noſtri fere omnes *Rurſum*, quod verſui commodius eſt; & hic reponendum.

48 *Studet par referre.* Vel ex *ſtudet t* elidetur: quod inſolens, vel ex *par r.* FAERNUS. *Studet* in primo pede ultimam corripit, quod non eſt inſolens.

Digitized by Google

ACTUS I. SCAENA II.

DEMEA. MICIO.

D. —— *EHEM, opportúne: te ipſum quaérito.*
M. *Quid tríſtis es?* D. *rogás me, ubi nobis Aéſchinus*
Siét, quid triſtis égo ſim? M. *dixin hóc fore?*
Quid fécit? D. *quid ille fécerit? quem néque pudet*
Quicquám: nec metuit quémquam: neque legém putat
Tenére ſe ullam. nam illa, quae antehac fácta ſunt,
Omítto: modo quid déſignauit? M. *quídnam id eſt?*
D. *Forés effregit, átque in aedis ínruit*
Aliénas: ipſum dóminum atque omnem fámiliam
Mulcáuit uſque ad mórtem: eripuit múlierem
Quam amábat. clamant ómnes indigníſſume
Factum éſſe: hoc adueniénti quot mihi, Mício,
Dixére? in oreſt ómni populo. dénique,
Si cónferendum exémplum eſt, non fratrém uidet
Rei óperam dare, ruri éſſe parcum ac ſóbrium?
Nullum húius factum ſímile. haec cum illi, Mício,
Dicó, tibi dico. tú illum corrumpí ſinis.
M. *Homine ínperito núnquam quicquam iniúſtiuſt,*
Qui, níſi quod ipſe fécit, nil rectúm putat.
D. *Quorſum éſtuc?* M. *quia tu, Démea, haec male iúdicas.*
Non éſt flagitium, míhi crede, aduleſcéntulum

1 *Hem, opportune.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, & Baſilicanus, *ehem:* quod magis convenit actibus repentinis, ut eſt ſubitus ejus, quem quis quaerit, aſpectus. FAERNUS. Ita noſtri omnes.

2 *Rogitas me?* Liber Bembinus & Victorianus, & multi alii, *rogas me?* FAERNUS. Et ita ſex ex noſtris.

4 *Quid is fecit?* Dictionem *is* delemus ex auctoritate libri Bembini & Baſilicani: quae nec alioqui neceſſaria videtur: de Aeſchino enim ſermo eſt, & de eo utique intelligitur. FAERNUS. Sic noſter veterrimus. Ceteri *Quid is fecit.* Utrumvis recte.

5 *Neque metuit quemquam:* Omnes fere l. s. *nec.* FAERNUS. Sic & noſtri plerique.

Multavit. Omnes antiqui libri, *mulcavit.* FAERNUS. Sic duo ex noſtris veterrimi. 10

Rei dare operám, ruri eſſe parcum ac ſobrium, Vetuſtiores noſtri magno numero, *Rei óperam dáre.* 15

Nullum hujus ſimile factum. Noſtri univerſi cum Edd. vett. *Nullum hujus factum ſimile:* melioribus numeris. 16

Injuſtius. Codices noſtri omnes *Injuſtius eſt:* ſcribe igitur *Injuſtiuſt.* 18

Non ſivit egeſtas. Liber Bembinus *non ſiit.* FAERNUS. Noſtri omnes *Sivit;* verſu *Siit* malente. 24

Tu nunc tibi. Hoc per interrogationem, efferendum. Unus autem ex Regiis *Duces,* non *Ducis.* Etiam bene. 25

Facere

Scortári, neque potáre: non eſt: néque fores
Effríngere. haec ſi néque ego, neque tu fécimus,
Non ſiit egeſtas fácere nos. tu núnc tibi
Id laúdi duces, quód tum feciſti ínopia?
Iniúriumſt: nam ſi éſſet unde id fieret,
Facerémus: et illum tú tuum, ſi eſſés homo,
Sinerés nunc facere, dúm per aetatém licet;
Potiús quam, ubi te exſpectátum eieciſſét foras,
Aliéniore aetáte poſt facerét tamen.
D. *Pro Iúppiter, tu homo ádigis me ad inſániam.*
Non éſt flagitium, fácere haec adoleſcéntulum? M. *ah,*
Auſcúlta, ne me optúndas de hac re ſaépius.
Tuum fílium dedíſti adoptandúm mihi:
Is méus eſt factus: ſí quid peccat, Démea,
Mihi péccat: ego illi máximam partém feram.
Obſónat, potat, ólet unguenta; dé meo:
Amat; dábitur a me argéntum, dum erit cónmodum:
Ubi nón erit, fortáſſe excludetúr foras.
Forés effregit, réſtituentur: díſcidit
Ueſtém, reſarciétur. eſt, dis grátia,
Et únde haec fiant, ét adhuc non moléſta ſunt.
Poſtrémo aut deſine, áut cedo quemuis árbitrum:
Te plúra in hac re péccare oſtendam. D. *eí mihi,*
Pater éſſe diſce ab íllis, qui uerí ſient.
M. *Natúra tu illi páter es, conſiliís ego.*

27 *Faceremus: & tu illum tuum.* Lege: *Et illum tú tuum.* Sic infra III, 4, 32. *Sineres vero illum tu tuum Facere haec?*

28 *Dum per aetatem licet.* Sic noſtri omnes: ſed duo Jani Gulielmii; quos antiquiſſimos habuit, *Decet*, non *Licet*. Tibullus I, 1, 85.
Jam ſubrepet iners aetas, nec amare decebit.
ubi aliquot libri, ut hic, *Licebit*. Vide ipſum ad Plauti Militem Cap. VI, & nos ad Horatium II Epiſt. II, 216.

30 *Alieniori aetate.* Libri antiqui & Donatus, *alienore.* FAERNUS. Sic & noſtri plerique omnes.

31 *Pro Juppiter, tu homo adiges me ad inſaniam.* Liber Vaticanus, Baſilicanus, & Donatus, *rediges.* idem Donatus in ſequenti ſcaena ſuper eis verbis, *qui inſanire incipiunt ex injuria*, citans hunc locum, legit *redigis*, quod lectionem Bembini, Victoriani & Decurtati ex parte confirmat, in quibus *adigis* legitur: quod probamus. FAERNUS. Noſtri *Rediges, vel Redigis*; niſi quod codex ex veterrimis pro varia lectione habet *Adigis*. Et ſic citat Charifius p. 214.

37 *Obſonat, potat, olet unguenta de meo.* Varro De Ling. Lat. l. VI. *Apud Terentium: Scortatur, potat, olet unguentum? de meo. Scortari, eſt ſaepius meretriculam ducere, quae dicta a pelle.* Hoc Varro, falſus memoriae: quippe omnes hodie libri *Obſonat*.

45 *Pater eſſe diſce ab aliis qui vere ſciunt. Ab aliis* Donatus citat: nos tamen malumus *ab illiis*

D. *Tun cónsulis quicquam?* M. *áh, si pergis, ábiero.*
D. *Sicíne agis?* M. *an ego tótiens de eadem re aúdiam?*
D. *Curae éſt mihi.* M. *et mihi cúrae eſt. uerum, Démea,*
Curémus aequam utérque partem; tu álterum,
Ego item álterum. nam cúrare ambos, própemodum
Repóſcere illum eſt quém dediſti. D. *ah, Micio.*
M. *Mihi ſíc uidetur.* D. *quid iſtic? ſi iſtuc tíbi placet,*
Profúndat, perdat, péreat, nihil ad me áttinet.
Iam ſi uerbum ullum póſthac. M. *rurſum, Démea,*
Iráſcere? D. *an non crédis? repeton quém dedi?*
Aegréſt: alienus nón ſum: ſi obſto: em, déſino.
Unúm uis curem, cúro. et eſt dis grátia,
Cum ita út uolo eſt; iſté tuus ipſe ſéntiet
Poſtérius: nolo in íllum grauius dícere.
M. *Nec níl, neque omnia haéc ſunt, quae dicít; tamen*
Non níl moleſta haec ſúnt mihi: ſet oſténdere,
Me aegré pati illi nólui: nam itáſt homo:
Cum pláco, aduorſor ſédulo et detérreo;
Tamen uix humane pátitur: uerum ſi aúgeam,
Aut étiam adiutor ſím eius iracúndiae,
Inſániam proféćto cum illo. etſi Aéſchinus.

illis, ut & in antiquis libris eſt, & multis aliis. FAERNUS.

Noſtri omnes *Ab illis.* Sed aliud reſtat:

Pater eſſe diſce ab illis, qui vere ſciunt.

Quid hic facit *Sciunt?* Palmerius, probante Guyeto, *Sient.* Recte; modo & *Veri* pro *Vere* addas:

Pater eſſe ab illis diſce, qui veri ſient.

Ovid. Met. IX, 24.

Iuppiter aut falſus pater eſt, aut crimina verus.

40 *Nam ambós curare propemodum.* Et male accentus in fine eſt, & Trochaeus male in ſede penultima. Lege,

Nam curare ambos, propemodum.

42 *Ah Micio.* Liber Bembinus *a* ſine aſpiratione habet: Victorianus & Baſilicanus *aha*; Decurtatus & aliquis liber Donati *ha*, ſupra etiam per exclamationem dixit, *ah, ſi pergis.* FAERNUS. Noſtri *Ah.*

43 *Quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet.* Liber Bembinus & Victorianus, *Quid iſtic?* & Donatus quoque, ſi bene conſideretur, ita legit: exponens enim haec duo verba ſic dicit, *Quid iſtuc? deeſt loquor, aut reſiſto,* haec ille. Certum eſt autem non dici, reſiſto iſtuc, ſed iſtic. quae vero ſequuntur verba, ita in omnibus libris ſcriptis collocata ſunt, *ſi tibi iſtuc placet.* verſus autem ſtat, eliſo, ex *quid, d,* & ex *tibi iſtuc, s.* FAERNUS. Noſtri etiam meliores *Quid iſtic?* Et praeterea unus ex Regiis, *Si iſtuc tibi placet.* Recte, vel propter accentum.

55 *Iam ſi uerbum unum poſthac.* Et veteres noſtri, & multo plures, *Verbum ullum.* Sic And. I, 5, 21. *Cenſen me verbum potuiſſe ullum proloqui?* Eun. I, 2, 8. *Ceterum de excluſione verbum nullum.*

65 *Tamen uix humane patitur.* Ex *tamen n* eliditur ut ſtet verſus: alii modico negotio ſe explicuerunt, legendo *uix tamen:* quam nos collocationem non admittimus, quia in nullo eam libro ſcripto invenimus. FAERNUS.

Ut

Non núllam in hac re nóbis facit iniúriam.
Quam hic nón amauit méretricem? aut cui nón dedit
Aliquíd? poſtremo, núper (credo iam ómnium
Taedébat) dixit uélle uxorem dúcere.
Sperábam iam deféruiſſe aduleſcéntiam:
Gaudébam. ecce autem de íntegro: niſi quícquid eſt
Uolo ſcíre; atque hominem cónuenire, ſi áput forum eſt.

ACTUS II. SCAENA I.

SANNIO leno. AESCHINUS. PARMENO.

SA. *'OBSECRO populáres ferte míſero atque innocénti auxilium:*
Súbuenite inopi. AE. *ótioſe, núnc iam ilico híc conſiſte:*
Quíd reſpectas? níl periclíſt: númquam, dum ego adero, híc te tanget.
SA. *'Ego iſtam inuitis ómnibus.*
AE. *Quamquam éſt ſceleſtus, nón committet hódie umquam, iterum ut uápulet.*
SA. *Aéſchine, audi, né te ignarum fuíſſe dicas meórum morum,*
Léno ego ſum. AE. *ſcio.* SA. *át ita, ut uſquam fuít fide quiſquam óptuma.*
Tú quod te poſtérius purges, hánc iniuriám mihi nolle
Fáctam eſſe, huius non fáciam. crede hoc, égo meum ius pérſequar:
Néque tu uerbis ſólues umquam, quód mi re maleféceris.
Nóui ego ueſtra haec, Nóllem factum, iúsiurandum dábitur, te eſſe in-

Ut in primo pede *Tamen* corripiatur, ſolens eſt.

1 Ne cui forte, putanti Demeam in ſuperiore ſcaena Micioni narraſſe ea, quae inducuntur hic fieri, ordo rerum praepoſterus eſſe videatur, animadverti debet, bis Aeſchinum cum lenone eſſe rixatum: prius quidem, cum ex domo lenonis fidicinam abduxit, cujus rei ſparſo ſtatim per urbem rumore, ad Demeamque delato, mox ad id Micioni nuntiandum, Demeam cucurriſſe. Interim Aeſchinum fidicinam deducentem inſequente eum lenone, domum ſuam, id. eſt Micionis, perveniſſe. quo cum introducere eam vellet, tum lenone id prohibente, ſecundam rixam extitiſſe. Haec ita eſſe clariſſime oſtenditur, cum de priore quidem rixa dictum ſit, *Fores effregit:* nimirum lenonis: & *abduxit mulierem, quam amabat.* in poſteriore autem, ſervo quidem dicatur, *Abi praeſtrenue, ac fores aperi:* fores ſcilicet aedium Micionis patris Aeſchini: ipſi vero fidicinae, *i intro nunc jam.* FAERNUS.

1 *Obſecro populares.* Tres primi verſus hujus ſcaenae, item ſextus, octavus, & undecimus ſunt trochaici tetrametri acatalectici: reliquorum verſuum, qui ſunt in principio hujus ſcaenae, quartus Iambicus dimeter eſt: quintus, qui videtur Iambicus tetrameter acatalecticus, ſi tamen in eo in *ſceleſtus* paenultimam corripias, abjecto *s* erit ſimul cum ſeptimo, nono, decimo, duodecimo, tertiodecimo, quartodecimo, quintodecimo, & ſextodecimo, trochaicus catalecticus. item tertius decimus, abjecto *s*, ex *fores:* factaque ſynaloepha. reliqui verſus, partim trochaici catalectici ſunt, partim octonarii Iambici. FAERNUS. Quartus non Iambicus, ut illo voluit, ſed Trochaicus eſt.

Tu quod te poſterius purges. Sic libri omnes & Chariſius p. 191. Fruſtra igitur eſt, qui interpolatum velit, *Tum quod te.* 8

Te eſſe Indignum injuria hac. Sic verſus diſpone: *Te eſſe in-Dignum injuria hac.* Octonarium plenum ſemper excipit Trochaicus. 11

Abi.

dignum iniuria hác; indignis cum égomet sim acceptus modis.
AE. *Abi prae ſtrenue; ác forem aperi.* SA. *céterum hoc nihil facis.*
AE. *I íntro nunc iam.* SA, *át enim non ſinam.* AE. *áccede illuc, Pármeno:*
Nímium iſtoc abiſti: hic propter húnc adſiſte: em, ſíc uolo.
Cáue nunc iam oculos á meis oculis quóquam demoueás tuos:
Ne móra ſit, ſi innuerím, quin pugnus cóntinuo in mala haéreat.
SA. *Iſtúc uolo ergo ipſum éxperiri.* AE. *em, férua.* PAR. *omitte múlierem.*
SA. *O fácinus miſerandúm!* AE. *geminabit níſi caues.* SA. *hei miſeriam!*
AE. *Non ínnueram: uerum ín iſtam partem pótius peccató tamen.*
I núnc iam. SA. *quid hoc reéi eſt? regnumne, Aéſchine, hic tu póſſides?*
AE. *Si póſſiderem, ornátus eſſes éx tuis uirtútibus.*
SA. *Quid tíbi rei mecumſt?* AE. *níl.* SA. *quid? noſtin quí ſim?* AE. *non deſídero.*
SA. *Tetigín tui quicquam?* AE. *ſi áttigiſſes, férres infortúnium.*
SA. *Qui tíbi meam magis lícet habere, pró qua ego argentúm dedi?*
Reſpónde. AE. *ante aedis nón feciſſe erit mélius hic conuícium:*
Nam ſí moleſtus pérgis eſſe, iam íntro abripiere; átque ibi
Uſque ád necem opperiére loris. SA. *lóris liber?* AE. *ſíc erit.*
SA. *O hóminem iniquum: hicíne libertatem áiunt aequam eſſe ómnibus?*

13 *Abi praeſtrenue, ac fores aperi.* Lege ex noſtris aliquot, *Abi prae ſtrenue:* ut *I prae*; ſaepe. Et ſic apud Nonium eſt v. Apertum. Quamquam autem & iſte etiam *Fores* habeat, legendum *Forem:* de qua voce jam ſupra egimus.

15 SA. *hem, ſic volo.* AE. *cave nunc.* Ex auctoritate libri Bembini perſonae his verbis aſcriptae deleantur: ſunt enim omnia verba Aeſchini. FAERNUS. Sic & noſtri meliores.

16 *Quoquam dimoveas tuos.* Liber Bembinus & alii antiqui, *demoveas.* FAERNUS. Tres boni ex noſtris, *Demoveas.*

17 *Ne mora ſit, ſi innuerim.* *Innuero* eſt in omnibus recentibus: nos tamen lectionem antiquam ſequemur: ita eſt octonarius Iambicus, ut praecedens, & duo ſequentes. FAERNUS. Antiquiores noſtri, *Innuerim.*

19 *O facinus indignum! Geminabit, niſi caves. Hei miſero mihi.* Sic dedit Faernus, neſcio unde. Verſus juſto longior eſt; & a Libris ſcriptis nimium quantum abſcedit. Noſtri *O miſerum facinus*, vel *Facinus miſerum*, & *Hei miſeriam.* Repone:

O fácinus miſerandum! Geminabit, niſi caues. Hei miſeriam!

Sic Phor. V, 9, 19. [lum.
Pro di immortales, facinus miſerandum & ma-
And. IV, 4, 28.
O facinus animadvértendum! Quid clamitas?

Qui tibi magis licet meam habere. Lege, 25
Qui tibi meam magis licet habere.

Jam intro arripiere. Liber Bembinus & Decurtatus, *abripiere.* FAERNUS. Etiam duo ex noſtris optimi, *Abripiere.* 27

Aequam eſſe omnibus? O. l. s. *eſſe aequam.* FAERNUS. Sic & noſtri codices. Recte tamen Edd. vett. *Aiunt aequam eſſe omnibus:* ut *Aequam* ſub Ictu ſit. 29

Si ſatis jam debacchatus és, leno. Atqui hoc pacto, *Leno* in Theſi occultatur. Recte quinque ex vetuſtioribus noſtris, 30

Si ſatis jam debacchatus, leno, es.

Egon debacchatus ſum in te, an tu in me? Variant hic libri ſcripti: nos antiquiſſimos ſeque- 31

Digitized by Google

AE. *Si ſátis iam debacchátus, leno, es; aúdi ſi uis núnc iam.*
SA. *Egon débacchatus ſum aútem, an tu in me?* AE. *mítte iſta, atque ad rém redi.*
SA. *Quam rém? quo redeam?* AE. *iámne me uis dícere id quod ad te áttinet?*
SA. *Cupio, aéqui modo aliquíd.* AE. *uah, leno iníqua me non uólt loqui.*
SA. *Lenó ſum, fateor, pérnicies commúnis adulescéntium,*
Periúrus, peſtis: támen tibi a me núllaſt orta iniúria.
AE. *Nam hercle étiam hoc reſtat.* SA. *illuc quaeſo rédi, quo coepiſti, Aéſchine.*
AE. *Minís uiginti tu illam emiſti, quaé res tibi uortát male.*
Argénti tantum dábitur. SA. *quid ſi ego tíbi illam nolo uéndere?*
Cogés me? AE. *minume.* SA. *námque id metui.* AE. *néque uendundam cénſeo,*
Quae líberaſt: nam ego liberali illam ádſero cauſá manu.
Nunc uíde utrum uis; argéntum accipere, an cauſam meditarí tuam.
Delíbera hoc, dum ego rédeo, leno. SA. *pró ſupreme Iúppiter.*
Mínime miror, qui ínſanire occípiunt ex iniúria.
Dómo me eripuit, uérberauit: me ínuito abduxít meam:
Hómini miſero plús quingentos cólaphos infregít mihi.
'Ob malefacta haec tántidem emptam, póſtulat ſibi trádier.
Uérum enim quando béne promeruit, fíat: ſuum ius póſtulat.

ſequemur, in quibus omnibus ita eſt:
Egon debacchatus ſum autem, an tu in me? cum enim non dixerit Aeſchinus lenonem in ſe debacchatum, ſed tantummodo debacchatum, leno quoque id ſimpliciter negat, ſubdens eum potius in ſe debacchatum, ſane prima hujus verſus ſyllaba pertinet ad praecedentem. FAERNUS. Sic & codices noſtri vetuſtiores.

Ib. *Omitte iſta.* O l. s. & Donatus, *mitte iſta.* FAERNUS. Omnes noſtri, *Mitte.*

32 *Quod ad te attinet?* Liber Bembinus, Baſilicanus, Victorianus, & multo maxima pars aliorum, his praeponit pronomen *id.* & ſtat verſus abjiciendo *d*, ex *quod.* FAERNUS. Noſtri omnes *Id quod.*

33 *Cupio, modo aequi aliquid.* Et Bembinus & Victorianus, & omnes fere alii l. s. *cupio: aequi modo aliquid.* FAERNUS. Sic & noſtri meliores.

35 *Núlla orta éſt injuria.* Vides *Orta* in Theſi deliteſcere. Recte duo ex veterrimis noſtris, *Núllaſt órta injuria.*

Nam hercle etiam id reſtat. Liber Bembinus, *hoc reſtat.* FAERNUS. Noſtri omnes *Id.* Nihil intereſt. 36

Argenti tantum tibi dabitur. Idem liber & Baſilicanus, & Victorianus & multi alii non habent dictionem *tibi*, ut & exigit verſus, qui eſt octonarius, attributa tamen prima ejus ſyllaba verſui praecedenti. FAERNUS. Neque noſtri libri *Tibi* habent. Non tamen prima verſus ſyllaba priori eſt tribuenda. 38

Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu, Donatus & o. l. s. *nam ego liberali illam a. c. m.* FAERNUS. Unus ex Regiis aeque commode: *Nam liberali ego illam.* 40

Verſus hi duo locum inter ſe commutarunt: Repone. 45
Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Ob malefacta haec tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.
Res apparet, & alii ante nos viderunt.

Verum enim, quando bene promeruit, fiet. Sic dedit Faernus: ſed noſtri univerſi, *Fiat.* Recte. 47

'Age, iam cupio, módo si argentum réddat. set ego hoc hárioloг.
'Ubi me dixeró dare tanti, téstis faciet ílico,
Uéndidisse mé, de argento sómnium. mox: crás redi. 50
'Id quoque possum férre, modo si réddat; quamquam iniúriumst.
Uérum cogito íd quod res est; quándo eum quaestum occéperis,
'Accipiunda et mússitanda iniúria adulescéntiumst.
Sét nemo dabit: frústra has egomet mécum rationés puto.

ACTUS II. SCAENA II.

SYRUS. SANNIO.

SY. *TACE, égomet conueniam ípsum: cupide accípiat iam faxo: átque etiam*
Bene dícat secum esse áctum. quid istuc, Sánniost, quod te aúdio
Nescío quid concertásse cum ero? SA. *númquam vidi iníquius*
Certátionem cómparatam, quam hódie quae inter nós fuit;
Ego uápulando, ille uérberando, usque ámbo defessí sumus. 5

Recte. Id enim, notante alibi Donato, est consentientis, *Fiet* vero obedientis.

48 *Age jam cupio; si modo argentum reddat. sed ego hoc hariolor.* Ex *sed d* eliso, & *rò hoc* correpto, dactylus erit in sexta sede trochaici. FAERNUS. Absurde hic Faernus; dum digitis sine ullo auris judicio versum dimetitur. Melius erat, ex *Si modo ar* dactylum feciſſe. Sed nihil est opus, lege hic & v. 51. *Modo si reddat:* ut I, 1, 4. *Ubi si cesses:* pro *Sicubi.*

54 *Fruſtra egomet mecum has rationes deputo.* Duo antiquiſſimi libri Bembinus & Victorianus *puto:* & ſic quoque ſtat verſus: immo etiam numeroſior eſt. FAERNUS.

Sed nemo dabit: fruſtra égomet mecum has rationes puto.

Sic Faernus ex ſuis libris: at noſtri hoc modo:

Sed nemo dabit: fruſtra égo mecum has rationes deputo.

Ubi notabis *Ego* pro *Egomet*; & *Deputo* pro *Puto:* & inde colliges utrumque a correctoribus eſſe; quod uterque ſcanſioni reſpondeat. Repone tamen, quod ipſe auctor dedit:

Sed nemó dabit: frústra has égomet mecum rationes puto.

Plaut. Caſ. III, 2. 25.

Vérum autem altrovórſus cum eam mécum rationem puto.

Ex noſtra lectione *Fruſtra* in Arſi, quod in alteris male deprimitur. Id quoque monendum, unum ex Regiis *Hanc rationem* habere.

Tace: egomet. Verſus hic trochaicus tetrameter acatalecticus. FAERNUS. 1

Táce, egomet convéniam jam ipſum, cúpide accipiat fáxo atque etiam.

Non poteſt eſſe Trochaicus acatalectus; quia nulla hic animi commotio eſt; tum & Iambicus eum ſubſequitur, prorſus contra morem Terentii & ipſius rythmi indolem. Noſtri univerſi cum Edd. vett. alio ordine verba collocant, quo Iambicus eſt tetrameter, ut ſequentes:

Tace, égomet conveniam ípſum, cupide accípiat jam faxo, átque etiam.

Atque etiam eſt Proſeleuſmaticus; *At*, ut ſaepe, correpta.

Quam quae hodie inter nos fuit. In libro Bembino & Victor. eſt *quam haec hodie:* ut & verſus expoſcit. FAERNUS. 4

Certationem comparatam, quam haec hodie inter nos fuit.

Sic dedit Faernus: ſed ex noſtris plerique. *Haec quae hodie.* Repono:

Certationem comparatam, quam hodie quae inter nos fuit.

Quid agerem? Duo antiqui libri, inter quos eſt Bembinus, *quid facerem?* utroque 6

modo

Digitized by Google

SY. *Tua cúlpa.* SA. *quid facerem?* SY. *áduleſcenti mórem geſtum oportuit.*
SA. *Qui pótui melius, qui hódie ei uſque os praébui?* SY. *age, ſcis quíd loquar?*
Pecúniam in locó neglegerè, máxumum interáimſt lucrum. hui:
Metuiſti, ſi nunc dé tuo iure cónceſſiſſes paúlulum; atque
Aduléſcenti eſſes mórigeratus, hóminum homo ſtultíſſime,
Ne nón tibi iſtuc faéneraret. SA. *égo ſpem pretio nón emo.*
SY. *Numquám rem facies: ábi, non ſcis inéſcare homines, Sánnio.*
SA. *Credo iſtuc melius éſſe: uerum ego númquam adeo aſtutús fui,*
Quin quícquid poſſem, mállem auferre pótius in praeſéntia.
SY. *Age nóui tuum animúm: quaſi iam uſquam tíbi ſint uiginti minae,*
Dum huic óbſequare. praéterea autem te áiunt proficiſcí Cyprum. SA. *hem.*
SY. *Coemíſſe hinc quae illuc uéheres multa; náuem conductam: hóc ſcio,*
Animús tibi pendet. úbi illinc ſpero rédieris tamen, hóc ages.
SA. *Nuſquám pedem: perii hércle: hac illi ſpe hóc inceperúnt.* SY. *timet:*
Iniéci ſcrupulum hómini. SA. *o ſcelera. illúd uide,*
Ut in ípſo articulo oppréſſit. emptae múlieres

modo proceleuſmaticus eſt in tertia ſede octonarii Iambici. FAERNUS.

Omnes noſtri, duobus mediocribus exceptis, *Quid agerem.* Nihil intereſt; niſi quod hoc magis ad Graecum metrum accedat.

7 *Qui hodie uſque os praebui.* Lege, *Qui hodie ei uſque os.*

9 SA. *Hui.* SY. *metuiſti ſi nunc.* Haec omnia in iiſdem libris & Baſilicano, Syro aſcribuntur. FAERNUS. Sic & noſtri meliores.

12 *'Abi, neſcis ineſcare.* Lege, *Abi, non ſcis.*

15 *Quaſi jam úſquam tibi ſint viginti minae.* De ſententia convenit. *Quaſi numero in aliquo ducas, aut in aliqua aeſtimatione conſtituas viginti minas*, interprete Donato. De verbis quaeritur: Qui fieri poſſit ut *Uſquam eſſe* perinde ſit ac *Ullius aeſtimationis eſſe?* Plautus Pſeud. IV, 7, 47.

Cui libella nuſquam eſt, niſi quod leno hic ſubvenit tibi.

Ad hanc formam, *Quaſi uſquam tibi ſint* XX *minae*, nihil aliud ſignificet, quam *Quaſi tu in loculis tuis* XX *minas habeas*; qui ſenſus ab hujus loci ſententia prorſum alienus eſt. Quid, ſi ſic refingimus?

Age nóui tuum animúm, quaſi hujus jam tibi ſint viginti minae.

ut ſupra II, 1, 9. *Hujus non faciam*; cum ſtipulam vel floccum vel ſummum digitum oſtendit. Vide tamen, ne illud *Jam uſquam* totum a correctoribus fuerit, non a manu luſcitioſi librarii: fortaſſis ab Auctore ſic erat.

Age nóui tuum animum, quaſi teruncí tibi ſint viginti minae.

Plaut. Capt. III, 1, 17.

Neque ridiculos jam teruncí faciunt: ſeſe omnes amant.

Certe hoc modo juſtius collocantur Arſes & Theſes; & apte opponuntur XX minae ac teruncius.

Illuc vide. O. l. s. *illud vide.* FAERNUS. 20

Niſi eo ad mercatum veniam. Donatus & 23
o. l. s. *venio.* FAERNUS. Quin & noſtri plerique omnes *Venio.* Praeterea pro *Damnum maxumumſt*; duo habent *Damnum eſt maxumum.* Plane ex more Terentii.

Nunc ſi hoc omittam, actum agam. Liber 24
Bembinus & Victorianus & Donatus, *omitto.* FAERNUS.

Nunc ſi hoc omitto, actum agam. ubi illinc rediero,
Nihil eſt. Donatus ad locum: *Actum*

Complúres, et item hinc ália quae portó Cyprum.
Niſi eo ád mercatum uénio, damnum eſt máxumum.
Nunc ſi hóc omittam, ac túm agam ubi illinc rédiero;
Nihil éſt: refrixerít res: nunc demúm uenis?
Cur páſſus? ubi eras? út ſit ſatius pérdere,
Quam aut híc manere támdiu, aut tum pérſequi.
SY. *Iamne énumeraſti id, quód ad te rediturúm putes?*
SA. *Hocine íllo dignumſt? hócine inceptare Aéſchinum?*
Per oppréſſionem ut hánc mi eripere póſtulet?
SY. *Labáſcit. unum hoc hábeo: uide ſi ſátis placet;*
Potiús quam uenias ín periclum, Sánnio,
Seruéſne an perdas tótum, diuiduúm face.
Minás decem conrádet alicunde. SA. *eí mihi,*
Etiám de ſorte núnc uenio in dubiúm miſer?
Pudét nihil? omnes déntes labefecít mihi:
Praetérea colaphis túber eſt totúm caput:
Etiam ínſuper defrúdet? nuſquam abeo. SY. *út lubet:*
Numquíd uis, quin abeam? SA. *ímmo hercle hoc quaeſó, Syre,*

agam, proverbium: hoc eſt, nihil agam. (hoc falſum) *Quod enim in jure ſemel judicatum eſt, reſcindi & iterum agi non poteſt: ſic in Phormione* (II, 3, 72) *Actum aiunt ne agas.* Et proverbio quidem utuntur Cicero, Livius, alii: ſed huic loco minime convenit. Quomodo enim *Actum agit*, hoc eſt, Iterum ſed fruſtra agit, ſi *Omittit* prorſus & nihil agit? Praeterea verſus laborat: neque enim hiatus in Caeſura Terentiani moris eſt; nec in diſyllabo *Actúm* Synaloepha ceſſare poteſt. Noſtri codices univerſi, *Omittam*. Repone:

Nunc ſi hoc omittam, ac túm *agam ubi illinc rediero;*

Nihil eſt. Ita ſupra v. 18, *Ubi illinc ſpero redieris tamen, hoc ages.* Egregia certe emendatio; ſed non noſtra. Fama tantum ad me pertulit, neſcio quem ſic correxiſſe.

27 *Quam aut hic nunc manere.* Idem liber & aliquot alii, *quam aut nunc manere.* alii & Donatus, *quam aut hic manere.* his duobus modis ſtat verſus aliter impeditus. FAERNUS.

Duo ex noſtris, *Aut hic manere:* ceteri *Aut hinc nunc manere. Hic* placet; non, ut Faernus dedit, *Nunc.*

Quod ad te rediturum putes? Multi antiqui libri, inter quos Bembinus, item Donatus, his anteponunt dictionem *id*. FAERNUS. Septem ex noſtris *Id quod.* 28

Hocine illo dignumſt? Hocine incipere Aeſchinum. Non convenit, ut in eodem verſiculo *Hocine* primam corripiat, deinde producat. Lege igitur, 29

[*num?*

Hocine illo dignumſt? hocine inceptare Aeſchi-

Neque aliter olim Donatus; ut ex ejus verbis conjectare licet: *Quaſi de magno facinore dixit; ut in Heaut.* (III. 3, 39.) *Vah, vide quod inceptet facinus.*

Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer. Pudet nihil. Haec per interrogationem efferendą ſunt. 35

Etiam inſuper defraudat? Veterrimus noſter cum tribus aliis *Defrudet.* Sic & Rivii Fabriciique codices. Hoc placet. 38

Ut ut haec ſunt acta. Noſtri plerique omnes cum vett. Edd. *Facta.* Parum intereſt. 40

Scio non te uſum. Liber Bembinus ita collocat: *ſcio te non uſum.* ita & omnes alii, niſi 42

Ut ut haéc ſint acta, pótius quam litís ſequar,
Meum míhi reddatur, ſáltem quanti emptáſt, Syre.
Scio nón te eſſe uſum antehác amicitiá mea:
Memorém me dices éſſe et gratum. SY. *ſédulo*
Faciám. ſet Cteſiphónem uideo: laétus eſt
De amíca. SY. *quid quod te óro?* SY. *pauliſpér mane.*

ACTUS II. SCAENA III.

CTESIPHO. SYRUS.

CT. *ABS quíuis homine, cum éſt opus, beneficium accipere gaúdeas:*
Uerum énimuero id demúm iuuat, ſi quem aéquomſt facere, is béne facit.
O fráter frater, quíd ego te nunc laúdem? ſatis certó ſcio;
Numquam íta magnifice quícquam dicam, id uértus quin ſuperét tua:
Itaque únam hanc rem me habére praeter álias praecipuam árbitror,
Fratrem hómini nemini éſſe primarum ártium magis príncipem.
SY. *O Ctéſipho.* CT. *o Syre, Aéſchinus ubi eſt?* SY. *éllum, te exſpectát domi.*
CT. *hem.*

niſi quod poſt *uſum* addunt verbum *eſſe*. quod ſtare non poteſt, Baſilicanus, *ſcio te non eſſe uſum*. FAERNUS. Noſtri cum Baſilicano conſentiunt: niſi quod Academicus, *Scio non te eſſe uſum*. Recte.

2 *Si quem aequom'ſt benefacere, is facit.* Donatus & liber Bembinus, Victorianus, & Decurtatus: *Si quem aequom'ſt facere, is bene facit.* reliqui omnes libri geminant lectionem *bene:* quod ſtare non poteſt. FAERNUS. Noſtri omnes bis habent *Bene*.

3 *Quid ego nunc te laúdem?* Quattuor noſtri veterrimi cum totidem aliis, *Quid ego té nunc laudem?* Ad digitos ſi exigas, nihil intereſt: ſi ad aurem & accentum, non parum.

5 *Itaque unam hanc rem me habere praeter alias praecipuam arbitror.* Vide modo, quas tenebras & turbas hic concitet Donatus, dum de ſententiae filo ſatagit. Et profecto, ſi *Praeter alios* legas, illud *Homini nemini* & ſupervacuum erit, & ſoloecum. Quippe ſic dictum oportuit, *Habeo unam rem praecipuam praeter alios homines, Fratrem primarum artium principem.* Cetera, quae his ſuperſunt, inepta ſunt & inſulſa. Cave tamen cum Donato credas, data opera ſic locutum Terentium, ut ruſticum adoleſcentem induceret *titubantem & pene balbutientem.* Unius literulae mutatio cum a Cteſiphone, tum ab Auctore propulſabit hanc injuriam:

Itaque unam hanc rem me habere praeter alias *praecipuam arbitror.*

Praecipuam praeter alias, prae aliis rebus, ut And. I, 1, 31.

Horum ille nihil egregie praeter cetera Studebat. & 95.

Quia erat forma praeter ceteras Honeſta.

Hanc unam rem praeter ceteras a fortuna praecipuam habeo, Nemini fratrem omnibus bonis artibus ornatiorem contigiſſe.

Fratrem homini neminem eſſe. Lego, ut in 9
libro Bembino & aliquibus aliis, *homini nemini*. ita etiam videtur legiſſe Donatus, licet aliter habeant ejus libri. nam cum comparative legat, dicens ſubaudiendum eſſe *quam mihi* procul dubio debet eſſe cui comparetur, id eſt *homini nemini*. FAERNUS. Recte *Homini nemini*; ut Hec. III, 1, 1; & alibi *Homo nemo:* licet omnes Noſtri, uno Regio excepto, hic habeant *Nemini*.

Digitized by Google

SY. *Quid eſt?* CT. *quíd ſit? illius ópera, Syre, nunc uíuo: feſtiuóm caput,*
Quine ómnia ſibi póſt putauit éſſe prae meo cómmodo:
Maledícta, famam, méum amorem, et peccátum in ſeſe tránſtulit.
Nil ſúpra pote. nam quíd foris crepuit? SY. *máne mane. ipſe exít foras.*

ACTUS II. SCAENA IV.

AESCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.

AE. *UBI éſt ille ſacrilegús?* SA. *me quaerit. númquidnam effert? óccidi:*
Nil uídeo. AE. *ehem, opportúne: te ipſum quaéro: quid fit, Ctéſipho?*
In túto eſt omnis rés; omitte uéro triſtitiém tuam.
CT. *Ego illam hércle uero omítto, qui quidem te hábeam fratrem: o mi Aéſchine,*
O mí germane: ah uéreor coram in ós te laudare ámplius,
Ne id, ádſentandi mágis quam quo habeam grátum, facere exíſtumes.

9 *Qui omnia ſibi poſt putarit eſſe prae meo commodo.* Donatus pro *qui*, legit *quin:* dicens admirative pronuntiandum. & ita habet liber Vaticanus, ita & in Bembino emendatum eſt. itaque etiam exigit verſus, qui eſt octonarius Iambicus: ſed ſi legas *quin putarit*, non convenit, ſed *putavit*. quod & ipſum in aliquot libris ſcriptis inveni. eſt autem plenum *quine*, ut *Quemne ipſa reliqui*. deinde abjecto *e*, remanet *quin*. FAERNUS.

Qui omnia ſibi poſt putavit eſſe prae meo commodo:
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit.

Codices quidem vetuſtiores *Poſtputarit*; duo mediocres *Poſtputavit*: Etiam omnes, praeter duos veterrimos *Qui* pro *Quine*. *Quine*, *Quemne* tam Subjunctivo quam Indicativo junguntur. Lege igitur, *Poſtputavit*; quia ſequitur, *Tranſtulit*. Deinde pro *Se* lege *Sese*.

Maledicta, famam, meum amorem & peccatum in ſeſe tranſtulit.

Heaut. II, 3, 110.

Et me & meum amorem & famam permitto tibi.

11 *Nihil pote ſupra.* Libri noſtri omnes, *Nil ſupra poteſt*. Legendum igitur, *Nil ſupra pote*.

Ib. *Sed quiſnam foris crepuit?* Idem liber, item Donatus, non habent dictionem *ſed*; & pro *quiſnam*, *quidnam* legunt, ut & liber Victorianus. *fores* vero, pro *foris* tantum Donatus, & idem liber Victorianus, ac Decurtatus, & Baſilicanus; exponemus autem *quidnam fores crepuit*, qua de cauſa ſonuit janua. FAERNUS.

Noſtri omnes *Fores*, perperam pro *Foris*. *Set* plerique omittunt: *Quidnam* tres habent. Ego pro illo, quod dedit Faernus,

Nil póte ſupra. quidnám fores crepuit?

Sic repono;

Nil ſúpra pote. nam quíd foris crepuit?

Accentus ſic commode incidunt, quod in Arte primum eſt. Sic Virgilius Georg. IV, 445.

Nam quis te juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos?

Ubi Servius: *Nam quis, id eſt, Quiſnam: hodie enim Nam particula poſtponitur; antea praeponebatur. Terentius in Phormione:* (V, 1, 5.) *Nam quae haec anus eſt a fratre egreſſa meo.* Noſter Phorm. I, 4, 23. *Nam quod ego huic nunc ſubito.* Ubi Donatus, *Nam quod* pro *Quodnam*. Apud Plautum paſſim venit.

SY. *mane, ipſe exit foras.* O. l. s. & Donatus geminat dictionem *mane*; quare totum verſum ita legerim: Ib.

Nihil pote ſupra. quidnam fores crepuit?
mane mane, ipſe exit foras.

ut in quarta ſede ſit proceleuſmaticus, eliſo ex *fores s*. FAERNUS. Omnes noſtri, *Mane, mane.*

Men quaerit? Melius liber Bembinus, *me quaerit*. nec interrogative pronuntiandum eſt: non enim quicquam dubitat, audito ſacrilegi nomine, quin ipſe quaeratur. FAERNUS. Noſtri omnes *Men quaerit?* Sed recte Bembinus: 1

AE. *Age inépte, quaſi nunc nón norimus nós inter nos, Ctéſipho.*
Hoc mihi dolet, nos paéne ſero ſciſſe, et in eum rém locum
Rediſſe, ut ſi omnes cúperent, tibi nil póſſent auxiliárier.
CT. *Pudébat.* AE. *ah, ſtultítiaſt iſtaec, nón pudor: tam ob páruolam* 10
Rem paéne e patria? túrpe dictu. deós quaeſo ut iſtaec próhibeant.
CT. *Peccáui.* AE. *quid ait tándem nobis Sánnio?* SY. *iam mítis eſt.*
AE. *Ego ád forum ibo, ut húnc abſoluam: tu íntro ad illam, Ctéſipho.*
SA. *Syre, ínſta.* SY. *eamus: námque hic properat ín Cyprum.* SA. *ne tám quidem:*
Quamuís etiam maneo ótioſus híc. SY. *reddetur, né time.* 15
SA. *At ut ómne reddat.* SY. *ómne reddet: táce modo, ac ſequere hác.* SA. *ſequor.*
CT. *Heus, heús, Syre.* SY. *ehem, quid eſt?* CT. *óbſecro hercle te, hóminem iſtum inpuríſſimum*
Quam prímum abſoluitóte; ne ſi mágis inritatús ſiet,

binus: *Me quaerit.* Eun. V, 6, 5.
Sed ubi obſecro eſt? Me quaerit haec.
Plautus Pſeud. IV, 2. 19. Leno itidem, ut hic:
Hominem ego hic quaero malum,
Legirupam, impium, perjurum, atque improbum. Me quáeritat.
Perſ. I, 3, 10.
Jam pol hic aderit, credo, congerro meus.
Me dicit, euge.

2 *Te ipſum quaerito.* Omnes fere l. ſ. *quaero.* utroque modo ſtat verſus. FAERNUS. Quinque ex noſtris *Quaero.* Recte.

3 *Triſtitiam tuam,* Liber Bembinus *triſtitiem.* FAERNUS.

4 *Ego illam hercle vero omitto.* Hic & ſequens verſus, in libro Bembino, & multis aliis, ita ordinati ſunt in octonarios Iambicos:
Ego illam vero omitto, qui quidem te habeam fratrem, o mi Aeſchine,
O mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius.
Sed in priore verſu ex *quidem m* elidetur; quamvis ſequente conſonante. *habeam* vero in duas ſyllabas contrahetur. FAERNUS. *Habeam* in duas ſyllabas contrahi nec licet, nec hic opus eſt.

6 *Quam quod habeam gratum.* Liber Bembinus *quo,* ut & exigit verſus. *quo* autem pro *quod* expone. FAERNUS.
Noſtri omnes mendoſe *Quod.* Ceterum illud *Adſentandi* neſcio an rectius *Adſentando:* ſed Codicibus & Magiſtris hoc concedemus. Donatus: *Adſentandi, adulandi. Et utrum deeſt Cauſa, an ad ipſam litem ſic dicitur?* ſic editio Lindenbrogii. Quid autem eſt *Ad ipſam litem.* Editiones veteres: *Ab ipſa lite.* Lege, *An abſolute ſic dicitur?*

8 *Sed hoc mihi dolet.* Donatus, & liber Bembinus, non habent dictionem *ſed:* quod & venuſtius eſt & verſui congruentius. FAERNUS.
Hoc mihi dolet nos paene ſero ſciſſe, & paene in Rediſſe. [*eum locum*
Quid eſt *Nos rediſſe in eum locum?* Omnino hic deſideratur *Rem;* ut Heaut. II, 3, 118. *In eum res rediit jam locum, Ut ſit neceſſe.* Editiones ſane veteres, *Paene rem in eum locum.* Sic & ſcriptus codex apud Guyetum; ac duo alii *Rem paene.* Tu repone:
Hoc mihi dolet nos paene ſero ſciſſe & in eum Rediſſe. [*rem locum*
Sero eſt Nimis ſero; ſaepe apud Noſtrum & Plautum. *Dolet,* inquit, Donatus, *bis ſubaudiendum eſt.* Recte; ſi dixiſſet *Paene* bis ſubaudiri.

9 *Nihil tibi poſſent auxiliarier.* Noſtri univerſi cum Edd. vett. *Tibi nil.* Et Anapaeſtus in his verſibus ſuavior eſt Dactylo: & *Tibi* in Ictu eſſe debet.

11 *Paene ex patria.* Liber Bembinus, *paena e patria.* FAERNUS. Noſtri omnes *Ex.*

17 *Obſecro hercle hominem iſtum inpuriſſimum,* Lege ex veterrimo noſtro & altero, *Obſecro hercle te, hominem.* Alioqui claudicat verſus.

Tunc.

Aliqua ád patrem hoc permánet; atque ego túm perpetuo périerim.
SY. *Non fíet, bono animo és: tu cum illa te ínterim oblecta ínterim:* 20
Et léctulos iube stérni nobis, ét parari cétera.
Ego iám transacta ré consortam mé domum cum obsónio.
CT. *Ita quaéso: quando hoc béne successit, hílare hunc sumamús diem.*

ACTUS III. SCAENA I.

SOSTRATA. CANTHARA.

SO. *'OBSECRO, mea nútrix, quid nunc fíet?* CA. *quid fíet rogas?*

19 *Tunc perpetuo perierim.* Omnes fere l. s. *Tum.* FAERNUS. Tres tamen noſtri veterrimi *Tunc.*

20 *Bono animo eſto.* Liber Bembinus & Baſilicanus *bono animo es.* ita optime verſus procedit. FAERNUS. Noſtri perperam *Eſto.*

22 *Hilarem hunc ſumamus diem.* Correxit olim Palmerius *Hilare ſumamus*; cui tamen recte monenti nemo obtemperavit. Videamus, an nobis melius cadat alea. Plautus in eadem phraſi adverbium uſurpat. Epid. I, 2, 54. *Eamus intro ad te, ut hunc hodie diem Lucullente habeamus.* Pſeud. V, 1, 23. *Hoc ego modo utque herus minor hunc diem Sumpſimus prothyme.* Sed Poen. V, 6, 30. *Ut hunc diem Habeamus hilarem, hujus malo, & noſtro bono.* Ubi tamen fidenter emendes *Hilaré.* Nimirum ea aetate *Hilarus* dicebant; numquam, quod ſciamus, *Hilaris.* Extra haec loca nec Plautus neque noſter *Hilaris*, ſed ſemper *Hilarus. Hilarè* adverbium Nonius ex Afranio citat, & ex ipſo Cicerone; qui ter quaterque etiam alias eo adverbio utitur. Chariſius p. 180. 'Hilariter ab eo quod eſt *Hilaris: Hilare* autem ab *Hilarus.* Acron in Terentii Adelphos; ubi Terentius, *Hilare hunc ſumamus*, inquit, *diem.* Sed & Afranius in ſororibus: *Nunc te obſequentem atque hilarem, ut dixi, praebeas:* Hodie quidem apud Chariſium utrobique editum eſt *Hilarem.* Sed plane contra auctoris ſententiam; qui haec exempla ideo adducit, ut *Hilarus* olim dictum eſſe probet; non ut *Hilaris*, quod in communi tum ſermone erat.

1 *Obſecro, mea nutrix, quid nunc fiet?* CA. *quid fiet rogas?* Liber Bembinus, Victorianus. & Decurtatus, *quid fiat?* ſane in omnibus libris hic verſus terminatur in *rogas.* eſt autem trochaicus catalecticus, cum ſequentes ſint octonarii Iambici. FAERNUS.

Sic Eun. V, 9. Scena incipit a Trochaico; quem ſtatim ſubſequuntur Iambici. Qui, ut hic quoque par ſequentibus fiet, *Au obſecro* ſubſtitui voluit, neſciebat illud *Au*, non ſolum *Interjectionem eſſe mulieris conſternatae*, ut parum accurate Donatus, ſed abnegantis, rejicientis, aſpernantis id cui reſpondetur. Non igitur huic loco *apprime convenit*; ne minime quidem convenit.

Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. 2
Tan. Faber nutrici haec verba adfingat, non Soſtratae; & laudatorem ſibi repperit. Cur hoc, ſi interroges; dicunt, *Mea tu* ancillae eſſe, reblandientis Herae, quae dixerat mea Nutrix. Atqui, o boni; *Mea tu*, familiarius eſt, quam ut a ſerva ad dominam dicatur. Vel pares dicunt *Mea tu*, vel dignior ad inferiorem.

Quaſi numquam adfueris. Elegantius codex Petrenſis, *quam tute papereris.* 3
Jam nunc times quaſi nuſquam *adfueris, num-*

Nec quem ad obſtetricem mittam. Et verſus, qui Iambicus eſſe debet, & ſententia legi poſtulant, 5
Nec eſt quem ad obſtetricem mittam, nec qui adcurſat Aeſchinum.

Solus mearum miſeriarum eſt remedium. Sic recentiores noſtri, ſed veteres omnes, 7
Solus mearum eſt miſeriarum remedium.

E re nata melius fieri haud potuit, quam factumſt, hera. Sic Faernus dedit, auctore Donato: 8

Recte édepol spero. SO. *módo dolores, méa tu, occipiunt prímulum.*
CA. *Iam núnc times, quasi núsquam adfueris, númquam tute pépereris.*
SO. *Miserám me, neminem hábeo, solae súmus: Geta autem hic nón adest:*
Nec ést quem ad obstetrícem mittam, néc qui adcersat Aéschinum.
CA. *Pol ís quidem iam hic áderit: nam numquam únum intermittit diem,*
Quin sémper ueniat. SO. *sólus mearum est míseriarum rémedium.*
CA. *'E re natae mélius fieri haut pótuit quam factum ést, era,*
Quándo uitium oblátum est: quod ad illum áttinet potíssimum,
Tálem, tali ingénio atque animo, nátum ex tanta fámilia.
SO. *'Ita pol est ut dícis: saluos nóbis, deos quaeso, út siet.*

Donato: sed nostri codices universi E *re natae.* Donatus sic explicat: *E re nata, sic proprie dicimus de iis quae contra voluntatem nostram acciderunt, ut nunc vitium virginis: Ergo E re nata, ex vitio virginis.* Sic sane Apuleius Metam. IV. *E re nata capto consilio fugam desino.* & iterum: *Tunc e re nata subtile consilium ego & iste babulus tale comminiscimur.* & rursum in V. *E re nata confingis, esse juvenem quendam.* In his locis, & de rebus *quae contra voluntatem acciderant* loquitur Apuleius, & simul significat, *ex tempore, celeriter* consilium captum. Iste vero sensus huic Nostri loco non convenit: & si *E re nata* cum Donato explices, *Ex vitio virginis*; quid cum illo facies quod sequitur, *Quando vitium oblatum est?* Siquidem bis idem dicetur. Plautus Cas. II, 5, 35.

Ita rem natam intellego,
Necessum est vorsis gladiis depugnarier.

& Bacch. II, 2, 40.

Edepol, Mnesiloche, ut hanc rem natam intellego,
Quod ames paratumst, quod des inventost opus.

Ubi rem natam perinde est ac *Comparatam.* Sed neque hoc sensu dicere possis *E re nata,* e re comparata. Satius est omnino, ut librorum omnium lectionem retineamus, *E re natae,* ex commodo filiae tuae, melius haut fieri potuit, quam factum est. Phorm. V, 8, 76.

Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.

Sic passim, *E re mea, tua, sua: e re publica.* Neque vero metuas, ne *Natae* minus recte dicatur ab ea quae Mater ei non est. Sic enim infra V, 5, 1. Syrus ad Demeam;

Hem Demea, rogat frater ne abeas longius.

10 *Talem tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.* Multum laborat Donatus, ut *Genere* a *Familia* distinguat. Genus, inquit, *jam ad vivos pertinet,* Familia *etiam ad defunctos: alii* Genus *ad nobilitatem referunt,* Familiam *ad copias.* Haec magistrorum deliramenta sunt; dum quae emendare nesciunt, quovis modo explicare volunt. *Genus* & *Familia* prorsus idem sunt; nec ut res disparatae in eodem commate usquam conjunguntur. Quod Ctesipho dicit III, 3, 55.

Haecine flagitia facere te? haec te admittere
Indigna genere nostro?

id Hegio III, 4, 2. sic effert, *Ex illan familia*

Tam inliberale facinus esse ortum?

Sed esto, ut *Genus* & *Familia* distingui hic possint: certe significationis sunt admodum propinquae. Cur ergo inter duo ista tertium quid inseritur significationis plane diversae? Cur primum *Genus* laudat, deinde *Animum,* & rursus ad *Familiam* redit? Hoc Donatus mihi liquido explicet, & summus Magistrorum a me audiet. Quid multis agimus? Restituo antiquam Poëtae manum, & suum sibi reddo:

Talem, tali ingenio *atque animo, natum ex tanta familia.*

Ingenium atque animus, utpote cognatae significationis, passim juncta veniunt. Infra V, 3, 42.

Scire est liberum Ingenium atque animum.

And. I, 1, 86.

Haec ego putabam esse omnia, humani ingeni
Mansuetique animi officia.

Plautus Bacch. III, 3, 90.

Ut illius animum atque ingenium regas.

Trin. I, 2, 55.

Sunt quorum ingenia atque animos nequeo noscere.

Cicero Ep. Fam. IX, 14. *Sed contigit magnitudine cum animi, tum etiam ingenii atque consilii.* Philip. II. *Redimeret adolescentem summa spe & animi & ingenii praeditum.* Ita ipse alibi & Livius aliique saepe.

ACTUS

ACTUS III. SCAENA II.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

G. *NUNC illud eſt, quod ſi ómnia omnes ſúa conſilia cónferant,*
Atque huíc malo ſalútem quaerant, aúxili nihil ádferant,
Quod míhique eraeque fíliaeque eríli eſt. uae miſeró mihi,
Tot rés repente círcumuallant, únde emergi nón poteſt,
Uís, egeſtas, íniuſtitia, ſólitudo, infámia.
Hócine ſaeclum? o ſcélera, o genera ſácrilega, o hominem ínpium.
SO. *Me miſeram, quidnamſt, quód ſic uideo tímidum et properantém Getam?*
G. *Quem néque fides neque iúſiurandum néque illum miſericórdia*
Repréſſit, neque reflexit, neque quod pártus inſtabát prope:
Cui míſerae indigne pér uim uitium obtúlerat. SO. *non intéllego*
Satis, quae loquatur. CA. *própius obſecro áccedamus, Soſtrata.* G. *ah,*
Me míſerum, uix ſum cómpos animi, ita árdeo iracúndia.
Nihil éſt quod malim, quam illam totam fámiliam dari mi óbuiam,
Ut ego íram hanc in eos éuomam omnem, dum aégritudo eſt haéc recens:

1 *Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia.* Miror ſic dediſſe Faernum: cum plerique codices & Edd. vett. habeant,

Nunc illud eſt, quod ſi omnia omnes.

Vide infra V, 9, 21. Quanto hoc venuſtius eſt, & collocatione & numeris.

6 *Hocine ſaeculum?* Liber Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus; *ſaeclum.* utroque modo ſtat trochaicus. FAERNUS. Noſtri codices *Saeclum:* neque aliter ſtat verſus.

14 *Ut iram hanc.* Lege ex libro Bembino, & aliis fere omnibus, *ut ego iram hanc.* FAERNUS. Unus tantum & alter e noſtris *Ego.* Ceterum unus ex veteribus, *Aegritudo eſt haéc recens,* non *Haec eſt.* Recte.

15 *Satis mihi id habeam ſupplicii, dum illos ulciſcar modo.* Verſus claudicat; niſi in *Dum* ſynaloepha ceſſet, plane contra artem & Terentii morem. Dele iſta, *Dum illos ulciſcar modo.* Hemiſtichium eſt, ut mox v. 19.

18 *Sublimem medium arriperem, capite primum in terram ſtatuerem.* Alia collocatio mihi magis probata eſt in libro Bembino:

Sublimem medium primum arriperem, & capite in t. ſ. FAERNUS.

Hoc quod Bembinus exhibet, *Sublimem medium primum arriperem,* a Correctore ſe natum prodit; qui cum id in recepta lectione, *Primum ſtatuerem capite in terram,* ineptum eſſe vidiſſet, cum poſt illud *Primum* nihil deinceps ſequatur, illud *Primum* ad prius verſiculi colon retraxit. Atqui, o quiſquis eras, alia via ſuccurrendum erat huic difficultati: ſic enim legendum:

Sublimem medium arriperem, & capite pronum *in terram ſtatuerem.*

Pronum, Primum, Privum facile inter ſe in ſcriptis permutantur: id adeo, quia *Pro, Prae, Per, Pri* compendioſe olim ſcriberentur, una tantum litera *P* in textu relicta. Vide nos ad Horat. Art. Poet. v. 60. *Pronum* hic Palmerius primus reſtituit, accedente poſtea Guyeto. Catullus Epig. XVII. *Nunc eum volo de tuo ponte mittere* pronum. *Capite ſtatuere,* active; ut Plautus neutraliter, *Capite ſiſtere.* Curc. II, 3, 8.

Quin cadat, quin capite ſiſtat in via, de ſemita. Capt. IV, 2, 13.

Nam qui obſtiterit, ore ſiſtet.

Tunderem, & proſternerem. Tunderem, quod 21 omnes

Satís mi id habeam súpplici: [dum illos ulciscar modo.]
Seni ánimam primum extínguerem ipsi, qui íllud produxít scelus:
Tum autém Syrum inpulsórem, uah, quibus íllum lacerarém modis?
Sublímem medium arríperem, et capite prónum in terram státuerem,
Ut cérebro dispergát uiam:
'Aduléscenti ipsi ériperem oculos: pósthaec praecipitém darem.
Céteros ruerem, ágerem, raperem, fúnderem, et prostérnerem.
Set céssso eram hoc malo impertiri própere? SO. *reuocemús. Geta.* G. *hem,*
Quísquis es, sine me. SO. *égo sum Sóstrata.* G. *úbinam es? te ipsam quaérito:*
Te éxpeto: oppido ópportune te óbtulisti mi óbuiam,
'Era. SO. *quid est? quid trépidas?* G. *ei mi.* SO. *quíd festinas, mí Geta?*
'Animam recipe. G. *prórsus.* SO. *quid istuc prórsus ergost?* G. *péritimus:*
'Actumst. SO. *loquere ergo, óbsecro te, quíd sit.* G. *iam.* SO. *quid iám, Geta?*
G. *Aéschinus.* SO. *quid is érgo?* G. *alienus ést ab nostra fámilia.* SO. *hem,*
Périi. quare? G. *amáre occepit áliam.* SO. *uae miseraé mihi.*
G. *Néque id occulte fért, ab lenone ípsus eripuít palam.*
SO. *Sátin hoc certumst?* G. *cértum: hisce oculis égomet uidi, Sóstrata.* SO. *ah,*

omnes Codices habent, minime hic convenit. Etsi ita Nonius citet v. Ruere: & ita vetustus ibi codex. Omnino verum est, quod & Guyetus vidit, *Funderem & prosternerem:* Sic *Fusi hostes*, passim: omnia haec verba a militari pugna translata sunt.

22 *Ego sum Sostrata. Ubi ea est?* Corrige, *Ubinam es?* ut alibi. *Ubinam est?*

24 *Te expecto.* Sic codices alii: sed lege, *Expeto*, ut codex Academicus. Cur enim *Expectaret*, cui hoc totum inexspectatum accidit? Vide nos ad Eun. IV, 6, 5.

26 *Animum recipe.* Placet mihi lectio libri Bembini, *animam recipe:* hoc enim & Terentii sensui, & iis quae Donatus de anhelitu dicit, magis quadrat. FAERNUS. Certa lectio *Animam*; & sic codex noster 900 annorum.

27 *Eloquere obsecro quid sit.* Multi l. s. inter quos Bembinus, post *eloquere*, addunt *ergo*; quod vero sequitur, etiam praeter eos libros & Basilicanum, Donatus habet hoc modo, *obsecro te quid sit*; quae mihi plenior videtur oratio: versui certe optime consulit. FAERNUS.

Actumst. Eloquere ergo obsecro te quid sit.
Jam. Quid jam Geta.
Sic dedit Faernus; & adscito *Ergo* Iambicum inter Trochaicos fecit. Veteres nostri fere omnes non habent *Ergo*. Sed recentiores quinque habent. Lege,
Actumst. Loquere ergo obsecro te.

so. *Quid ergo is?* O. l. s. *quid is ergo?* & eo amplius liber Bembinus & alii antiqui, *ab nostra.* FAERNUS. Nostri omnes, *Quid is ergo.* Pauci *Ab:* ceteri *Ex* vel *A nostra.* 28

Ab lenone ipsus eripuit palam. Codex unus *A lenone.* Palmerius subdistinguit; *A lenone: ipsus eripuit palam.* Hoc est *Amare coepit a lenone.* Vide nos ad Eun. V, 4, 4. Sed sana est recepta distinctio, Plaut. Asin. I, 1, 55. 30
Per fallaciam,
Quam amabam abduxit a lenone mulierem.

Satin hoc certe? Donatus legit, *scisne hoc certo?* libri aliqui, inter quos Bembinus, *satine hoc certum'st:* quod vero sequitur, solus Bembinus ita habet: GE. *certum.* quam responsionem interrogatio, quae per *certum est* facta, videtur exigere. FAERNUS. Nostri *Certe, certe:* vel *Certo, certo.* 31

Me míseram, quid iam crédas? aut cui crédas? noſtrumne Aéſchinum?
Noſtram ómnium uitam, ín quo noſtrae ſpés opeſque omnés ſitae?
Qui ſé ſine hac iurábat unum númquam uícturúm diem?
Qui ſe ín ſui gremió poſiturum púerum dicebát patris? 35
Ita obſecraturum, út liceret hánc ſe uxorem dúcere?
G. *Era, lácrumas mitte: ac pótius, quod ad hanc rem ópus eſt porro, conſule.*
Patiámur an narrémus cuipiam. CA. *áu au, mi homo ſánum es?*
An próferendum hoc tíbi uidetur úſquam? G. *mi quidem nón placet.*
Iam prímum illum alieno ánimo a nobis éſſe, res ipſa índicat. 40
Nunc ſi hóc palam proférimus, ille infítias ibit, ſát ſcio:
Tua fáma et gnatae uíta in dubium uéniet. tum ſi máxume

32 *Noſtrum Aeſchinum? Noſtramne Aeſchinum* habent aliqui libri etiam antiqui, inter quos Bembinus: qua lectione optime ſtat trochaicus. FAERNUS.

Me miſeram, quid credas jam? Veteres noſtri omnes, *Quid jam credas?* Sic & verſus flagitat, & accentus ratio.

33 *In quo noſtrae ſpes, omneſque opes ſitae.* O. l. s. ita collocant, *ſpes opeſque omnes ſitae.* FAERNUS.

Noſtram vitam omnium. in quo noſtrae ſpes opeſque omnes ſitae
Erant: quí ſine hac jurábat ſe unum numquam victurum diem.

Sic codices omnes; fallor tamen, an Auctor ſic dedit:

Noſtram omnium vitam: in quo noſtrae ſpes opeſque omnes ſitae;
Qui ſe ſine hac jurabat unum numquam victurum diem.

35 *Qui ſe in ſui gremio poſiturum puerum dicebat, patrem*
Ita obſecraturum, ut liceret ſibi hanc uxorem ducere. Liber Bembinus & Vaticanus pro *patrem*, habent *patris*, ut ſit ordo, in gremio ſui patris. in Baſilicano, & pleriſque aliis legitur *patres*; quod & hanc lectionem ex parte confirmat. Quod vero ſequitur, ita Bembinus habet, *hanc ſi uxorem ducere*; ut conjicere detur *ſi*, pro *ſibi*, ſicut *mi* pro *mihi*, antiquos ſcripſiſſe, nec ſane aliter ſtat verſus, niſi aut ita ſcribas, aut certe in ſcanſione eam dictionem in unam ſyllabam contrahas: quae deinde per ſynaloepham elidatur. FAERNUS. *Patris* duo ex noſtris veterrimi. Ceteri *Patres*. Rosro. ex Petrenſi codice legendum, *Hanc ſe uxorem ducere*. Sic Heaut. IV, 1, 53:

Non licet hominem eſſe ſaepe ita ut volt.

Tam accuſativum poſt ſe admittit *Licet*, quam dativum.

Porro conſule. Donatus & omnes, quotquot ſunt l. s. praeter Vaticanum, *porro proſpice.* FAERNUS. Ties ex noſtris veterrimi, *Conſule.* Recte. *Conſule, delibera, utrum patiamur, an narremus. Patiamur* lege, dempto *Ne*, ut Phorm. I, 3. 22. 37

Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis,
Retinere, amare, an mittere.

CAN. *au au, mi homo.* Liber Bembinus & Victorianus & Donatus, ſemel tantum *au* habent. FAERNUS. Noſtri uno excepto omnes *Au au*: neque aliter ſtat verſus. *Cuipiam* non poteſt non elidere ultimam. 38

An hoc proferendum tibi uſquam eſſe videtur? O. l. s. *tibi videtur eſſe uſquam*, praeter Bembinum, in quo legitur *uſquam eſſe*. Ceterum prima hujus verſus ſyllaba in praecedentem verſum rejicitur. verſus vero ſtat abjecto *r*, ex *videtur*, item *m*, ex *quidem*: quamvis conſonans conſequatur. FAERNUS. 39

An hoc proferendum tibi videtur uſquam eſſe? Noſtri partim *Eſſe uſquam* partim *Uſquam eſſe*. Sed unus ex Regiis, non habet *Eſſe*: Idem cum tribus aliis *Proferendum hoc.* Lege:

An proferendum hoc tibi videtur uſquam?
Mi quidem non placet.

Nunc ſi hoc palam proferemus. Lectio libri Bembini, in quo eſt *proferimus*, verſum hunc ſuſtentat. FAERNUS. Noſtri omnes mendoſe *Proferemus*. 41

Cum

Fateátur; cum amet áliam, non eſt útile huic, illí dari.
Quaprópter quoquo pácto tacitoſt ópus. SO. *ah, minime géntium:*
Non fáciam. G. *quid ais?* SO. *próferam.* CA. *hem, mea Sóſtrata, uide*
quám rem agas.

SO. *Peióre res locó non potis eſt éſſe, quam in quo núnc ſitaſt.*
Primum índotata eſt: túm praeterea, quaé ſecunda ei dós erat,
Periít: pro uirginé dari nuptum nón poteſt. hoc rélliquum eſt,
Si infítias ibit, téſtis mecum eſt ánulus, quem ipſe amíſerat.
Poſtrémo quando ego míhi ſum conſcia, á me culpam eſſe hánc procul,
Neque prétium neque rem ullam interceſſe aut illa aut me indignám, Geta;
Expériar. G. *quid iſtic? cédo, ut melius dícas.* SO. *tu quantum potes*

43 *Cum amet aliam, non eſt utile huic illi dari.* Repone: *Non eſt utile huic, illi dari.* Hec. I, 2, 76. *Eam ludibrio haberi, Parmeno,*
Quin integram itidem reddam, ut accepi ab ſuis,
Neque honeſtum mihi, neque utile ipſi virgini eſt.
Ita ſaepe alias, cum dativo.

44 *Quapropter quoquo pacto celato eſt opus.* Liber Bembinus & omnes fere alii, *tacito'ſt opus.* & ita verſus ſtat: aliter non. FAERNUS. Quinque ex noſtris *Tacito:* plures & vetuſtiores *Celato.* Cui hoc placet, ita legat:
Quapropter quoquo pacto eſt celato opus. Ah minime gentium.

45 GE. *quid agis?* Aliqui libri, inter quos Bembinus, *quid ages?* ut & exigit ratio, cum ſequatur reſponſum Soſtratae in futuro, *proferam.* FAERNUS.
Unus ex noſtris *Ages.* Alii *Agis.* Unus ex Regiis *Quid ais?* & Recte: Eſt admirantis & diſſentientis, non interrogantis. Si *Agis* legas, bis idem dicitur, cum mox ait, *Quam rem agas.* Porro quae ſequuntur, *Mea Soſtrata, vide quam rem agas,* Cantharae verba ſunt, non Getae: ut vel illud indicat, *Mea Soſtrata;* quod muliebre blandimentum eſt. Uterque & Geta & Cantharo conſilium Soſtratae repudiant.

46 *Pejore res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc ſita eſt.* Ex libro Bembino pro *poteſt,* lego *potis eſt;* aliter nullo modo poteſt procedere hic verſus, neque ut Iambicus, neque ut trochaicus. FAERNUS. Noſtri perperam *Poteſt.*

49 *Annulus, quem amiſerat.* Noſtri fere omnes cum Edd. vett.
Anulus, quem ipſe amiſerat.
Recte: abjecto, ut ſolet, *s; Anulu'* fit dactylus. *Ipſe* ſententiae non parum confert.

Poſtremo quando ego conſcia mihi ſum. Muta ordinem, & ſcribe, 50
Poſtremo quando ego mihi ſum conſcia.

Interceſſiſſe illa aut me indignam, Geta. Repone: 51
Interceſſe aut illa aut me indignam, Geta.

Quid iſtuc? Aliqui libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, & Victorianus, *quid iſtic?* 52
ita & Donatus; nam quamvis in eo mendoſe legatur, *quid iſtuc?* tamen in expoſitione aſſerit hoc ita dici, quaſi diceretur, quid hic reſiſtam? ſane ita ordinantur verſus in libro Bembino & aliquibus aliis, ut ponatur ante haec verba dictio *experiar,* & ſit hic integer verſus,
Experiar. GE. *quid iſtic? accedo ut melius dicas.* SO. *tu quantum potes,*
Eſt autem octonarius Iambicus, ut ceteri, rejecta prima ſyllaba in praecedentem verſum. FAERNUS.
Experiar. Quid iſtic? accedo ut melius dicas.
Tu quantum potes.
Verſus juſto longior eſt. Repone:
Experiar. Quid iſtic? cedo, *ut melius dicas.*
Cedo, concedo tibi, ut melius dicas, quam ego dixeram. Fateor, agnoſco, te melius dicere. *Cedere* in Cauſa, Actione, Diſputatione, paſſim. Eſt qui ſic legi velit, GE. *Quid iſtic?* SO. *accede,* GE. *Ut melius dicas.* Et *Quid iſtic?* ait, *diſſentientis eſt.* Itane vero? tum erit, cum *Non* & *Minime* erunt aſſentientis. Sed & aliud experitur, *Quid iſtic cedo? ut eum in jus duca.?* O conjecturas lepidas & probabiles! Priſcianus

Abi; atque Hégioni cógnato huius rem énarrato omnem órdine:
Nam is nóstro Simuló fuit ſummus, ét nos coluit máxume.
G. *Nam hercle álius nemo réſpicit nos.* SO. *própere tu, mea Cánthara,*
Curre: óbſtetricem accérſe: ut cum opus ſit, ne ín mora nobís ſiet.

ACTUS III. SCAENA III.

DEMEA. SYRUS.

D. *DISPÉRII: Cteſiphónem audiui fílium*
Una ádfuiſſe in ráptione cum Aéſchino.
Id míſero reſtat míhi mali, ſi illúm poteſt,
Qui alicuí rei eſt, etiam eum ád nequitiem addúcere.
Ubi ego íllum quaeram? crédo abductum in gáneum
Aliquó: perſuaſit ílle inpurus, ſát ſcio.
Set eccúm Syrum ire uídeo: hinc ſcibo iam, úbi ſiet.
Atque hércle hic de grege íllo eſt: ſi me ſénſerit
Eum quaéritare, núnquam dicet cárnufex.
Non oſtendam id me uélle. SY. *omnem rem módo ſeni,*
Quo pácto haberet, énarramus órdine.
Nil quícquam uidi laétius. D. *pro Iúppiter,*
Hominís ſtultitiam. SY. *cónlaudauit fílium:*
Mihi, qui íd dediſſem cónſilium, egit grátias.
D. *Diſrúmpor.* SY. *argentum ádnumerauit ílico:*
Dedít praeterea in ſúmptum, dimidiúm minae:
Id díſtributum ſáne eſt ex ſententia. D. *hem,*

p. 1020. *Confirmativa, ut Quidni, Cur non, Sic eſt, Quid iſtic: quo frequenter Terentius utitur in Confirmatione, ut in Adelphis, Quid iſtic? accedo ut rectius dicas.* Sic MSS, *Iſtic*, non, ut Putſchius dedit, *Iſtuc.*

43 *Abi atque Hegioni, cognato hujus, rem omnem enarrato ordine.* Aliqui l. s. inter quos Bembinus, ita habent, *rem enarrato omnem ordine.* in *Hegioni* autem duae mediae vocales in unam coeunt. & pro *hujus*, Bembinus habet, *ejus.* FAERNUS. *Hegioni* non fit triſyllabon: ſed *Atque* corripitur, ut paſſim. Noſtri omnes *Hujus.* Recte.

55 *Propera tu, mea Cantharа, Curre.* Repone: *Propere tu, mea Cantharа, Curre.* Saepe ſic erratum eſt.

2 *Una affuiſſe.* Liber Bembinus *fuiſſe.* FAERNUS. Sic dedit ille: ſed noſtri omnes *Adfuiſſe.* Nec ſpernendum. And. I, 1. 80. *Una aderat frequens.* Eun. II, 3, 75. *Aderit una in unis aedibus.* Heaut. II, 2, 12. *Una adſunt tibi.* Amat noſter poſtremas ſyllabas, quantum poteſt, cum ſequentibus colliquefacere. Etiam apud Nonium v. *Raptus* legitur *Affuiſſe.*

4 *Ad nequitiam adducere.* Idem liber, *ad nequitiem*, quod magis ſapit antiquitatem. FAERNUS. Noſtri omnes *Nequitiam.*

10 *Non oſtendam me id velle.* O. l. s. *id me velle.* FAERNUS. Sic & noſtri omnes.

14 *Mihi, qui dediſſem conſilium.* Eſt in aliquibus libris, & inter eos Bembino & Baſilicano, *qui id dediſſem.* FAERNUS. Noſtri omnes *Qui id.*

Sinite.

Huic mándes, ſiquid récte curatúm uelis.
SY. *Ehem, Démea, haut aſpéxeram te: quíd agitur?*
D. *Quid agátur? uoſtram néqueo mirarí ſatis*
Ratiónem. SY. *eſt hercle inépta, ne dicám dolo, atque*
Abſúrda. piſcis céteros purgá, Dromo:
Congrum íſtum maxumum ín aqua ſinito lúdere
Pauliſper: ubi ego uénero, exoſſábitur:
Prius nólo. D. *haecine flagítia?* SY. *mi quidem nón placent:*
Et clámo ſaepe. ſálſamenta haec, Stéphanio,
Fac mácerentur púlchre. D. *dí uoſtrám fidem,*
Utrúm ſtudione id ſíbi habet, an laudí putat
Fore, ſí perdiderit gnátum? uae miſeró mihi,
Uidére uideor iám diem illum, cum hínc egens
Profúgiet aliquo mílitatum. SY. *o Démea,*
Iſtúc eſt ſapere, nón quod ante pedés modóſt
Uidére, ſet etiam ílla quae futúra ſunt
Proſpícere. D. *quid? iſtaec iám penes uos pſáltria eſt?*
SY. *Ellam íntus.* D. *eho, an eſt dómi habiturus?* SY. *crédo: ut eſt*
Deméntia. D. *haecine fíeri?* SY. *inepta lénitas*
Patris, ét facilitas práua. D. *fratris mé quidem*
Pudét pigetque. SY. *nímium inter uos, Démea, ac*
Non quia ades praeſens díco hoc, pernimium íntereſt.
Tu, quántus quantus, níl niſi ſapiéntia es:
Ille, ſómnium. ſinerés uero illum tú tuum

23 *Sinito ludere pauliſper, ubi ego venero, exoſſabitur.* In Bembino pro *pauliſper* eſt *tantiſper:* quamvis deinde mutatum in *pauliſper.* ſed retinendo antiquam lectionem, *tantiſper* abſolute ponitur: idemque eſt quod, interea. ſane in eodem libro pro *venero,* eſt *rediero:* quod & ipſum placet. FAERNUS.

Tantiſper, ubi ego rediero, exoſſabitur. Sic dedit Faernus. Noſtri omnes *Pauliſper,* & *Venero,* Utrumque recte. Nam & *Tantiſper* nuſquam alias abſolute: & Syrus *Venero* dicit; quia jam in Scena ſive in Platea eſt, & nondum domum venerat. Coquis haec praecipit; dum ipſe in Scena moratur. Certe *Rediero* locum hic non habet; niſi jam inde aliquo abiturus eſſet Syrus: quod non fit.

35 SY. *Eſt jam intus.* Super his verbis Donatus haec dicit: *Eſt jam intus: ut ellum confidens, catus.* ex iis Donati verbis adducor ut credam: atque adeo pro certo teneam, legendum eſſe, *ellam intus.* aliter quae ex Andria huc citat, non quadrant. FAERNUS. Noſtri omnes, *Eſt jam:* ſed recte *Ellam* ex Donato; & praeterea pro *Eho, an domi eſt habiturus?* Lege, *Eho, an eſt domi habiturus?*

DE. *haecine fieri flagitia.* Liber Bembinus non habet dictionem *flagitia,* ſine qua procedit ſenarius ſine detrimento ſenſus. FAERNUS. Etiam a tribus noſtris abeſt *Flagitia.*

Ille futilis, ſomnium. ſineres vero illum tuum. Tò *futilis* non habet, nec Donatus, nec liber Bembinus, aut Vaticanus: quae dictio & valde impedit ſenarium, qui ea deleta ſuſtentatur, corripiendo priorem in *ille:* addendoque dictionem *tu,* poſt *illum,* ex libro Vaticano & Baſilicano.

Facere haéc? D. *ſinerem illum? aut nón ſex totis ménſibus*
Prius ólfeciſſem, quam ílle quicquam coéperet?
SY. *Uigilántiam tuám tun mihi?* D. *ſíc ſit modo,*
Ut núnc eſt, quaeſo. SY. *ut quíſque ſuum uolt éſſe, itaſt.*
D. *Quid eúm? uidiſtin hódie?* SY. *tuumne fílium?*
Abigam húnc rus. iamdudum áliquid ruri agere árbitror.
D. *Satin ſcís ibi eſſe?* SY. *oh, quem égomet produxi.* D. *óptumeſt.*
Metui ne haereret híc. SY. *atque iratum ádmodum.*
D. *Quid aútem?* SY. *adortus iúrgio eſt fratrem áput fórum*
De pſáltria hac. D. *ain uéro?* SY. *uah, nil réticuit.*
Nam ut númerabatur fórte argentum, intéruenit
Homo de ínprouiſo: coépit clamare, o Aéſchine,
Haecíne flagitia fácere te? haec te admíttere
Indígna genere nóſtro? D. *oh, lacrumo gaúdio.*
SY. *Non tu hóc argentum pérdis, ſet uitám tuam.*
D. *Saluós ſit; ſpero erit ſímilis maiorúm ſuum.* SY. *hui.*
D. *Syre, praéceptorumſt plénus iſtorum ílle.* SY. *phy.*
Domi hábuit unde díſceret. D. *ſit ſédulo:*
Nil praétermitto: cónſuefacio: dénique,
Inſpícere, tanquam in ſpéculum, in uitas ómnium

Baſilicano, quam recentiores habent poſt *vero:* Bembinus vero nuſquam. FAERNUS. Noſtri omnes perperam *Futilis* addunt; ſed ex eis duo recte, *Illum tu tuum* non *Tu illum tuum.*

42 *An non ſex totis menſibus.* O. l. s. *aut non.* FAERNUS. Sic & noſtri *Aut.* Bis tamen apud Priſcianum *Ac*; ut in codice vetuſto legitur.

43 *Quam ille quicquam coeperit?* In aliquibus libris Terentii, & Donati ſcriptum eſt *coeperet:* & ita in hunc modum Priſcianus citat. FAERNUS. Priſcianus p. 879. Praeteritum imperfectum eſſe dicit a *Coepio.* Sed p. 1193. habet *Coeperit,* & codex ibi vetus. Duo veteres ex noſtris *Coeperit,* reliqui *Coeperet.*

44 *Vigilantiam tuam tu mihi narras?* D. *ſic ſiet*
Modo ut nunc eſt, quaeſo. Ut quiſque ſuum
vult eſſe, itaſt. Lego,
Vigilantiam tuam tun mihi? ſic ſit modo,
Ut nunc eſt, quaeſo.
Hecyr. V, 3, 22. *Ha ha hae, tum mi iſtuc?* Plautus Pſeud. IV, 1, 28. *Tun' id mihi?*

Quid, eum vidiſtin hodie? Diſtingue: 46
Quid eum? vidiſtin hodie?
Donatus hoc nos docet: *Quid eum? Initium interrogationis futurae de perſona alicujus. Sic in Heaut.* (V, 1, 77.) *Sed Syrum. Quid eum?*

Satin ſcis ibi eum eſſe? Dictio *eum* in nullo 48
eſt l. s. quam & alioqui verſus reſpuit, nec ſermo deſiderat: utique enim intelligitur *eum.* FAERNUS. Nec in noſtris eſt *Eum.*

Qui egomet produxi. Hic variant libri, alii Ib.
qui; ut Bembinus & Baſilicanus: alii, *quin:* alii, *quem*; ut Victorianus & Decurtatus ac Donatus: quos ſequimur. FAERNUS.
Ita variant & noſtri; ita tamen ut vetuſtiores *Qui:* mediocres *Quin*; recentiores *Quem.* Nonius v. Producere. *Terentius Adelphis: O quin' egomet produxi.* Sic & codex ibi vetuſtus. Edd. Terentii vett. & ibi Donatus *Quem.* Hoc ideo praefero, quia ſequitur mox *Iratum.* *Quem egomet produxi atque iratum admodum.*
Certe *Quin'*, quod quidam mavult, ſtare hic non poteſt; niſi ex *Scis ibi eſſe* Dactylus fiat; &

Iubeo: átque ex aliis súmere exemplúm sibi.
Hoc fácito. SY. *recte sáne.* D. *hoc fugito.* SY. *cállide.*
D. *Hoc laúdi est.* SY. *istaec rés est.* D. *hoc uitió datur.*
SY. *Probíssume.* D. *porro aútem.* SY. *non hercle ótiumst*
Nunc mi aúscultandi. píscis ex senténtia
Nactús sum: hi mihi ne córrumpantur, caútiost:
Nam id nóbis tam flagítiumst, quam illa, o Démea,
Non fácere uobis, módo quae dixti: et quód queo
Conséruis ad eundem ístunc praecipió modum:
Hoc sálsumst, hoc adústumst, hoc lautúmst parum:
Illúd recte: iterum sic memento: sédulo
Moneó, quae possum pró mea sapiéntia:
Postrémo, tamquam in spéculum, in patinas, Démea,
Inspícere iubeo, et móneo quid facto úsus sit.
Inépta haec esse, nós quae facimus, séntio:
Uerúm quid facias? út homost, ita morém geras.
Numquid uis? D. *mentem uóbis meliorém dari.*
SY. *Tu rús hinc ibis.* D. *récta.* SY. *nam quid tu híc agas,*
Ubi, síquid bene praecípias, nemo obtémperet?
D. *Ego uéro hinc abeo, quándo is, quamobrem huc uéneram,*

& balbutientem ac titubantem senem hoc devolvisse fingamus.

50 *Adortus jurgio fratrem aput forum*
De psaltria istac.
Omnes Codices *Adortus est.* Lege:
Adortus jurgio est fratrem aput forum
De psaltria hac.
Recte Syrus *Hac psaltria*, quia in iisdem aedibus degebat: recte Demea v. 34. *Istaec psaltria*, quia ruri & procul. *Adortus jurgio est*, etiam apud Donatum.

57 *Salvos sit: spero est similis majorum suum. Hui.* Sic quidem codices; sed repone:
Salvos sit; spero erit *similis.*
Erit corripit hic ultimam ut supra II, 1, 26. Speramus certe de futuro, non de praesenti.

58 *Syre, praeceptorum plenus istorum ille.* ! *Phy.* Omnes libri *Plenus est.* Lege:
Syre, praeceptorumst plenus istorum ille. Phy.

61 *Inspicere tanquam in speculum vitas omnium.* Liber Bembinus habet *in vitas.* FAERNUS. A nostris omnibus male abest *In.*

Quam illa, Demea. Lege ex vetere nostro 900 annorum codice, *Quam illa, o Demea.* In ista sede spondeus suavior Trochaeo est. Praeterea, pro *Quae modo dixti*, Lege, *Modo quae dixti.* Anapaestus hic suavior Dactylo. 68

Et moneo quid facto usus siet. Liber Bembinus *usus sit.* ita pulchre stat senarius, elisо ex *usus*, posteriore *s.* FAERNUS. Tres ex nostris, *Opus siet.* Etiam bene. 75

SY. *Tu rus hinc abis?* DE. *recte.* O. fere l. s. inter quos Bembinus & Victorianus, *hinc ibis*, ut exigit versus. solus vero Bembinus pro *recte* habet *recta*; quod maxime placet: ut sit sensus, *recta eo rus.* FAERNUS. Nostri meliores *Ibis:* & Codex C. C. pro varia lectione *Recta:* in textu, ut ceteri, *Recte.* 79

Nemo obtemperat. Obtemperet est in aliquot libris etiam antiquis, & in iis, Bembino. FAERNUS. Quattuor ex nostris *Obtemperet.* 81

Rus

Rus ábiit: illum cúro: unum illud ad me ádtinet,
Quando íta uolt frater: de íſtoc ipſe uíderit.
Set quís illic eſt, quem uídeo procul? eſtne Hégio
Tribúlis noſter? ſí ſatis cerno, is hércle: uah,
Homo amícus nobis iam índe a puero: dí boni,
Ne illiúſmodi iam mágna nobis cíuium
Paenúriaſt, antíqua uirtute ác fide.
Haut cíto mali quid órtum ex hoc ſit públice.
Quam gaúdeo: ubi etiam húius generis réliquias
Reſtáre uideo, uíuere etiam núnc lubet.
Oppériar hominem hic, út ſalutem et cónloquar.

ACTUS III. SCAENA IV.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

H. *PRO di ínmortales, fácinus indignúm, Geta:*
Quid nárras? G. *ſic eſt fáctum.* H. *ex illan fámilia*
Tam inliberale fácinus eſſe ortum? o Aéſchine,
Pol haút paternum iſtúc dediſti. D. *uídelicet*
De pſáltria hoc audiuit: id illi núnc dolet
Aliéno. pater is níhili pendit: eí mihi,

82 *Rus abiit: illum curo unum: ille ad me adtinet.*
Quando ita volt frater, de iſtoc ipſe viderit.
Lege & diſtingue:
Rus abiit: illum curo: unum illud ad me ad- [*tinet,*
Quando ita volt frater: de iſtoc ipſe viderit.
ita ſupra, I, 1, 24.
In eo me oblecto: ſolum id eſt carum mihi.
& I, 2, 50.
Curemus aequam uterque partem; tu alterum,
Ego item alterum: nam curare ambos propemo-
Repoſcere illum eſt quem dediſti. [*dum*
Quando ita vult frater, illud unum ad me adtinere: *de iſtoc* Aeſchino *viderit ipſe.*

84 *Sed quis illic eſt quem procul video?* Aptior verſui collocatio eſt, quae eſt in libro Bembino, & Donato, *Quem video procul.* in eo vero, quod mox ſequitur, *eſtne hic Hegio*, particulam *hic*, non habent nec Donatus, nec liber Bembinus, nec multi alii. FAERNUS. Utraque lectio ad digitos reſpondet; ſed in una eſt *Procúl*, in altera *Prócul.*

85 *Tribulis noſter?* Hic verſus & ſequens, in libro Bembino, Victoriano, & aliis omnibus, ita ordinati ſunt,
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercleſt. vah.
Homo amicus nobis jam inde a puero. Di boni.
Horum poſterior verſus optime procedit: prior haeret. & neceſſe eſt, aut eum facere trimetrum Iambicum ſcazontem, aut legere, *hercule.* dictionem vero *vah*, ſequenti verſui applicare. FAERNUS. Unus ex Academicis *Is eſt hercle. Vah.* Petrenſis, *Is hercle. Vah.* Hoc placet. Infra IV, 2, 39. *Verum hercle. Vah.*

87 *Ne illiuſmodi jam nobis magna civium*
Paenuriaſt, homo antiqua virtute ac fide.
Sic Faernus. Sed omnes noſtri cum vett, Edd. nnmeroſius, *Magna nobis.* Repone:
Ne illiuſmodi jam magna nobis civium
Paenuriaſt, antiqua virtute ac fide.
Deleatur *Homo*, quod verſum onerat; & putide hic iteratur, cum altero abhinc verſu praeceſſerit. *Civium illiuſmodi antiqua virtute ac fide.* In quibus Hegio comprehenſus aeque laudatur, ac ſi addas *Homo.*

Quam

Digitized by Google

Utinam híc prope adeſſet álicubi: atque audíret haec.
H. *Niſi fácient quae illos aéquomſt, haut ſic aúferent.*
G. *In té ſpes omnis, Hégio, nobís ſita eſt:*
Te ſólum habemus: tú es patronus, tú pater:
Illé tibi moriens nós commendauít ſenex:
Si déſeris tu, périimus. H. *caue díxeris:*
Neque fáciam, neque me ſátis pie poſſe árbitror.
D. *Adíbo. ſaluere Hégionem plúrimum*
Iubeo. H. *óh, te quaerebam ípſum: ſalue, Démea.*
D. *Quid aútem?* H. *maior fílius tuus Aéſchinus,*
Quem frátri adoptandúm dediſti, néque boni
Neque líberalis fúnctus officium éſt uiri.
D. *Quid iſtúc eſt?* H. *noſtrum amícum noras Símulum, atque*
Aequálem? D. *quidni?* H. *fíliam eius uírginem*
Uitiáuit. D. *hem.* H. *mane. nóndum audiſti, Démea,*
Quod éſt grauiſſimum, D. *án quid eſt etiam ámplius?*
H. *Uero ámplius: nam hoc quídem ferundum aliquó modoſt:*
Perſuáſit nox, amór, uinum, aduleſcéntia:
Humánumſt. ubi ſcit fáctum, ad matrem uírginis
Uenit ípſus ultro, lácrumans, orans, óbſecrans,
Fidém dans, iurans ſé illam ductúrum domum.

90 *Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias Reſtare video. vah, vivere etiam nunc lubet.* Illud *Vah* & ſupra metrum redundat, &, cum admirantis & una indignantis ſit, nullum hic locum habet. Lege & diſtingue: [*quias*
Quam gaudeo: ubi etiam hujus generis reli-
Reſtare video, vivere etiam nunc lubet.
Quam gaudeo, veterem amicum & virum optimum diu non viſum obviam mihi habere: inter tales etiam diutius vivere juvat.

5 *De pſaltria hac audivit.* Non dixiſſet Demea *Hac*, ſed *Iſtac*, ut ſupra dixit III, 4, 25. *Iſtaec jam penes vos pſaltriaſt?* Unus ex Meadianis *Hic*, ſcilicet Hegio. Sed ille nongentorum annorum, *De pſaltria hoc audivit.* Recte: ſic Eun. III, 2, 45. *Et illud de Rhodio.*

9 *Ni facient.* O. l. s. & Donatus, *niſi facient.* & eſt in prima ſede proceleuſmaticus. FAERNUS. Et noſtri omnes *Niſi.*

12 *Si deſeris tu perimus.* Sic Faernus & Codices. Sed legendum, *Perimus.*

HE. *te quaerebam ipſum.* Omnes fere l. s. inter quos Bembinus, *oh, te quaerebam ipſum.* FAERNUS. 15

Salvere Hegionem plurimum Jubeo. Sic libri omnes. Sed Priſcianus p. 1132. '*Gaudere* '*dicunt pro Gaude:* & ſubauditur *Jubeo* vel '*Volo* vel *Opto.* Sic enim antiqui, *Gaudere te* '*jubeo* pro *Gaude.* Terent. Adelph. *Gaudere* '*Hegionem plurimum jubeo*, pro *Gaude Hegio.* Sic quattuor ſcripti: licet Putſchius ediderit. *Salvere Heg.* & *Salve Heg.* Memoriane lapſus eſt Magiſter, an verbo verbum *Gaudere* eſt χαίρειν? 14

Functus eſt officium. Antiqui libri ita collocant, *functus officium eſt.* FAERNUS. Sic & noſtri collocant. 18

An quicquam eſt etiam amplius? Liber Bembinus, *an quid eſt e. a.* FAERNUS. Noſtri *Quicquam* non *Quid.* Utrumvis recte: ſed hoc magis. 22

Ignótumſt; tacitumſt; créditumſt. uirgo éx eo
Conpréſſu grauida fácta eſt; menſis décimus eſt:
Ille bónus uir nobis pſáltriam, ſi dís placet,
Paráuit, quicum uíuat: illam déſerit.
D. *Pro cérton tu iſtaec dícis?* H. *mater uírginis*
In médioſt; ipſa uírgo: res ipſa: híc Geta
Praetérea, ut captus ſéruolorum eſt, nón malus
Neque inérs: alit illas; ſólus omnem fámiliam
Suſténtat. hunc abdúce, uinci, quaére rem.
G. *Immo hércle extorque, níſi ita factumſt, Démea:*
Poſtrémo non negábit; coram ipſúm cedo.
D. *Pudét: nec, quid agam, néque quid huic reſpóndeam*
Sció. PA. *miſeram me, différor dolóribus.*
Iunó Lucina fér opem: ſerua me óbſecro. H. *hem,*
Numnam illa quaeſo párturit? G. *certe, Hégio.* H. *hem;*

29 *Menſis hic decimus eſt.* Etſi ſic citet Lactantius ad Statii Thebaidem I, *Menſis hic decimus eſt*; Tolle tamen *Hic* quod & verſus reſpuit, nec ſenſus deſiderat. Pomponius apud Nonium v. Verminari:

Decimus menſis eſt, cum factumſt: ita fit,
ita ſemper ſolet:
Decimo menſe demum turgens verminatur,
parturit.

30 *Ille bonus vir, nobis pſaltriam, ſi dis placet.* Vel *pſaltriam* ſpondeus eſt per ſynizeſin duarum extremarum vocalium. vel, quod magis placet, *ille bonus* proceleuſmaticus eſt, eliſo uno *l*, ex *ille*, & *s*, ex *bonus*. FAERNUS.

31 *Illam deſerat.* Liber Bembinus, & aliqui libri Donati, *deſerit*. quod forte melius eſt, contra o. l. s. FAERNUS. Sine dubio rectius *Deſerit*; licet omnes noſtri *Deſerat*. Itaque & in textum admiſi, quod Faernus facere neglexit.

34 *Praeterea, ut captus eſt ſervulorum, non malus.* Dictioni *ſervulorum* verſus repugnat: *ſervorum* admittit: ut in libro Bembino eſt, itemque Donato, hos Afranii verſus citante: *Is, ut ſervorum captus eſt, facillime Domo atque noſtra familia provenditur.* FAERNUS.

Praeterea, ut captus eſt ſervorum, non malus. Sic dedit nobis e Bembino Faernus: & Bembino olim Corrector aliquis. Noſtri omnes *Servulorum*, contra metrum: repoſuit itaque *Servorum*. Immo ſic reponendum erat,

Praeterea, ut captus ſérvolorum eſt, non malus.

Et tamen Priſcianus p. 729. *Eſt ſervorum*; ut vetuſtus quoque ibi codex.

Coram ipſo cedo. Liber Bembinus & Vaticanus: *coram ipſum, cedo:* id eſt, exhibe eum in conſpectum noſtrum, FAERNUS. Veterrimus ex noſtris *Ipſum:* ceteri *Ipſo*. 38

Quod vos jus cogit. Antiqui libri pro *jus*, *vis* habent, ſed Bembinus, etiam aſcriptam in margine interpretationem, *Vis, neceſſitas legum*. quamvis autem in libris Donati haec dictio ita ſcripta ſit, ut & pro *vis*, & pro *jus*, legi poſſit: ſi tamen interpretationis ejus verba conſiderentur, apparet eum *vis* legiſſe; dicit enim, *vis, legum* intelligitur; ubi ſi *jus* legiſſet, ſupervacue expoſuiſſet *jus, legum*. FAERNUS. 44

Quod vos vis cogit, id voluntate impetret. Utrum *Jus* an *Vis* ſcriptum fuerit, in vetuſtiſſimis membranis vix poſſis dignoſcere: *Vis* tamen hic legendum; ut ex obliquis caſibus, ubi magna differentia eſt, facile probes. Ipſum illud *Cogit* potius *Vim* quam *Jus* ſibi adjungi poſtulat. Hec. II, 2, 26.

Nam poſtquam attendi
Magis & vi coepi cogere.

Vis legum intelligitur, non *militum* aut *latronum*. Sic Phor. I, 4, 37.

Vi coactum te eſſe, invitum, lege, judicio, tenes?

Ipſe

Illaéc fidem nunc uóſtram implorat, Démea;
Quod uós uis cogit, íd uoluntate ímpetret.
Haec prímum ut fiant, deós quaeſo, ut uobís decet.
Sin áliter animus uéſter eſt; ego, Démea,
Summá ui defendam hás atque illum mórtuum.
Cognátus mi erat: úna a pueris páruolis
Sumus éducti: una ſémper militiae ét domi
Fuimús: paupertatem úna pertulimús grauem.
Quaprópter nitar, fáciam, experiar, dénique
Animám relinquam pótius quam illas déſeram.
Quid míhi reſpondes? D. *frátrem conueniam, Hégio:*
Is, quód mihi de hac re déderit conſilium, íd ſequar.
HE. *Set, Démea, hoc tu fácito cum animo cógites,*
Quam uós facillume ágitis, quam eſtis máxume
Poténtes, dites, fórtunati, nóbiles,

Ipſe Hegio mox v. 47. *Ego, Demea,*
Summa vi defendam has atque illum mortuum.
Plaut. Bacch. I, 3, 37.
Nam poſtquam praetor recuperatores dedit.
Damnatus demum, vi coactus, reddidit
Ducentos & mille Philippûm.
In his locis, ubi tamen de jure ac legibus agitur, non poſſis *Jure* pro *Vi* ſubſtituere: & ſcriptura diſcrepat, & verſus reſpuit. Donatus ad locum: *Vis cogit: Artificioſe; ne totum ſimpliciter agendo diffidere cauſae videatur. Vis igitur legum intelligitur.* Ubi quid ſodes eſt *Simpliciter?* Lege certiſſime, *Ne totum ſupliciter agendo.* Ergo precibus minas addit Hegio, probus orandi artifex: & fruſtra ille eſt, qui ideo *Jus* hic mavult quam *Vis*, quod vir bonus & amicus noluiſſet tam inclementer loqui, praeſertim in primo congreſſu. Atqui illud *Vis* nihilo durius eſt quam *Jus*; & nihil amplius quam jus & leges minatur.

47 *Hanc defendam.* O. l. s. & Donatus, *defendam hanc.* ut & ratio verſus expoſcit. FAERNUS. Sic etiam noſtri omnes *Defendam hanc.* Lego tamen *Defendam has*, hoc eſt, Matrem & Filiam. Sic mox *y.* 52. *Potius quam illas deſeram.* & IV, 3, 17. *Purgare ipſis coram.* & IV, 4, 17. *Ad illas ibo, ut purgem me.*

48 *Una a pueris parvoli.* Liber Bembinus, *parvolis.* alios quoque libros vidi, in quibus prius ita erat, ſed deinde ex ea voce *s* abraſum fuit. FAERNUS. Tres ex noſtris praecipui *Parvolis:* ceteri inepte *Parvuli.* Quomodo enim a pueris parvuli educantur, cum parvuli etiam pueris natu ſint minores?

Sumus educati. Vix ſtare hic verſus poteſt, niſi legas, *educti.* quod tamen in nullo l. s. eſt. FAERNUS. Noſtri quoque *Educati.* Sed miror Faernum plus Librariis, quam verſus legi & ipſi Auctori tribuiſſe; qui illud non in textum adſciverit. 49

Conſilium, id exequar. Omnes libri antiqui, & plerique alii ex recentibus, *id ſequar.* ſane in Bembino totus hic verſus deerat, ſed qui eum in margine aſcripſit, ſcripſit *exequar.* FAERNUS. Plerique etiam noſtri, *Id ſequar.* 54

Tecum animo cogites. Lectio libri Bembini, Victoriani, Baſilicani, *cum animo cogites,* ſanat hunc verſum. FAERNUS. Veterrimus noſter *Cum animo*; reliqui *Tecum animo.* Vel legendum eſt, *Facito, cum animo cogites*; vel *Facitodum animo cogites,* vel *Facito, tecum cogites.* Pari omnia ſenſu & uſu: ſed poſtremum placet: ſic infra V, 3, 22. 55
Quaeſo hoc facito tecum cogites.

Quam eſtis maxumi. Victorianus, & omnes fere l. s. *quam eſtis maxume,* ut conſequentia ſermonis videtur exigere: ſequitur enim *tam maxume.* FAERNUS. 56

Tam máxume uos aéquo animo aequa nóſcere
Opórtet, ſi uos uóltis perhiberí probos.
D. *Redíto: fient, fíeri quae aequomſt, ómnia.*
HE. *Decét te facere. Géta, duc me intro ad Sóſtratam.*
D. *Non me índicente haec fíunt: utinam hic ſít modo*
Defúnctum: uerum nímia illaec licéntia
Profécto euadet ín aliquod magnúm malum.
Ibo, ác requiram frátrem, ut in eum haec éuomam.

ACTUS III. SCAENA V.

HEGIO.

BONO ánimo fac ſis, Sóſtrata; et iſtam, quód potes,
Fac cónſolere. ego Mícionem, ſi áput forumſt,
Conuéniam; atque, ut res géſtaſt, narrabo órdine:
Si ita éſt, facturus út ſit officium ſuum,
Faciát: ſin aliter de hác re eſt eius ſenténtia,

60 *Redito: fient, quae fieri aequomſt, omnia.* Lege; *Redito: fient, fieri quae aequomſt, omnia.*

62 *Non me indicente haec fient. Fient* Bembinus liber, ſed alii omnes, *fiunt.* & ut videtur, etiam Donatus, qui aſſerit hoc Demeam dicere, quia dixerat, *ipſe ſentiat poſterius.* quod non quadraret, ſi nunc de futuro loqueretur. ſenſus enim eſt, haec fiunt me non tacente, ſed potius reprehendente: poteſt tamen ſuſtentari *fient*, ut ſit, haec tacente me, non admittentur, quin ea reprehendam & objurgem. quod tamen durum eſt, cum haec praeterita jam ſint, nec tractum praeſentis temporis habeant. hic gloſſema aſcriptum eſt in margine libri Bembini; *Indicente: tacente: nove, immo potius κατὰ ἀρχαϊσμὸν; nam nuſquam legimus, niſi in hoc loco: indicentem enim dixit, non dicentem.* FAERNUS. Noſtri omnes *Fiunt:* de *Indicente* vide Gronovium ad Livii XXII. 39.

63. *Utinam hoc ſit modo defunctum.* Duo antiqui libri Bembinus & Victorianus, *utinam hic* habent. ita *defunctum* impersonale erit: ut ſit ſenſus: utinam ſit defunctum hic, id eſt, in hoc negotio: ne Aeſchinus pejora committat. FAERNUS.

1 Donatus ad locum: *Hi ſex verſus in quibuſdam non feruntur.* Hoc arripuit Guyetus, & more ſuo ſpurios & addititios eſſe pronuntiavit. *Soſtrata*, inquit, *nec in hac Scena, nec in praecedenti comparet, qui igitur eam alloqui poteſt Hegio?* Dicam. Scena priore v. 61. Hegio dixerat, *Duc me intro ad Soſtratam.* Dum Demea quattuor verſus ſequentes pronuntiat, & e Scena abit; redit ab Soſtrata Hegio, & ei quae intus eſt, haec narrat de Scena: plane ut Lesbia, And. III, 3. Archylim, quae domi erat, e Scena alloquitur, & Heaut. V, 1. Chremes Soſtratam uxorem. Porro, in hac de qua agitur Scena, v. 2. *Ego Micionem*, inquit Hegio, *Conveniam, ſi aput forum eſt.* Si hoc tollat Guyetus; unde & ex qua Arte mox Act. IV. Sc. III. Hegio cum Micione eſt?

4 *Si eſt, facturus ut ſit officium ſuum. Si* hic ſine ſynaloepha eſt; contra morem & Artem. Lege, *Si ita eſt.* Vel ſic etiam poteris, *Sive eſt*, & *Sive aliter.*

5 *Sin aliter de hac re eſt ejus ſententia.* Scandendus hic verſus eſt contractione *ejus* in unam ſyllabam: aut ea dictio delenda, quae nec in libro Bembino eſt. FAERNUS. Omnes noſtri habent *Ejus*; & id verſus poſtulat. *Ejus* monoſyllabon fieri, ſingulae oſtendunt paginae.

Ain.

Digitized by Google

Respóndeat mi: ut, quíd agam, quam primúm sciam.

ACTUS IV. SCAENA I.

CTESIPHO. SYRUS.

CT. *'AIN patrem hinc abisse rus?* S. *iam dúdum.* C. *dic sodés.* S. *apud uillamst.*
Núnc cum maxume óperis aliquid fácere credo. C. *utinám quidem,*
Quod cúm salute eius fiat, ita se défetigarít uelim,
Ut tríduo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere.
SY. *Ita fiat, et istoc sí quid potis est réctius.* C. *ita: nam húnc diem*
Nimis mísere cupio, ut coépi, perpetuum ín laetitia dégere.
'Et illud rus nullaália causa tám male odi, níst quia propest:
Quód si abesset lóngius,
Prius nox oppressisset illic, quam húc reuerti pósset iterum.
Núnc ubi me illic nón uidebit, iam húc recurret, sát scio:
Rogábit me: ubi fuerím, quem ego hodie tóto non uidi die:

1 *Ain patrem hinc abiisse rus?* SY. *jamdudum.* CT. *dic sodes.* SY. *apud villam est.* Versus hic est trochaicus tetrameter acatalecticus. FAERNUS.

2 *Nunc eum maxume operis aliquid facere credo.* Legendum, *nunc cum maxume*, ut in libro Bembino & Vaticano est. versus autem est trochaicus catalecticus. Donatus, in hac parte corruptus, nec *eum*, nec *cum*, sed *autem* habet. FAERNUS. Recte *Cum maxume:* Nostri *Eum*, vel *Autem*, vel nihil omnino.

6 *Nam hunc diem Misere nimis cupio.* Nostri fere omnes *Misero cupio*, nec agnoscunt illud *Nimis*. Unus tamen ex Regiis *Nimis misere cupio.* Rectissime: & inde est, quod in ceteris desit *Nimis.* Quippe inter *Diem* & *Misere* absorptum est *Nimis.* (*Diemmisere*)

7 *Et illud rus.* Hunc versum & sequentem ita ordinatos habet liber Bembinus,

Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope'st Quod si abesset longius.

Prior versus Iambicus est octonarius, qui multis quidem rationibus sustentari potest; sed haec mihi simplicissima videtur, ut ex *tam m*, elidatur, quamvis sequente consonante. posterior vero Iambicus dimeter, non facta synaloepha in *si abesset*; vel facta, trochaicus dimeter catalecticus. FAERNUS. Aliud agebat vir optimus, Nec in *Tam* eliditur *M:* nec synaloepha cessat in *Si abesset.*

8 *Quam huc reverti posset iterum.* Finis est versus trochaici tetrametri acatalectici. puto tamen eum corruptum, & pro *posset* legendum esse *possiet*, dictionem vero *iterum*, delendam, eo magis quod in libro Bembino non omnino legitur, *posset iterum*, sed *posse iterum.* in quodam vero alio libro, *posset iter.* quod non ita multum distat a *possiet.* ita versus esset octonarius Iambicus, ut ceteri. quod si etiam sensum spectes, si Demea, qui semel tantum rure venerat, nunc rediisset, non reversus iterum, sed tantummodo reversus esset. FAERNUS.

Falsus est animi Faernus, cum putaret, *Iterum reverti* esse *Bis reverti.* Iterum reverti, Rursum redire, vetuste, pro eo quod est simpliciter Redire. Supra I, 1, 46.

Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit. Infra IV, 2, 40. *In porticum rursus redi.* Eun. IV, 2, 6. *Redeo rursum, male me vero habens.*

10 *Rogabit me ubi fuerim.* Liber Bembinus, *rogitabit.* quod instantius est. FAERNUS.

Rogitabit ubi fuerim: Nostri omnes cum

Edd.

Digitized by Google

Quid dícam? S. *nilne in méntem eſt?* C. *nuſquam quícquam.* S. *tanto néquior.*
Cliéns, amicus, hóſpes, nemoſt uóbis? C. *ſunt. quid póſtea?*
SY. *Hiſce ópera ut data ſit.* C *quaé non data ſit? nón poteſt fierí.* S. *poteſt.*
CT. *Intérdiu: ſet ſi hic pernocto, caúſae quid dicám, Syre?*
SY. *Uah, quám uellem etiam nóctu amicis óperam mos eſſét dari.*
Quin tu ótioſus és: ego illius ſénſum pulchre cálleo.
Cum féruit maxumé, tam placidum, quam óvis eſt, reddo. C. *quó modo?*
SY. *Laudárier te audít libenter: fácio te aput illúm Deum:*
Uirtútes narro. C. *meáſne?* S. *tuas: homini ílico lacrumaé cadunt,*
Quaſi púero, gaudio. ém tibi autem. C. *quídnam eſt?* S. *lupus in fábula.*
CT. *Patérne?* S. *is ipſus.* C. *Sýre, quid agimus?* S. *fúge modo intro, ego uídero.*
CT. *Si quíd rogabit, núſquam tu me: audíſtin?* SY. *potin ut déſinas?*

ACTUS IV. SCAENA II.

DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.

D. *NE égo homo infelix. prímum fratrem núſquam inuenio géntium:*

Edd. vett. *Rogabit me, ubi fuerim.* Recte. *Ubi* accentum hic habet in ſyllaba priore. Ergo *Ubi fue* proceleuſmaticus eſt, Dactyli tempus habens; & irato apprime convenit rapide loqui.

12 *Nihilne in mente eſt?* Ita aliqui libri, ſed plerique, inter quos Bembinus, *nihilne in mentem eſt.* ego ex infra ſcriptis verbis Donati conjicio legendum ſine verbo *eſt: nihilne in mentem?* ut ſubaudiatur *venit:* dicit enim ſuper eo verſu: *Hiſce opera ut data ſit: A ſuperiore ſubauditur, veniat in mentem:* haec Donatus. Non poſſet autem ſubaudiri *veniat*, niſi ſupra eſſet, aut in voce, aut in ſenſu. Sane hic locus ſimilis eſt ei, qui in Heautontimorumeno eſt, *ego dicam, quod mihi in mentem.* FAERNUS.

Vera eſt Bembini codicis lectio *Nihilne in mentem eſt?* atque ita noſter ille 900 annorum: ceteri *In mente eſt.* Vide nos ad Heaut. V, 2, 33. Porro pro *Numquam* lege *Nuſquam quicquam. Nuſquam*, in re praeſenti ſcilicet: non *Numquam*, ut ſemper ſtolidum ſe & bardum eſſe fateatur.

18 *Cum fervit maxume, tam placidum quam ovem reddo.* Priſcianus ita citat,

Cum maxume fervit tam placidum quaſi ovem reddo.

eſt autem antiqua locutio, poſt *tam*, inferre, *quaſi.* FAERNUS.

Priſcianus p. 866. ubi & codex vetus *Quaſi ovem.* Quod autem ait *Tam — quaſi* antiquam locutionem eſſe; voluit credo illud Plauti Curc. I, 51.

Tam a me pudicaſt, quaſi ſoror mea ſit, niſi
Si eſt oſculando quippiam inpudicior.

Ubi codex tamen Regius *Quam ſi.* Lege.

Tam a me pudicaſt, quam ſi ſoror mi ſit, niſi.

ut Horat. Epiſt. I, 7.

Tam tenear dono, quam ſi dimittar onuſtus.

Siquis igitur illud *Quaſi* a Priſciano accipiat, non *Tam* hic legat, ſed *Tum:*

Cum fervit maxume, tum placidum quaſi ovem reddo.

Illud enim obſervandum, *Reddo tam placidum*; cum *Reddo* dicis, nec *Quam ovem*, nec *Quaſi ovem* poſſis dicere: ſubaudiretur enim *Quaſi ovem reddam.* Atqui ovis non *redditur* placida, non ex fera cicuratur, manſuefit; ſed natura & indole eſt placida. Repone.

Cum fervit maxume, tam placidum, quam óvis eſt, reddo.

ut infra V, 3, 63. [*bo eſt. Places.*

Tam excoctam reddam atque aſtram quam car-

Plaut. Poen. I, 2, 143.

Jam hercle tu periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis,

Quam

Praéterea autem, dum íllum quaero, a uílla mercennárium
Uídi: is filiúm negat eſſe rúri: nec quid agám ſcio.
CT. *Sýre.* SY. *quid eſt?* CT. *men quaérit?* SY. *uerum.* CT. *périi.* SY. *quin tu bóno animo es.*
D. *Quíd hoc, malum, infelícitatis? néqueo ſatis decérnere:*
Níſi me credo huic éſſe natum rei, ferundis míſeriis.
Prímus ſentió mala noſtra: prímus reſciſco ómnia:
Prímus porro obnúntio: aegre ſólus, ſi quid fít, fero.
SY. *Rídeo hunc: ſe prímum ait ſcire: is ſólus neſcit ómnia.*
D. *Núnc redeo: ſi fórte frater rédierit uíſó.* CT. *Syre,*
'Obſecro, uide ne ílle huc prorſus ſe ínruat. SY. *etiám taces?*
'Ego cauebo. CT. *númquam hercle hodie ego íſtuc committám tibi:*
Nám me in cellulam áliquam cum illa cóncludam: id tutíſſimumſt.
SY. *'Age, tamen ego hunc ámouebo.* D. *ſét eccum ſceleratúm Syrum.*
SY. *Nón hercle hic quidem pérdurare quíſquam, ſi ſic fít, poteſt.*
Scíre equidem uoló, quot mihi ſint dómini: quae haec eſt míſeria?

Quam mare olim eſt, cum ibi alcedo pullos Bacch. IV, 5, 7. [*educit ſuos.*
Tam frictum ego illum reddam, quam frictumſt cicer.

22 *Páter eſt? Ipſus. Syre, quid agimus?* Tres ex noſtris *Paterne eſt? Ipſus.* Lege, *Paterne? Is ipſus.* Vide Phor. I, 3, 26. Verſu 20 pro *Meas? tuas* lege *Meáſne? tuas.*

1 *Ne ego homo ſum infelix,* Verſus eſt juſto longior. Duo ex noſtris non habent *Homo.* Malim tamen *Sum* ejicere:
Ne égo homo infelix; primum.
Heaut. IV, 6, 21. *Ne ego fortunatus homo ſum.* Plaut. Amph. I, 1, 168. *Ne ego homo infelix fui.*

4 CT. *Syre.* SY. *quid ais?* Bembinus liber, & omnes fere alii, *quid eſt?* FAERNUS.
Unus tantum ex noſtris *Eſt*, ceteri *Ais, Agis.* Porro pro *Animó bono es* lege ex tribus noſtris, *Bono animo es*, ut infra IV, 5, 62.
Bono animo es, duces uxorem. Heri. Bono animo es, inquam. Pater.

9 *Rídeo húnc: primum ait ſe ſcire.* Demeter dixerat eodem accentu, *Primus* ſentio, *Prímus* reſciſco, *Prímus* obnuntio. Quid Syrus? *Primum ait ſe ſcire*; Ita depreſſit *Primum* in Theſi; ut quod elate dicendum eſſet, vix poſſet exaudiri. Tu repone:
Rídeo hunc: ſe prímum ait ſcire: is ſólus neſcit ómnia.
Sed neſcio an legendum ſit, *Ait primus ſcire.* Mutarunt forte Magiſtri; ne Soloeciſmo ſcilicet diſcipulos inſueſcerent. Chariſius p. 239. *Soloeciſmus eſt oratio inconſequens. Per caſus: ut,*
Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratus:
pro Paratum ſe eſſe. Videſne, ut ad iſtam formam Magiſtri hic mutaverint; *Ait primus ſcire, Ait primum ſe ſcire?* Verſus autem, quem citat Chariſius, Horatii eſt, Epiſt. I, 7, 22: citatus etiam Servio ad Aen. II, 377. ubi tamen & ſcripti plerique & editi *Paratum* habent. Adeo invaluerat Soloeciſmi metus. Catullus Epig IV.
Phaſelus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe navium celerrimus.
ubi ſimiliter plerique codices, *Celerrimum.*

Nám me jam ín cellam áliquam cum illa. 13
Cellam hic in Theſi deliteſcit, quod maxime proferendum erat. Nullus ex codicibus noſtris agnoſcit illud *Jam.* Lege igitur:
Nám me in céllulam aliquam.
ut Eun. II, 3, 18.
Cum in céllulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

Nón hercle hic quidém duráre. Nimis laxo 14
ſucco incedit hic verſiculus. Repone:

Nón

D. *Quíd ille gannit? quíd uolt? quid ais, bóne uir? eſt fratĕr domi?*
SY. *Quíd, malum, mihi bóne uir narras? équidem perii.* D. *quíd tibi eſt?*
SY. *Rógitas? Cteſipho me pugnis míſerum, et iſtam pſáltriam*
'Uſque occidit. D. *ém, quid narras?* SY. *ém, uide ut diſcidít labrum.*
D. *Quámobrem?* SY. *me impulſóre hanc emptam eſſe áit.* D. *non tu eum rus hínc modo*
Próduxe aibas? SY. *fáctum: uerum uénit poſt inſániens:*
Níl pepercit. nón puduiſſe uérberare hominém ſenem?
Quém ego puerum módo tantillum in mánibus geſtauí meis?
D. *Laúdo: o Cteſiphó, patriſſas: ábi, uirum te iúdico.*
SY. *Laúdas? ne ille cóntinebit póſthac, ſi ſapiét, manus.*
D. *Fórtiter.* SY. *perquám, quia miſeram múlierem et me ſéruolum,*
Qui referire nón audebam, uícit: hui, perfórtiter.
D. *Nón potuit meliús. idem quod ego ſénſit te eſſe huic reí caput.*
Sét eſtne frater íntus? SY. *non eſt.* D. *úbi illum quaeram, cógito.*
SY. *Scío ubi ſit, uerum hódie numquam mónſtrabo.* D. *hem, quid aís?* SY. *ita.*
D. *Díminuetur tíbi quidem iam cérebrum.* SY. *at nomen néſcio*

Nón hercle hic quidem pérdurare.
ut Hec. II, 2, 27. [*durare.*
Non poſſe aput vos Pamphilo ſe abſente per-
Nonius tamen v. Durum *Durare* hinc citat.

18 *Quid, malum, Bone vir, mihi narras?* Demea dixerat *Bóne vir*, Syrus in repetitione accentum mutat *Bone vír*. Hoc non ab Auctore, ſed a Librariis venit. Repone:
Quid malum, mihi Bóne vir narras?
Ceterum v. 22. Unus ex Regiis *Aibas* habet, ut nos ubique reponimus, non *Aiebas*.

22 *Rus hinc modo.* Haec verba praecedenti verſui attribuimus, qui eſt trochaicus catalecticus, ut & hic ipſe, qui ſupereſt demptis his verbis, ſi tamen *aiebas* in duas ſyllabas contrahatur; aliter eſſet octonarius Iambicus. FAERNUS.

24 *Quem égo modó puerúm tantillum.* Ictus non belle in finales ſyllabas cadunt. Repone:
Quém ego púerum módo tantillum.

25 *Laudo, Cteſipho: patriſſas.* Lege & diſtingue.
Laudo: o Cteſipho, patriſſas.
O addunt tres ex noſtris, quorum duo inter optimos. Eleganter Plaut. Bacc. III, 3, 39.
Cum patrem adeas poſtulatum; puero ſic dicit pater:
Noſter eſto: dum te poteris defenſare injuria.

Idem ſenſit quod ego. Liber Bembinus, *idem quod ego ſenſit:* poſtea deleto *s* medio, remanſit *ſentit*, quod perſpicue melius eſt. eadem collocatio eſt in Vaticano, Baſilicano, & in aliquibus aliis libris, & apud Donatum: licet verbum non habeat, ut poſſit ſciri, utrum legerit *ſenſit*, an *ſentit*. FAERNUS. 29
Nón potuit meliús, idem quód ego.
Sic noſtri omnes, & *Senſit*. Sed vides, ut incommode Accentus in finales incidant. Contra, ac ſupra II, 2, 7. *Qui pótui mélius.* Facile igitur inducor, ut ſic olim fuiſſe exiſtimem:
Non pote mélius. idem ille quod ego ſénſit té eſſe huic rei caput.
Sic Adel. II, 3, 11. *Nil pote ſupra.*
Senſit, intellexit, percepit, olfecit. Qui *Sentit* in Bembino interpolavit, voluit opinor *Cenſet*, quod eſt, *Putat*, exiſtimat.

Ubi illum quaeram cogito. In Bembino eſt *inveniam*. FAERNUS. 30
Ubi illum quaeram cogito. Sic dedit Faernus, non auſus Bembino ſuo fidere. Noſtri omnes *Quaeram*: rectum tamen eſt *Inveniam*. Phor. IV, 5, 15.
Ubi illas nunc ego repperire poſſim, cogito.

Nec

'Illius hominis, ſét locum noui úbi ſit. D. *dic ergó locum.*
SY. *Nóſtin porticum áput macellum hac deórſum?* D. *quidni nóuerim?*
SY. *Praéterito hac récta platea ſúrſus: ubi eo uéneris,*
Clíuos deorſum uórſum eſt; hac te praécipitato: póſtea
'Eſt ad hanc manúm ſacellum: ibi ángiportum própter eſt:
'Illic ubi etiam cáprificus mágna eſt. D. *noui.* SY. *hac pérgito.*
D. *'Id quidem angipórtum non eſt péruium.* SY. *uerum hércle. uah,*
Cénſen hominem me éſſe? erraui: in pórticum rurſúm redi:
Sáne hac multo própius ibis, ét minor eſt errátio.
Scín Cratini huius dítis aedes? D. *ſcío.* SY. *ubi eas praeterieris,*
'Ad ſiniſtram hac récta platea; ubi ád Dianae uéneris,
'Ito ad dextram: príus quam ad portam uénias, aput ipſúm lacum
'Eſt piſtrilla, et éxaduorſum fábrica: ibi eſt. D. *quid ibi facit?*
SY. *Léctulos in ſóle ilignis pédibus faciundós dedit.*
D. *'Ubi potetis uós: bene ſane. ſét ceſſo ad eum pérgere?*
SY. *'I ſane: ego te exércebo hodie, ut dignus es, ſilicérnium.*
Aéſchinus odióſus ceſſat: prándium corrúmpitur:

Nec minus rectum *Quaeram.* Plautus Merc. V, 2, 16.
Cogito, quonam ego illum curram quaeritatum.

31 *Scio ubi ſit.* In fine hujus verſus aſcribe dictionem *ita*, quae eſt prima ſubſequentis. ſic hi duo verſus erunt trochaici catalectici, ut ceteri. ita quoque ordinantur in Bembino & aliquot aliis libris. FAERNUS.

35 *Surſum: ubi eo veneris.* In *Surſum* igitur aut *Ubi* ceſſat Synaloephae vis. Sed tu repone, *Surſus: ubi eo veneris.*

36 *Clivos deorſum vorſum eſt. hac te praecipitato: poſtea.* Liber Bembinus *hac praecipitato* abſolute habet. ut Virgilius: *nox humida coelo Praecipitat.* ita quoque videtur legere Donatus, ita dicens, *Praecipitato: Cito deſcende.* qua lectione admiſſa, licet verſus ſic quoque ſuſtentari poſſit, tamen ut melius habeat, quia in aliquibus libris pro *vorſum* eſt *verſus*, legerim *vorſus.* FAERNUS.
Clivos deorſum vorſus eſt: hac praecipitato: poſtea. Sic dedit Faernus. Noſtri cum vett. Edd. *Vorſum eſt; hac te praecipitato.* Unus tantum habet *Vorſus*, idem tamen *Te* habet. Utroque modo & verſus & ſententia conſtat. Priſcianus *Vorſum* hic legit p. 1013. de Adverbiis in *Um*: *Orientem verſum, Occidentem verſum: Deorſum verſum Terentius in Adelphis.* Sic codices ſcripti: in Putſchii editione deeſt *Deorſum verſum.*

D. *Quonam? s. Illic ubi etiam caprificus magna* 38
eſt, noſtin? Deleta ex auctoritate libri Bembini dictione *noſtin*, verſus remanet trochaicus catalecticus, ut ceteri. FAERNUS. Vetus noſter delet *Noſtin*: tu dele etiam *Quonam.*

Eſt piſtrilla & ex advorſum eſt fabrica. Nullus 45
l. s. habet verbum *eſt*, ſecundo loco. FAERNUS. Neque noſtri habent *Eſt.*

Ilgneis pedibus. Liber Bembinus *Ilignis.* 46
Virgilius: *Currentem ilignis potare canalibus undam.* FAERNUS. Noſtri omnes *Ilgneis. Lectulos in ſole* junctim accipe, ut lectorum ſpeciem tum notam & ſic appellatam.

Ubi poteris vos. D. ſane bene. Idem liber 47
haec omnia Demeae attribuit: in cujus perſona optime quadrant. ut erat in Victoriano, & ita collocat Bembinus cum Baſilicano. *bene ſane*, quod & venuſtius eſt. FAERNUS. *Bene ſane*, noſtri omnes.

Aeſchinus odioſe ceſſat. Unus ex Regiis *Oti-* 49
oſus. Lege *Odioſus.* Sic Eunc. IV, 6, 16. *Odioſa ceſſas.*

Ctésipho autem in amóre est totus. égo iam prospiciám mihi:
Nám iam adibo, atque únum quicquid, quód quidem erit bellíssimum,
Cárpam: et cyathos sórbilans paulátim hunc producám diem.

ACTUS IV. SCAENA III.

MICIO. HEGIO.

M. *EGO in hác re nil repério, quamobrem laúder tantopere, Hégio.*
Meum offícium facio: quód peccatum a nóbis ortumst, córrigo.
Nisi sí me in illo crédidisti esse hóminum numero, qui íta putant;
Sibi fíeri iniuriam últro, si quam fécere ipsi expóstules,
Et últro accusant: íd quia non est á me factum, agis grátias?

52 *Carpam & cyathos sórbilans.* Sic Faernus & Codices plerique: sed unus ex Meadianis *Sorbilans*. Recte, secunda brevi, ut *Ventilans*. Ita *Sorbilum*, quod postea *Sorbitio*, jus quod sorbeatur. Plaut. Poen. I. 2, 183.

Nam mihi jam video propter tete vicitandum sorbilo.

Corrigendus apud Festum v. Senium Caecilius in Hymnide:

Sine suam senectutem ducat usque ad senium sorbilo.

Trochaicus est tetrameter: hodie fertur *Sorbitio* & *Utique*. Ceterum id sedulo cavetur, ne verbum ex tribus longis factum, ut *Sorbillans*, duplicem accentum habeat: auribus enim id ingratum; quas rogo consulas, dum hunc Plauti senarium legis. Mil. II, 6, 22.

Nisi mihi supplicium virgarúm de te datur.

Ecquid sentiunt scabri & absoni? sed Poëtae ipsi noli vitio vertere: sic enim ipse dederat,

Nisi mihi supplicium virgeúm de te datur.

ut mox ibi v. 31.

Nisi mihi supplicium stimuleum de te datur.

Vides jam, quantum interfit, non Grammatico sed Poetae, *Sorbillans* hic legeris, an *Sorbilans*.

3 *Nisi me.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, Basilicanus, & Vaticanus, *nisi si me*. ita versus, aliter claudicans, sustentatur. FAERNUS. Sic e nostris meliores quique *Nisi si*.

4 *Qui ita putant, sibi fieri injuriam, ultro si quam fecere ipsi expostulant.*

Et ultro accusant. Valde se torquet Donatus super hoc loco, nec tamen explicat; nimirum & ipse in mendosum librum Terentii inciderat. legendum est ex libro Bembino *expostules*. & sensus est, de facta ab eis tibi injuria, etiam insuper te accusant. FAERNUS. Recte hic Bembinus *Expostules*, quod vel ex conjectura facile erat restituisse: nostri *Expostulant*. & Priscianus p. 1143 *Expostulent*. Sic etiam vetus ibi codex.

Suspicionem hanc propter fratrem ejus esse, & illam psaltriam. Sic & Donatus legit: *Nimis*, inquit, *breviter & succincte: & illam psaltriam*, Propter fratrem ejus esse, *subaudiendum est*. Nimis quidem *Succincte*, & nimis obscure ac illepide. Sed vetus est erratum. Codex Mesdianus pro *Ejus esse* habet *Esse ejus*. Repone: 9

Suspicionem hanc propter fratrem esse: ejus esse illam psaltriam.

Ejus, id est *Fratris*. Sic Heaut. IV, 3, 25. *Hanc esse Clitiphonis*. & hic IV, 4, 16. *Dicam fratris esse hanc?* Jam nihil nimis succincte: nec quicquam subaudiendum.

Si ita aequum censes, aut si ita opus est. Posterius *si* non est in libro Bembino. FAERNUS. *Aut ita opus est* Faernus dedit, ex solo Bembino: Nostri universi *Aut si ita:* & sic solet Terentius passim, ut And. I, 3, 8. 10

Si senserit, perii, aut si lubitum fuerit.

Revocetur itaque in Textum; unde superstitione ejectus est.

Nam & illi animum jam relevabis, quae dolore ac miseria. Principio, *Relevaris* legendum, ut versu sequente est *Fueris functus, non Fungeris*. Deinde vide, ut Accentus cadat 11

HE. *Ah, mínime: numquam te áliter atque es, ín animum induxí meum.*
Set quaéso ut una mécum ad matrem uírginis eas, Mício,
Atque íſtaec eadem, quaé mihi dixti, túte dicas múlieri;
Suſpícionem hanc própter fratrem eſſe: eíus eſſe illam pſáltriam.
M. *Si ita aéquom cenſes, aút ſi ita opus eſt fácto, eamus.* HE. *béne facis:*
Nam et illi iam animum réllevaris, quaé dolore ac míſeria
Tabéſcit: et tuo officio fueris fúnctus. ſet ſi alitér putas,
Egomét narrabo quaé mihi dixti. M. *immo égo quoque ibo.* HE. *béne facis:*
Omnés, quibus res ſunt mínus ſecundae, mágis ſunt neſcio quó modo
Suſpícioſi: ad cóntumeliam ómnia accipiúnt magis:
Proptér ſuam inpoténtiam ſe ſémper credunt lúdier.

dat in ultimam *Animúm*. Repone:
Nam & illi jam ánimum rellevaris, quae dolore & miſeria.
Praepoſitio *Re* in compoſitione fere duplicat conſonantes apud vetuſtos; ut *Redduco, Reperio; Relleve*. Phorm. Prol. v. 22.
Quod ab illo adlatumſt, ſibi eſſe id rellatum putet.
Non opus eſt ergo febriculoſis cujuſquam conjecturis, *Illino; Illi tu, Prae dolore*. Ceterum Donatus ad locum. *A juſto*, ait, *& utili eſt tota ſententia. Et ſane hi verſus deſunt, quos multa exemplaria non habent.* Quos intelligit verſus, ſunt 11, 12, & 13. Et caſu ex exemplaribus nonnullis exciderant; eo quod decimus, & tertius decimus eodem vocabulo *Benefacis* terminentur. Hoc in nullo non codice fere evenire, norunt qui libros ſcriptos verſaverunt. Sed vide nunc Guyeti indolem & ingenium: arrepta hac a Donato ſuſpicione, hos omnes quattuor pro nothis, ſpuriis, & inſititiis damnat.

13 *Egomet narrabo quae mihi dixti. Immo ego ibo. Bene facis.* Hiat verſus, nec ſententia ſatis plena eſt. Ut utrique mederis, repone: *Immo ego quoque ibo:* nempe una cum Hegione; ut ſequitur hic v. 18. *Sequere me ergo hac intro.*

16 *Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.* Cum vidiſſem in libro Bembino pro *neglegi* ſcriptum eſſe in contextu *claudier:* Donatumque affirmare, legi etiam, & *claudere*, & *claudicare*, ſane hunc locum ſemper habui de mendo ſuſpectum: nam *negligi* quidem, quae recentior lectio eſt, negotio quo de agitur, non convenit; non enim dicit Hegio Micioni, i tu ad Soſtratam, & Aeſchinum illi purga, nuptiaſque confirma, ne ſe putet a te neglectam, ſi per alium hoc feceris: non inquam hoc dicit, nam *negligi* ſane, & admodum leve eſſet, & pauperibus ac miſeris, cujuſmodi erat Soſtrata, uſitatiſſimum, quorum fortuna adeo palam cunctis neglectui eſt, ut negligi ſe, non credant, ſed pro certo ſciant, perſpicueque videant: ſed hoc ſignificare vult Hegio, ſi ego Soſtratam tuó nomine convenirem, ut Aeſchinum ei purgarem, & nuptias confirmarem, illa, quae non eam profecto fidem mihi tuo nomine nuntianti haberet, ac tibi ipſi, decipi ſe, ſibique verba dari arbitraretur. *omnes enim quibus res ſunt minus ſecundae, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:* quam tu illi ſuſpicionem dempſeris, praeſens praeſentem alloquendo. haec contra recentiorem lectionem; vetuſtam vero, id eſt, *claudier*, quod eſt in libro Bembino, ad quod & Donatus alludit, omnes vident ad ſenſum poetae non quadrare. quare in eam conjecturam venimus, ut pro *claudier*, unius tantum litterae, id eſt *d*, detractione, & unius item litterae tranſpoſitione, ut pro *cla, cal* ſcribatur, legendum arbitremur *calvier*, qui eſt infinitivus modus verbi *calvor*, quod aliquando paſſivum invenitur apud auctores, & pro *decipi* accipitur, ita exponente Priſciano. aliquando deponens, & pro *fruſtrari* exponitur a Pompeio Feſto, item a Caio jureconſulto Cap. Si calvitur, De verborum ſignificatione. Exempla vero uſurpati hujus vocabuli ab

Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est.
M. *Et recte et uerum dicis.* HE. *sequere me ergo hac intro.* M. *maxume.*

ACTUS IV. SCAENA IV.

AESCHINUS.

DISCRUCIOR animi:

auctoribus, haec ex Festo exscripta, subjeci, ex leg. XII. tabularum: *Si calvitur, pedemve struit, manum endoiacito.* Plautus: *Nam ubi domi sola sum sopor manus calvitur.* Pacuvius in Medo: *Sentio pater te vocis calvi similitudine. Sed quid conspicio? num me lactans calvitur aetas? Sed memet calvor: vos istum jussi ocyus abstrahite.* Lucilius Satyrarum libro XXVIII: *Si non it, capito, inquit, eum: & si calvitur ergo Fur dominum.* Pacuvius in Duloreste: *Me calvitur suspicio, hoc est quod foro occulte Ajax praedixit.* Sallustius historiarum libro tertio: *Contra ille calvi ratus.* Sane, quae supra adduximus verba ex XII. tabulis, ita intelligi debent; *si calvitur*, active accipiendum, id est, si frustratur, & subaudiendum putamus, debitor, vel quid tale; *pedemve struit*, id est fugit: ita enim exponitur a Ser. Sulpicio; *manum endoiacito*, pro manum injicito: antiqui enim, teste eodem Festo, *endo* pro *in* ponebant; unde *endoitium*, pro initium: *endoploro* pro imploro; *endo procinctu* pro in procinctu. est ergo sensus: si debitor frustratur, aut fugit, manum injicito. FAERNUS.

Se semper credunt calvier.

Sic in textum ipsum conjecturam suam *Calvier* adscivit Faernus. Nollem factum: *Calvi* plerumque active significat; *Frustrari:* nonnumquam tamen passive, *Falli, decipi.* Sallustius Hist. III. *Contra ille calvi ratus; quaerit extis an somnio portenderetur thesaurus.* Extat apud Eutychem p. 2186. prior quoque pars apud Nonium; & Priscianum p. 883, ubi *Calvi* interpretatur *Decipi.* Pacuvius apud Nonium:

Sentio, pater, te calvi vocis similitudine.

Sed notabis illic *Calvi somnio*, hic *Calvi sono* dici; & simpliciter *Falli* accipiendum, nulla addita, quod Terentii locus postulat, *Contumeliae* significatione. Sic ubi Active sumitur, *Sopor manus calvitur, Aetas me calvitur, Sed memet calvor*; simpliciter notat *Frustrari*; sed contumelioſe non omnino. Ergo ad hanc formam, illud Faerni, *Se semper credunt calvier*; sic exponendum erit, *Se semper credunt errare, falli opinione, decipi errore:* quod & falsum est, & a Terentii loco prorsus alienum. Valeat itaque *Calvier:* & quaeratur aliud, quod notionem *Contumeliae* in se habeat: id enim ista plane flagitant, *Ad contumeliam omnia accipiunt magis.* Et quidem illud *Neglegi*, quod in omnibus nostris insedit, non omnino incommode habet: sed unde illud *Claudier* in Bembino; & illud in Donato, *Neglegi: Legitur & Claudicare?* (sic Edd. vett. non addunt *Et claudere.*) Sine dubio altius quid hic latet; quod me e puteo extracturum existimo. *Claudere* in priscis membranis plerumque scribitur *Cludere*; & opinor in Bembino fuisse *Cludier:* Repono:

Propter suam impotentiam se semper credunt ludier.

Apud Donatum quoque, pro *Claudicare* repono *Ludificari:* quae interpretatio est *τῦ Ludier.* Jam, opinor, quadrant omnia; & *Contumeliae* notionem secum gerunt. And. IV, 4. 48.

Hic est ille; non te credas Davum ludere.

Infra in hoc ipso negotio IV, 5, 5. *Cur non ludo hunc aliquantisper?* & v. 64. *Obsecro, num ludis tu nunc me?* Eunc. II, 3. 94. *Pater ut a me ludatur dolis?* Phor. V, 8. 55.

Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini?

Propter impotentiam suam suspicioſi sunt, vera dicentibus vix fidem habent, semper credunt se a potentioribus ludificari, & falsis promissis decipi.

Purgare ipsis coram. Idem liber *ipsi coram.* 17
ut sit ordo, purgare ipsi, id est matri; coram, id est praesentem praesenti. coram enim sine adjectione plerumque ponitur, ut, *Coram quem quaeritis adsum.* quod autem purgare se matri, nec ulli alii intelligendum sit, ex iis, quae supra dixit, apparet:

Sed

Digitized by Google

Hócine ex ínprouiſó mali mi óbiici
Tántum; ut neque quid dé me faciam, néc quid agam certúm ſiet?
Mémbra metu débilia ſúnt: animus praé timóre
'Obſtipuit: péctore conſiſtere nil cónſilí quit.
Uah, quómodo me ex hác expediam túrba, neſcio: tánta nunc
Suſpício de me íncidit:
Néque ea inmerito: Soſtrata credit, míhi me pſaltriam hánc emiſſe: id

Sed quaeſo ut una mecum ad matrem virginis eas Micio,
Atque iſtaec eadem, quae mihi dixti, tute dicas mulieri. FAERNUS.

Ipſi coram: immo cum aliis omnibus ſcriptis & Edd. vett. lege *Ipſis coram*; hoc eſt, Matre & Virgine. Nam ad Matrem virginis ire, & Virginem ipſam, quae domi erat, non alloqui; non modo non placabilius eſſet; ſed contumelioſius, quam ſi nec Matrem adiiſſet. *Ipſis* etiam apud Priſcianum p. 1130: & ſic quattuor ibi codices.

1 *Diſcrucior animi.* Primi hujus ſcaenae verſus ſane difficiles ſunt: tres tamen in principio ſitos, trochaicos catalecticos eſſe manifeſtum eſt. quorum primus dactylum habet in quinta ſede, correpta ultima ſyllaba adverbii *deimproviſo*. tertius vero in ſexta ſede trochaeum, non facta ſynaloepha in *timore*. Iambum vero in ſeptima. duabus ultimis ſyllabis dictionis *obſtipuit* in unam contractis. quartus Iambicus trimeter ſcazon. quintus Iambicus dimeter hypercatalecticus. ſextus trochaicus tetrameter acatalecticus, habens in penultima ſede anapaeſtum, non faciendo collisionem in *neque ea*. ſeptimus cujus ſit generis, aliis judicandum relinquo. octavus dimeter Iambicus brachycatalecticus. Sed verius eſt hos omnes verſus, praeter duos primos, eſſe generis ejus, quod confuſum vocavimus. FAERNUS.

Diſcrucior animi: hocine de improviſo mali mihi objici?

Sic primum verſum conſtituit Faernus: ſed perperam. In veterrimo noſtro, *Diſcrucior animi* clauſula eſt, ſive per ſe verſum conſtituit, ut Eun. II, 3. *Occidi.* Recte. Sic enim Varro apud Rufinum De Metris Comicis p. 2707. 'Varro in VII de Lingua Latina: 'Clauſulas quoque primum appellatas dicunt, 'quod clauderent ſententiam: ut apud Accium,

An haec jam obliti ſunt Phryges?

'Nonnumquam ab his initium ſit, ut apud 'Caecilium. *Di boni, quid hoc?*
'apud Terentium, *Diſcrucior animi.*

Hocine de improviſo mali mihi objici. Repone, 2
Hócine ex ínproviſó mali mi óbjici.

Creticus verſus eſt, ex Creticis pedibus cum uno Moloſſo conſtans. *Hocine* primam producit: vide nos ad And. IV, 1, 1. *Ex improviſo*: Mutarunt, quia alias Terentius *De improviſo* utitur. Sed aeque *Ex* dicebant Cicero atque alii: Plautus Rud. IV, 5, 2.

Qui ex improviſo filiam inveni meam.

Tantum; ut neque quid me faciam, neque 3
quid agam, certum ſiet. Sic Faernus dedit. Tu repone Trochaicum tetrametrum:

Tantum; ut neque quid de me faciam, nec quid agam, certum ſiet?

Nec in ſecundo loco pro *Neque* tres noſtri veterrimi cum quattuor aliis habent. *Quid de me*, tres ex noſtris cum Edd. vett.

Membra metu debilia ſunt: animus timore 4
obſtipuit.
Pectore conſiſtere nihil conſilii quit. Vah.

Ita Faernus: ſed in hunc modum verſus redigo, qui Choriambici ſunt:

Mémbra metu débilia ſúnt: animus praé timore
'Obſtipuit: péctore conſiſtere nil cónſilí quit.

Prae timore lego ut alibi *Prae ſtudio, prae iracundia, prae gaudio, prae agritudine.* Plautus Rud. I, 2, 85. *Ut prae timore in genua in undas coneidit.*

Quomodo me ex hac expediam turba 6
Tanta? nunc ſuſpicio de me incidit: neque ea inmerito.

Sic verſus ordinavit Faernus: ſed aliter veterrimus noſter; ut ſcias Magiſtros veteres nihil hic ſciviſſe. *Vah* ex priore verſu huc retraho; & *Neſcio* huc adſumo, cum propter verſum, tum & ſententiam:

Vah,

'Anus mi indicium fécit.
Nám ut hinc forte ea ad óbſtetricem erat miſſa, ubi eam uidi, ílico
Accédo; rogito, Pámphila quíd agat; iámne partus ádſiet.
Eone óbſtetricem accérſat. illa exclámat, Abi, abi, iam, Aéſchine,
Satis diú dediſti uérba: ſat adhuc túa nos fruſtratáſt fides.
Hem, quíd iſtuc obſecro, ínquamſt? Ualeas, háleas illam quaé placet.
Senſi ílico id illas ſúſpicari: ſét me reprehendí tamen,
Ne quíd de fratre gárrulae illi dícerem, ac fierét palam.
Núnc quid faciam? dícam fratris éſſe hanc? quod miniméſt opus
'Uſquam efferri: ac mítto: fieri pótis eſt ut ne qua éxeat:
'Ipſum id metuo ut crédant: tot concúrrunt ueriſímilia:
'Egomet rapui: ipſe égomet ſolui argéntum: ad me abducta éſt domum.
Haéc adeo mea cúlpa fateor fíeri. non me hanc rém patri,
'Ut ut erat geſta, índicaſſe? exóraſſem ut eam dúcerem.
Céſſatum uſque adhúc eſt: nunc porro, Aéſchine, expergíſcere:
Núnc hoc primumſt: ád illas ibo, ut púrgem me. accedam ád fores:
Périi. horreſco ſémper, ubi pultáre haſce occipió miſer.
Heús, heus: Aeſchinús ego ſum. aperite áliquis actutum óſtium.
Pródit neſcio quís: concedam huc. ——

Vah. Quó modo me ex hác expediam túrba, neſcio: tánta nunc
Suſpício de me íncidit;
Néque ea inmerito: Sóſtrata credit míhi me pſaltriam hánc emiſſe: id
'Anus mi indicium fécit.

Noti generis hi verſus ſunt, Tetrameter catalecticus & plenus cum clauſulis ſuis; ut ſollemne eſt in magna animi commotione. *Vah* vel intra verſum, vel extra eſſe poteſt, ut apud Graecos Tragicos, φεῦ. Faernus ſic dedit

Sóſtrata credit mihi me pſaltriam hanc emiſ-
Mihi indicium fecit. [*ſe: id anus*

Ceterum, qui ad And. III, 2, 1. pollicitus erat, *ſe ſeptem hic latentes Bacchiaces, a nemine ad hunc uſque diem intellectos expediturum*; ubi ad rem ventum eſt. quid promiſſis dignum efficit? Malim lectori, ſiquis legat & cum noſtris conferat, integrum judicium remittere.

11 *Jam partus adſiet.* Duo ex noſtris & Edd. vett. *Jamne partus adſiet?* Quod & verſui commodius.

13 *Satis diu verba dediſti nobis. ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides.* O. l. s. ita collocant, *dediſti verba.* omneſque poſt *tua*, habent dictionem *nos*, itemque Donatus. dictionem vero *nobis*, nec Donatus habet, nec liber Bembinus: & pro *ſatis adhuc*, uterque habet *ſat adhuc.* itaque verſus aliter impeditus, Iambicus octonarius eſt ut ceteri, duabus primis dictionibus, anapaeſtum in prima ſede facientibus. hoc modo:

Satis diu dediſti verba, ſat adhuc tua nos fruſtrata eſt fides. FAERNUS.

Recte hoc. Noſtri omnes mendoſe, *Verba nobis: ſatis.*

15 *Sed me reprehendi tamen.* Tres ex noſtris cum Edd. vett. *Sed me reppreſſi tamen.* Etiam probe. Heaut. I, 2, 25. *Illene? ſed reprimam me:* Et Hec. V, 1, 39.

18 *Age mitto.* Liber Victorianus *amitto.* Bembinus *ac mitto*, ut & in Phormione: *Ac mitto imperium.* FAERNUS. Noſtri univerſi *Age.*

22 *Exoraſſem.* Duo ex noſtris Petrenſis & C. C. *Indicaſſe? exoraſſe, ut eam ducerem?*

23 *Nunc jam porro Aeſchine.* Donatus & aliqui libri, inter quos Bembinus, Baſilicanus, & Vatica-

ACTUS IV. SCAENA V.

MICIO. AESCHINUS.

M. ——'ITA uti dixti, Sóstrata,
Fácito: ego Aeschinúm conueniam; ut, quómodo acta haec sínt, sciat.
Sét quis óstium hóc pultauit? AE. *páter hercle est, perii.* M. *Aéschine.*
AE. *Quid huic híc negotíst?* M. *túne has pepulísti fores?*
Tacet. cúr non ludo hunc áliquantísper? mélius est,
Quandóquidem hoc numquam mi ípse uoluit crédere.
Nil míhi respondes? AE. *nón equidem ístas, quód sciam.*
M. *Ita: nám mirabar quíd hic negoti essét tibi.*
Erúbuit: salua rés est. AE. *dic sodés, pater,*
Tibi uéro quid istic reí fuit? M. *nil míhi quidem.*
Amícus quidam me á foro abduxít modo
Huc áduocatum sibi. AE. *quid?* M. *ego dicám tibi:*
Habitánt hic quaedam múlieres; paupércula,
Ut opíner has non nósse te: et certó scio:
Neque enim diu huc commigrárunt. AE. *quid tum póstea?*

Vaticanus particulam *jam* non habent. sine qua ſtat trochaicus; aliter non. FAERNUS.

25 *Ubi pultare haſce occipio fores.* Sic eſt in Bembino: in aliis varie legitur; plerique enim ita habent, *occipio fores miſer.* aliqui, inter quos Victorianus, & Decurtatus, non habent vocem *fores*: itaque etiam Ubaldinus Bandinellus legebat. & ſane hic dictio *fores* ſuperfluit; utique enim ea vox ſubintelligitur ex proximo verſu. hoc & Joannes Rivius annotavit. FAERNUS. Noſtri mendoſe, *Fores miſer*; & v. 23. deeſt *Jam*.

1 *Ita ut dixi Soſtrata.* Videtur elidendum *t* ex *ut*, quemadmodum infra primo verſu ſcaenae tertiae, actus quinti. FAERNUS.
Aliud hic agebat Faernus. An neſciebat hunc cum ultimo prioris Scenae Trochaicum facere? Tantum abeſt, ut elidas quid ex *Ut*; ut adjiciendum aliquid ſit, *Uti*; & ſic quattuor ex noſtris meliores.

Ib. *Ita ut dixi, Soſtrata, Facito.* Sic Faernus: ſed omnes noſtri *Facito*, & quattuor *Dixti*: duo *Dixiſti*. Enimvero legendum eſt,
Ita uti dixi, Soſtrata, Facito.
Quippe hoc Micionis ingenio convenit; non imperare, ſed obſequi.

Quomodo acta haec ſint. O. l. s. *ſunt.* FAERNUS. Noſtri quoque *Sunt*. 2

Tacet. cur non ludo. Et hic quoque ex *tacet* videtur elidendum *t* ultimum: ut ſit anapaeſtus in prima. FAERNUS. *Tacet* & ſimilia prima ſede corripi, frequens eſt. 5

M. *Itan? nam mirabar.* O. l. s. & Donatus, *ita*. FAERNUS. Noſtri etiam *Ita*: ſed male Faernus per interrogationem protulit. 8

Tibi vero quid iſtic eſt rei. Nihil mihi quidem. Sic Faernus: ſed noſtri fere omnes *Rei eſt*. Repono: 10
Tibi vero quid iſtic rei fuit? nil mihi quidem.
Fuit, non *Eſt*: jam enim inde exierat. *Eſt* tum conveniret, ſi domum introiturus eſſet.

Ut opinor, has non noſſe te, & certo ſcio. Hoc ne Latine quidem dictum eſt. Guyetus verſum ejicit. Donatus ad locum: *Adeo obſcurae ſunt & nullius pretii, ut opinor has non noſſe te.* Cum dicit *Adeo ut*: neceſſe eſt ut legerit, 14

Ut

M. *Uirgo éſt cum matre.* AE. *pérge.* M. *haec uirgo orbáſt patre:*
Hic méus amicus illi genere eſt próxumus:
Huic léges cogunt núbere hanc. AE. *periî.* M. *quid eſt?*
AE. *Nil: réctè: perge.* M. *is uénit ut ſecum áuehat:*
Nam habitát Mileti. AE. *hem, uírginem ut ſecum áuehat?*
M. *Sic éſt.* AE. *Miletum uſque óbſecro?* M. *ita.* AE. *animó maleſt.*
Quid ipſaé? quid aiunt? M. *quíd illas cenſes? níhil enim.*
Comménta mater éſt, eſſe ex alió uiro
Neſcío quo puerum nátum: neque eum nóminat:
Priórem eſſe illum, nón oportere huíc dari.
AE. *Eho, nónne haec iuſta tíbi uidentur póſtea?*
M. *Non.* AE. *óbſecro non? an íllam hinc abducét, pater?*
M. *Quid illám ni abducat?* AE. *fáctum a uobis dúriter,*
Inmíſericorditérque, atque etiam, ſi éſt pater
Dicendum magis apérte, inliberáliter.
M. *Quamobrém?* AE. *rogas me? quíd illi tandem créditis*
Fore ánimi miſero, quí cum ea conſueuít prior?
Qui infélix haut ſcio an íllam miſere núnc amat,
Cum hanc ſíbi uidebit praéſens praeſentem éripi,

Ut opiner has non noſſe te: & certo ſcio.
Et ſic legendum eſt; diſtinctione quoque, ut dedimus, adjuvandum.

22 M. *Quid iſtas cenſes?* Hic quoque Donatus, & liber Bembinus & omnes recentes, *quid illas cenſes?* FAERNUS. Unus tantum ex noſtris, *Illas.*

28 *Quidni illam abducat?* Omnes antiqui libri, & plerique ex recentibus, *quid illam ni abducat.* FAERNUS. Ita noſtri quoque plerique omnes.

32 *Qui cum illa conſuevit prius.* Donatus, & liber Bembinus, *qui illa.* ceterum dictionem *prius*, non ponit Donatus: liber vero Bembinus & plerique alii antiqui, loco ejus, habent *prior*, ut & in Eunucho, *Quia laeſit prior.* FAERNUS.

Qui illa conſuevit prior; Sic ex Bembino Faernus: ſed a Correctore vetere eſt, metrorum perito. Noſtri univerſi *Cum illa* & *Prius.* Hoc, ſi *Cum illa* caſu ablativo accipias, verſum nimis longum facit. Ille igitur Ariſtarchus *Cum* hinc abire juſſit. Hoc eſt παραδοθὲν. Tu, vel repone; ut codices ceteri: quod ab alio praereptum video,

Fore animi miſero, quicum illa conſuevit prius.
Illa caſu recto: *Quicum*, idem quod *Quocum.* Hec. IV, 1, 40.

Quicum tot conſueſſet annos.
Etiam de muliere *Conſuéſcere* dicitur. Plaut. Ciſtell. I, 1, 89.

Sed tu en umquam cum quiquam viro Conſue- [*viſti:*
vel, quod verius exiſtimo:
Fore animi miſero, qui cum ea conſuevit prior.
Phormio V. 7, 34.

Cum ejus conſuevit olim matre.
Servius tamen ad Aen. IV, 408. *Qui cum illa conſuevit?*

An illam nunc miſere amet. O. fere l. s. & in iis Bembinus, & Baſilicanus, *An illam miſere nunc amat:* ut & verſui convenit. FAERNUS. Ita omnes noſtri. 33

Cum hanc ſibi videbit praeſens praeſenti eripi. Ineptiſſima haec lectio eſt; quae tamen neſcio quo fuco minus acutos & diligentes facile fallat. *Praeſens praeſenti.* Inſpice atque excute; & reperies eundem eſſe qui *Praeſens* eſt, & cui *Praeſenti* eripitur. Quicquamne eſſe poteſt abſurdius? Donatus ad locum: 34

Adju-

Abdúci ab oculis? fácinus indignúm, pater.
M. *Qua rátione iſtuc? quís deſpondit? quís dedit?*
Cui, quándo nupſit? aúctor his rebús quis eſt?
Cur dúxit alienam? AE. *án ſedere opórtuit*
Domi uírginem tam grándem, dum cognátus hinc
Illínc ueniret éxſpectantem? haec, mí pater,
Te dícere aequom fúit, et id defendere.
M. *Ridículum: aduorſuſne íllum cauſam dícerem,*
Cui uéneram aduocátus? ſet quid iſta, Aéſchine,
Noſtra? aút quid nobis cum íllis? abeamús. quid eſt?
Quíd lacrumas? AE. *pater, óbſecro, auſcultа.* M. *Aéſchine, audiui ómnia,*
Et ſcio: nam té amo: quo magis, quaé agis, curae ſúnt mihi.
AE. *Ita uelim me prómerentem amés, dum uiuas, mí pater,*
Ut me hoc delictum ádmiſiſſe in me, íd mihi uehementér dolet:
Et me tui pudét. M. *credo hercle: nam íngenium nouí tuum*
Líberale: ſét uereor ne indíligens nimiúm ſies.
In qua ciuitáte tandem te árbitrare uíuere?
Uírginem uitiáſti, quam te nón ius fuerat tángere.
Iám peccatum prímum id magnum, mágnum at humanúm tamen.

Adjuvant ſignificationem haec ex abundanti addita. ut Virgil. Illum abſens abſentem auditque videtque. Atqui, o Magiſter, hic duo ſunt, *Abſens Dido abſentem Aeneam.* Addit ex eodem aliud, *Fratrem ne deſere frater.* At etiam hic duo ſunt, *Frater Liger fratrem Lucagum.* Ergo ad hanc ſpeciem hic repone:

Cum hanc ſibi videbit praeſens praeſentem eripi. Praeſens amator praeſentem amicam. Et ita plane apud Servium citatur, ad dictum Virgilii locum Aen. IV, 83.

39 *Dum cognatus huc Illinc veniret.* Sic Faernus, & ſic codices noſtri. Sed multo elegantius eſt, quod vett. Edd. & codex Rivii habent, *Dum cognatus hinc Illinc veniret.* Sic & Donatus quoque legit, qui adnotat *Proverbialiter Hinc Illinc.* Senſus eſt, Dum cognatus aliquis alicunde veniat; quo innuitur, nullum ei omnino fuiſſe cognatum, cui nubere poſſet. At ſi *Huc illinc* legas; confitetur Mileſium illum vere cognatum eſſe & diu exſpectatum; dum virgo grandiuſcula facta ſit.

42 *Adverſumne.* Lego *Adverſuſne*; quia hoc verſu ceterae omnes dictiones in *m* exeunt.

Quam te jus non erat tangere. O. l. s. *fuerat.* ita ſtat trochaicus. praeterea liber Bembinus, ita collocat, *non jus fuerat.* FAERNUS. Noſtri omnes *Jus non fuerat.* 52

Jam id peccatum primum magnum, at humanum tamen. Verſus hic trimeter trochaicus eſt hypercatalecticus, cujuſmodi nullum alium apud Terentium invenio. ego puto geminari debere dictionem *magnum.* diſtinguendo utrobique hoc modo: 53

Jam id peccatum primum magnum: magnum, at humanum tamen.

Ita verſus eſt trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri: non tamen moveo vulgatam lectionem. FAERNUS.

Certiſſimum eſt *Magnum* geminari hic debere: & nimis timide Faernus, qui in Textum non adſciverit:

Jam peccatum primum id magnum: magnum at humanum tamen.

Sic Euphoniae cauſa lego, non *Jam id peccatum primum magnum.* Ceterum redonamus cuidam correctiunculam, qua *Civem* apponit verſus initio. Quippe *Civem* fuiſſe jam ita indicaverant, *Quam te non jus fuerat tangere.*

Fécere alii ſaépe item boni. at póſtquam id euenít, cedo
Númquid circumſpéxti? aut numquid túte proſpextí tibi
Quíd fieret? qua fieret? ſi te mi ípſum puduit dícere,
Quá reſciſcerem? haéc dum dubitas, ménſes abierúnt decem.
Pródidiſti et te, ét illam miſeram, et gnátum, quod quidem in té fuit.
Quíd credebas? dórmienti haec tíbi confecturós deos?
'Et illam ſine tua ópera in cubiculum íri deductúm domum?
Nólim ceterárum rerum té ſocordem eodém modo.
Bóno animo es, ducés uxorem. AE. *hem.* M. *bóno animo es inquám.*
AE. *pater,*
'Obſecro num lúdis tu nunc me? M. *égo te? quamobrem?* AE. *néſcio:*
Niſi tam miſere hoc éſſe cupio uérum, eo uereór magis.
M. *'Abi domum, ac deos cómprecare, ut úxorem accerſás: abi.*
AE. *Quíd, iam uxorem?* M. *iám.* AE. *iam?* M. *iam quantúm poteſt.* AE. *dí mé, pater,*
'Omnes oderínt, ni magis te, quam óculos nunc ego amó meos.
M. *Quíd? quam illam?* AE. *aeque.* M. *pérbenigne.* AE. *quíd? ille ubi eſt Miléſius?*
M. *'Abiit, periit, náuem aſcendit; ſét cur ceſſas?* AE. *ábi pater:*
Tú deos potius cómprecare: nám tibi eos certó ſcio,
Quó uir melior múlto es quam ego, obtémperaturós magis.
M. *'Ego eo intro: ut, quae opus ſúnt, parentur: tú fac ut dixi, ſí ſapis.*

55 *Si te ipſum mihi puduit dicere.* Lege ex noſtris fere omnibus,
Si te mihi ipſum puduit dicere.

58 *Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatum, quod quidem in te fuit,* Ex *illam* elidendum eſt alterum *l*, & ex *quod d*; ita *te, & illam,* & *quod quidem in*, erunt duo anapaeſti, & verſus procedet. FAERNUS.

62 *Bono animo es, duces uxorem hanc.* A. *hem.* M. *bono animo es inquam. Pater.* Verſus juſto longior eſt; Tolle *Hanc*, quod non agnoſcit Donatus. Satis conſtabat quam uxorem intelligeret.

64 *Niſi quia tam miſere.* Et dictionem *niſi* reſpuit verſus: nec eam habet Donatus, nec ullus antiquus liber. FAERNUS.
Tres ex noſtris cum Edd. vett. *Niſi quia.* Correctores olim ejecerunt *Niſi:* atqui ejiciendum fuerat *Quia.* *Neſcio: Niſi tam miſere hoc eſſe cupio verum, eo vereor* Vide nos ad And, IV, 1, 39. [*magis.*

66 *Quid jamne uxorem.* Particula *ne*, nec a Donato ponitur, nec eſt in libro Bembino. utroque tamen modo ſtat verſus. FAERNUS. Noſtri *Jamne.* Sed pro *Quantum potes*, veterrimus noſter *Quantum poteſt:* & ſic Donatus; cum ſic explicat, *Aut deeſt cito; aut Quantum poteſt eſſe.* Vide Phor. IV, 3, 69.

67 Oculos *nunc amo meos.* Codices plerique omnes, *Nunc ego amo meos.* Recte; ut in ea ſede Dactylus ſit, non Trochaeus.

70 *Tu potiús deos comprecare.* Lege, *Tu deos pótius.*

72 M *Ego eo intro, ut quae opus ſunt parentur: tu fac ut dixi, ſi ſapis.* Hic trochaicus una ſyllaba eſt longior, niſi ex *ut t* elidatur, ut & alibi. FAERNUS.

Itaque

AE. *Quid hoc éſt negoti? hoc éſt patrem eſſe, aut hóc eſt filium éſſe?*
Si fráter aut ſodális eſſet, quí magis morem géreret?
Hic nón amandus? hícine non geſtándus in ſinu éſt? hem;
Itaque ádeo magnam mi íniicit ſua cómmoditate cúram:
Ne imprúdens faciam fórte quod nolít, ſciens cauébo.
Set céſſo ire intro, né morae meis núptiis egomét ſim?

ACTUS IV. SCAENA. VI.

DEMEA.

DEFE'SSUS ſum ambulándo: ut, Syre, te cúm tua
Monſtrátione mágnus perdat Iúppiter.
Perréptaui uſque omne óppidum: ad portam, ád lacum:
Quo nón? nec fabrica illi úlla erat: nec frátrem homo
Uidíſſe ſe aibat quíſquam. nunc ueró domi
Certum óbſidere eſt úſque, donec rédierit.

ACTUS IV. SCAENA VII.

MICIO. DEMEA.

M. *IBO, íllis dicam núllam eſſe in nobís moram.*
D. *Set eccum ípſum: te iamdúdum quaero, o Mício.*

76 *Itaque adeo magnam mihi injecit ſua commoditate curam.* Lege, ut neceſſario poſtulat verſus *Injicit:* quin & ſententia idem flagitat.

77 *Ne forte inprudens faciam quod nolit. ſciens cavebo.* Sic Faernus. Sed ex lege verſus *Faciam* Tribrachys eſſe debet, non (ut eſt) Anapaeſtus. Tres ex noſtris *Ne imprudens forte:* ab aliis quattuor *Forte* abeſt. Repone, metri cauſa, & diſtingue:
Ne inprudens faciam forte quod nolit, ſciens cavebo.

78 *Ne mora meis nuptiis egomet ſiem.* Liber Bembinus, *morae.* utroque modo ſtat verſus; ſed hoc rectius. FAERNUS. Noſtri plerique *Mora.* Duo *In mora.* Lege autem *Sim,* non *Siem.* Plautus Rud. II, 3, 8.
Nunc ne morae illi ſim, petam hinc aquam.

4 *Neque fratrem homo.* Aliqui libri, in quibus eſt Bembinus, *nec fratrem homo.* Baſilicanus utrobique habet *nec: nec illic fabrica, nec fratrem.* FAERNUS.
Quo non? neque illíc fabrica úlla erat: neque fratrem homo.
Sic dedit Faernus: ſed eo pacto *Fabrica,* quod emphaſin habet, in Theſi occultatur. Noſtri omnes; *Fabrica illic ulla.* Repone:
Quo non? nec fábrica illi úlla erat: nec fratrem homo.
Illi pro *Illic,* paſſim apud Noſtrum & Plautum. *Nec nec* noſtri quam plurimi.

Vidiſſe ſe aiebat. Aut *ſe* delendum; & ſane librum vidimus, qui eam particulam non habebat: aut *aiebat* in duas ſyllabas contrahendum per ſynizeſin, ut ſaepe. FAERNUS. Immo ſemper Diſyllabon apud noſtrum eſt, & ſcribendum *Aibat.* 5

Te jamdudum quaero, Micio. Lege ex noſtris pleriſque, *Te jam dudum quaero, o Micio.* 2

M. *Quidnám?* D. *fero alia flágitia ad te ingéntia*
Boni íllius aduleſcéntis. M. *ecce autém.* D. *noua,*
Capitália. M. *ohe, iam.* D. *ah néſcis qui uir ſit.* M. *ſcio.*
D. *O ſtúlte, tu de pſáltria me ſómnias*
Agere: hóc peccatum in uírginem eſt ciuém. M. *ſcio.*
D. *Oho, ſcís et patere?* M. *quidni patiar?* D. *díc mihi,*
Non clámas? non inſánis? M. *non. malím quidem.*
D. *Puer nátuſt.* M. *di bene uórtant.* D. *uirgo níhil habet.*
M. *Audíui.* D. *et ducenda índotataſt.* M. *ſcilicet.*
D. *Quid núnc futurumſt?* M. *íd enim quod res ípſa fert:*
Illínc huc tranſferétur uirgo. D. *o Iúppiter,*
Iſtócine pácto opórtet? M. *quid faciam ámplius?*
D. *Quid fácias? ſi non ípſa re tibi iſtúc dolet,*
Simuláre certe eſt hóminis. M. *quin iam uírginem*
Deſpóndi: res compóſita eſt: fiunt núptiae:
Dempſí metum omnem: haec mágis ſunt hominis. D. *céterum,*
Placét tibi factum, Mício? M. *non, ſí queam*

5 *Neſcis qui vir ſit.* Lege ex complúribus noſtris, *Ah neſcis qui vir ſit.*

6 DE. *Ah ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias agere. Hoc peccatum eſt in virginem civem.* M. *ſcio.* *O ſtulte* habet liber Bembinus: quod magis videtur corripientis eſſe. praeterea apud omnes l. s. haec verba hunc ordinem habent, *hoc peccatum in virginem eſt civem*, verſuſque ita in Bembino & aliis ordinati ſunt:

O ſtulte, tu de pſaltria me ſomnias
Agere, hoc peccatum in virginem eſt civem.
M. *ſcio.* FAERNUS.

Pro *o* noſtri omnes, *Ah ſtulte.* Forte utrumque retinendum: *Scio.* DE. *ah, O ſtulte.* Ut Demea ex animo dolens, vix loqui poſſit ſine interjectione dolentis.

8 *Eho, ſcis & patere?* Ex libro Bembino corrige, *oho.* FAERNUS. Noſtri *Eho.*

11 *Et ducenda indotataſt?* Tolle notam interrogationis; ut infra v. 33.

15 *Quid facias, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet.* Duo hic mutanda: nam & verbum *rogitas*, quod nec eſt in libro Bembino, & verſui repugnat, delendum eſt. & haec verba hoc ordine ſunt ponenda: *ſi non ipſa re*; idque ex o. l. s. FAERNUS. Noſtri omnes *Rogitas.*

21 *Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris.* Jubet Donatus, *Notare genus locutionis. Rectum quippe erat, Quemadmodum teſſeris ludere.* Hoc nempe vult *Cum* illud ſupervacuum eſſe. Et ſic profecto eſt. Auctor enim dedit,

Ita vita eſt hominum, quaſi ſi ludas teſſeris.

Quaſi ſi ut *Niſi ſi.* Plautus ſaepe, & hic infra V, 8, 18. *Si* a priore ſyllaba abſorpto, ſuppoſuerunt *Cum.*

22 *Si illud quod eſt maxime opus.* Ex iiſdem omnibus libris, & Donato, repone hunc ordinem verborum, *ſi illud quod maxime opus eſt.* FAERNUS. Sic & noſtri.

26 *Si non pretio, at gratis.* Particulam *at*, non ſane neceſſariam, non habet liber Bembinus. Ceterum nos pro *gratis*, ex ratione verſus, *gratiis* legendum eſſe contendimus. FAERNUS.

Noſtri omnes *Vel gratis.* Recte Faernus *Gratiis*, ut Phorm. III, 2, 15. & ſaepe apud Plautum; licet interdum, ut hic, depravatum. Moſt. I, 3, 19.

Neque patiar te iſtam gratiis laudaſſe, quae pla-
Perſ. II, 4, 14. [*cet mi.*

At

Mutáre: nunc cum nón queo, animo aequó fero.
Ita uítaſt hominum, quáſi ſi ludas téſſeris.
Si illúd, quod maxume ópus eſt iactu, nón cadit,
Illúd quod cecidit fórte, id arte ut córrigas.
D. *Corréctor. nempe tua árte uigintí minae*
Pro pſáltria periére: quae quantúm poteſt,
Aliquo ábiicienda eſt: ſí non pretio, grátiis.
M. *Neque éſt, neque illam ſáne ſtudeo uéndere.*
D. *Quid illa igitur facias?* M. *dómi erit.* D. *pro diuóm fidem,*
Meretrix et máter fámilias una ín domo?
M. *Cur nón?* D. *ſanumne crédis te eſſe?* M. *equidem árbitror.*
D. *Ita mé di ament, ut uídeo tuam ego ineptiam;*
Factúrum credo, ut hábeas quicum cántites.
M. *Cur nón?* D. *et noua nupta éadem haec diſcet.* M. *ſcílicet.*
D. *Tu intér eas reſtim dúctans ſaltabís.* M. *probe.*
Et túte nobiſcum úna, ſi opus ſit. D. *eí mihi.*
Non te haéc pudent? M. *iam uéro omitte, o Démea,*

At non ſum ita ut tu gratiis. Confidens. Sum hercle vero.
Sic legendum eſſe vel verſus oſtendunt; libri tamen ibi *Gratis*. Certum eſt nec noſtrum nec Plautum uſquam dixiſſe *Gratis*, ſemper τετσυλλάβως *Gratiis*.

28 *Quid igitur facies? Domi erit.* Noſtri veterrimi & ex ceteris plerique *Facias?* Recte: non *Velis facere*, ſed *Poſſis facere?* & inſuper legendum, *Quid illa igitur facias?* Reſponſum *Domi erit* poſtulat *Illâ*.

29 *Meretrix & mater familias erit una in domo?* Sic quidem etiam ſtare poſſet hic verſus; ſed melius habet, ut in libro Bembino, detracta dictione *erit*, quod ne ſenſui quidem quicquam nocet: utique enim ſubauditur, vel *erit*, vel *erunt*. FAERNUS. Noſtri perperam *Erit*.

30 *Sanumne te credis eſſe?* Delenda eſt particula *ne* juxta o. l. s. verſuſque rationem. FAERNUS. *Sanum te credis eſſe*. Mirum hoc; cum noſtri univerſi *Sanumne* habeant: & recte: modo ordinem mutes, *Sanumne credis te eſſe?*

31 *Ita me di ament, ut video egó tuam ineptiam.* Meliores noſtri magno numero,
Ut video túam ego ineptiam: Recte.

Et nova nupta eadem haec diſcet? Non hoc 33
per interrogationem effertur, ſed affirmative, per irriſionem: ut ſupra v. 11.

M. *Probe. & tu nobiſcum.* Liber Bembinus 35
geminat dictionem *probe*, habens eam ſecundo loco ſub perſona Demeae. quam lectionem & Rivius ex ſuo libro annotavit. Ita etiam verſus optime conſtat. FAERNUS.
DE. *Probe?* M. *Et tu nobiſcum una, ſi opus ſit.*
Hei mihi.
Illud *Probe* a Correctore Bembino proveniſt, ad verſum fulciendum. Ex tot noſtris duo tantum *Probe* repetunt, atqui illi ex mediocribus. Et ſane inepta, enervis, putida, repetitio eſt; nec reliquis hic convenit, quae ironia & irriſione omnia dicuntur. Longe facilior & verior in promptu erat correctio.
D. *Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis.* M. *probe.*
Et tute nobiſcum una, ſi opus ſit. DE. *Hei mihi!*

Jam vero omitte, Demea. Duo ex noſtris 36
melioris notae, *Jam vero mitte, o Demea.* Certe ſive *Mitte* ſive *Omitte* legas; *o Demea* omnino retinebis, ne in iſta ſede Trochaeus ſit, quem data opera evitat noſter.

Ic.

Tuam íſtanc iracúndiam: atque ita utí decet
Hilarum ác lubentem fác te gnati in núptiis.
Ego hós conueniam; póſt huc redeo. D. *o Iúppiter,*
Hancíne uitam? hoſcine móres? hanc deméntiam?
Uxór ſine dote uéniet: intus pſáltria eſt:
Domus ſúmptuoſa: aduléſcens luxu péraitus:
Senéx delirans. ípſa ſi cupiát Salus,
Seruáre prorſus nón poteſt hanc fámiliam.

ACTUS V. SCAENA I.

SYRUS. DEMEA.

SY. *EDEPO'L, Syriſce, té curaſti mólliter,*
Lautéque munus ádminiſtraſti tuum:
Abi. ſét poſtquam intus ſum ómnium rerúm ſatur,
Prodeámbulare huc líbitum eſt. D. *illuc ſís uide;*
Exémplum diſciplínae. SY. *ecce autem híc adeſt*
Senex nóſter. quid ſit? quíd tu es triſtis? D. *óh ſcelus.*
SY. *Ohe. iám: tu uerba fúndis hic ſapiéntia?*
D. *Tu ſí meus eſſes,* SY. *dís quidem eſſes, Démea;*
At tuám rem conſtabilíſſes. D. *exemplo ómnibus*
Curárem ut eſſes. SY. *quámobrem? quid fecí?* D. *rogas?*
In ípſa turba, atque ín peccato máxumo,
Quod uíx ſedatum ſátis eſt, potaſti, ſcelus,

38 *In nati nuptiis.* Liber Bembinus & plerique alii habent, *gnati in nuptiis.* FAERNUS. Noſtri omnes *In nati nuptiis.*

4 *Illud ſis vide Exemplum diſciplinae.* Lege & ſubdiſtingue: *Illuc ſis vide; Exemplum diſciplinae.*

5 *Exemplum diſciplinae.* SY. *ecce autem hic adeſt ſenex*
Noſter. quid ſit? quid tu es triſtis? D. *ohe ſcelus.* Et Bembinus, & omnes fere alii libri, ita ordinant, ut in *adeſt* finiant verſum, & ſequentem incipiant a *ſenex.* & pro *ohe ſcelus,* aliqui, *o ſcelus,* vel *oh* habent ut Bembinus. ita ergo legimus:
Exemplum diſciplinae. SY. *ecce autem hic adeſt*
Senex noſter, quid ſit? quid tu es triſtis?
D. *oh ſcelus.*
Multis autem modis ſuſtentatur hic verſus. FAERNUS.

SY. *eho jam tu verba fundis hic ſapientia?* 7
Aliquot libri, *oh jam* habent; Bembinus *ahe jam.* quam lectionem recipimus, diſtinguendo poſt *jam,* quaſi dicere velit, *ahe jam* deſine: deinde per interrogationem reliqua ſubdendo. FAERNUS. Unus ex noſtris, *Fundas.* Non male.

Tun ſi meus eſſes? Plures & meliores ex noſtris, *Tu ſi meus eſſes,* Recte: continuatur enim oratio, *exemplo omnibus Curarem ut eſſes.* 8

Exemplum omnibus Curarem ut eſſes. Liber Bembinus, *exempla.* ſunt autem *exempla,* exquiſita ſupplicia; hic tamen accipit Terentius *exempla,* pro eo exemplo, quod omnibus datur ex exquiſito ſupplicio alicujus facinoroſi. FAERNUS. 9

Digitized by Google

Quasi ré bene gesta. SY. *sáne nollem huc éxitum.*

ACTUS V. SCAENA II.

DROMO. SYRUS. DEMEA.

DR. *HEUS, Sýre, rogat te Ctésipho ut redeás.* SY. *abi.*
D. *Quid Ctésiphonem hic nárrat?* SY. *nil.* D. *eho, cárnufex,*
Est Ctésipho intus? SY. *nón est.* D. *cur hic náminat?*
SY. *Est álius quidam, páraſitaſter paúlulus:*
Noſtín? D. *iam ſcibo.* SY. *quíd agis? quo abis?* D. *mítte me.*
SY. *Noli ínquam.* D. *non manum ábſtines, maſtígia?*
An tíbi iam mauis cérebrum diſpergam hic? SY. *abit.*
Edepól comiſſatórem haut ſane cómmodum,
Praeſértim Cteſiphóni. quid ego núnc agam?
Niſi dum haé ſileſcunt túrbae, interea in ángulum
Aliquo ábeam, atque edormíſcam hoc uilli. ſíc agam.

ACTUS V. SCAENA III.

MICIO. DEMEA.

M. *PARÁTA a nobis ſúnt, ita ut dixi, Sóſtrata,*
Ubi uís. quiſnam a me pépulit tam grauitér fores?
D. *Ei míhi quid faciam? quíd agam? quid clamem? aút querar?*
O caélum, o terra, o mária Neptuni. M. *ém tibi,*

FAERNUS. Immo *Exemplo*, ut credo, in Bembino fuit. Sic enim legendum eſſe vel puer videat. Noſtri perperam *Exemplum*. Vide ad Eun. V, 4, 18.
Noſſe omnia haec ſaluti eſt adoleſcentibus.

12 *Potaſti ſcelus.* Sic Faernus, & ſic noſtri omnes. Donatus tamen legebat *Potaſtis*; & explicat, *Oratorie Potaſtis dicit, cum unum ebrium cernat.* Fruſtra. Haeſit in ejus exemplari *s* ex verbo ſequenti.

4 *Eſt alius quidam paraſitaſter parvolus.* Sic dedit Faernus; & nihil adnotavit; mirante hoc Victorio Var. Lect. XXXVI, 18; qui teſtatur ibi in Bembino codice *Paululus* haberi, non *Parvolus*; ſic & Noſtri plerique omnes. Livius XXXV, 11. *Equi hominesque* (Numidae) *pauculi & graciles*: ita Plautus alibique. *Parvolus* de aetate etiam dicitur, *Paululus* numquam niſi de ſtatura; ut hic fit.

An tibi mavis cerebrum diſpergi hic? SY. *abiit.* 7
Multi l. s. poſt *tibi*, habent dictionem *jam*. Bembinus ita totum hunc verſum habet:
An tibi jam mavis cerebrum diſpergam hic?
SY. *abit.*
Sane *diſpergam* minacius mihi videtur, quam *diſpergi*; *abit*, quam *abiit*, numeroſius. FAERNUS. Recte hic Bembinus. Unus tantum ex noſtris *Jam*, omnes *Diſpergi*.

Hei mihi quid faciam? Poſt haec verba 3
addendum eſt, *quid agam?* ex libro Bembino, & aliquot aliis, ac Donato, verſuſque ratione. FAERNUS. Duo tantum ex tot noſtris, *Quid agam*; atque id prave poſitum ante *Quid faciam*.

14

Reſciuit omnem rem. id nunc clamat ſcilicet:
Parátae lites: ſúccurrendumſt. D *éccum adeſt*
Communis corruptéla noſtrum liberum.
M. *Tandém reprime iracúndiam, atque ad té redi.*
D. *Repréſſi, redii, mítto maledicta ómnia:*
Rem ipſám putemus. dictum inter nos hóc fuit,
Ex te ádeo eſt ortum, né tu curarés meum,
Neue égo tuum? reſpónde. M. *factumſt, nón nego.*
D. *Cur núnc aput te pótat? cur recipís meum?*
Cur émis amicam, Mício? num quí minus
Mihi idém ius aequumſt éſſe, quod mecúmſt tibi?
Quando égo tuum non cúro, ne curá meum.
M. *Non aéquom dicis,* D. *nón?* M. *nam uetus uerbum hóc quidemſt,*
Communia eſſe amícorum inter ſe ómnia.
D. *Facéte: nunc demum íſtaec nata orátioſt.*
M. *Auſcúlta paucis, níſi moleſtumſt, Démea.*

5 *Id nunc clamat ſcilicet: paratae lites.* In libro Bembino pro *ſcilicet, ilicet* legitur; itaque prius erat & in Victoriano, ſed deinde priore *i* abraſo, remanſit *licet*. Sed *ilicet* videtur etiam legiſſe Donatus, qui in locum ita ait, *ſcilicet paratae lites: videtur & ipſe pertimuiſſe dicendo ſcilicet, & paratae lites.* ex quibus conjicere licet, Donatum non *ſcilicet* legiſſe, quod nullam perturbationem metumve ſignificat, ſed *ilicet*, quod deſperantis adverbium eſt: ut in Eunucho: *Actum'ſt, ilicet periſti* & apud Plautum in Ciſtellaria: *Ilicet, actum'ſt.* FAERNUS.

Id nunc clamat. ilicet. Et ſic Servius ad II Aen. 424. *Ilicet*, inquit, *apud veteres ſignificabat Actum eſt: ut Ter. in Adel. Id nunc clamat. Ilicet.* Bona tamen Bembini Serviique venia, retinemus quod noſtri omnes habent, *Id nunc clamat ſcilicet.* Plane ut And. I, 2, 14. *Id populus curat ſcilicet.* Et hic V, 4, 20. *Meam autem exſpectant ſcilicet.* Illud *Ilicet* ipſa ſententia repudiat. Si enim *Ilicet*, ut reipſa eſt, *Deſperantis* eſt; qui fit, ut proximis verbis dicat *Succurrendum eſt?* quod non eſt deſperantis, ſed confidentis & ſecuri. Atque illud inſuper non eſt nihil; quod ſi *Ilicet* legis, Trochaeum habes in ſede incommoda.

10 *Dictum inter nos hoc fuit.* Melior collocatio eſt in libro Bembino: *dictum hoc inter nos fuit.* FAERNUS.

Dictum hoc inter nos fuit. Sic ex ſolo Bembino dedit Faernus. Et ipſius & mei omnes, *Dictum inter nos hoc fuit.* Recte; ſi ex Arſeos & Theſeos ratione, quae praecipua poetae virtus eſt, etſi parum hodie intellecta, rem dijudices. *Inter nos;* Centies centieſque apud noſtrum pronomina haec, ut apud Graecos Enclitica, accentum in praecedens verbum reflectunt: *Hoc* autem omnino in ictu hic eſſe oportet.

Numqui minus Mihi idem jus aequumſt eſſe, quod mecumſt tibi? Sic Faernus. Variant codices: ſed legendum arbitror: 15

Numqui minus
Mihi jus idem ſit tecum, quod mecumſt tibi?

Tecum ex ipſa Antitheſi neceſſarium videtur; *Idem jus mihi tecum, quod mecum tibi.* Plautus Amphit Prol. v. 76. *Qui minus*
Eadem hiſtrioni ſit lex, quae ſummo viro?

M. *Non aequum dicis.* D. *Non?* M. *Nam vetus verbum hoc quidem eſt.* Donatus totum hoc Micioni tribuit; & ſic codex notae optimae apud G. Fabricium. Noſtri omnes Demeam interponunt. Utrumvis ita ſe commendat; ut neſcias utrum praeferas. 17

Quaeſo facito haec tecum cogites. Plaerique libri habent, *hoc tecum;* Bembinus, *Quaeſo* 22

hoc

Digitized by Google

Principio, si id te mordet, sumptum filii
Quem faciunt, quaeso hoc facito tecum cogites:
Tu illos duo olim pro re tollebas tua,
Quod satis putabas tua bona ambobus fore;
Et me tum uxorem credidisti scilicet
Ductürum: eandem illam rationem antiquam obtine;
Conserua, quaere, parce; fac quamplurimum
Illis relinquas, gloriamque istanc tibi:
Mea, quae praeter spem euenere, utantur sine:
De summa nil decedet: quod hinc accesserit,
Id de lucro putato esse omne. haec si uoles
In animo uere cogitare, Demea,
Et mi et tibi et illis dempseris molestiam.
D. *Mitto rem: consuetudinem ipsorum.* M. *mane:*
Scio: istuc ibam. multa in homine, Demea,
Signa insunt, quibus ex coniectura facile fit:

hoc facito. FAERNUS. Nostri *Facito haec.*

23 *Tu illos duos olim pro re tollebas tua.* Idem liber, pro *duos, duo* habet: ut Virgilius,

Si duo praeterea tales Idaea tulisset Terra viros.

pro *tollebas, tollerabas*, per duo *l* licet mendose, nam debet esse per simplex: *tolerabas* autem, id est, alebas, & sustentabas. Caesar libro tertio belli civilis, *Equos eorum tolerari, reliqua vero jumenta interiisse.* Idem, *ut foliis ex arboribus strictis, & teneris arundinum radicibus contusis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. tollebas* autem de adultis jam filiis non arbitror proprie dici: nec quid legerit hic Donatus, sciri potest: quia tantummodo habet, *pro re tua.* eaque dumtaxat verba exponit. FAERNUS.

Tu illos duo olim pro re tolerabas tua.

Sic Faernus. & *Duo* quidem recte; *Tolerabas* perperam. Nostri omnes *Duos* & *Tollebas*. Charisius p. 101. *Duo, hos duo. Terentius in Adelphis. Tu illos duo olim pro re tollebas tua: Ubi Helenius Acron: Duo pro Duos.* Vides & Libros & Grammaticos veteres *Tollebas* hic exhibere. Nam quod Faernus arbitratur, *Tollebas* de adultis jam filiis non proprie dici; id quidem verum est, sed nihil ad rem. *Olim* enim tollebas, dicit; itaque non de adultis agitur, sed infantibus.

Illis relinquas: gloriam tu istam obtine. Sic dedit Faernus, nescio unde. Quippe omnes nostri, & Edd. vett. *Gloriam tu istanc tibi obtine.* Cum autem versu abhinc altero habuerimus, idque etiam in versus fine, *Rationem antiquam obtine*; nullum mihi dubium est, quin *Obtine* hic additicium sit. Repono: *Fac quam plurimum Illis relinquas, gloriamque istanc tibi.* 28

Ordo & series est, *Quam plurimum relinquas illis, & istanc gloriam relinquas tibi.* Hec. III, 5, 11.

Qui sic sunt, haut multum heredem juvant:
Sibi vero hanc laudem relinquunt, vixit, dum vixit, bene.

Id de lucro putato esse. omnia haec si voles. 31 Nos ex libro Bembino, versusque ratione ita legimus, *Id de lucro putato esse omne, haec si voles.* FAERNUS.

Nostri perperam *Omnia haec* Phor. II, 1, 16.

Quicquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.

Nota hic, *Mea quae praeter spem evenere*, & *Id de lucro putato esse omne*; & deprehendes Poetam suo jure illud e Phormione huc transtulisse.

Signa insunt, ex quibus conjectura facile fit. 36 Repone, *Signa insunt, quibus ex.*

Id metri venustas postulat. Plautus Asin. IV, 1, 20. & saepe alibi,

Quo ex argentum acceperit.

Duo cúm idem faciunt, ſaépe ut poſſis dícere,
Hoc lícet inpune fácere huic, illi nón licet:
Non quó diſſimilis rés ſit, ſet quo is quí facit.
Quae ego in illis eſſe uídeo, ut confidám fore
Ita ut uólumus. uideo eos ſápere, intellegere, ín loco
Ueréri, inter ſe amáre: ſcire eſt líberum
Ingénium atque animum. quó uis illos tú die
Redúcas; at enim métuas, ne ab re ſint tamen
Omíſſiores paúlo. o noſter Démea,
Ad ómnia alia aetáte ſapimus réctius:
Solum únum hoc uitium ſenéctus adfert hóminibus,
Adténtiores ſúmus ad rem omnes, quám ſat eſt:
Quod illós ſat aetas ácuet. D. *ne nimiúm modo*
Bonaé tuae iſtae nós rationes, Mício,
Et túus iſte animus aéquos ſubuortát. M. *tace,*
Non fíet. mitte iam íſtaec: da te hodié mihi:

39 *Non quod diſſimilis res ſit, ſed quod is qui facit.* Idem liber pro *quod* utrobique habet *quo*. liber vero Victorianus poſteriore tantum loco, *ſed quo is qui facit.* FAERNUS. Noſtri *Quod, quod.*

40 *Quae ego eſſe in illis video, ut confidam fore ita, ut volumus.* Donatus ita habet: *quae ego illis ineſſe:* at liber Bembinus, *quae ego ineſſe illis.* qua lectione admiſſa, eſt tribrachus in prima, non elidendo diphthongum in *quae.* omnes vero quotquot ſunt libri, dictionem *ita* poſteriori verſui adſcriptam habent, cujus tamen prima ſyllaba in ſcanſione ad praecedentem pertinet verſum. FAERNUS.

Quae ego illis ineſſe video. Sic a Faerno eſt: ſed vett. Edd. *Quae ego eſſe in illis video.* Codices noſtri omnes, *Quae ego in illis eſſe video.* Recte. Eun. III, 1, 11. *Qui ſal habet, Quod in te eſt.* & V, 8, 63.

Dixin ego in hoc eſſe vobis Atticam elegantiam?

41 *Video eos ſapere.* Dictio *eos* non eſt in libro Bembino, nec ſane verſui, aut ſenſui neceſſaria eſt. FAERNUS. Atqui *Eos* in omnibus fere noſtris eſt, & apprime huc convenit. In Bembino ideo deeſt, quod inter *video* & *ſapere, Eos* abſorptum ſit.

42 *Scire eſt liberum ingenium atque animum.* Ego ſic expoſuerim, Scire licet eorum ingenium atque animum liberalem eſſe & nobilem. Juvenalis:

Tu tibi liber homo, & regis conviva videris.

FAERNUS.

Solum unum hoc vitium adfert ſenectus hominibus. 47 Neſcio unde hoc cepit Faernus: vides *Adfert* in ultima Ictum ſuſcipere. Noſtri univerſi, [*minibus.*

Solum unum hoc vitium ſenectus adfert ho- Recte: *Senectus* diſyllabon eſt, quaſi ſcriberetur *Snectus*, ut *Senex* ſaepiſſime *Snex*. Sic Phorm. II, 3, 87.

Senectutem oblectet: reſpice aetatem tuam.

Subvortat. Noſtri omnes *Subvortant.* Utrumvis probe, & legerim etiam, *Bonae tuae iſtaec*, pro *Iſtae*, ut *Haec* pro *Hae.* 50

Immo de nocte cenſeo. Dictionem *immo* delemus & ex ratione verſus, & ex auctoritate libri Bembini. FAERNUS. 55

Ceterum rus cras cum filio
Cum primo lucu ibo hinc. M. *de nocte cenſeo.*

Sic a Faerno eſt. Et vel hic facile deprehendas correctoris Bembini veſtigium. Noſtri codices univerſi ſic habent:

Cum prima luce ibo hinc. M. *immo de nocte cenſeo.*

Quem-

Expórge frontem. D. *ſcílicet ita témpus fert,*
Faciúndumſt: ceterúm rus cras cum fílio
Cum prímo luci. M. *immó de nocte cénſeo:*
Hodié modo hilarum té face. D. *et iſtam pſáltriam*
Una illuc mecum hinc ábſtraham. M. *pugnáueris.*
Eo pácto prorſum illi álligaris fílium.
Modo fácito ut illam ſérues. D. *ego iſtuc uídero: atque*
Illí fauillae pléna, fumi ac póllinis,
Coquéndo ſit faxo ét molendo: praéter haec
Meridie ipſo fáciam ut ſtipulam cólligat:
Tam excóctam reddam atque átram, quam carbóſt. M. *places.*
Nunc míhi uidere ſápere. atque equidem fílium,
Tum etiám ſi nolit, cógam ut cum illa uná cubet.
D. *Derídes? fortunátus, qui iſto animó ſies:*
Ego ſéntio. M. *ah, pergíſne?* D. *iam iam déſino.*
M. *I ergo íntro; et cui rei eſt, eí rei hunc ſumamús diem.*

Quem verſum cum iſte intelligeret longiorem juſto eſſe; reduxit ad ſenarii menſuram, ejiciendo *Immo*. Atqui, o iſte, illud *Immo* retinendum erat, quo vix carere poteſt ſententia; ejicienda autem *Ibo hinc*, quibus libenter caret. Repone, *Ceterum rus cras cum filio*
Cum primo luci. M. *immo de nocte cenſeo.*
Longe aptius & iracundius eſt, ut *Ibo hinc* ſubintelleguntur quam exprimantur. Et ſic Donatus: *Cum primo lucu: ἀποσιώπησις. Lucu* quidem nunc apud Donatum ſcribitur: ſed rectum eſt *Luci* ut codex G. Fabricii hic in textu habuit. Ita Chariſius ex Siſenna laudat, *Luci* adverbium *i* litera terminatum ut *Mani*. & ſic ſaepe apud Plautum; numquam autem *Lucu*.

56 *Hodie modo hilarum fac te.* DE. *Et iſtam pſaltriam.* Lege ex tribus noſtris *Hilarum te face*; ceteri *Te fac.*

58 *Illic alligaris filium.* Ex iiſdem & Donato, *illi* adverbialiter. FAERNUS. *Illi*, id eſt, *Rure.*

Ego iſtuc videro,
60 *Atque illi favillae plena, fumi, & pollinis.* Codex noſter veterrimus cum altero Regio: *Atque ibi favillae.* Cum autem ceteri omnes habeant *Illi* vel *Illic*; apponemus potius *Atque* priori verſui, ſic ut *At* priori detur, *Que* poſteriori. *Ego iſtuc videro, atque*
Illi favillae.

Sic alibi ter quaterque. Atque hoc longe melius, quam ut ſecundam in *Favillae* corripiamus, quod quidam facit.

Platet. Malim, *Places:* ut ſaepe alibi haec 63
permutantur.

Cogas ut cum illa una cubet. Huic verſui 65
laboranti, liber Bembinus & Baſilicanus, & alii plerique antiqui, qui habent *cogam*, ſuccurrunt. *cogam* autem exponendum pro, cogerem ſi ego eſſem tu. FAERNUS. Quinque ex noſtris *Cogam*. Certiſſima lectio *Cogam* quia *Equidem* praeceſſit, quod primae tantum perſonae tum jungebatur.

Fortunatus, qui iſtoc animo ſies. Lege, ut 66
habet liber Bembinus, *iſto*, & nullum ſcrupulum patietur hic verſus. aut ſi *iſtoc* legis, conſtitue anapaeſtum in quarta, eliſo *s* ex *fortunatus*, & ex *iſtoc*. FAERNUS. Vel lege, *Qui iſto animo ſies*, vel *Qui animo iſtoc ſies.*

I ergo intro, & cui opus eſt rei, ei rei hilarem 68
hunc ſumamus diem. Hic octonarius unicus poſt tot ſenarios non placet mihi. in libro Vaticano, Baſilicano, & Bembino ſenarius eſt, ut ceteri, hoc modo:
I ergo intro, & cui rei eſt, ei rei hunc ſumamus diem.

ACTUS V. SCAENA IV.

DEMEA.

NŪMQUAM ita quiſquam béne ſubducta rátione ad uitám ſuat,
Quín res, aetas, úſus ſemper áliquid adportét noui;
'Aliquid moneat, út illa quae te ſcíre credas, néſcias;
'Et quae tibi putárīs prima, in éxperiundo ut répudies:
Quód nunc mi euenít: nam ego uitam dúram, quam uixi úſque adhuc,
Própe decurſo ſpátio omitto. id quámobrem? re ipſa répperi,
Fácilitate níhil eſſe homini mélius neque cleméntia.
'Id eſſe uerum, ex me átque ex fratre cuíuis facileſt nóſcere.
'Ille ſuam ſemper égit uitam in ótio, in conuíuiis:
Clémens, placidus, núlli laedere ós, adridere ómnibus:
Síbi uixit: ſibi ſúmptum fecit: ómnes benedicúnt, amant.
'Ego ille agreſtis, ſaéuus, triſtis, párcus, truculentús, tenax

In hoc verſu, *ei* monoſyllabum eſt, & *rei* utrobique. eaque per ſynaloepham ſyllaba elidítur. abſolute autem dictum eſt, *cui rei eſt*, & ſubintelligendum *dies*. ut ſit cui rei dies hic dicatus eſt, vel deſtinatus, vel aliquid tale. FAERNUS. Hoc recte: noſtri omnes mendoſe.

1 *Numquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam ſuit.* Occultiſſimum hic diu latuit mendum, quod, cum indicavero, auferam. *Numquam quiſquam Fuit, quin res aetas Adportet, Moneat.* Atqui ſi *Fuit* hic ſcripſit, dixiſſet utique *Adportaret, Moneret*; vel *Monuerit*; ut Eun. V, 9, 82.

Numquam etiam fui *uſquam*, quin *me omnes* amarint *plurimum*.

Adel. II, 2, 13. *Ego numquam adeo aſtutus* fui, Quin, *quicquid poſſem*, mallem *auferre potius in praeſentia*.

Lege igitur hic, *Numquam quiſquam Fuat*; etiam ſenſu commodiore, hoc eſt, *Eſſe poſſit*. Hec. IV, 3, 4. *Fors ſuat pol. Fuam, fuas, fuat* Plautus paſſim: Merc. V, 2. 3.

Ecquiſnam deus eſt, qui mea nunc laetus laetitia fuat?

Nonius v. ſubducere *Fuit* habet; etiam veteres ibi membranae.

4 *Et quae tibi putaris prima, in experiundo repudies.* Bembinus liber, & Decurtatus ante *repudies* habet adverbium *ut*, in Victoriano quoque, inſtar ejus dictionis abraſum eſt. FAERNUS. A noſtris abeſt.

Quod mihi nunc evenit. Contrahe *mihi* in unam ſyllabam, eamque poſt *nunc* colloca ex libro Bembino & aliis antiquis. ita ſtabit trochaicus. FAERNUS. Sic & noſtri plerique. 5

Prope jam excurſo ſpatio mitto. Sic codices univerſi: ſed Priſcianus quinquies hoc citat, p. 788, 790, 922, 1133, & 1159, & ubique legit *Decurſo ſpatio*. Recte. Correctorum hoc olim facinus; qui ut verſui conſulerent, *Excurſo* interpolabant; cum potius ejiciendum eſſet *Jam:* 6

Prope decurſo ſpatio omitto. id quamobrem?

Omitto ex tribus noſtris accipio, concinnitatis cauſa. *Decurſo ſpatio*, Plautus, Lucretius, Cicero, alii; *Excurſo* nemo dixit, neque adeo dicere potuit. Cum enim *Excurrere* numquam tranſitivum ſit, nec caſum accuſativum poſt ſe capiat; nullo modo participium paſſivum *Excurſus, ſa, ſum* inde formari poteſt.

Facilitate nihil homini eſſe melius. Nos ex o. l. s. ita collocamus, *nihil eſſe homini*. FAERNUS. Ita & noſtri omnes. 7

Porro autem, dum ſtudeo. Non facile ſtat hic verſus, niſi licentiis ſuſtentatus, quarum neceſ- 14

Digitized by Google

Dúxi uxorem: quam ibi miſeriam uídi? nati fílii,
'Alia cura: heia aútem, dum ſtudeo íllis ut quamplúrimum
Fácerem, contriui ín quaerundo uítam atque aetatém meam:
Núnc exacta aetáte hoc fructi pró labore ab eís fero,
'Odium: ille alter ſíne labore pátria potitur cómmoda:
'Illum amant, me fúgitant: illi crédunt conſilia ómnia:
'Illum diligúnt: aput illum ſúnt ambo, ego deſértus ſum:
'Illum ut uiuat óptant, meam autem mórtem exſpectant ſcílicet.
'Ita eos meo labóre eductos máxumo, hic fecít ſuos
Paúlo ſumptu: míſeriam omnem ego cápio; hic potitur gaúdia.
'Age nunc iam, experiámur porro cóntra, ecquid ego póſſiem
Blánde dicere aút benigne fácere, quando huc próuocat.
'Ego quoque a meís me amari et mágni pendi póſtulo.
Si íd fit dando atque óbſequendo, nón poſteriorés feram.
Déerit: id mea mínume refert, quí ſum natu máxumus.

neceſſitatem evitabit qui pro *porro, heia* legerit, ut in libro Bembino & Victoriano eſt, ut ſit vox ſeipſum vel hortantis ad enumeranda, quae reſtant; vel de uxore ducta reprehendentis: aut quod aetatem contriverit in quaerendo, eſt enim *heia* adverbium corripientis, teſte Donato in commentariis in Hecyram, ſuper eo loco, *Nunc video in illarum poteſtate eſſe te.* ſane amat haec interjectio jungi cum adverbio *autem.* Plautus in Amphitryone: *Heia autem inimicos?* FAERNUS. Recte *Heia.* Noſtri mendoſe *Porro.*

16 *Pro labore ab iis fero.* Noſtri codices *His.* Lege *Eis,* ut Dactylus ſit in iſta ſede, non Trochaeus.

20 *Meam autem. Meam autem* in duas ſyllabas contrahitur, ut *Tum autem, Tuam autem.* Et monſtri ſimile eſt, exſtitiſſe aliquem, qui in his & ſimilibus diceret *Autem* primam corripere.

23 *Age, age, nunc experiamur contra haec quid ego poſſiem.* Poſſet hic verſus utcumque ſuſtentari, melius tamen habet in Bembino,

Age, age, nunc jam experiamur porro contra, & quid ego poſſiem.

ita trochaicus optime procedit, vel attribuendo primam ejus ſyllabam praecedenti, vel ex *quid d* elidendo. FAERNUS.

Age, age, nunc jam experiamur porro contra & quid ego poſſiem.

Sic ex Bembino ſuo dedit Faernus, verſu repugnante; quocumque ſe ille verterit. Ex noſtris unus Regius, *Experiar*; & ſic unus ex Palatinis apud Pareum. Sic igitur legas & diſtinguas:

Age, age nunc jam: experiar porro contra, ecquid ego poſſiem:

Experiar Indicativus Futurus. And. V, 2, 25.

Age nunc iam: ego pol hodie, ſi vivo, tibi Oſtendam, quid herum ſit pericli fallere.

Phorm. III, 3, 26.

Solae triginta minae. Age, age, inventas reddam.

Donatus tamen magis comice dici putat *Experiamur,* quam ſi diceret *Experiar.* Qui hoc probat, legere poſſit, *Age nunc jam, experiamur*; deleto priore *Age.* Atque in iſto numero ego ſum.

Quando eo provocat. Donatus, & liber Victorianus, ac Decurtatus pro *eo,* habet *huc:* quam lectionem Rivius in multis Terentii libris aſſerit inveniſſe. Bembinus vero *hoc,* antiquorum more pro *huc*; quod & placet. FAERNUS. Noſtri *Eo.* Utrumque probe, & *Eo* & *Huc. Provocat,* in certamen vocat: Plautus Curc. II, 3, 76. 24

Provocat me in aleam, ut ego ludam.

ACTUS

ACTUS V. SCAENA V.

SYRUS. DEMEA.

SY. *HEUS, Démea, rogat fráter ne abeas lóngius.*
D. *Quis homo? ó Syre noſter, ſálue: quid ſit? quíd agitur?*
SY. *Recte.* D. *óptumeſt. iam núnc haec tria primum áddidi*
Praetér naturam, o nóſter, quid ſit? quíd agitur?
Seruum haút inliberálem praebes te: ét tibi
Lubéns bene faxim. SY. *grátiam habeo.* D. *atquí, Syre,*
Hoc uérumſt, et ipſa re éxperiere própediem.

ACTUS V. SCAENA VI.

GETA. DEMEA.

G. *ERA, ego húc ad hos prouíſo, quam mox uírginem*
Accérſant. ſet eccum Démeam. ſaluós ſies.
D. *O, quí uocare?* G. *Géta.* D. *Geta, hominem máxumi*
Preti te eſſe hodie iúdicaui animó meo:
Nam is míhi profecto eſt ſéruos ſpectatús ſatis,
Cui dóminus curaeſt: íta uti tibi ſenſí, Geta.
Et tíbi ob eam rem, ſíquid uſus uénerit,
Lubéns bene faxim. méditor eſſe adfábilis,

1 *Era, ego hinc ad hos proviſam.* Placet mihi lectio libri Bembini: *era, ego huc ad hos proviſo.* Baſilicanus *hunc.* FAERNUS.
Duo noſtri veterrimi *Huc:* ceteri *Hinc.* Recte *Huc:* ſic alibi, *Poſt huc continuo exeo.* Eun. III, 1, 4. *Huc proviſo.* Noſtri hic *Proviſam:* etiam recte, ut Plautus Men. V, 1, 4.
Proviſam, quam mox vir meus redeat domum.

4 *Pretii eſſe te.* Liber Bembinus *pretii te eſſe.* FAERNUS. Recte *Preti te eſſe hodie.* Noſtri omnes, *Pretii eſſe te hodie:* & eo pacto, *Preti* totum in Theſi occultabitur.

5 *Nam is mihi eſt profecto.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, verbum *eſt* habent poſt *profecto.* FAERNUS. Noſtri univerſi, *Eſt profecto,* ut *Mihi* ſit monoſyllabon *Mi.*

6 *Ita ut tibi ſenſi Geta.* Ex libro Bembino lege *uti.* & melius verſus procedet. FAERNUS. Noſtri perperam *Ut tibi.*

Occiduntne quidem. In libro Bembino pro *quidem* eſt *equidem.* ita ſtat verſus ſine ulla licentia. ſi quis tamen retinere velit vulgatam lectionem, oporteret ex *quidem m* elidere. FAERNUS. Atqui id ſollemne eſt, *Quidem* poſtremam corripere ante conſonantem. *Equidem occidunt,* ea aetate inauditum erit. Etiam ultra Auguſti ſaeculum perduravit mos, non niſi primae perſonae *Equidem* jungi. 1

Student facere, in apparando conſumunt diem. Credo elidi *n* ex *in,* ut ſecundus pes ſit anapaeſtus. FAERNUS. Immo *Student* utramque corripit; ut in primo verſus pede ſolens eſt. 2

Verum hoc mihi mora eſt. Liber Victorianus *morae.* 5

Et béne procedit. G. *bónus es cum haec exíſtumas.*
D. *Paulátim plebem prímulum fació meam.*

ACTUS V. SCAENA VII.

AESCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.

AE. *OCCI'DUNT me quidem, dúm nimis ſanctas núptias*
Student fácere; in apparándo conſumúnt diem.
D. *Quid ágitur, Aeſchine?* AE. *ehém, pater mi, tu híc eras?*
D. *Tuus hércle uero et ánimo et naturá pater;*
Qui té amat plus quam hoſce óculos. ſet cur nón domum
Uxórem accerſis? AE. *cúpio: uerum hoc míhi moraeſt*
Tibícina, et hymenaéum qui cantént. D. *eho,*
Uin tu huíc ſeni auſcultáre? AE. *quid?* D. *miſſa haéc face,*
Hymenaéum, turbas, lámpadas, tibícinas:
Atque háne in horto máceriam iube dírui
Quantúm poteſt: hac tránſfer: unam fác domum:
Tradúce et matrem et fámiliam omnem ad nós. AE. *placet,*
Patér lepidiſſime. D. *eúge, iam lepidús uocor.*
Fratri aédes fient péruiae: turbám domum
Addúcet, ſumptum admíttet: multa: quíd mea?
Ego lépidus ineo grátiam. iube núnc iam
Dinúmeret ille Bábylo uigintí minas.

moraе. poſtea diphthongo ſuperſcriptum eſt *a.* contra in Bembino, cum prius eſſet *morá'ſt* ſuperadditum eſt *e*, ut ſit vel *mora eſt*, vel *moraeſt*, quod poſterius placet. FAERNUS. Olim, cum nullum inter verba, ut nunc contra fit, ſpatium relinqueretur vacuum; *mora eſt*, & *moraе ſt*, niſi a prudente lectore, diſtingui non poterant.

9 *Hymenaeum, turbam.* Donatus & liber Bembinus, *turbas.* FAERNUS. Noſtri plerique omnes, *Turbam, hymenaeum.* Unus ex Regiis *Turbas, hymenaeum.* Servius ad Aen. X, 432. *Turbas.*

15 *Et ſumptum admittet.* Idem liber, *ſumptum amittet*, deleta in eo conjunctione &. quam & reſpuit verſus. FAERNUS. Noſtri male addunt *Et*; ſed plerique recte habent, *Admittet*; non ut Faernus dedit, *Amittet.*

17 *Dinumeret Babylo ille viginti minas.* Bembino libro hic finienti plura folia deficiunt, Donatus legit *Dinumeret illi Babylo:* quam lectionem aliqui etiam libri Terentii habent; quae & numero magis ſervit. FAERNUS.

Jube nunc jam
Dinumeret illi Babylo viginti minas.

Codices plerique *Ille*, & Scholiaſtes Juvenalis. Hac lectione adſcita, ſic locum, qui neminem non exercitum habuit, explicare aggrediar. Neminem hic alloquitur Demea: averſus hoc dicit, ut illa priora, *Sumtum admittet, Ego lepidus ineo gratiam.* Patet hoc; quia nemo obtemperat, nemo exit; nec quicquam poſtea de viginti iſtis minis inaudimus. De praeterito loquitur Demea; in animo adhuc habet xx minas, quas pro pſaltria ſolverat Micio: IV, 7, 24.

Corrector! nempe tua arte viginti minae
Pro pſaltria periere.

Hic

Syre, céſſas ire ac fácere? SY. *quid ego?* D. *dírue.*
Tu illás abi et tradúce. G. *di tibi, Démea,*
Benefáciant, cum te uídeo noſtrae fámiliae
Tam ex ánimo factum uélle. D. *dignos árbitror.*
Quid tú ais? AE. *ſic opínor.* D. *multo réctiuſt,*
Quam illám puerperam hác nunc duci pér uiam
Aegrótam. AE. *nil enim uídi melius, mí pater.*
D. *Sic ſóleo. ſet eccum Mício egreditúr foras.*

ACTUS V. SCAENA. VIII.

MICIO. DEMEA. AESCHINUS.

M. *IUBET fráter? ubi is eſt? tún iubes hoc, Démea?*
D. *Ego uéro iubeo, et hác re et aliis ómnibus*
Quam máxume unam fácere nos hanc fámiliam;
Colere, ádiuuare, adiúngere. AE. *ita quaeſó, pater.*

Hic ergo fratrem ulciſcitur; aliam familiam domum ejus adducit, pervias ei aedes facit, aſſidue eum exedendum exponit: & inſultans, Age nunc, inquit, dinumeret ille Babylo, ille prodigus, xx minas pro pſaltria; parem ei gratiam nunc refero. Nam quod *Jube* perinde hic eſt atque *Age*, vidit olim Donatus, qui ſic ad locum: *Inſultantis eſt verbum* Jube: *apud ſe hoc dicit: nimis morale eſt, cum de abſente, tamquam de praeſente agimus: Eſt autem* Jube nunc jam *figura, etiam apud Plautum frequentiſſima.* Recte. Tranio ſervus, Moſt. II, 1, 79. de hero peregre advenicnte, qui ab aedibus abſterrendus erat,

Jube venire nunc iam;
Ludos ego hodie vivo praeſenti huic ſeni
Faciam, quod credo mortuo numquam fore.

Ubi *Jube nunc jam venire* eſt inſultantis, provocantis. idem quod *Age veniat, Sine veniat.* Rud. III, 4, 3.

—Iſtuc voluerámus. jube modo accedat prope.

Ubi *Jube modo* eſt *Age ſine* accedat. *Babylo* autem ſive Babylonius pro prodigo & profuſo ponitur; quia Medi & Perſae tum omnium ditiſſimi & luxurioſiſſimi. Donatus: *Fratrem Babylonem vocat Demea, ob nimiam liberalitatem, ut nimis prodigum.* Scholiaſtes Juvenalis: ad III, 221. *Meliora & plura reponit Perſicus orborum lautiſſimus. Perſicum quaſi divitem poſuit; eo quod Perſae diviteſt ſic Horatius, Perſicos odi, puer, apparatus: Terentius, Dinumeret nunc ille Babylonias.* Sic editum: ſed dedit auctor, *Babylo* xx *minas.* Ceterum, ſi quis de novo ſumptu quem jam in familia tranſducenda impendi neceſſe erat, hoc accipere malit; non repugno; nec eo minus illa quae dixi etiam iſti interpretationi inſervient.

SY. *quid ago?* DE. *dirue.* Alii libri, *quid agam?* alii, *quid ago?* alii & ex his aliquot antiqui, *quid ego?* habent. quod poſtremum puto eſſe corruptum, a *quid ergo;* quod in libro vetuſto ſe legiſſe aſſerit Rivius. FAERNUS. Immo *Quid ego* vera lectio eſt; quam unus tantum ex noſtris habet: ceteri *Ago, Agam. Quid ego?* ſubaudi *Faciam.* 18

Quam illam puerperám nunc duci huc per viam. Concinnius noſtri *Hac nunc duci. Hac,* per Scenam ſcilicet, quae ipſa platea eſt. 23

Et in hac re & aliis omnibus. Deme prae- poſitionem *in,* ex fide omnium fere librorum. FAERNUS. Unus tantum ex noſtris recentior *In* habet. 2

Primum hujus uxoris eſt mater. M. *eſt. quid poſtea?* In reſponſione Micionis delemus verbum *eſt.* quod in nullo legitur l. s. & verſus melius 6

Digitized by Google

M. *Haut áliter cenſeo.* D. *ímmo hercle ita nobís decet:*
Primum huius uxori eſt máter. M. *eſt. quid póſtea?*
D. *Proba ét modeſta.* M. *ita áiunt.* D. *natu grándior.*
M. *Scio.* D. *párere iam diu haéc per annos nón poteſt:*
Nec qui eám reſpiciat, quíſquam eſt: ſola eſt. M. *quam híc rem agit?*
D. *Hanc te aéquum eſt ducere: et té operam ut fiát dare.*
M. *Me dúcere autem?* D. *té.* M. *me?* D. *te inquam.* M. *inéptis.* D. *ſi tu ſís homo,*
Hic fáciat. AE. *mi patér.* M. *quid tu autem huic, áſine, auſcultas?* D. *níhil agis:*
Fieri áliter non potéſt. M. *deliras.* AE. *ſine te exorem, mí pater.*
M. *Inſánis? aufer.* D. *áge, da ueniam fílio.* M. *ſatin ſánus es?*
Ego nóuus maritus ánno demum quínto et ſexagéſimo
Fiam, átque anum decrépitam ducam? ídne éſtis auctorés mihi?
AE. *Fac: prómiſi ego illis.* M. *prómiſti autem? dé te largitór, puer.*
D. *Age, quíd ſi quid te máius oret?* M. *quáſi ſi hoc non ſit máxumum.*

melius procedet. ſed & ſic quoque, aut *hujus* monoſyllabum eſt, aut *s* eliſo, poſterior ejus ſyllaba per ſynaloephen abjicitur. FAERNUS.

Primum hujus uxoris éſt matér. Quid poſtea? Vides, quam *bene procedat* verſus, cum iſto accentu. Facilis erat & promta emendatio:

Primum hujus uxori eſt máter. Eſt, quíd poſtea?

Ita unus ex noſtris; neque aliter Latine dicas. *Eſt* repetitur, ut And. IV, 4, 30. *Eſt Simo intus? Eſt.* Ceterum hic Donatus: *Proba & modeſta: Vide laudes conſiliatoribus inventas & uſitatas.* Lege, *Conciliatoribus ſuetas.* (*iuētas, ſuetas.*)

8 *Parere jam diu per annos haec non poteſt.* Aliam collocationem verſui congruentem habent o. l. s. & Donatus,

Parere jam diu haec per annos non poteſt. FAERNUS. Sic & Noſtri.

12 *Hic faciet,* Placet mihi *faciat,* ut & Donatus legit, & omnes fere l. s. & Baſilicanus habent. item ex Donato lege *aufer,* ſine pronomine *te.* FAERNUS.

Tres ex noſtris veterrimi *Faciat:* alii plerique *Faciet:* nullus vero *Aufer* agnoſcit. Iterum hic videas duas correctorum factiones: Quidam ſic, quod libros noſtros occupavit.

Inſánis. Age da véniam quaeſo filio. Satin ſánus es. Alii ſic,

Inſánis, aufer. Age da veniam filio. Satin ſanus es.

Hi *Aufer* ejecerunt, ut numeris conſulerent, illi *Quaeſo.* Placet *Aufer* abſolute poſitum: ut Phorm. III, 3, 26. *Auferte.* Horat. II Serm. II, 43. *Aufer Me voltu terrere.* Sic hic, *Aufer,* ſubintellige me orare, me amplexari. Donatus: *Aut Te deeſt aut Manum.*

Quid tu huic aſino auſcultas? Plerique libri poſt *quid tu,* addunt adverbium *autem.* nos verſus hos, in o. l. confuſos, ita digerimus: Ib.

M. *Me ducere autem?* DE. *te.* MI. *me?* DE. *te inquam.* MI. *ineptis.* DE. *ſi tu ſis homo,*
Hic faciat. AE. *mi pater.* MI. *quid tu autem huic aſine auſcultas?* DE. *nihil agis.*
Fieri aliter non poteſt. MI. *deliras.* AE. *ſine te exorem, mi pater.*
MI. *Inſanis? aufer.* DE. *age, da veniam filio.*
MI. *ſatin ſanus es?*
Ego novus maritus anno demum quinto & ſexageſimo.

Sunt hi octonarii Iambici acatalectici, in quorum quarto ex *ſatin* eliditur *n:* in quinto ex *novus s;* ut primus pes ſit tribrachus, ſecundus anapaeſtus. FAERNUS.

Quaſi hoc non ſit maximum. O. fere l. s. *quaſi non hoc.* ita octonarius optime conſtat. FAERNUS. 18

Quaſi non hoc ſit maxumum.

D. *Da uéniam.* AE. *ne gravâre.* D. *fac, promítte.* M. *non omíttitis?*
AE. *Non, níſi te exorem.* M. *uís eſt haec quidem.* D. *âge prolixe, Mício.*
M. *Etſi hóc mihi prauum, inéptum, abſurdum, atque álienum a uitá mea*
Uidétur: ſi uos tántopere iſtuc uóltis, fiat. AE. *béne facis.*
D. *Meritó tuo te amo. uérum.* M. *quid?* D. *ego dícam, hoc cum fit quód uolo.*
M. *Quid núnc? quid reſtat?* D. *Hégio hic eſt hís cognatus próxumus:*
Adfínis nobis; páuper: bene nos áliquid facere illi decet.
M. *Quid fácere?* D. *agelli eſt híc ſub urbe paúlum quod locitás foras:*
Huic démus qui fruátur. M. *paulum id aútem eſt?* D. *ſi multúmſt, tamen*

Mirum profecto *omnes fere* Faerni *libros* ſic habuiſſe; cum noſtri univerſi habeant, *Quaſi hoc non ſit.* Recte; modo ſyllabam quae exciderat, huc revoces:

Quaſi ſi hoc non ſit maxumum.

Vide ſupra IV, 7, 21. Plaut. Caſ. Prol. v. 46.

Quaſi ſi eſſet ex ſe nata non multo ſecus.

Ita *Niſi ſi* apud Noſtrum paſſim. *Hoc non*, ut Heaut. III, 2, 16. *At quaſi* is non *divitiis Abundet.* Hec. I, 2, 35. *Quaſi* tu non *multo malis.*

19 *Age da veniam.* AE. *ne gravere.* DE. *fac. promitte.* M. *non omittis?* Verbum *age* delendum; nec enim in ullo l. s. eſt, & impedit verſum, qui ne ſic quidem mihi ſatisfacit: remanet enim Iambicus tetrameter catalecticus, cum alii ſint acatalectici. cujuſmodi erit & hic verſus, ſi pro *omittis* legatur *omittitis*, ut in omnibus antiquis libris eſt, & nonnullis recentibus: ſed quia poteſt nonnullis videri contra hanc lectionem facere, quod in ſingulari ſequitur *exorem*, cogitetur, ita in comoediis induci multos rogare, ut ad unum pertineat exorare: ut in Heautontim. pro Clitiphone rogans Menedemus ad Chremetem dicit, *Da veniam Chreme. ſine te exoret.* ita hic *non omittitis*, quia multi rogabant; *exorem* vero, quia hoc proprie ad Aeſchinum pertinebat. FAERNUS.

Vetuſtiores quoque noſtri *Omittitis:* Recte procul dubio. Sed neque illud omittendum. noſtros omnes habere hic, *Ne gravare*, non, ut Faernus dedit, *Ne gravere.* Sic alibi ſaepe, *Ne nega, Ne crucia te*, &c.

20 AE. *non niſi exorem.* Ex ratione verſus & o. l. s. adde pronomen *te*. poſt *niſi*. FAERNUS. Omnes etiam noſtri *Te* addunt.

Atque alienum a vita mea videtur. Reponimus *videtur*, ex o. l. s. FAERNUS. Noſtri itidem *Videtur.* 22

AE. *Bene facis,*
Merito te amo. DE. *Verum quid ego dicam? hoc conſit quod volo.* 25
Quid nunc quod reſtat. Hegio his eſt cognatus proxumus.

Donatus: *Hoc conſit quod volo: Perficitur, inquit, quod volo; ut ſumptum & turbam demum recipias Micio, & ego ineam gratiam.* Idem hinc citat *Conſit* ad Andr. I, 1, 140. Ergo Demea haec ſecum & averſus loquitur. Prorſus inepte. Noſtri univerſi *Cum fit*, pro *Conſit*. Unus ex Regiis *Quid reſtat?* non *Quod*. Lege, & ſuis ſingula perſonis redde.

AE. *Bene facis.*
DE. *Merito tuo te amo. Verum.* MI. *quid?* DE. *ego dicam, hoc cum fit, quod volo.*
MI. *Quid nunc? quid reſtat?* DE. *Hegio hic eſt his cognatus proxumus.*

Cum uterque tandem exoraſſent, uterque gratias agunt, Aeſchinus, *Benefacis:* Demea, *Merito tuo te amo.* & *Verum* addit, quaſi novum quid incepturus. Micio interpellat, *Quid?* inquiens. *Ego dicam*, reſpondet Demea, *Cum hoc quod volo* & in animo habeo perficitur. Cui iterum Micio, *Quid nunc? quid reſtat?* Anne aliquid amplius poſt meas nuptias adhuc deſignas? Immo, ait Demea, *Hegio hic* &c. Ceterum *Mérito te amo* &c. Trochaicus inter Iambicos, nulla cauſa. Lege, *Meritó tuo te amo.* Sic Eun. III, 2. *Ecquid nos* amas? *Plurimum* merito tuo. Etiam, pro *Hegio his eſt*, noſtri univerſi *Hegio eſt his.* Repone, ne hiet verſus, ceſſante Synaloepha.

Hegio hic eſt his cognatus proxumus.

Hegio hic, moraliter & ex conſuetudine, ut Heaut. V, 5, 21. *Archonidi hujus filiam.* Supra

Faciúndum eſt: pro patre huíc eſt; bonus eſt; nóſter eſt; rectè datur.
Poſtrémo nunc meúm illud uerbum fácio, quod tu, Mício,
Bene ét ſapienter dixti dudum, Uítium commune ómnium eſt, 30
Quod nímium ad rem in ſenécta attenti ſúmus. hanc maculam nós decet
Effúgere: dictum eſt uére, et re ipſa fieri oportet, Mício.
M. *Quid iſtic? dabitur quídem, quando hic uolt.* AE. *mi pater.* D. *núnc tu mihi,*
Mício, es germánus pariter ánimo ac corpore. M. *gaúdeo.*
D. *Suó ſibi gladio hunc iúgulo.* 35

pra IV, 2, 42. *Scin Cratini hujus dicis aedes?* Plaut. Trin. II, 2, 78.

Lesbonico huic adulescenti Charmidae hujus filio. Potes tamen & vulgatam lectionem tueri, *Hegió eſt*; cum vocalis iſte ſit longa longior, par Graeco ων, Ηγίων. Sic Phorm. III, 2, 1. *Dorió, audi obſecro,* abſque ſynaloepha.

26 *Agelli hic ſub urbe eſt paululum quod locitas foris.* O. l. s. hunc ordinem verborum habent: *Agelli eſt hic ſub urbe paululum.* unus tantum habet *paulum*, ut ratio verſus expoſcit, licet & illo altero quoque modo utcunque verſus ſuſtentari poſſit. ſane pro *foris*, liber Vaticanus & Donatus habent *foras*. FAERNUS. Idem verborum ordo in noſtris: quorum alii *Foris* habent, alii *Foras*. Utrumque agnoſcit Donatus; ſed ut *Foras* malit. Recte.

27 *Si multum ſit, tamen.* In aliquot antiquis libris ita legitur, *& ſi multum eſt, tamen*, alicubi, *ſi multum ſit, tamen*. In aliis recentibus legitur, *ſi multum ſit, faciundum eſt*; quod ſtare non poteſt. Ceterum admiſſa lectione antiqua in hunc modum, *ſi multumſt, tamen:* verſus eſt tetrameter acatalecticus, ut ceteri. FAERNUS.

Paululum id autem? ſi multumſt, tamen. Noſtri omnes *Id autem eſt?* Unus vetuſtus *Paulum*; ut verſus ipſe poſtulat. *Tamen* nullus habet, praeter duos recentiores. *Si multum ſiet*, alii duo.

29 *Poſtremo non meum illud verbum facio.* Quod Palmerius & Gulielmus ex conjectura olim dederant, *Poſtremo nunc meum*; id clare habet codex Regius Chartaceus ex veterrimo quodam tranſcriptus. Recte: & fruſtra receptam explicare conantur.

Effugere, dictum eſt vere. Hujus & ſequentium verſuum ordinatio difficilis eſt: quae in hunc modum videtur poſſe fieri, 32

Effugere dictum eſt vere, & re ipſa fieri oportet.
MI. *Quid iſtic? dabitur quandoquidem hic volt.* AE. *mi pater.*
DE. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo.* MI. *gaudeo.*
DE. *Suo ſibi gladio hunc jugulo.*

Ut primi duo ſint trimetri Iambici: prior quidem hypercatalecticus, poſterior acatalecticus, tertius trochaicus tetrameter catalecticus: cujuſmodi generis eſt & ſequens, conſtans ex duobus hemiſtichiis, uno in fine hujus ſcaenae; altero in principio ſequentis. ſane in his verſibus haec mutavimus, quod pro *iſtuc* fecimus, *quid iſtic?* quod aegre conſentientis eſt, ut ſaepe alibi: & pro *quidem quando, quandoquidem* ex libro Victoriano: & pro *hunc gladio jugulo*, collocavimus ex o. fere l. s. & Donato, *gladio hunc jugulo*. FAERNUS.

Non bene ſucceſſit Faerno ſequentium verſuum ordinatio. Nos alio modo conſtituemus: deinde ſingulorum rationem reddemus;

Effugere: dictum eſt vere, & re ipſa fieri oportet, Micio.
M. *Quid iſtic? dabitur quidem, quando hic volt.* AE. *Mi pater.* D. *Nunc tu mihi,*
Micio, es germanus pariter animo ac corpore.
M. *Gaudeo.*

In primo verſu *Micio* excidit; quia ſequebatur *Micio*, nota perſonae locuturae. *Quidem, quando*, noſtri univerſi: Faernus maluit *Quandoquidem*; ut vitaret eliſionem in *Quidem*; quod tamen omnium frequentiſſimum eſt. In verſu tertio, iterum excidit *Micio*, abſorptum ſcilicet a praecedente *Mihi*. Poſtremo pro *Corpore & animo*, noſtri omnes, unico mediocri excepto, *Animo & corpore*. Lege *Ac*, & ſententiam claram habes; *Nunc*, cum hoc

ACTUS V. SCAENA IX.

SYRUS. DEMEA. MICIO. AESCHINUS.

SY. —— *FACTUM eſt quód iuſſiſti, Démea.*
D. *Frúgi homo es. ego édepol hodie meá quidem ſenténtia*
Iúdico Syrum fíeri eſſe aequum líberum. M. *iſtunc líberum?*
Quódnam ob factum? D. *múlta.* SY. *o noſter Démea, edepol uír bonus's:*
'Ego iſtos uobis úſque a pueris cúraui ambos ſédulo;
Déxui, monui, béne praecepi ſémper, quae potui ómnia.
D. *Rés apparet. ét quidem porro haec, obſonare cúm fide,*
Scórtum adducere, ápparare dé die conuíuium:
Nón mediocris hóminis haec ſunt óffícia. SY. *o lepidúm caput.*
D. *Póſtremo, hodie in pſáltria iſta emúnda hic adiutór fuit,*
Híc curauit: pródeſſe aequumſt: álii meliorés erunt:

a te impetro, cum liberaliter & benigne facis; nunc pariter animo mihi germanus es, ac ſemper corpore fuiſti. Ceterum eſt qui alia via hiatum hunc ſuppleverit;

Fieri oportet, [denique Hic volt dari] M. *Quid iſtic? dabitur, quandoquidem hic uolt.*

Rundum conjecturae tam a ſpecie veri abhorrentis hunc ponit: *Unde,* inquit, *Micioni compertum eſt, Aeſchinum id voluiſſe? Illud,* Quandoquidem hic vult, *neceſſario exigit, ut aliquid praeceſſerit, unde id reſciri poterat; quod miror a nemine animadverſum.* Ergo de ſuo interſerit, & Demeae donat, *Denique Hic volt dari;* ut Micio ſcilicet reſcire poſſet, Aeſchinum hoc voluiſſe. Atqui, o bone, uno errore admiſſo, plures conſequuntur. Cum Micio dicit, *Quid iſtic? dabitur quidem, quando hic vult,* Aeſchinum utpote heredem intuetur, an conſentire velit: & *Hic* Demeam ſignificat. Patet hoc ex reſponſo Aeſchini conſentientis, *Mi pater.* Nunc ſane *miretur hoc non a ſe animadverſum.* Eidem diſplicet, Micionis nomen toties repeti a Demea. Atqui hoc ipſum eſt exſultantis & inſultantis! ut Plautus Moſt. I, 1, 15.

Rus tu mi objectas. Sane credo, Tranio
Quod te in piſtrinum ſcis actuſum tradier,
Cis hercle paucas tempeſtates, Tranio.

Suó ſibi gladio húnc juguló. Factum eſt quod juſti, Demea.

Vides, opinor, perverſam Ictuum locationem; *Gladio* totum in Theſi abſconditum, *Juguló* in ultima ſe efferentem. Codices noſtri fere omnes *Juſſiſti*; & ſic verſus ex abſono fit concinnus:

Suo ſibi gládio hunc júgulo. Factum eſt, quód juſſiſti, Demea.

Frugi homo es, edepol hodie mea quidem ſententia. O. fere l. s. & Donatus poſt verbum *es*, habent pronomen *ego*; Baſilicanus *ergo*: qua dictione, id eſt *ego*, adjecta, expeditior redditur verſus, qui eſt trochaicus, ut ceteri, qui ſequuntur. FAERNUS. In textu dedit Faernus, *Ego edepol: Ergo* habent vetuſtiores noſtri omnes. *Ergo*, propterea quia frugi eſt: ſed rectius *Ego*. 2

Vir bonus es. *Es* abeſt a veteribus noſtris; ſcribendum *Bonu's*; quod ſono olim differebat a ſimplice *Bonus*. Errat, qui volebat ſcribere, *bon' es*. Nec *us* nec *s* eliditur ante vocalem. Cum Lucretius & Ennius dicant, *Proinde ac famul infimus eſſet*, non exterunt *us*, ut is exiſtimat, a *Famulus*: ſed abſolute uſurpant *Famul*, ut *Facul*, *Difficul*; quod notarunt Grammatici veteres. 4

Res apparet, & quidem porro haec. Ita Baſilicanus, Vaticanus, Victorianus: ſed ſunt aliquot libri, qui non habent pronomen *haec*: quod & verſui incommodat, nec orationem adjuvat, 7

D *Factum eſt quod juſti, Demea.* Sic a Faerno eſt; & cum praecedente Commate junctum Trochaicum facit:

Dénique hic uult fíeri. M. *uin tu hoc fíeri?* AE. *cupio.* M. *sí quidem*
Tú uis, Syre, eho accéde huc ad me: líber ésto. SY. *béne facis:*
'Omnibus gratiam hábeo: et seorsum tíbi praeterea, Démea.
D. *Gaúdeo.* AE. *et ego.* SY. *crédo: utinam hoc perpétuum fiat gaúdium,*
Pleríque giam ut uxorém meam una mécum uideam líberam.
D. *'Optumam quidem múlierem.* SY. *et quidem tuó nepoti huius fílio*
Hódie prima mámmam dedit haec. D. *hércle uero sério,*
Síquidem prima dédit; haut dubiumst, quín emitti aequúm siet.
M. *'Ob eam rem?* D. *ob eam: póstremo a me argéntum, quanti est súmito.*
SY. *Dí tibi, Demea, ómnia omnes sémper optata ófferant.*
M. *Syre, processísti hódie pulchre.* D. *síquidem porro, Mício,*
Tú tuum officium fácies; atque huic áliquid paulum praé manu
Déderis, unde utátur. reddet tíbi cito. M. *istoc útilius.*
AE. *Frúgi homo est.* SY. *reddam hércle, da modo.* AE. *áge, pater.* M. *post cónsulam.*

adjuvat. versus tamen sic quoque sustentari potest, elidendo ex *quem m*, quamvis sequente consonante. FAERNUS.

Nostri omnes *Haec*. Et dolet, ideo *Haec* Faerno displicuisse, quod eo pacto *Quidem* corriperetur; & tamen id sollemne est, & singulis occurrit paginis: bis mox in uno versiculo v. 17.

10 *In psaltria ista emunda.* Aliqui libri habent *istiac*, sed impedita est ratio versus. aliqui, & hi ex antiquioribus, *hac*, quod magis placet. FAERNUS. Nostri omnes *Istiac*. Lege *Ista*, non *Hac*, Vide supra.

17 D. *Optumam quidem mulierem.* SY. *& quidem tuo nepoti, hujus filio.* Pro *& quidem, equidem* in multis est l. s. sed adhuc tamen aliquam difficultatem patietur hic versus, nisi legeretur *optumam equidem*; quod non placet. ego lectionem vulgatam retineo, versumque sustento elidendo utrobique *m*, ex *quidem*, quamvis sequente consonante: dictionem vero *hujus*, in unam syllabam contrahendo. FAERNUS. Piget. Virum doctum toties eadem chorda oberrantem insequi.

18 *Siquidem prima dedit.* Nos *primam* reponimus ex aliquot l. s. quod convenientius videtur, ut referatur ad *mammam*. FAERNUS.

Hodie primam mammam dedit haec. D. *Hercle vero serio.*
Siquidem primam dedit, haut dubium quin emitti aequum siet.

Sic a Faerno est: Nostri meliores & vetustiores *Prima, Prima*, & *Haut dubium est*. Utrumque recipio; illud prius omnibus Scriptoribus usitatum. Vide supra IV, 1, 7. *Primus sentio* &c.

Di tibi Demea oro omnes. Verbum *oro* delemus, quod nec in ullo l. s. est, nec a Donato ponitur, & versum corrumpit. FAERNUS. 21

Di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant.

Donatus: *Omnes omnia, antiqua elegantia, & figurate.* Repone:

Di tibi, Demea, omnia omnes semper optata offerant. Sic supra III, 2, 1.

Nunc illud est, quod si omnia omnes sua consilia conferant.

Plant. Capt. II, 2, 105.

Di tibi omnes omnia optata offerant.

Istoc vilius. Donatus: *Negatio est, floccum* 24. *ostendentis, aut quid tale. Hoc egit Terentius, ut, conversis officiis, usque adeo prodigum redderet Demeam, donec parcum redderet Micionem.* Recte hoc posteremum: sed de *Istoc vilius* elegantem sensum & originem ex Suetonio, doctissimo antiquario, profert Charisius p. 180. *Isto vilius: Rex qui vocabat ad cenam, si sibi aeros exhibenda indicaretur, quam exhibere non posset, respondit, ut Tranquillus refert, Isto vilius; hoc est, erit cena.* Pro *Hoc est*, editum est *Hominis*. Non dubito, quin Terentius ad hoc dictum respexerit. Ergo *Istoc vilius* perinde hic est, ac *Priora dedi, hoc non dabo.*

O mi-

D. *Fáciet.* SY. *o vir óptume.* AE. *o patér mi festiuíssime.*
M. *Quíd istuc? quae res tám repente móres mutauit tuos?*
Quód prolubium? quae ístaec subita est lárgitas? D. *dicám tibi:*
'Ut id ostenderém, quod te isti fácilem et festiuúm putant,
'Id non fieri ex uéra uita, néque adeo ex aequo ét bono;
Sét adsentando atque indulgendo et lárgiendo, Mício.
Núnc adeo si ob eám rem uobis méa uita inuísa, Aéschine, est;
Quía non iusta iniústa prorsus ómnia ommino óbsequor;
Míssa facio: effúndite, emite, fácite quod uobís lubet.
Sét si id uultis pótius, quae uos própter adulescéntiam
Mínus uidetis, mágis inpense cúpitis, consulitís parum,
Haéc reprehendere ét corrigere quem, óbsecundare ín loco:
'Ecce me, quid id fáciam uobis. AE. *tíbi, pater, permíttimus:*
Plús scis quid opus fácto est. set de frátre quid fiét? D. *sino.*
Hábeat: in istac fínem faciat. M. *istuc recte. Plaúdite.*

27 *O mi pater festiviſſime.* Laborat hic verſus, niſi legatur, *o pater mi*, ut in Victoriano, & Decurtato collocatur. FAERNUS. Unus tantum ex noſtris Regius, *Pater mi.*

28 *Quod proluvium.* Liber Vaticanus, *quod prolubium.* & ita etiam legit Donatus, ſic dicens: *Proluvium quod Graeci παῤῥησίαν: id eſt promptus animus ad largiendum.* quae expoſitio Donati cum *prolubium* optime quadrat: cum *proluvium* minime. FAERNUS.

Tres ex noſtris bonae notae *Prolubium*; ceteri *Proluvium.* Nonius ex hoc Terentii loco ut & Servius ad Aen. III, 217. *Proluvium* citat: ſed ex Accio, Novio, Laberio, *Prolubium.* Idem ex Varrone: *Varro de Lingua Latina lib. v. Prolubium & Prolubidinem dici, ab eo quod lubeat; unde etiam Lucus Veneris Lubentinae dicatur.* Si hoc Varro; abeat quo dignum eſt, *Proluvium.*

31 *Set ea adſentando, indulgendo, & largiendo, Micia.* Sic Faernus. Duo ex noſtris non habent *Ea.* Donatus Oxonienſis Manuſcriptus, *Atque indulgendo;* Repono: [*Micia.*

Set adſentando, atque indulgendo & largiendo, Fieri adſentando, ut ſupra V, 4, 26.

Si id ſit dando aequo obſequendo, non poſteriores feram.

Adſentando primam hic corripit, ut in ſimilibus fieri ſolet: magna verſui hoc pacto concinnitas accreſcit.

Mea vita inviſa eſt, Aeſchine. Negligenter hic agebat Faernus; nam noſtri omnes, *Inviſa, Aeſchine, eſt:* ut verſus ipſe poſtulat. 32

Et corrigere me, & obſecundare in loco. Sic quidem o. l. s; ſed Donatus legit *ſecundare,* quod tamen non placet. FAERNUS. 37

Haec reprehendere & corrigere me, & obſecundare in loco.

Donatus legit *Secundare,* hoc eſt, inquit, *In melius convertere vel obſequi,* Natum hoc ex Correctoribus, qui videbant ſyllabam verſui hic ſupereſſe: legebant itaque *Secundare,* quod nuſquam pro *Obſequi* occurrit. Sed aliud eſt, animadverſione dignum: *Si vultis,* ait, *me corrigere* &c. *Ecce me.* Primo *Me* inepte hic ponitur; ſi alterum *Me* ſequatur. Dixiſſet utique, *Si vultis me corrigere, faciam id vobis;* vel, *Siquem vultis corrigere, Ecce me, qui id vobis faciam.* Plautus Mil. III, 1, 69.

Opus erit tibi advocato; triſti, iracundo? Ecce me.

Non dixit, *Opus tibi me advocato:* putidum enim fuerit. Quare hic lego,

Et reprehendere & corrigere quem; obſecundare in loco.

Plus ſcis quid facto opus eſt. Sic Faernus: ſed noſtri univerſi paulo melius, *Plus ſcis quid opus facto eſt.* Ceterum *Istuc recte* Micioni tribuendum eſt, ut Donatus adnotat, non Aeſchino. 39

HECY-

HECYRA TERENTI.

Fabulæ interlocutores.

PHILOTIS meretrix.
SYRA anus.
PARMENO ſeruus.
LACHES ſenex.
SOSTRATA matrona.
PHIDIPPUS ſenex.
PAMPHILUS adoleſcens.
MYRRHINA matrona.
SOSIA ſeruus.
BACCHIS meretrix.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEX. IUL. CAESARE CN. CORNELIO DOLABELLA AEDI. CURULIB. NON EST PERACTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA MENANDRU. FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO CN. OCTAVIO T. MANLIO COSS. RELATA EST. L. AEMILIO PAULO LUDIS FUNERALIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA EST Q. FULVIO L. MARCIO AEDILIB. CURULIB. EGIT. L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT.

HECYRA.

PROLOGUS.

HECYRA éſt huic nomen fábulaï: haec cúm data eſt
Noua, eí nouum interuénit uitium et cálamitas,

1 Duos in hanc comoediam prologos fuiſſe conſcriptos, ex eo liquet, quod & in ejus inſcriptione, quam conſtat eſſe antiquiſſimam, & apud Donatum legimus, eam ter actam, diſerteque adjectum, primo actam eſſe ſine prologo ergo iterum & poſtremo cum prologo. Quare haec tota verſuum ſeries, quae in omnibus libris unus eſt prologus, dividi debet

Digitized by Google

Ut néque ſpectari néque cognoſci pátuerit:
Ita pópulus ſtudio ſtúpidus in funámbulo
Animum óccuparat. núnc haec plane eſt pró nova:
Et ís qui ſcripſit hánc, ob eam rem nóluit
Iterúm referre, ut iterum poſſet uéndere.
Aliás cognoſtis éius: quaeſo hanc nóſcite.

ALTER PROLOGUS.

ORATOR ad nos uénio ornatu prólogi:
Sinite éxorator ſim: eódem ut iure utí ſenem
Liceát, quo iure ſum úſus aduleſcéntior;
Nouás qui exactas féci ut inueteráſcerent;
Ne cúm poëta ſcriptura euanéſceret.
In hís, quas primum Caécili didicí nouas,
Partím ſum earum exáctus: partim uíx ſteti.
Quia ſcíbam dubiam fórtunam eſſe ſcaénicam,
Spe incérta, certum míhi laborem ſúſtuli.

debet in duos: quorum alter eſt ſuperior pars horum verſuum uſque ad nonum; alter, inferior. quod ita eſſe haec argumenta convincunt. Primum enim in priori parte dicit actor, comoediam hanc, cum data eſt nova, non potuiſſe ſpectari, occupato populo ſtudio funambuli; in poſteriori vero parte conqueritur ſeſe hanc bis antea agere aggreſſum, bis coactum fuiſſe deſiſtere, ſemel quidem cum primum eam agere coepit: ſpectaculo enim pugilum, & funambuli, actionem ejus diſturbatam fuiſſe; iterum vero cum allato de gladiatoribus dandis rumore, tumultuatus eſt populus. Ita utrobique, id eſt in priori, & poſteriori parte, narratur impedimentum primae actioni hujus comoediae, ex funambulo allatum, quod ſi in uno ſolo prologo fieret, vitio non careret. Praeterea Donatus, in primo verſu praefatus de arte & virtutibus prologi, ut ſemper in principiis ſolet, etiam de arte & virtutibus prologi praefatur in nono. Ex quo apparet duo illum principia, duos prologos habuiſſe diſtinctos. Cum haec ſcripſiſſemus, animadvertimus in libro Terentii Vaticano, diſtinctam eſſe hanc verſuum ſeriem in duos prologos, eo modo atque ordine, quo nos ſupra adnotaveramus, interpoſita inter utrumque hac dictione: *Prologus.* ſane liber Bembinus in hac parte deficit, uſque ad eum verſum, *In experiundo ut eſſem.* Poſtea quoque invenimus in libro Victoriano hanc duorum prologorum diſtinctionem majuſculis litteris ita minio notatam, L. AMBIVIUS. PROLOGUS. diſtinctus eſt etiam in Baſilicano, in quo cum carmina Terentii ſcripta ſint in modum proſae orationis, octavus finit non expleto uſque ad marginem verſu. Nonus vero grandi littera O, & extante extra marginem, ut fit in initiis, incipit. Eugraphius quoque duos prologos facit. FAERNUS.

Hecyra eſt huic nomen fabulae: haec cum data eſt
Nova, novum intervenit vitium & calamitas.

Sic Faernus & ſcripti: ſed repone:

Hecyra eſt huic nomen fabulae: haec cum data eſt
Nova, ei novum intervenit vitium & calamitas.

Ut iterum poſſit vendere. Lege, *Poſſet.* 7

Sim uſus. Sic Faernus: credo Typographi culpa, pro *Sum uſus*, ut noſtri codices habent. 3

Dubiam fortunam eſſe ſcenicam. Antiquiſſimi libri *ſcaenicam* per *ae* diphthongum habent: & infra, *ſcaenicos.* ita & apud Virgilium *ſcaenis decora alta futuris* in antiquis libris ſcriptum eſt: ita & in vetuſtis marmoribus. eoque modo etiam ſcribendum aſſerit Varro libro De Lingua Latina: Item Priſcianus. Nam quod ad teſtimonia antiquorum lapidum facit, cum 8

alia

Eaſdem ágere coepi, ut áb eodem alias díſcerem
Nouás, ſtudioſe; ne íllum ab ſtudio abdúcerem.
Perféci ut ſpectaréntur. ubi ſunt cógnitae,
Placitaé ſunt. ita poétam reſtitui ín locum,
Prope iám remotum iniúria aduerſárium
Ab ſtúdio, atque ab labóre, atque arte ab múſica.
Quod ſí ſcriptorem ſpréuiſſem in praéſentia,
Et in déterrendo uóluiſſem operam ſúmere,
Ut in ótio eſſet, pótius quam in negótio;
Detérruiſſem fácile, ne alias ſcríberet.
Nunc quíd petam, mea caúſa aequo animo atténdite.
Hecyram ád uos refero, quám mihi per ſilántium
Numquam ágere licitum eſt; íta eam oppreſſit cálamitas.
Eam cálamitatem uéſtra intellegéntia
Sedábit, ſi erit adiútrix noſtrae indúſtriae.
Cum prímum eam agere coépi, pugilum glória,
Funámbuli eodem accédens exſpectátio,

alia etiam citare poſſem, libet hic ponere inſcriptionem, quam mihi Petrus Victorius dedit, a ſe inventam Vulſiniis in hortulo quodam, notatamque diligenter: cum ipſi mirum videretur verbum, quod ducitur e Graeco ſermone, a Latinis hominibus aliter atque ipſi faciant, ſcribi ſolitum: eſt enim Graecis σκηνὴ & προσκήνιον: littera vero η, in e productum mutari ſolet:

L. COMINIUS L. F. AN. C. CANULEIUS. L. F. T. TULLIUS T. F. KANUS L. HERRIUS L. F. LATINUS
IIII. VIR. THEATRUM. ET PROSCAENIUM DE SUA PECUNIA FACIUNDUM COERAVERUNT.
FAERNUS.

15 *Ab ſtudio, atque ab labore, atque ab arte muſica.* Ultimum *ab* verſus ratio non admittit; quam particulam, etiam Donatum ibi non agnoviſſe, quiſquis verba ejus, quanvis aliqua ex parte corrupta, attentius conſideraverit, judicabit. quae nos, partim ex ipſius Donati libris ſcriptis, partim ex ejus ſenſu emendata, ita legimus, *Ab ſtudio, atque ab labore.*) *bene oſtendit ſe populo profuiſſe, Caecilium poetam ad laborem revocando. Atque arte muſica.*) *ab tertio commode ſubaudiendum eſt, ut,*

Hic portus alii effodiunt: hic alta theatri
Fundamenta locant alii: immaneſque columnas
Rupibus excidunt, ſcaenis decora alta futuris.

qui verſus Virgiliani idcirco ab Donato adducti ſunt, ut oſtenderet quod ſicut in iis ter dici debebat *hic alii*, & tamen non niſi bis dictum eſt, quia tertio loco commode ſubaditur, ita etiam fieri debet in hac particula *ab*, tertio loco ſubaudienda. Haec cum ſcripſiſſemus, poſtea nacti librum Victorianum, invenimus ita prorſus in eo ſcriptum fuiſſe, *atque arte muſica*; ſed deinde alia manu, alioque atramento interpoſitum fuiſſe *ab*. FAERNUS.

Noſtri omnes *Ab arte muſica.* Repone, *Ab ſtudio, atque ab labore, atque arte ab muſica.* Quod, Donati bona venia, & Noſtri conſuetudini & verſui convenit.

Quod ſi ſcripturam ſpreviſſem in praeſentia. 16 Vide quae ſequantur, *In deterrendo, In otio eſſet, Ne alias ſcriberet*; & tecum ſupple, *In deterrendo ſcripturam, In otio ſcriptura eſſet, Ne ſcriptura alias ſcriberet*; & tum demum ſenties ſic ab Auctore profectum;

Quod ſi ſcriptorem ſpreviſſem in praeſentia.

Funambuli eodem acceſſit exſpectatio. Illud 26 *Acceſſit* orationis ſeriem interrumpit & conturbat: Repone: *Pugilum gloria,*

Comitúm conuentus, ſtrépitus, clamor múlierum
Fecére, ut ante témpus exirém foras.
Uetere ín noua coepi úti conſuetúdine,
In éxperiundo ut éſſem: refero dénuo.
Primo áctu placeo: cum ínterea rumór uenit
Datum íri gladiatóres: populus cónuolat:
Tumúltuantur, clámant, pugnant dé loco:
Ego intérea meum non pótui tutarí locum.
Nunc túrba non eſt: ótium et ſiléntium eſt:
Agéndi tempus míhi datum eſt: uobís datur
Potéſtas condecorándi ludos ſcaénicos.
Nolíte ſinere pér uos artem múſicam
Recídere ad paucos: fácite, ut ueſtra auctóritas
Meae auctóritati faútrix adiutrixque ſit.
Si númquam auare prétium ſtatui artí meae;
Et eum éſſe quaeſtum in ánimum induxi máxumum,
Quam máxume ſeruíre uoſtris commodis:
Sinite ímpetrare mé, qui in tutelám meam
Studiúm ſuum, et ſe in uóſtram commiſit fidem,

Funambuli eodem accedens exſpectatio,
Comitum conventus, ſtudium, clamor mulierum,
Fecere ——

Porro Donatus: *Comitum conventus: utrum eos comites dicit, qui ſunt pugilum aſſectatores? an ſervos qui dominos ſequuntur?* Jure dubitat, quinam ſint. Equidem neſcio, qua conſuetudine iſti vel ulli ſpectatores dicantur *Comites*. Vide an Auctor dederit, *Comiti conventus*, caſu genitivo a *Comitium*.

35 *Nunc turba nulla eſt.* Liber Bembinus & Donatus, *non eſt.* FAERNUS. Noſtri omnes *Nulla eſt.*

47 *Mea cauſa cauſam hanc accipite.* Pronomen *hanc*, nec habet liber Bembinus, & ratio verſus omnino reſpuit. ſubaudiendum tamen aliquid erit, ut ſit, cauſam ejus, vel cauſam poetae FAERNUS.

48 *Ut lubeat ſcribere aliis, mihique ut diſcere Novas.* Donatus agnoſcit *Aliis*, cum explicat, Oratorie ἀπὸ τῆς ἑσπερας; lege Ἀπὸ τῆς ἰσοτητος. Et noſtri omnes *Aliis*. Repone tamen,

Ut lubeat ſcribere alias, mihique ut diſcere Novas expediat.

Ut lubeat Terentio ſcribere alias novas. Sic ſupra v. 10.

Eaſdem agere coepi, ut ab eodem alias diſcerem Novas. & Adelph. Prol. v. 25.

Poetae ad ſcribendum augeant induſtriam.

Poëtae, non *aliis Poëtis.*

Per pol quam paucos reperias meretricibus 1
Fideles evenire amatores, Syra.

Donatus ad locum: *Quidam non Paucos, ſed Paucis legunt: ſic enim Apollodorus:* ΑΛΠΑΙ-ΣΗΡΑΣ ΤΗΣ rei ΙΟΝΗΝΣ ΤΗΡΑΙΞΣΙ ΡΑΓΓΙ-ΒΑΙΩΣ. Ita dedit Lindenbrogius ex codice Scripto; quae prima ſpecie Sibyllae folia videantur; ea tamen & ſententiae indicio & verſus ratione non difficulter in priſtinum ſtatum reduxi;

ΟΛΙΓΑΙΣ ΕΡΑΣΤΗΣ ΓΕΓΟΝ' ΕΤΑΙΡΑΙΣΙ,
ΒΕΒΑΙΟΣ. [ΣΥΡΑ,
Paucis amator evénit meretricibus, Syra,
Fidelis.

Recte itaque *Paucis*, non, quod hodie habent Codices, *Pauços. Paucis meretricibus fideles eveniſſe*; hoc eſt, ſingulis ſingulos; non *Paucos amatores*, quaſi uni plures contigiſſe vellet. Porro

Ne eum circumuentum inique iniqui irrideant.
Mea cauſa cauſam accipite, et date ſilentium:
Ut lubeat ſcribere alias, mihique ut diſcere
Nouas expediat, poſthac pretio emptas meo.

ACTUS I. SCAENA I.

PHILOTIS meretrix. SYRA anus.

PH. *PER pol quam paucis reperias meretricibus*
Fidelis euenisse amatores, Syra.
Uel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi,
Quam ſancte, ut quiuis facile poſſet credere,
Numquam illa uiua uxorem ducturum domum.
Em duxit. SY. *ergo propterea te ſedulo*
Et moneo et hortor, ne te cuiuſquam miſereat:
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemquem nacta ſis.
PH. *Utin eximium neminem habeam?* SY. *neminem,*
Nam nemo quiſquam illorum ſcito ad te uenit,
Quin ita paret ſeſe, abs te ut blanditiis ſuis

Porro ex iſto ΓΕΓΟΝΕ apparet hic legendum *Euenisse*, quod & verſui commodius eſt, & ſententiae.

5 *Numquam illa viva ducturum uxorem domum.* Noſtri magno conſenſu melius,
Numquam illa viva uxorem ducturum domum.

6 *Hem duxit.* Donatus legit *en duxit*, quemadmodum teſtatur Rivius etiam nonnullos Terentii libros habere. in libro Bembino corrupte ſcriptum erat *ex duxit.* ſed poſtea emendatum, ut & in Victoriano legitur, *em duxit.* FAERNUS. Veteres noſtri *Em*, ceteri *En*.

7 *Ne cujuſquam miſereat.* Ita legit Donatus adnotans deeſſe *te*; ſed durum id mihi videtur, magiſque probaverim lectionem libri Bembini, *ne cujuſquam miſereas*: eo enim modo antiqui id verbum efferebant: Ennius; *Cogebant hoſtes, lacrumantes ut miſererent.* FAERNUS. *Ne cujuſquam miſereas.* Sic Faernus ex Bembino. Noſtri omnes, *Ne cujuſquam te miſereat.* Repone:
Et moneo & hortor, ne te cujuſquam miſereat.
Ubi *Cujuſquam*, ut paſſim, diſyllabon. Plautus Trin. II, 2, 62:
Ut ita te aliorum miſereſcat, ne tui alios miſereat.
& II, 4, 30.
Miſeret te aliorum: tui nec miſeret nec pudet.

8 *Quenquem nacta ſis.* Legimus, *quemque*, ex libro Bembino, & aliquot aliis. FAERNUS. *Quemque nacta ſis:* Duo noſtri veterrimi *Quemquem*, quod & verſus mavult. *Quemquem* hoc eſt, *Quemcunque.* Plautus Men. V, 1, 17.
Omnia mala ingerebat, quemquem adſpexerat.
Poen. II, 1, 37. *Quemquem viſco offenderant.* Cleadonius p. 1908. *Quiſquis, cuicui, quemquem: ut Terentius, Quemquem nacta ſis.*

10 *Nam nemo illorum quiſquam ſcito ad te venit.* Noſtri omnes concinnius:
Nam nemo quiſquam illorum ſcito ad te venit.

11 *Quin ita paret ſeſe.* Liber Bembinus unum tantum *ſe* habet. quo etiam modo ſtat verſus, non faciendo ſynaloepham. FAERNUS. Apage hanc ſuperſtitionem. Ut unum codicem in caelum efferat; nec ſynaloephas nec quicquam curat. Revoca huc *Seſe*, ut Noſtri univerſi.

Quam mínimo pretio ſuám uoluptatem éxpleas:
Hiſcíne tu amabo nón contra inſidiábere?
SY. *Tamén pol eandem iniúriumſt eſſe ómnibus.*
PH. *Iniúrium autem eſt úlciſci aduerſários?* 15
Aut quá uia captent té illi, eadem ipſós capi?
Eheú me miſeram, cúr non aut iſtaéc mihi
Aetás et forma eſt, aút tibi haec ſenténtia?

ACTUS I. SCAENA II.

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

PA. *SENEX ſi quaeret mé, modo iſſe dícito*
Ad pórtum, percontátum aduentum Pámphili.
Audín quid dicam, Scírte? ſi quaerét me, uti
Tum dícas: ſi non quaéret, nullus díxeris:
Aliás ut uti póſſim cauſa hac íntegra. 5
Set uídeon ego Philótium? unde haec áduenit?
Philótis, ſalue múltum. PH. *o ſalue, Pármeno.*
SY. *Salué mecaſtor, Pármeno.* PA. *et tu edepól, Syra.*
Philótis, dic mi ubi te óblectaſti támdiu?
PH. *Minime équidem me oblectáui, quae cum mílite* 10
Corínthum hinc ſum profécta inhumaníſſumo:
Biénnium ibi perpétuum miſera illúm tuli.
PA. *Edepól te deſidérium Athenarum árbitror,*

14 *Tamen eandem pol eſſe omnibus injurium eſt.* O. l. s. & Donatus ita collocant,
Tamen pol eandem injuriumſt eſſe omnibus, verſu & compoſitione meliore. FAERNUS. Sic & noſtri omnes. *Tamén pol eándem*; ut *Tamén Simo audi*; *Tamén numquam auſus.* Fruſtra igitur, qui ſic interpolabat
Tamen pól eandém me injuriumſt eſſe omnibus. Ubi cum magna artis peritia *Eandém* in fine acuit.

15 *Injurium eſt autem ulciſci adverſarios?* Donatus & liber Bembinus, Baſilicanus, alïque fere omnes, hunc ordinem horum verborum habent: *injurium autem eſt.* FAERNUS. Sic & noſtri, uno excepto.

16 *Aut qua via captent te illi.* O. l. s. & Donatus, *te captent illi*; ſoli Bembinus & Victorianus non habent *illi.* quod tamen ſubaudiendum eſt. FAERNUS.
Immo non ſubaudiendum; ſed repraeſentandum. Noſtri omnes, *Te captent illi:* Bembinus ejecit *Illi*, ut metro inſerviret: quod tamen ſalvum eſt, ſalvis verbis omnibus.
Aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi. Via hic monoſyllabon, quod pronuntias ut noſtrum *Way.* Vide Heaut. I, 1, 49.

Dic mihi Philotis, ubi te oblectaſti. Ex *Philotis s* abjicitur, ut facta ſynaloepha, ſit anapaeſtus in tertia. FAERNUS. 9
Dic mihi, Philotis, ubi te oblectaſti tamdiu. Illud *s*, ſequenti vocali, non poteſt elidi. Quare olim Muretus *Philoti.* Atqui noſter vocativo Graeco nuſquam alias utitur; ſed O *Thais, Myſis, Archylis.* Quare lege, mutato ordine,
Philotis, dic mi ubi te oblectaſti tam diu.

Huc redeundi & abeundi a milite. Nos conjunctionem, 16

Philótium, cepísse ſaepe: et té tuum
Conſílium contempſísse. PH. *non dicí poteſt,*
Quam cúpida eram huc redeúndi, abeundi a mílite,
Uoſque híc uidendi, antíqua ut conſuetúdine
Agitárem inter uos líbere conuíuium:
Nam illi haút licebat níſi praefinitó loqui,
Quae illí placerent. PA. *haút opinor cómmode*
Finém ſtatuiſſe orátioni mílitem.
PH. *Set quíd hoc negoti eſt? módo quae narrauít mihi*
Hic íntus Bacchis? quód ego numquam crédidi
Fore, ut ílle hac uiua póſſet animum indúcere
Uxórem habere. PA. *habére autem?* PH. *eho tu, an nón habet?*
PA. *Habét: ſet firmae haec uéreor ut ſint núptiae.*
PH. *Ita dí deaeque fáxint: ſi in rem eſt Bácchidis.*
Set quí iſtuc credam ita éſſe, dic mihi, Pármeno.
PA. *Non éſt opus proláto: hoc percontárier*
Deſíſte. PH. *nempe ea cauſa, ut ne id fiát palam.*
Ita mé di amabunt, haút propterea té rogo,
Ut hoc próferam, ſet ut tácita mecum gaúdeam.
PA. *Numquám tam dices cómmode, ut tergúm meum*
Tuam ín fidem committam. PH. *ah noli, Pármeno:*
Quaſi tú non multo mális narrare hóc mihi,
Quam ego quaé percontor, ſcíre. PA. *uera haec praédicat:*
Et illúd mihi uitiumſt máxumum. ſi míhi fidem

junctionem & demimus ex ratione verſus, & fide libri Bembini & aliorum antiquorum. FAERNUS. A noſtris quoque abeſt *Et*.

19 *Nam illic haud licebat niſi praefinito loqui.* Donatus dicit legi & *illi*, pro *illic*. nec ſtat aliter verſus. FAERNUS. Noſtri *Illic*.

22 *Sed quid negotii hoc.* O. l. s. & Donatus, *ſed quid hoc negotii eſt*. eliditur autem *d*, in *quid*, ut ſaepe. FAERNUS. Noſtri quoque. *Quid hoc.* & *Quae narravit*.

24 *Fore ut hac ille viva.* Ex o. l. s. & Donato ita collocamus, *fore ut ille hac viva*. FAERNUS. Sic & Noſtri.

26 *Habet: ſed firmae hae vereor ut ſint nuptiae.* Duo ex noſtris codices, *Haec*. Recte; ut evitetur Homoeteleuton.

Ita me di bene ament. Tò *bene* non habet liber Bembinus, nec Donatus; ſed non ſtat verſus, niſi legas *amabunt*, ex eodem Donato. FAERNUS. Noſtri *Bene ament*. 31

Numquam dices tam commode. Ex o. l. s. *numquam tam dices commode*. FAERNUS. Sic & noſtri. 33

Quam ego quae perconter ſcire. Liber Bembinus & Victorianus, *percontor*. FAERNUS. 36
Duo ex noſtris *Percontor*. ceteri *Perconter*. Prius placet. Atque hoc differunt; ſi *Perconter* legeris, tum ordo erit, *Quam ego volo ſcire ea quae perconter*; Sin autem *Percontor*; tum hic ordo eſt, *Quam ego quae percontor volo ſcire hoc*.

Et illud mihi maximum vitiumſt. Donatus, & liber Bembinus, & Baſilicanus, & aliqui alii, 37

ita

Das, té tacituram, dícam. PH. *ad ingeniúm rédis.*
Fidém do: loquere. PA. *auscúlta.* PH. *istic sum.* PA. *hanc Bácchidem*
Amábat, ut cum máxume, tum Pámphilus,
Cum páter, uxorem ut dúcat, orare óccipit:
Et haéc communia ómnium quae sunt patrum,
Seném sese esse dícere, illum autem esse únicum:
Praesídium uelle sé senectuti suae.
Ille primo se negáre. set postquam ácrius
Pater ínstat, fecit ánimi ut incertús foret,
Pudórin anne amóri obsequeretúr magis.
Tundéndo atque odio dénique effecit senex:
Despóndit ei gnatam huius uicini próxumi.
Usque illud uisum est Pámphilo ne utiquám graue;
Donéc iam in ipsis núptiis, postquám uidet
Parátas; nec moram illam, quin ducát, dari:
Ibi démum ita aegre túlit, ut ipsam Bácchidem,
Si adésset, credo ibi eius commiserésceret.
Ubicúmque datum erat spátium solitúdinis,
Ut cónloqui mecum úna posset: Pármeno,
Perií, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non pótero ferre hoc, Pármeno: perií miser.
PH. *At té di deaeque cúm tuo istos odió, Laches.*
PA. *Ut ad paúcas redeam, uxórem deduxít domum.*

ita collocant, *vitiumst maximum.* FAERNUS. Sic & Nostri.

43 *Se senem esse dicere; illum autem esse unicum.* Ex libro Bembino, ita corrige hunc versum;
Sese senem esse dicere; illum autem unicum.
Itaque in aliquibus libris comperisse se asserit Rivius. FAERNUS.
Sesé senem ésse dicere, illum autem unicum.
Sic Faernus. Sed male illud *Senem* in Thesi occultatur. Unus Regius, *Senem se esse.* Repone;
Seném sese esse dicere, illum autem esse unicum.
Omnes nostri *Esse* ponunt ante *Unicum.*

45 *Ille primo se negare.* Meliorem collocationem continet idem liber, *ille se primo negare.* FAERNUS. *Ille se primó negare.*
Quae haec seruitus est? Unico libro obsequi in mendo manifesto *Primó*; cum ceteri ubique codices recte habeant,
Ille primo se negare.

Neutiquam. Duo ex nostris *Ne utiquam:* & ita semper scribendum: semper enim primam corripit. 50

Non potero hoc ferre, Parmeno, perii miser. Nostri omnes, *Non potero ferre hoc:* quod metro commodius. 58

At te dii deaeque perduint, cum istoc odio, Laches. Ex Bembino, & nonnullis aliis libris, legimus *isto.* sunt & aliqui, qui pro *perduint,* habent *perdant* sane libri scripti Donati, aut verbum non habent, aut habent *perdant*; quo lectione versus optime constat: aut *perduint* in spondeum contrahendum. FAERNUS. 59
At te di deaeque peruaint cum isto odio, Laches.
Bene est, quod monuit Faernus plerosque Donati scriptos Codices non habere verbum *Perduint.* Praestat sane, ut subaudiatur: nimis inhumane

Nocte illa prima uírginem non áttigit:
Quae cónsecutast nóx eam, nihiló magis.
PH. *Quid aís? cum uirgine úna adulescens cúbuerit*
Plus pótus, sese illa ábstinere ut pótuerit?
Non uérisimile dícis: neque uerum árbitror.
PA. *Credo íta uideri tíbi: nam nemo ad té uenit*
Nisi cúpiens tui: ille inuítus illam dúxerat.
PH. *Quid deínde fit?* PA. *diébus sane paúculis*
Post, Pámphilus me sólum seducít foras;
Narrátque, ut uirgo ab se íntegra etiam túm siet:
Seque ánte, quam eam uxórem duxisset domum,
Sperásse, eas tolcráre posse núptias.
Set quám decrerim mé non posse díutius
Habére, eam ludíbrio haberi, Pármeno,
Quin íntegram itidem réddam, ut accepí, suis,
Neque honéstum mihi, neque útile ipsi uírgini est.
PH. *Pium ác pudicum ingénium narras Pámphili.*
PA. *Hoc égo proferre, incómmodum mi esse árbitror:*
Reddí patri autem, cuí tu nil dicás uiti,
Supérbum est: set illam spéro, ubi hoc cognóuerit
Non pósse se mecum ésse, abituram dénique.
PH. *Quid intérea? ibatne ad Bácchidem?* PA. *cotídie:*
Set út fit, postquam hunc álienum ab sesé uidet,

inhumane profertur, ab ea quae non irata sit neque animo commota. Repone:

At te di deaeque cum tuo isloc odio, Laches.

Vide ad Heaut. IV, 6, 7. *Cum tuo isto invento.* Vel sic fortasse est legendum:

At te di deaeque faxint cum isto odio, Laches.

ut Plaut. Most. II, 3, 33.

Di te deaeque omnes faxint cum isloc omine.

Faxint occultius id notat, quod *Perduint* apertius.

64 *Plus potus se illa.* Liber Bembinus geminat dictionem *se*, ut & versus requirit. FAERNUS. Nostri *Se.*

65 *Nec verum arbitror.* Nostri omnes *Neque verum.*

70 *A se integra.* Tres antiquissimi libri & Basilicanus, *ab se integra.* & infra Victorianus, *ut accepi ab suis.* FAERNUS. Nostri hic *Ab* habent; mox *A suis.*

Set quam decrerim. *Quam — eam,* ut passim noster. Nodum igitur in Scirpo quaerit, qui hic mavult. *Set quum,* Codices Terentiani nusquam *Quum* exhibent, sed *Cum.* 73

Quin integram itidem reddam, ut accepi, ab suis. Nostri omnes *A suis.* Sed reponiendum:

Quin integram itidem reddam, ut accepi, suis.

Reddam suis, ut accepi. And. I, 5, 63. 75

Hanc mi in manum dat, mors continuo ipsam occupat;
Accepi; acceptam servabo.

& V, 4, 46.

De uxore, ita ut possedi, nil mutat Chremes.

Incommodum esse mihi arbitror. Ex o. l. si ita collocamus, *mihi esse arbitror*; & stat versus, si *mihi* monosyllabum sit. FAERNUS. Sic & nostri. 78

Malignus

Malígna magis et mágis procax facta ílico eſt.
PH. *Non édepol mirum.* PA. *atque éa res multo máxume*
Diſiúnxit illum ab ílla; poſtquam et ípſe ſe,
Et íllam, et hanc quae dómi erat, cognouít ſatis,
Ad amúſſim ambarum móres earum exíſtumans.
Haec, íta uti liberáli atque ingenuaé decet,
Pudéns, modeſta; incómmoda, atque iniúrias
Uiri ómnis ferre; et tégere contumélias.
Hic ánimus partim uxóris miſericórdia
Deuínctus, partim uíctus huius iniúria,

84 *Maligna multo & magis procax facta ilico eſt.* Si vera lectio eſt; mirifica ſane verborum collocatio eſt; cum ordo ſit, *Ilico facta eſt multo magis maligna & procax.* Duo ex noſtris codices non habent illud *Multo.* Repone:

Maligna magis & magis procax facta ilico eſt. Eun. II, 1, 21.

Magis ſeverus, nec magis continens.
& V, 4, 13. [*gans.*

Nec magis compoſitum quicquam, nec magis ele-
Nonius tamen v. Procacitas, *Maligna multo* habet.

85 *Atqui ea res.* Multi libri, etiam ex antiquis, pro *atqui, atque,* & Baſilicanus. FAERNUS. Unus tantum ex noſtris *Atqui.*

88 *Ad exemplum ambarum mores earum exiſtumans.* Sic libri omnes; ſed nec verſus, nec ſententia conſtat. Guyetus totum, ut ineptum & inutilem, ejiciendum putat. Donatus agnoſcit; *Ad exemplum, quaſi ad imaginem & collationem & ſpecimen comparationis.* Sed ad quod, quaeſo, exemplum? Si dixiſſet, *Hujus mores ad exemplum alterius;* quid illud eſſet, intellegerem: ſed *Ambarum mores ad exemplum* mera caligo eſt; niſi, quod ſit exemplum, indices. Nimirum hic, ut alias, boni Magiſtri verbum priſcum & παλαιᾶ κάρφεσις ejecerunt:

Ad amuſſim ambarum mores earum exiſtumans.

Exiſtumare, ut Heaut. II, 3, 41. *Copia exiſtumandi conſuetudinem vitae cotidianae,* eſt conſiderare, judicare, expendere. *Ad amuſſim* autem & *Examuſſim,* idem quod diligenter, accurate, abſolute. Plautus Amphit. II, 2, 213. de Muliere:

Nae iſta edepol, ſi haec vera loquitur, examuſſim eſt optuma.
& Moſt. I, 2, 19.

Aedes cum ſunt factae probe, examuſſim.
& Men. Prol. v. 50.

Ut hanc rem vobis examuſſim diſputem.
Apuleius Met. II. *Ceram in modum profectarum formatam aurium ei applicant examuſſim.* & IV. *Thraſyleon examuſſim capto noctis latrocinali momento.* Feſtus Pompeius: *Examuſſim, regulariter: Amuſſis enim regula fabrorum eſt: vel, ut alii volunt, ferramentum quo in poliendo utuntur.* Idem fere habet v. Amuſſim. Nonius: *Examuſſim, dicitur Examinato, ad regulam vel coagmentum: eſt enim Amuſſis regula Fabrorum, quam architecti, dum opus probant, rubrica illiuunt.* Siſenna apud Chariſium p. 178. *Amuſſis eſt tabula rubricata, quae demittitur examinandi operis gratia, an rectum opus ſurgat.* Varro apud Nonium: *Amuſſis eſt aequamen, laevamentum; id eſt, apud fabros tabula quaedam qua utuntur ad ſaxa coagmentanda.* De *Examuſſim* hactenus diximus; quod ſine dubio adverbium eſt ab *Ex amuſſi* formatum: *Adamuſſim,* ſive junctim adverbium accipias, ſive diviſim *Ad amuſſim,* utrumque hic convenit. Gellius I, 4. *Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, ut judicium eſſe factum ad amuſſim diceres.* Sic codices ſcripti, etiam veterrimus ille in Bibliotheca Regis Galliarum, non ut primus edidit Cario, *Examuſſim.* Iterum XX, 1. *Aut talionem in eo vel ad amuſſim aequipararent, vel in librili perpenderent.* Macrobius Sat. I, 4. *Quam ut ad amuſſim verum ſit feſtorum dierum nomina ſic vocata.* Varro De Re Ruſtica II, 1. *Si inquam numerus non eſt ad amuſſim; ut non eſt, cum dicimus mille naves iſſe ad Trojam.* Idem Quaeſtionum Plautinarum II, apud Nonium: *Quare, ſi diligens eſt ad amuſſim, per me licet aſſumes teneo διανοι.* Ubi in ſententia tam curta, tutius forte eſſet cum Mercerio manum abſtinere; ſed tamen periculum

Paulátim elapſuſt Bácchidi, atque huc tránſtulit
Amórem, poſtquam pár ingenium náctus eſt.
Intérea in Imbro móritur cognatús ſenex
Horúnce. ad hos ea rédiit lege heréditas.
Eo amántem inuitum Pámphilum extrudít pater.
Relíquit hic cum mátre uxorem: nám ſenex
Rus ábdit ſeſe: huc ráro in urbem cómmeat.
PH. *Quid adhúc habent infírmitatis núptiae?*
PA. *Nunc aúdies. primo hós dies complúſculos*
Bene cónuenibat ſáne inter eas. ínterim

periculum faciam, & fortaſſe bene cedet; Legò igitur, *Quare ſi numerus eſt ad amuſſim, per me licet aſſumas γνησιλίανον.* Habes jam ſententiam, ut opinor, claram. *Mores ambarum ad amuſſim exiſtumans*; judicans, expendens, examinans, exigens ad amuſſim, accurate, diligenter, ſcrupuloſe.

89 *Haec, ita uti liberali eſſe ingenio decet Pudens, modeſta.*
Liberale ingenium habes Adel. IV, 5, 49. *Nam ingenium novi tuum Liberale.* Niſi tamen *Liberali ingenio* pro ipſa Muliere hic accipias, quod opinor nolis, non cohaeret cum reliqua oratione. Repono:
Haec, ita uti liberali atque ingenuae decet, Pudens, modeſta.
Decet cum Dativo paſſim: *Ita nobis decet:* Plaut. Amph. II, 2, 187. *Noſtro generi non decet.* Phor. I, 3, 16.
Ut ne addam, quod ſine ſumptu ingenuam, liberalem *nactus es.*
Ingenua opponitur Meretrici: quales fere ſemper Manumiſſae aut Peregrinae.

93 *Partim victus hujuſce injuriis.* Omnes fere l. s. & in iis antiquiſſimi, *hujus*, quod in unam ſyllabam contrahendum eſt. FAERNUS.
Partim victus hujus injuriis. Noſtri quoque *Hujus*; & praeterea univerſi cum Edd. vett. *Injuria*, non *Injuriis*, ut neſcio unde dedit Faernus. *Injuria* hic non eſt ſingulare aliquod factum, ſed univerſim id quod *Injuſtitia.* Lucretius V, 1151.
Circumretit enim vis atque injuria quemque.

94 *Atque huic tranſtulit.* Liber Bembinus *huc*, perſpicue melius. FAERNUS. Noſtri *Huic.* Sed recte *Huc.* III, 1, 18. *Vixque huc contuleram.*

Horum. ea ad hos redibat lege hereditas. 97
Horunce ad hos ea, eſt in libro Bembino. ita verſus melius procedit. in libro Victorlano *horunc* etiam ſcriptum fuiſſe conjicio. nam *m* in litura eſt. quod vero ſequitur *redibat*, omnes antiqui libri, & quidam ex recentibus, itemque Donatus habent, *rediebat.* FAERNUS.
Horunce: ea ad hos rediebat lege hereditas.
Horum omnes noſtri. *Ea* in octo deeſt; non incommode ſi *Rediebat* legeris. Sed Bembinus alio ordine *Ad hos ea*; & ex noſtris duo *Rediit.* Quare ſic etiam legas;
Horunce: ad hos ea rediit lege hereditas.
Sic And. IV, 5, 4.
Hujus morte ea ad me lege redierunt bona.

Reliquit cum matre hic uxorem. Ex iiſdem 99
libris Bembino & Victoriano & ex Donato, lego *relinquit.* ita & Robertus Stephanus impreſſit. FAERNUS. Donatus: *Relinquit: Legitur Reliquit.* Noſtri omnes *Reliquit.* Et praeterea pro *Reliquit cúm matre hic uxorem*, ubi *Matre* in Theſi mergitur, duo ex noſtris notae primariae,
Reliquit hic cum mátre uxorem.

Rus abdidit ſe huc raro in urbem commeat. 100
Noſtri univerſi *Seſe.* Repone:
Rus abdit ſeſe; huc raro in urbem commeat.

Primum dies compluſculos. In libro Bembino 102
erat *primos dies compl.* poſtea *s* deleto, remanſit *primo*, quod habuit & Victorianus. FAERNUS. Noſtri omnes *Primum.* Ex Bembino *Primos* repone, *Primo hos dies compluſculos.* Ita paſſim, *Aliquot hos dies, Hoſce aliquot dies* &c.

Bene conveniebat. Unus ex Regiis *Convenibat*; & ſic ſcribendum. 103

Miris modis odísse coepit Sóstratam:
Neque lites ullae intér eas, postulátio
Numquám. PH. *quid igitur?* PA. *sí quando ad eam accésserat*
Confábulatum, fúgere e conspectu ílico,
Uidére nolle: dénique ubi non quít pati,
Simulát se ad matrem accérsi ad rem divínam, ábit;
Ubi illíc dies est complúris, accersí iubet:
Dixére causam néscio quam. iterúm iubet;
Nemó remísit. póst quam accersit saépius,
Aegram ésse simulant múlierem. nostra ílico
It uísere ad eam: admísit nemo. hoc úbi senex
Resciuit, heri ea caúsa rure huc áduenit,
Patrém continuo cónuenit Philúmenae.
Quid égerint intér se, nondum etiám scio:
Nisi sáne curae est, quórsum euenturum hóc siet.
Habés omnem rem: pérgam quo coepi hóc iter.

104 *Miris modis odisse coepit Sostratam.* Cledonius p. 1915. *Odi, temporis praeteriti perfecti est: nam Terentius: Miris modis odisse aiunt adolescentem Sostratam.* Vide an ex hoc mendoso Cledonii loco reponendum hic sit,

Miris modis odisse adulescens Sostratam.

ut *Coepit* vel simile ex more subaudiatur: *Adulescens* autem de muliere, ut infra IV, 4, 39. de hac ipsa, & itidem de Phanio *Adulescens mulier.* Phorm. V, 3, 11. Quin & absolute And. III, 2, 8.

Cumque huic est veritus optumae adulescenti facere injuriam.

Odisse, ut mox v. 107. *Fugere e conspectu ilico, Videre nolle.* ubi non commode subintellegas, *Coepit.*

109 *Simulat se a matre accersi ad rem divinam: abiit.* Idem liber pro *a matre*, habet *ad matrem*: & pro *abiit, abit.* utrunque placet. ita habebat & Victorianus. postea emendatum fuit in lectionem vulgatam. FAERNUS. Nostri omnes, *A matre.*

111 *Dixere causam tum nescio quam iterum jubet.* Nostri omnes *Tunc causam.* Ejice illud *Tunc* vel *Tum*; quod & versum gravat, & sedem incertam habet, & sententiae nihil confert.

112 *Postquam accersunt saepius.* Aliquot ex nostris, *Accersivit*; inde ex scripturae similitudine natum *Accersunt.* Sed recte duo ex nostris *Accersit.*

1 *Quod hoc genus est, quae haec conjuratio.* O. l. s. & Donatus geminat verbum *est, quae haec est conjuratio.* est autem extrema pars octonarii Iambici, qui abjecto ex *quod* u, bene procedit. FAERNUS. Sic & nostri.

2 *Ut omnes mulieres eademque aeque studeant.* Concitatius est, quemadmodum legitur in libris Bembino & Victoriano, *utin omnes.* FAERNUS. *Utin omnes mulieres.* Nostri *Ut.* Lege, *Utne. Utin* hic nequit consistere; quia ultimam semper producit.

4 *Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus.* Versus hic toto pede deficit; ab ambiguitate laborat; filum orationis interrumpit, denique spurius est & adulterinus: natus ex nota marginali. Dixerat Auctor;

Utn' omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia?
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias?

Vides hic *Omnium mulierum* crimen aliquod commune proferri: male igitur infertur singulare hoc *Socrum.* Id quoque vides, *Omnes mulieres* Eadem *studere ac nolle*, amare

&

PH. *Et quidem ego: nam constitui cum quodam hóspite* 120
Me esse illum conuentúram. PA. *di uortánt bene*
Quod agás. PH. *uale.* PA. *et tu béne uale, Philótium.*

ACTUS II. SCAENA I.

LACHES. SOSTRATA.

L. *PRO Deum átque hominum fidém, quod hoc genus est, quae haéc est coniurátio?*
Utn' ómnes mulierés eadem aeque stúdeant, nolintque ómnia?
Neque déclinatam quícquam ab aliarum íngenio ullam réperias?
[*Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus.*]
Uiris aduorsari aéque stúdium est, símilis pertináciast. 5
In eódemque omnes míhi uidentur lúdo doctae ad málitiam.
Ei lúdo, si ulla sít magístra, hanc ésse satis certó scio.
Me míseram, quae nunc, quámobrem accuser, néscio. L. *hem, tu néscias.*

& odisse. Pone jam illud spurium; & hoc ipsum negas. Quomodo enim omnes *Eadem* volunt ac nolunt; cum quicquid volunt *Nurus*, id prae simultate nolunt *Socrus*? Haec secum pugnant. Illud denique quod sequitur, vide;

Viris esse adversas aeque studium est, similis pertinacia est.

Hoc plane ad *Omnes mulieres* spectat, non ad *Socrus* & *Nurus* quae in sententiam intro repserunt. Hoc peccant, non qua *Socrus* sunt, sed qua Mulieres, qua Uxores. Tolle igitur hoc Emblema; & videbis tres istos versus tam arcte arteque inter se cohaerere, ut divelli nec debeant nec possint. Agnoscit tamen id Donatus, & simul *Ambigui* vitium, quod tamen sic excusatum it: *Necessaria*, ait, *sententiae ἀμφιβολία, ad describendam utramque personam.* Ergo ex hoc Donati colore & excusatione, Senex hic tam incusat & culpat nurum Philumenam, quam uxorem Sostratam; quod falsum est, & ab ipsa Fabula refutatur. Ut tamen agnoscas Donati hujus discipulum, *Ambiguum* illud bis a praeceptore mutuatur Sanctus Hieronymus: In Michaeam p. 1550. *Terentius in Hecyra, Quid hoc est? inquit, omnes socrus oderunt nurus. Quod quamquam ambiguum sit; tamen propemodum naturale est, ut nurus socrum, & socrus oderit nurum.* Et adversus Jovinianum p. 191. *Ut scias illud verum esse Terentii, quod consulto ambigue extulit; Quid est hoc? omnes socrus oderunt nurus.*

Viris esse advorsas. In *viris s* abjicitur, ut stet versus. FAERNUS. 5

Viris esse advorsas aeque studium est, similis pertinaciast.

Laborat hic versus; aut primam in *Adversas* corripit, aut secundam in *Viris*: quorum neutrum ex more; & si posterius eligis, totum in Thesi latebit *Viris*; quod tamen praecipue est efferendum. Repone:

Viris adversari aéque studium est.

Infra II, 2, 29. *Non possum adversari meis.* & IV, 4, 32.

Reduc uxorem, ac noli adversari mihi.

Plautus Cas. II, 2, 32. de uxore & viro: *Noli sis tu illi adversari.* II, 3, 35.

Sed quid ais? jam domuisti animum, potius ut quod vir velit
Fieri, id facias; quam adversere contra.

Et ei ludo. Liber Bembinus non habet conjunctionem *&*. FAERNUS. 7

Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.

Nostri omnes perperam, *Et ei ludo.* Sed aliud hic quaerendum: Quorsum quaeso, jam dubitat, *Si ullus est ludus?* cum praecedente ver-

SO. *Ita mé di bene ament, mí Laches,*
Itaque úna inter nos ágere aetatem líceat. L. *di mala próhibeant.*
SO. *Meque ábs te inmerito ésse áccusatam, póstmodo rescíscés, scio.*
L. *Te inmérito? an quicquam pro ístis factis dígnum te dicí potest?*
Quae me ét te et familiám dedecoras, fílio luctúm paras.
Tum autem, éx amicis ínimici ut sint nóbis adfinés, facis:
Qui illúm decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.
Tu sóla exorere, quaé perturbes haéc, tua inprudéntia.
SO. *Egon?* L. *tu, ínquam, mulier, quaé me omnino lápidem, non hominém putas.*
An, quía ruri ésse crébro soleo, néscire arbitrámini
Quo quísque pácto hic uítam uestrorum éxigat?
Múlto melius hic quae fiunt, quamílli ubi sum adsidué, scio:
Ideo quia, ut uos dómi mihi eritis, proínde ego ero famá foris.
Iámpridem equidem audíui cepísse ódium tui Philúmenam:

sit ludum talem esse, ut notum & compertum sumpsisset. Haec non belle conveniunt. Sed aliud dederat Auctor,

Ei ludo, si ulla sit magistra, hanc esse satis certo scio.

De ludo nullus dubitat; de magistra dubitandi causa bona erat: an cuiquam Magistrae obtemperare vellent; an omnes aequales esse mallent, aut πολυκοιρανίαν instituerent.

3 *Non ita me di bene ament.* Non fere invenias librum, in quo sit dictio *bene*. sed nec Donatus eam habet: qua dempta oportebit sustentare versum, qui est senarius, vel applicando ei ultimam particulam versus praecedentis, vel producendo posteriorem syllabam in *ita*. FAERNUS.

Me miseram, quae nunc quamobrem accuser, nescio. Hem,
Tu nescis? Non, ita me di ament, mi Laches.

Sic versus constituit Faernus: quorum posteriori deest syllaba; quam frustra ille pensare studet, vel *applicando* vel *producendo*. Cur autem Senarii hi inter septenarios veniunt, nulla de causa; cum metrum non postea immutetur? Repone:

Me míseram. quae nunc quamobrem accuser, nescio. LA. *Hem, tu nescias?*
SO. *Ita me di bene ament, mi Laches.*

Est septenarius cum clausula; ut passim. *Nescias* lego, pro *Nescis*. Semper enim in repetitione ex Indicativo Subjunctivum faciunt. Illud autem *Non* septem e nostris omittunt. *Bene* tres tantum habent. Nimirum olim inter correctores hic factio erat. Qui *Non* in Textum adsciverunt, jubente ipso versu ejecerunt *Bene*: contra quibus *Non* displicebat, versus gratia receperunt *Bene*. Inter priores Donatus erat: *Non: ita me di ament: Animadvertendum*, inquit, *veteres non minus εὐφωνισμὸν in verbis, quam καλλίφωνον neglexisse.* Hoc ideo adnotat; quia junctim quis efferre possit, *Non ita me di ament*. Sed si *Non* huc inducas; etiam aliud *neglexerit* Terentius. Qui enim ad *Tu nescias* respondet *Non*, idem dicit quod *Scio*.

Postmodum rescisces. Idem liber *post modo* habet, ut & exigit versus. in quo correpta extrema hujus dictionis syllaba, ut apud Ovidium, *Post modo si perges:* est anapaestus in sexta. FAERNUS. 11

Meque abs te immerito esse accusatam postmodo rescisces. LA. *Scio:*
Te immerito?

Nostri omnes mendose *Postmodum*. Sed aliud specta: Quorsum pertinet illud *Scio?* aut quomodo irato seni convenit? quis non videat *Te immerito* orationem inchoare? Repone, ut Sostratae hoc detur:

Meque abs te inmerito esse accusatam postmodo rescisces, scio.

Scio cum Indicativo sequente, ut passim: Adel. IV, 1, 10. *Jam huc recurret, sat scio.*

Et familiam dedecoras. In libro Bembino est 13

Minimeque adeo mirum; et, ni id feciſſet, magis mirum foret.
Sét non credidi ádeo, ut etiam tótam hanc odiſſét domum:
Quód ſi ſciſſem, illa hic maneret pótius, tu hinc iſſés foras.
At uide, quam immerito aégritudo haec óritur mi abs te, Sóſtrata:
Rús habitatum abii, concedens uóbis et rei ſéruiens;
Súmptus ueſtros ótiumque ut nóſtra res poſſét pati,
Meó labori haut párcens, praeter aéquom atque aetatém meam.
Nón te pro his curáſſe rebus, né quid aegre eſſét mihi?
SO. *Nón mea opera, néque pol culpa euénit.* L. *immo máxume:*
Sóla hic fuiſti: in te ómnis haeret cúlpa ſóla, Sóſtrata.
Quae hic erant curáres; cum ego uos cúris ſolui céteris.
Cúm puella anúm ſuſcepiſſe ínimicitias nón pudet?
Illius dices cúlpa factum? SO. *haut équidem dico, mí Laches.*
L. *Gaúdeo, ita me dí ament, gnati caúſa: nam de té quidem,*

eſt, *& familiam omnem dedecoras:* verſu etiam non repugnante. FAERNUS.

Quae me & te & familiam omnem dedecoras. Omnem ex Bembino addidit Faernus; *Verſu*, inquit, *non repugnante.* Miror, qui vir ſic ſatis metrorum peritus, hoc dicere potuerit. Omnes noſtri, non minus quam verſus ipſe, repudiant. Quin & ipſa ſententia abnegat. Si enim *Omnem* dicis, Servos dicis & ancillas; ut Adel. V, 7, 12. *Traduce & matrem & familiam omnem ad nos.* An igitur & famulitium dedecorat Soſtrata? Immo *Familiam*, Genus ſcilicet & Majores.

16 *Tua inpudentia.* Tres ex Noſtris, & pro varia lectione quartus, *Inprudentia.* Recte; neque enim verſus amat in ea ſede Trochaeum; neque Laches eo procedit, ut moratiſſimam uxorem *Impudentiae* accuſet. *Imprudentia* etiam bono marito, ſi iratus ſit, convenit, ut Heaut. IV, 1, 20. *Scio.*

Te inſcientem atque inprudentem dicere ac facere omnia.

Impudentia vero non eſt humani viri dictum ergo uxorem.

17 *Tu inquam mulier.* Verſum hunc ita invenias in pleriſque libris ſcriptis:

SO. *Egone?* LA. *tu inquam mulier, quae me omnino lapidem non hominem putas.*

Et ſtat optime hic octonarius, ſi primam ejus ſyllabam praecedenti attribueris. ſane etiam Donatus legit, *non hominem putas.* FAERNUS. *Egone? Tu inquam mulier.* Sic dedit Faernus: ſed miſere metro providet, cum *E* ſuperiori apponit, & hunc a *Gone* incheat. Repone; ut paſſim *Egon* corripitur,

Egon. Tu inquam mulier.

18 *An quia ruri crebro eſſe ſoleo.* Sentis, opinor, quam inconcinne *Ruri* poſteriorem acuat, *Crebro* autem in Theſi lateat. Duo noſtri vetuſtiſſimi cum uno ex Regiis,

An quia ruri eſſe crébro ſoleo.

19 *Quo quiſque pacto hic vitam veſtrorum exigat.* In libro Bembino eſt *veſtrarum.* FAERNUS.

Veſtrarum exigat. Sic & duo Meadiani, *Veſtrarum:* ceteri omnes *Veſtrorum*, atque etiam Donatus. Recte; *Veſtrorum* pro *Veſtrum*, ut tam mares, quam feminas concludat.

20 *Multo melius hic quae fiunt, quam illic ubi ſum adſidue, ſcio.* Sic Faernus dedit, & ſic Codices. Sed recte Muretus *Illi* pro *Illic*, verſu ipſo expoſcente. Et fruſtra eſt, qui ex Plauto patrocinari vult tam aperto errato.

21 *Ideo quia ut vos mihi domi eritis.* Unus ex Noſtris, *Mihi eritis domi.* Alter, *Domi mihi eritis.* Hoc recte: quippe *Domi* in ictu eſſe debet; & ultimam paſſim corripit.

Ideo, quia ut vos dómi mihi eritis.

23 *Cum ego vos ſolvi curis ceteris.* Quinque ex Noſtris, *Solvi a curis.* Ex Regiis unus, *Ego ſolvi curis vos ceteris.* Dedit auctor, ſuo more. *Cum ego vos curis ſolvi ceteris.*

Sátis scio, peccándo detrimenti nil fierí potest.
SO. *Qui scis, an ea omísa, mi uir, me ódisse adsimuláuerit,*
Ut cum matre plús una esset? L. *quíd ais? non signi hoc sat est,*
Quód heri nemo wóluit uisentem ád eam te intro admíttere?
SO. *Enim lassam oppidó tum esse aibant: eo ád eam non admíssa sum.*
L. *Tuós esse ego illi móres morbum mágis quam ullam aliam rem árbitror:*
Et merito adeo: núm uostrarum núlla est, quin gnatúm uelit
Dúcere uxorem: ét quae uobis plácita est, condicio datur:
Ubi duxere impúlsu uestro, uéstro impulsu eosdem éxigunt.

ACTUS

39 *Ut cum matre una plus esset? Plus una.* ita collocatur in antiquis libris Bembino, & Basilicano, & Donato. FAERNUS. Nostri quoque, *Plus una esset.*

Ib. *Non signi sat est.* Liber Bembinus & alii antiqui ita habent, *non signi hoc sat est.* FAERNUS. Nostri partim habent *Hoc*, partim abnegant.

40 *Visentem te ad eam intromittere?* Nos ex eodem libro ita legimus, *visentem ad eam te intro admittere.* FAERNUS. Nostri quoque omnes, *Te intro.*

41 *Enim lassam oppido tum aiebant.* Non male videtur addi posse verbum *esse*, ut in libro Bembino est, *enim lassam oppido tum esse aiebant.* nec versus repugnat si τὸ *oppido* sit dactylus, ut *ilico*. sed utramvis lectionem sequare, prima hujus versus syllaba ad praecedentem pertinet versum: sunt autem trochaici. sane & in aliis antiquis legitur, *enim lassam oppido aiebant tum esse.* FAERNUS.

Enim lassam oppido tum esse aiebant. Sic Faernus: neque tamen opus est, ut aut *Oppido* dactylus sit, aut prima versus syllaba praecedenti apponatur: modo, ut est, *aiebant* disyllabon sit. Nostri plerique, *Enim lassam eam oppido tum aiebant.* Festus Pompeius: *Adfatim, dictum a copia fandi, sive Abundanter. Livius: Adfatim edi, bibi, lusi. Terentius Adfatim dixit pro eo quod est Ad lassitudinem.* Hodie *Adfatim* apud Terentium non exstat. Et nihil propius est, quam ut censeas *Oppido* a Magistris pro *Adfatim* suppositum: nam *Lassam adfatim* est quod Festus dicit, *Adfatim* apud Terentium pro *Ad lassitudinem* esse.

LA. *Tuos esse illi mores morbum.* Ex eodem 42
libro interponimus pronomen *ego*, *tuos esse ego illi mores*, nec repugnat trochaicus, si *tuos* monosyllabum sit: *illi* vero priorem corripiat, uno *l* abjecto, ut saepe alibi. FAERNUS. A nostris abest *Ego*. Utroque modo *Tuos* monosyllabon erit.

Etsi scio Philumena. Ex o. l. s. & Donato 1
addimus pronomen *ego*, hoc modo, *etsi scio ego Philumena.* FAERNUS. Et nostri omnes *Ego*.

Quae ego imperem facere. Iambicus est te- 2
trameter catalecticus, qui bene procedet, & habebit Iambum in quarta, si duos proceleusmaticos admiseris, unum in tertia sede, alterum in quinta. FAERNUS. Nulla hic, quod ad versum attinet, difficultas est.

Ex hoc jam scibo quid siet. Convenientior 4
versui est lectio libri Bembini, quam & Donatus, ut varietatem lectionis, adducit, *hinc jam scibo*; propter versum tamen, qui est Iambicus tetrameter catalecticus, ego legerim *sit*, ubi est *siet*. FAERNUS. Nostri male *Ex hoc*. Sit tam scribendum, quam pronuntiandum.

Phidippe

Digitized by Google

ACTUS II. SCAENA II.

PHIDIPPUS. LACHES. SOSTRATA.

PH. *ETSI' scio ego, Philúmena, meum iús esse, ut te eógam*
Quae ego imperem facere: ego tamen patrio ánimo uictus fáciam,
Ut tibi concedam; néque tuae libídini aduersábor.
L. *Atque éccum Phidippum óptume uideo: hínc iam scibo quíd sit.*
Phidíppe, et ego meis me ómnibus scio esse ádprime obsequéntem;
Set nón adeo ut mea fácilitas corrúmpat illorum ánimos:
Quod tú si idem facerés, magis rem in uóstram et nostram id ésset.
Nunc uídeo in illarum ésse te potéstate. PH. *heia uéro.*
L. *Adii te heri de fília: ut ueni, itidem incertum amísti.*
Haut íta decet, si pérpetem hanc uis ésse adfinitátem,
Celáre te iras. sí quid est peccátum a nobis, prófer:

5 *Phidippe etsi ego meis omnibus scio me esse apprime obsequentem.* Versui aptior collocatio est in omnibus fere l. s. & Donato, *etsi ego meis me omnibus scio esse apprime obsequentem.* FAERNUS.

Phidippe, etsi ego meis me omnibus.
Sic Faernus & nostri plerique omnes. Sed illud inspice, *Etsi scio me — Quod tu si idem faceres.* Quorsum illud *Etsi?* plane enim inconsequens oratio est. Notatum hoc & Veteribus. Charisius p. 203. *Etsi, ut ait C. Julius Romanus,* ἀνακόλουθον *est; quotiescumque* ne *Etsi non reddimus Tamen: ut Terentii illud ex Hecyra est, Etsi ego me meis omnibus — corrumpat animos.* Quid ergo? an sinemus Terentium ἀνακόλουθα hoc est Soloecismi reum peragi? Praesertim cum tam proclivis & tam certa sit ejus culpae purgatio? Repone,

Phidippe, et ego meis me omnibus.
Et ego, id quod *Etiam ego.* Oratorie, primo se fatetur levioris culpae reum esse, ut Phidippum gravioris arguat.

6 *Sed non adeo ut facilitas mea illorum corrumpat animos.* Ex libro Vaticano & Basilicano ac Donato, ita collocamus, *mea facilitas:* ex omnibus autem l. s. *corrumpat illorum animos.* versus est Iambicus tetrameter catalecticus, in quo contracta dictione *mea* in unam syllabam, est Iambus in quarta. FAERNUS. Nostri, uno excepto, omnes, *Mea facilitas:* nec opus est, ut *Mea* in unam syllabam contrahatur.

7 *Quod si tu idem faceres.* Melior est ordo verborum in libro Bembino, *Quod tu si idem faceres.* FAERNUS.

Nostri male *Si tu. Tu* enim sub Ictu esse debet, ut v. 5. *Ego.* Ceterum pro *In rem nostram & vostram* Nostri magno consensu, *In rem vostram & nostram.* Hoc civilius & moratius est, ut illorum commodum prius spectetur. Repone igitur:

Quod tu si idem faceres, magis rem in vostram & nostram id esset.
Rem in ipse versus efflagitat.

8 *Nam video in illarum potestate esse te. Heia vero.* Non indignus quidem venia Poeta foret, si in medio verbo caesuram hic poneret. Sed non credo eum data opera id fecisse; cum in manu esset, venia ea non indigere. Repone igitur,

Nunc video in illarum esse te potestate.
Heja vero.

10 *Haut ita decet si perpetuam vis esse adfinitatem hanc. Perpetuam* versus respuit; qui in ea sede vel Creticum postulat vel Paeonem quartum. Nostri omnes *Hanc* ponunt post *Perpetuam.* Repono:

Haut ita decet si perpetem hanc uis esse adfinitatem.

Perpes idem quod *Perpetuus*, ut Plautus *Noctem perpetem, Alea perpeti:* & alii *Diem; Annum perpetem.*

Aut

Aut éa refellendó tibi aut purgándo corrigémus,
Te iúdice ipſo. ſín eaſt retinéndi cauſa apút uos,
Quia aégra eſt: te mi iniúriam facere árbitror, Phidíppe;
Si métuis ſatis ut meaé domi curétur diligénter.
At íta me di ament, haút tibi hoc concédo, etſi illi páter es,
Ut tu íllam ſaluam mágis uelis; id ádeo gnati caúſa:
Quem ego íntellexi illam haút minus quam ſe ipſum magni fácere.
Neque ádeo clam te eſt, quam éſſe eum latúrum grauiter crédam,
Hoc ſí reſcierit: eó domum ſtudeo hánc, prius quam ille huc rédeat.
PH. *Lachés, et diligéntiam ueſtram ét benignitátem*
Noui: ét quae dicis, ómnia eſſe, ut dícis, animum indúco:
Et te hóc mi cupio crédere: illam ad uós redire ſtúdeo,
Si fácere poſſim ullo modo. L. *quae rés te id facere próhibet?*
Eho, núm quidnam accuſát uirum? PH, *minumé: nam poſtquam atténdi*
Magis, ét ui coepi cógere ut redíret; ſancte adiúrat,

12 *Aut ea refellendo aut purgando vobis corrigemus.* In hoc genere crebro occurrunt peccata contra metrum; ideo quod neſcirent veteres Correctores, nullam hic in medio verſu ſive in caeſura licentiam permitti. *Purgando*, niſi primam corripit, quod abſurdiſſimum, ſtare in ea ſede nequit. Sed remedium ſponte ſuccurrit:

Aut ea refellendo tibi aut purgando corrigemus. *Tibi*, ut patrifamilias, qui ceteros regas: ſic ſuperiore verſu, *Celare te iras*, & *Te judice ipſo.*

13 *Sin ea eſt cauſá retinendi aput vos. Cauſá* in fine acuitur, nulla neceſſitate aut cauſa. Repone: *Sin ea eſt retinendi cauſa aput vos.*

17 *Ut tu illam ſalvam magis velis, quam ego: id adeo gnati cauſa.* Illud *Quam ego* nimis onerat verſum, etſi non ſuffocet & elidat. Sententiae autem adeo non neceſſarium eſt, ut noceat & incommodet. *Haut tibi concedo, ut tu illam ſalvam magis velis.* Quid opus eſt iſto *Quam ego?* Id enim totum anticipatur in *Haut tibi concedo*; & putide rurſus ingeritur. Lege igitur,

Ut tu illam ſalvam magis velis: id adeo gnati cauſa.

18 *Quam ſe ipſum magnificare.* Ita & liber Bembinus, & fere omnes alii antiqui & recentes. FAERNUS. *Quam ſe ipſum, magnificare.* Atqui tres noſtri vetuſtiſſimi *Magni facere.* Recte. Nuſquam alias apud noſtrum venit *Magnificare*; nec verſus amat in ea ſede Dactylum. Noſter ſolet dicere. *Magni, maxumi facere:* Et Plautus; niſi ſemel atque iterum, ubi idem, quod hic, mendum inſedit.

19 *Neque adeo me clam eſt.* O. l. s. *clam me eſt.* quod vero ſequitur *reſciverit*, libri Bembinus & omnes alii antiqui, *reſcierit*, appoſite ad rationem verſus. FAERNUS.

Noſtri quoque *Clam me eſt* & *Reſcierit.* Sed & illud reſpice, *Gravitér laturum credam.* Credaſne hunc accentum ab Auctore eſſe, cum nullo negotio aliter potuit?

Neque adeo clam me eſt, quam eſſe eum laturum gráviter credam.

Sed quid ſodes illud eſt, *Non clam me eſt, quam credam?* Quomodo *Clam* ei eſſe poſſit, quid ipſe *Credat?* Recta erat locutio, *Non clam me eſt, quam graviter laturus ſit:* ut infra IV, 1, 52. *Non edepol clam me eſt, ut hic laturus hoc ſit.* & And. I, 5. 52. *Non clam te eſt, quam utraeque res utiles ſint.* Repone igitur,

Neque adeo clam te eſt, quam eſſe eum laturum graviter credam.

20 *Eo domum ſtudeo haec prius quam ille huc redeat.* In antiquiſſimis libris Bembino & Victoriano & Decurtato pro, *huc redeat*, legitur, *ut redeat.* & eſt ordo; eo ſtudeo ut haec redeat

Non pósse aput uos Pámphilo se absénte perdurárе:
Aliúd fortasse alii uiti est: ego sum ánimo leni nátus:
Non póssum aduorsarí meis L. *hem, Sóstrata.* SO. *heu me míseram.*
L. *Certúmne est istuc?* PH. *núnc quidem ut uidétur: set numquíd uis?*
Nam est quód me transire ád forum iam opórtet. L. *eo tecum úna.*

ACTUS II. SCAENA III.

SOSTRATA.

'EDEPOL ne nos súmus inique aeque ómnes inuisaé uiris,
Própter paucas: quae ómnes faciunt dignae ut uideamúr malo.
Nam íta me di ament, quód me accusat uír nunc, sum extra nóxiam.
Sét non facile est éxpurgatu: ita ánimum induxerúnt, socrus
'Omnis esse iníquas: haut pol mé quidem: nam numquám, secus
Hábui illam, ac si ex mé esset nata: néc, qui hoc mi eueniát, scio:
Níst pol filiúm multimodis iam éxpeto, ut redeát domum.

redeat domum prius quam ille. FAERNUS. Noſtri omnes *Huc*, & Donatus cum Edd. vett. *Ut* a Correctoribus venit, qui neſciebant unum mendum corrigere, niſi inducendo alterum. Lege cum Edd. vett.

Hoc ſi reſcierit: eo domum ſtudeo hanc, *priuſquam illo huc redeat.*

Hanc non *Haec*: & *Redire*, *Revocare* vel ſimile quid, ut paſſim, ſubauditur.

24 *Quae res te facere id prohibet?* Noſtri meliores magno numero, *Quae res te id facere prohibet?* Numeris paulo melioribus.

28 *Aliud fortaſſe aliis vitii eſt.* Septem ex noſtris *Alii*. Recte. Et Lachetem ipſum intellegit. Sic etiam Donatus legit; *Mollius dixit Alii, quam ſi Tibi dixiſſet.* Hodie in Donato *Aliis* eſt editum: ſed res ipſa refragatur.

31 *Nam eſt quod me ad forum tranſire jam oportet.* L. *eo tecum una.* Ex libro Bembino ita lego,

Nam eſt quod me tranſire ad forum jam oporteat. LA. *eo tecum una.*

Ita etiam collocant alii omnes libri, & maxime antiqui, in quibus tamen ſcriptum eſt, *oportet*. verſus eſt ejuſdem cujus ſupra generis, & ipſe habens Iambum in quarta. in quo tamen verſu verbum *eo*, in unam ſyllabam contrahendum eſt. FAERNUS.

Cetera recte, & Noſtris conſentientibus. Sed *Oportet* univerſi. Recte: volente ipſo verſu. Ut *Eſt qui dicit*, & *Eſt qui dicat*, aeque bene dixeris; ita *Eſt quod oportet* tam recte, quam *Eſt quod oporteat*.

Edepol ne nos fumus mulieres inique aeque 1
omnes inviſae viris. Tò *mulieres* delemus ex auctoritate libri Bembini. quam dictionem alioqui nec oratio expoſcit: utique enim ſubintelligitur, nec ratio trochaici admittit. FAERNUS. Recte hic Bembinus. Et perperam altera Correctorum factio; qui *Mulieres* retinebant, *Inique* extrudebant; ut Noſtri fere omnes. *Aeque inique*, ut Heaut. IV, 3, 7. *Aeque commodo.*

Nam ita di me ament. O. l. s. & Donatus, 3
nam ita me di ament. FAERNUS. Noſtri omnes *Me di ament*. Et praeterea pro *Núnc vir*, Codex C. C. *Vír nunc.* Recte, ut *Vir* ſit in Ictu.

Haut pol me quidem. Ex *quidem m* elidendum, licet conſonans conſequatur. ut ſit dactylus in quinta ſede hujus trochaici, cujus haec pars eſt. FAERNUS. Hoc uſitatum & tritum eſt. 5

Niſi pol filium multis modis jam expecto ut 7
redeat domum. Ex ratione verſus, qui eſt trochaicus catalecticus, legendum *multimodis*;

ACTUS III. SCAENA I.

PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.

PAM. *NE'MINI plura ego acérba credo ésse éx amore homini úmquam oblata,*
Quám mi. heu me infelícem, hancine ego uítam parsi pérdere?
Hácine causa eram égo tantopere cúpidus redeundi domum? ah,
Quánto fuerat praéstabilius, úbiuis gentium ágere aetatem,
Quam húc redire? atque haéc ita ésse míserum me resciscere?
Nam ómnibus nobis, quíbus est alicunde áliquis obiectús labos,
'Omne quod est intérea tempus príusquam id rescitúmst, lucrost.
PAR. *'At sic citius quí te expedias his aerumnis, réperias.*
Si non rediisses, haec irae fáctae essent multo ámpliores:
Sét nunc aduentúm tuum ambas, Pámphile, scio réuerituras.
Rém cognosces: íram expedies: rúrsum in gratiám restitues.

quam dictionem & in Andria reposuimus, ex libro Bembino, ubi in vulgata lectione pariter erat *multis modis*. FAERNUS.

Recte *Multimodis*; nam Nostri *Multis modis*. Sed aliud restat aliquanto majus. Fro *Exspecto*, lege & sententia & versu gratulantibus, *Expeto ut redeat domum*. Vide ad Eunuchum IV, 6, 5.

1 *Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini umquam oblata*
Quam mihi. heu me infelicem, hancine ego vitam parsi perdere?

Prioris versus verba alii libri scripti aliter collocant: sed nos antiquam lectionem, & Donatum sequemur, in quibus hoc tantum ab impressa lectione variatur, quod in iis est, *credo esse*. sane hic versus, contracto in unam syllabam pronomine *ego*, ita ut *nemini ego* fit dactylus, est trochaicus tetrameter acatalecticus: posterior vero versus, dictione *mihi* monosyllaba effecta, eademque per synaloephen elisa, & ipse trochaicus est, catalecticus tamen, ut sequentes. quartus vero & ipse trochaicus acatalecticus, coalescentibus in unam syllabam duabus extremis syllabis in voce *gentium*. FAERNUS.

Nemini ego plura acerba credo esse.

Sic dedit Faernus. Nostri *Credo esse*; sed iidem *Plura ego*. Repone,

Nemini plura ego acerba credo esse.

Nemini pronuntiatur hic διαλλάττον, quasi esset *Nemni*. Sic Plaut. Poen. V, 6, 11.

Neminem venire, qui istas adsereret manu.

3 *Hacine causa ego eram tantopere.* Vide modo accentus: & statim repones,

Haccine causa eram ego tantopere.

4 *Cui quanto fuerat praestabilius, ubivis gentium agere aetatem.* Hic versus, octonarius plenus, Trochaicus semper est, nusquam Iambicus; nisi ubi, ut hic mendum subrepsit. Tolle illud *Cui*, & substitue *Ah: Redeundi domum. ah, Quanto fuerat:* quo pacto & metro, & loquentis simul affectui vim & spiritum addes. Sic Andr. II, 1, 7. *Nisi Philumenam. Ah, Quanto satius!*

6 *Nam nos omnes, quibus est.* Ordo est, *Lucro est nos omnes.* Sic libri plerique, & sic Donatus: *Hos, ait, genus orationis absolutum dicitur* (Legendum opinor, *Soloecum dicitur*) *Tale est apud Virgilium* (X, 244.)

Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,
Ingentes Rutulae spectabis caedis acervos.

Ubi apud Servium quoque Velius Longus & alii Magistri legebant *Spectabis*. Atqui & Virgilius *Spectabit*; ut nunc codices vetusti; & Terentius, opinor (neque enim sciens prudens σολοικίζει maluit)

Nam omnibus nobis, quibus est alicunde.

Ita codex ex Regiis unus; Duo alii *Nam nobis omnibus*. Infra III, 3, 20.

Omnibus nobis ut res dant sese.

Si

Léuia ſunt, quae tú pergrauia eſſe ín animum induxtí tuum.
PAM. *Quid cónſolare me? án quiſquam uſquam géntiumſt aequé miſer?*
Prius quam hánc uxorem dúxi, habebam alibi ánimum amori déditum:
Iam in hác re, ut taceam, cuíuis facile eſt ſcítu, quam fuerím miſer:
Tamén numquam auſus ſúm recuſare eám, quam mi obtrudít pater.
Uix me hínc abſtraxi, atque ínpeditum in eo éxpediui animúm meum;
Uixque húc contuleram: em nóua res ortaſt, pórro ab hac quae me ábſtrahat.
Tum aut mátrem ex ea re me aút uxorem in cúlpa inuenturum árbitror:
Quod cum íta eſſe inueneró, quid reſtat, níſi porro ut fiám miſer?
Nam mátris ferre iniúrias me, Pármeno, pietás iubet:
Tum uxóri obnoxiús ſum; ita olim ſuó me ingenio pértulit:
Tot meás iniuriás quae numquam núllo patefecít loco.
Set mágnum neſcio quíd neceſſe eſt éueniſſe, Pármeno,
Unde íra inter eas interceſſit, quaé tam permanſít diu.
PAR. *Aut quidem hércle paruom, ſí uis ueram uérba ad rationem éxigi.*

9 *Si non rediſſes, hae irae factae eſſent multo ampliores.* Verſus eſt trochaicus tetrameter acatalecticus, ſi pro verbo *rediſſes*, in ſcanſione ſit *rediiſſes:* & in *hae irae* non fiat ſynaloepha. FAERNUS.

Si non rediſſes hae iraè. Repone, *Si non rediiſſes haec irae. Haec* unus ex noſtris, alter vetuſtus *Hac. Haec* femininum pro *Hae* jam ſaepe habuimus.

15 *Cuivis facile ſcitu.* Addo *eſt*, ex libro Bembino Vaticano & Baſilicano, quod & in Victoriano erat, ſed poſtea abraſum fuit. FAERNUS. *Facile ſcitu eſt.* Tres ex Noſtris cum Edd. vett. *Facile eſt ſcitu.* Conciunius paulo.

17 *Vix me illinc abſtraxi.* Hic verſus poteſt utcumque ſuſtentari, ut ſit trochaicus tetrameter hypercatalecticus. ſed hujuſmodi verſus inter Iambicos non placet mihi. quare legerim, ut in libro Bembino, *vix me illi abſtraxi*; ita erit octonarius Iambicus, ut ceteri. *illi* autem, vel dativus erit, pro *ab illa*, vel adverbium de loco, ſicut alibi, in loco. FAERNUS. Noſtri *Illinc.* Lege: *Vix me hinc abſtraxi. Hinc* ut v. 15. *In hac re.*

Ib. *Impeditum in ea expedivi animum meum.* Lege, *In eo.* ſcilicet *In eo amore impeditum.* non in ea Bacchide, ut v. 14. *Habebam alibi animum amori deditum.* Sic And. V, 1, 10. *Adoleſcentulo In alio occupato amore.*

Tum matrem ex ea re, aut me uxorem. 19 Idem liber, itemque Victorianus haec verba ſic collocant, *tum matrem ex ea re me aut uxorem.* FAERNUS. *Tum matrem ex ea re me aut uxorem.* Lege, *Tum aut matrem.*

Tot meas injurias quae numquam in ullo 23 *patefecit loco.* Donatus: *Non dixit Quas, ſed Quae: ut ad omnia non ad Injurias referatur extrema concluſio.* Fallit magnus Magiſter: *Quae* enim non eſt Neutrum plurale, ſed ſingulare Femininum, *Quae numquam patefecit tot meas injurias.* Porro tres ex noſtris *Numquam ullo*, non *In ullo.* Repone, *Numquam nullo patefecit loco.*

Haud quidem hercle parum eſt, ſi vis vero 25 *veram rationem exequi.*
Ex ejuſdem libri & aliquot aliorum auctoritate, itemque Donati, delemus verbum *eſt.* & pro *parum*, ſcribimus *parvom* quod & alii libri habent, & idem Donatus: licet per duo *u*, ſcriptum. ſane qui expoſitionem Donati ſuper hoc verbo *parvum* conſideraverit, intelliget eum affirmative legere, non negative. ex quo conjecit Lolgius legendum, *at quidem hercle parvum*, ut ſubaudiendum ſit ex ſententia Donati *evenit*: nam ſi negative legas, pugnabit cum conſequente ſententia, & cum eo quod infra dicit, *fortaſſe unum aliquod verbum*; quam & ego conjecturam probo, eo magis quod in meo quodam libro ſcriptum erat *ant.* ut facilis lapſus fuerit per ad-

Non máxumae, quae máxumae ſunt ínterdum irae, iniúriae
Faciúnt: nam ſaepe eſt, quíbus in rebus álius ne iratús quidem eſt,
Cum de eádem cauſa eſt íracundus fáctus inimicíſſimus.
Pueri ínter ſeſe quas pro leuibus nóxiis irás gerunt?
Quaprópter? quia enim qui eós gubernat ánimus, infirmúm gerunt.
Itidem íllae mulierés ſunt, ferme ut púeri, leui ſenténtia:
Fortáſſe unum aliquod uérbum inter eas íram hanc conciuíſſe, ere.
PAM. *Abi, Pármeno, intro, ac mé ueniſſe núntia.* PAR. *hem quid hoc éſt?* PAM. *tace.*
Trepidári ſentio, ét curſari rúrſum prorſum. PAR. *agedum, ád fores*
Accédo propius. hém, ſenſiſtin? PAM. *nóli fabulárier.*
Pro Iúppiter, clamórem audiui. PAR. *túte loqueris, mé uetas.*
M. *Tace óbſecro mea gnáta.* PAM. *matris uóx uiſaſt Philúmenae.*
Nullús ſum. PAR. *qui dum?* PAM. *périi.* PAR. *quamobrem?* PAM. *néſcio*
quod magnúm malum

jectionem unius litterae ex *at* in *aut*. Hujus autem verſus prima ſyllaba praecedenti attribuitur, ut verſus ſint octonarii Iambici quadrati. FAERNUS.

Noſtri *Haut*. Sed quid eſt, *Si vis vero?* Donatus: *Vero vel Nomen eſt vel Conjunctio vel Adverbium.* Nonne haec loco obſcuro magnam lucem inferunt? Quid porro eſt, *Veram rationem exſequi?* quis ſic locutus eſt? Vide an rem ipſam conjectura tetigerim:

Aut quidem hercle parvom; ſi vis veram
verba ad rationem exigi.

Dixerat Pamphilus, *Magnum quid eveniſſe;* reſpondet ſervus, Aut quidem *Parvum*, ſi veris ſuis nominibus res appellari vis, ſi vis verba exigi ad veram rationem: ut Cicero *Exigere columnas ad perpendiculum.* Ovid. Met. IX. 500.

Sunt ſuperis ſua jura. quid ad caeleſtia ritus
Exigere humanas diverſaque foedera tento?

27 *Non maxumas quae maxumae ſunt interdum*
Faciunt. [*irae injurias*

Sic hodie libri omnes: prorſus contra loci ſententiam. Donatus: *Injuriae faciunt iras, non irae injurias; ſed hic ὑπαλλαγικῶς dixit. Alii, Faciunt, pro probant, oſtendunt.* Atqui quis ſanae mentis ſcriptor *Faciunt* hic poſuiſſet pro *Oſtendunt?* Aut quo modo, ſi Hypallagen nomines, continuo ex atris alba fient? Repone,

Non maxumae, quae maxumae ſunt interdum
Faciunt. [*irae, injuriae*

Helleniſmum, credo, agnoſcis; *Irae pro Iras;* quo nomen ſequitur caſum pronominis. Ut And. Prol.

Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas:

pro *Fabulae:* ſic contra hic *Irae* pro *Iras*; quia hic *Quae* pronomen eſt, ibi *Quas*. Sic mox v. 31.

mus, infirmum gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat ani-

Animus pro *Animum* propter pronomen *Qui*.

Pro levibus noxis iras gerunt? Noxiis exigit ratio octonarii, & ita eſt in multis libris, & in iis Bembino, Victoriano, Baſilicano, & Donato. FAERNUS. 30

Pueri inter ſeſe quam pro levibus. Noſtri etiam plerique *Noxiis*. Sed inſuper repone, magno ſententiae incremento,

[*gerunt?*
Pueri inter ſeſe quas pro levibus noxiis iras

Itidem illae mulieres. Niſi quis *mulieres* triſyllabum faciat, eliſo medio *e*, verſus non conſtat. ſed judicio meo delendum eſſet τὸ *illae*, quod alioqui non modo non adjuvat ſenſum, ſed ei etiam incommodat. FAERNUS. Immo alia via ſervatur rythmus. *Levi* hic monoſyllabon eſt, ut alibi *Novo:* quod facile feres, ſi pronuntiaveris eo quo veteres ſono, *Lewi, Nowo.* 32

Fortaſſe unum aliquod verbum inter eas íram
hánc conciverit. Vides in *Iram* ſynaloepham negligi, contra morem & legem. Guyetus: *Hanc irám conciverit.* Sed ille ad digitos pedes numerabat; accentuum ignarus & ſecurus. 33

Profécto, Parmenó, me celas. PAR. *úxorem Philúmenam*
Pauitáre neſcio quíd dixerunt: íd ſi forte eſt, néſcio.
PAM. *Intérii: cur id mihi non dixti?* PAR. *quía non poteram una ómnia.*
PAM. *Quid mórbi eſt?* PAR. *neſció.* PAM. *quid? nemon médicum adduxit?*
PAR. *néſcio.*
PAM. *Ceſſo hínc ire intro, ut hóc quamprimum, quícquid eſt, certó ſciam?*
Quonám modo, Philúmena mea, núnc te offendam adféctam?
Nam ſí periclum in te úllum ineſt, períſſe me una haut dúbium eſt.
PAR. *Non úſus facto eſt míhi nunc hunc intró ſequi:*
Nam inuíſos omnis nós eſſe illis ſéntio.
Heri némo uoluit Sóſtratam intro admíttere:
Si fórte morbus ámplior factús ſiet,
Quod ſáne nolim, máxume eri cauſá mei;
Seruom ílico introiíſſe dicent Sóſtratae,

rus. Edd. vett. *Inter eas iras has:* ſed tria homoeoteleuta parum concinne veniunt; & praeterea codicum quicquid ubique eſt *Iram hanc.* Donatus ad locum: *Legitur & Conciviſſe* (lege *Conciviſſe*) *Sic Plautus: Fortaſſe te amare ſuſpicaverc. Nam veteres infinitivo modo adjungebant Fortaſſe.* Plauti locus hodie non extat; ſic tamen corrigendus,

Fortaſſe tete amare ſuſpicarier.

ut Poen. V, 2, 44.

Fortaſſe medicos nos eſſe arbitrarier.

Noluerunt Magiſtri pueros ſuos obſolete loqui; ſed vel verſus diſpendio Infinitivum mutarunt. Revocemus vero denuo;

Fortaſſe unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciviſſe, ere.

Addidimus *Ere*, verſus quidem cauſa; ſed, ut puto, veriſſime. Nam qui exiſtimabat, *Conciviſſe* per ſe adſcito, fore Iamb. Tetram. Catalecticum, is neſciebat quid ſit ejuſmodi Iambicus.

35 *Age dum ad fores accede propius.* PAR. *hem, ſenſiſtine?* Haec omnia aſcripta ſunt in libro Bembino Parmenonis perſonae: in eo tamen pro *accede*, legitur *accedo*, & pro *ſenſiſtine*, *ſenſiſtin*, quod poſterius in omnibus libris eſt. eſt autem *age dum*, vox ſe ipſum hortantis ad exequendum ſerile mandatum. FAERNUS. Noſtri *Accede.*

37 *Pro Iuppiter, clamorem audio.* In libro Bembino & Victoriano eſt *audivi:* ut & exigit verſus. FAERNUS. Noſtri perperam: *Audio.*

Quia perii. Aliqui libri, inter quos Bembinus non habent *quia*, quod nec ſenſum juvat, & impedit verſum, quem nos hoc modo ordinamus, ut ſit tetrameter Iambicus acatalecticus. 39

Nullus ſum. PAR. *qui dum?* PAM. *perii.* PAR. *quamobrem.* PAM *neſcio quod magnum malum.* FAERNUS. In noſtris male *Quia.*

Celas. Noſtri omnes *Celant*; niſi quod unus *Celat.* 40

Interii, cur mihi id non dixti. Lege ex Noſtris fere omnibus, 42

Interii, cur id mihi non dixti?

Nemone medicum adduxit? Liber Bembinus, Baſilicanus, Vaticanus, & Victorianus, *nemon.* FAERNUS. Noſtri quoque *Nemon.* 43

Quicquid eſt, certum ſciam. Libri Bembinus, & Victorianus, *certo ſciam.* FAERNUS. Noſtri *Certum.* 44

Nam ſi periculum ullum in te eſt. Ita aliqui libri habent: Bembinus vero, *ullum ineſt*, Vaticanus, Baſilicanus, & alii, ac Donatus, *ullum in te ineſt*, quam & veram lectionem arbitramur; & ex Vaticano, & Baſilicano legimus *periclum.* FAERNUS. 46

Nam ſi periclum ullum in te ineſt. Concinnius id, quo Bembinus nos ducit,

Nam ſi periclum in te ullum ineſt.

Introiſſe. Scribe *Introiiſſe.* Medium enim o eliditur; 52

Aliquid tulisse cómmeminiscentúr mali,
Capiti átque aetati illórum, morbus qui aúctus sit.
Era in crímen ueniet, égo uero in magnúm malum. 55

ACTUS III. SCAENA II.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.

SO. *NESCI'O quid iamdudum aúdio hic tumúltuari mísera:*
Male métuo, ne Philúmenae magis mórbus adgraueſcat:
Quod te Aéſculapi, et té Salus, ne quíd ſit huius, óro.
Nunc ád eam uiſam. PAR. *heus, Sóſtrata.* SO. *hem.* PAR. *iterum iſtinc excludére?*
SO. *Ehem Pármeno, tun híc eras? perii, quid faciam míſera?* 5
Non uíſam uxorem Pámphili, cum in próxumo hic ſit aégra?
PAR. *Non uíſas? ne mittás quidem uiſéndi cauſa quémquam.*
Nam quí amat cui odio ípſus eſt, bis fácere ſtulte dúco.
Labórem inanem ipſús capit, et illí moleſtiam ádfert.
Tum filius tuus íntroiit uidére, ut uenit, quíd agat. 10
SO. *Quid áis? an uenit Pámphilus?* PAR. *uenit.* SO. *dis gratiam hábeo.*
Hem, iſtóc uerbo animus mí rediit, et cúra ex corde excéſſit.

eliditur; perinde ac ſi duobus verbis ſcriptum ſit *Intro Iſſe.*

14 *Morbus qui auctus ſiet.* Ex ratione verſus legendum videtur *ſit*; niſi quis velit *ſiet* monoſyllabum facere, quod eſt durum, praeſertim in fine verſus. FAERNUS. *Auctus ſiet. Sit* & pronuntiandum & ſcribendum.

55 *Era in crimen veniet. ego vero in magnum m.* Arbitror ex priore *in*, *n* elidi, ut ſit in prima ſede anapaeſtus. FAERNUS.

1 *Neſcio quid jam dudum hic audio.* Ordo verborum alius eſt in o. l. s. & Donato, in hunc modum, *jam dudum audio hic.* quod & numeroſius eſt: facit enim Iambum in quarta ſede verſus, qui eſt Iambicus tetrameter catalecticus. FAERNUS. Eodem ordine Noſtri, *Audio hic.*

4 *Iterum iſtinc excludere.* Lege per interrogationem.

7 *Nec mittas quidem.* Non fere invenias librum ſcriptum, in quo pro *nec*, non ſit *ne*. FAERNUS. Noſtri quoque *Ne*. Et lege *Non viſas?* Interrogative.

10 *Tum autem filius introiit.* Et hic quoque numeroſiorem lectionem habent o. l. s. & Donatus, *tum filius tuus i.* FAERNUS. Sic & noſtri omnes.

11 *Dis habeo gratias.* Verſus eſſe debet Iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri: quare ex o. fere l. s. ita legimus, *Dis gratiam habeo.* FAERNUS. Unus & alter ex noſtris *Gratiam habeo:* reliqui *Gratias.*

13 *Huc nunc introire nolo.* Hic quoque o. l. s. ita collocant, *nunc huc introire nolo.* ita *introire*, triſyllabum erit. FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Nunc huc.*

14 *Nam ſi remittent quippiam Philumenam dolores.* Donatus legit *Philumenae:* dicens, *remittent, verbum activum, poſitum eſſe, quaſi neutrum.* ita etiam legit Rufinus in libro de metris comicis. itaque etiam ſcriptum videtur fuiſſe in libro Victoriano; ſed deinde mutatum in

PAR. *Iam eá te causa máxume nunc húc introire nólo:*
Nam sí remittent quíppiam Philúmenam aolóres;
Omném rem narrabit, scio, continuo sola soli.
Quae intér vos interuénerint, unde ortum ést initium írae.
Atque éccum uideo ipsum égredi. quam tristis. SO. *o mi gnáte.*
PAM. *Mea máter, salue.* SO. *gaúdeo uenísse saluom. sáluan*
Philúmena est? PAM. *melitúscula est.* SO. *utinam ístuc ita di fáxint.*
Quid tu ígitur lacrumas? aút quid es tam tristis? PAM. *recte, máter.*
SO. *Quid fúit tumulti? dic mihi: an dolór repente inuásit?*
PAM. *Ita fáctumst.* SO. *quid morbi ést?* PAM. *febris.* SO. *cotídiana?* PAM. *ita áiunt.*
I sódes intro, cónsequar iam té, mea mater. SO. *fíat.*
PAM. *Tu púeris curre, Pármeno, obuiam, átque eis onera adiúta.*
PAR. *Quid? nón sciunt ipsi uiam, domúm qua redeant?* PAM. *céssas?*

ACTUS III. SCAENA III.

PAMPHILUS.

NEQUEO mearum rérum initium ullum ínuenire idóneum,
Unde exordiár narrare, quaé nec opinanti ácciderint;

in lectionem vulgatam. FAERNUS.

Philumenam dolores. Sic plerique noſtri: unus tantum Regius *Philumenae.* Donatus poſterius recipit; & certe, *Dolor, morbus remittit*, paſſim occurrit. Tamen ob id quod ſequitur, *Philumenam* hic adſciſco. *Sola ſoli*, inquit, *narrabit.* Si *Philumenam* ſcribis, ea eſt iſta *Sola:* ſin *Philumenae*, quae iſta *Sola* ſit, neſcias.

16 *Quae inter vos intervenit.* Liber Bembinus, *intervenerit*, ita ſine ulla licentia procedit verſus. ita etiam prius videtur fuiſſe in Victoriano, cui nimis ſaepe ſcioli manus admoverunt. FAERNUS.

Noſtri *Intervenit.* Sed adhuc reſtat, quod Bembino ſuppetias ferat. Repone;

Quae inter vos intervenerint; unde ortum eſt initium irae.

Quae enim non refertur ad *Rem*; ſed eſt neutri pluralis. *Omnem rem narrabit; Quae inter vos intervenerint, narrabit.* Neque aliter Donatus olim legebat: *Quae inter vos intervenerit: melius ſc. quam ſi diceret, Quae illi ſoeris.* Satis opinor, conſtat, (etſi hodie hic *Intervenerit* editum ſit) *Quae* hic numero plurali accepiſſe Donatum; & proinde *Intervenerint* legiſſe: quod & verſus ipſe poſtulat.

Quam triſtis eſt! O mi gnate. Eſt verſui incommodat; &, me judice, ejiciendum eſt. Sic Heaut. V, 3, 21. 17

Set ipſe egreditur, quam ſeverus!

Cui hoc minus placet, legat *Quam triſtis't:* vel, *Quam triſtis eſt! mi gnate*; ut mox *Mea mater* ſine O.

Gaudeo veniſſe ſaluum. ſalvane. Bembinus liber *ſalvam*, at aliqui alii, & in iis Victorianus & Baſilicanus, itemque Donatus, *ſalvan* habent. ita verſus eſt tetrameter Iambicus acatalecticus, ut ceteri. FAERNUS. Noſtri omnes *Salvan.* 18

Atque his onera adjuta. Liber Bembinus, & Donatus, *atque eis.* FAERNUS. Duo noſtri veterrimi *Atque iis.* 24

Domum qua redeant? Idem liber *veniant* 25 utrumque ſtare poteſt. FAERNUS.

Nam

Pártim quae perſpéxi his oculis, pártim quae accepi aúribus:
Quá me propter éxanimatum citius eduxí foras.
Nám modo intro ut mé corripui tímidus, alio ſúſpicans
Mórbo me uiſúrum adfectam ac ſénſi uxorem eſſe; eí mihi,
Póſtquam me aſpexére ancillae aduéniſſe, ilico omnés ſimul
Laétae exclamant, Uénit, id quod dérepente aſpéxerant.
Sét continuo uóltum earum ſénſi inmutari ómnium,
Quía tam incommode íllis fors obtúlerat aduentúm meum.
Una illarum intérea propere praécucurrit, núntians
Mé uenisſe: ego eíus uidendi cúpidus, recta cónſequor.
Póſtquam intro adueni, éxtemplo eius mórbum cognouí miſer:
Nám neque, ut celáre poſſet, témpus ſpatium ullúm dabat:
Néque uoce alia, ac rés monebat ípſa, poterat cónqueri.
Póſtquam aſpexi, o fácinus indignum inquam: et corripui ílico
Me índe lacrumans, íncredibili re átque atroci pércitus:
Máter conſequitúr: iam ut limen éxirem, ad genua áccidit,
Lácrumans miſera: míſeritum eſt. proféćto hoc ſic eſt, út puto.
Omnibus nobis út res dant ſeſe, íta magni atque humilés ſumus.

5 *Nam modó me intro ut corripui.* Lege ex noſtris univerſis;
Nam modo intro ut me corripui.

6 *Ac ſenſi eſſe uxorem, hei mihi.* Sic unus tantum Regius; reliqui, *Ac ſenſi uxorem eſſe.*

7 *Poſtquam me aſpexere ancillae adveniſſe, ilico omnes ſimul.* Aut ego fallor, aut ex *omnes*, *m* eliſo, prioreque ejus dictionis ſyllaba correpta, erit in ſexta ſede dactylus, & verſus procedet, ut ceteri, qui ſunt trochaici tetrametri catalectici. FAERNUS.
Ilico omnes ſimul. Codex Regius Chartaceus non habet *Simul.* Legere igitur poſſis, *Adveniſſe, omnes ilico Laetae exclamant.*

8 *Venit id quod me repente aſpexerant.* Sic dedit Faernus; ſed noſtri univerſi *Me derepente.* Si hoc mavis, *Venit* eſt temporis praeſentis; ſi *Repente*, eſt praeteriti. Sed melius eſt *Me* ejicere, cum egregio G. Fabricii codice: *Id quod derepente aſp.*

10 *Incommode illis.* Duo noſtri veterrimi *Illuc.*

11 *Una illarum forte interea propere praecurrit, nuntians.* Verſum hunc in ſuum genus redigimus hoc modo: dictionem *forte* delemus ex auctoritate libri Bembini, & pro *praecurrit*, reponimus *praecucurrit*, ex Baſilicano, & aliis multis l. s. ita procedit trochaicus. FAERNUS.
Una earum interea propere praecucurrit.
Ita citat Priſcianus p. 901. & ſic ibi codex vetus. Noſtri omnes, *Una illarum forte interea propere praecurrit.* Volebant hi Correctores, *Propere currit.* In Petrenſi deeſt *Propere.*

13 *Poſtquam introii, extemplo ejus morbum.* Ne hic quidem trochaicus ſtat, niſi ad lectionem librorum Bembini & Victoriani emendetur, *Poſtquam intro adveni, extemplo ejus morbum.* FAERNUS.
Póſtquam intro ádveni, éxtemplo ejus morbum cognovi miſer.
Sic Faernus ex Bembino ſuo dedit: ſed correctorem ſapit. Noſtri enim univerſi & alii ubique, *Poſtquam introii.* Forte,
Poſtquam introivi, extempulo ejus morbum cognovi miſer.
ut Plautus ſaepe, Aul. I, 2, 15.
Nam ſi ignis vivet, tu extinguére extempulo:

14 *Nam neque ut celari poſſet, tempus ſpatium ullum dabat,*
Neque voce alia, ac res monebat, ipſa poterat conqueri. Lege ac diſtingue; *Ut celare poſſet,*

Hánc habere orátionem mécum principio ínſtitit:
'O mi Pamphile, ábs te quamobrem haec ábierit, cauſám uides:
Nám uitium eſt oblátum uirgini ólim ab neſcio quo ínprobo.
Núnc huc confugít, te atque alios pártum ut celarét ſuum.
Sét cum orata eiús reminiſcor, néqueo quin lacrumém miſer.
Quaéque fors fortúna eſt, inquit, nóbis quae te hodie óbtulit,
Pér eam te obſecrámus ambae, ſí ius, ſi fas éſt, uti
'Aduorſa eius pér te tecta tácitaque aput omnís ſient.
Si úmquam te erga animo éſſe amico ſénſti eam, mi Pámphile;
Síne labore hanc grátiam te ut ſibi des pro illa, núnc rogat.
Céterum de rédducenda id fácias, quod in rem ſít tuam.
Párturire eám, neque grauidam eſſe éx te, ſolus cónſcius.
Nam áiunt tecum póſt duobus cóncubuiſſe eam ménſibus.
Túm, poſtquam ad te uénit, menſis ágitur hic iam ſéptimus:
Quód te ſcire, ipſa índicat res. núnc ſi potis eſt, Pámphile,
Máxume uoló doque operam, ut clam éueniat partús patrem,
'Atque adeo omnis. ſét ſi id fieri nón poteſt quin ſéntiant,
Dícam abortum eſſé: ſcio nemini áliter ſuſpectúm fore,

poſſet, & *Ac res monebat ipſa*. And. III, 3, 19. *Neque poſtulem abs te, ni ipſa res moneat. Quid eſt?* *Ut poſſet celare morbum*; uxor ſcilicet; quam ſtatim adiit oſculaturus. Niſi *Celare* legeris; *Ipſa* disjungendum erit a *Res*.

21 *Mecum a principio inſtitit*. Placet mihi ut ſine τὸ *a* legatur: *principio inſtitit*, ut eſt in libro Bembino. FAERNUS. Noſtri omnes *A principio*.

29 *Si umquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam, mi Pamphile.* Lege, *Si umquam te erga animo eſſe amico ſenſti eam, mi Pamphile.*

30 *Hanc gratiam te uti ſibi des*. Idem liber & Donatus, non *uti*, ſed *ut*, habent. nec ſtat aliter verſus, cum *uti* poſteriorem producat. & dictio *ut*, etiam erat in Victoriano, ſed deinde factum *uti*. FAERNUS.

31 *Ceterum de reducenda*. *Redducenda* per duo *d* ſcribimus: nam Iambum trochaicus non admittit. & infra, *nam de redducenda*. FAERNUS.

33 *Nam aiunt tecum*. Haec ſatis clara & perſpicua ſunt: neſcio tamen quomodo miras hic tenebras aut cauſſantur aut faciunt Interpretes. *Duobus poſt menſibus*, hoc eſt, poſt vitium oblatum tibi nupta tecum concubuit. *Poſtquam ad te venit, menſis jam agitur ſeptimus*, hoc eſt, a prima nocte nuptiali menſes jam ſeptem ſunt. Ergo novem menſes a raptu & compreſſione, ſeptem a nuptiis. Partus itaque ſeptimeſtris habebitur, & pro abortivo exponetur.

Concubuiſſe eam menſibus. Vocem *eam* ex libri Bembini auctoritate ſuſtulimus: quae tamen ſubauditur ex praecedenti verſu. FAERNUS. *Eam* ex Noſtris reducimus: nam in ea ſede Trochaeus raro invenitur. Ib.

Menſis jam hic agitur ſeptimus: Ratio trochaici exigit hanc collocationem verborum, quae eſt in omnibus fere l. s. *menſis agitur hic jam ſeptimus*. FAERNUS. Sic & Noſtri. 34

Ut clam partus eveniat partem. Liber Bembinus, Baſilicanus, & multi alii, ao Donatus, *ut clam eveniat partus patrem*. utraque collocatione ſtat trochaicus. FAERNUS. Sic plerique Noſtri. 35

Sed ſi fieri id non poteſt. Noſtri vel non habent *Id*, vel collocant ante *Fieri*. 37

Digitized by Google

Quín, quod uerisímile est, ex te rêcte eum natúm putent.
Cóntinuo exponétur: hic tibi níhil est quicquam incómmodi:
Et illi miserae indígne factam iniúriam constéxeris.
Póllicitus sum; et séruare in eo cértumst, quod dixi, fidem.
Nám de reddúcenda, id uero ne útiquam honestum esse árbitror:
Néc faciam; etsi amór me grauiter cónsuetudoque éius tenet.
Lácrumo, quae posthác futurast uíta cum in mentém uenit
Sólitudoque. ó fortuna, ut númquam perpetua és data.
Sét iam prior amór me ad hanc rem exércitatum réddidit.
Quó ego eum consílio missum feci, eodem huic operám dabo.
Adest Pármeno cum púeris: hunc minimést opus
In hác re adesse: nam ólim soli crédidi,
Eá me abstinuisse ín principio, cúm data est:
Uereór, si clamorem éius hic crebro exaúdiat,
Ne párturire intéllegat. aliquó mihi est
Hinc áblegandus, dúm parit Philúmena.

ACTUS

44 *Nec faciam; etsi me amor graviter consuetudoque ejus tenet.*
Hunc versum ita habet liber Bembinus:
Nec faciam etsi amor consuetudoque ejus graviter tenet.
Ego tamen, aliorum collocationem sequens, & Bembinum librum, in eo quod non habet vocem *me*, ita legerim:
Nec faciam. etsi amor graviter consuetudoque ejus tenet. FAERNUS.
Nec faciam. etsi amor gravitér consuétudoque ejus tenet.
Sic Faernus; numeris pessimis. Nostri omnes *Amor me*; & in plerisque deest *Ejus*.

45 *Quae posthac futura sit vita.* Donatus & o. l. s. *futura est*, ut & trochaicus postulat. FAERNUS. Sic & Nostri *Est*.

46 *O fortuna, ut numquam perpetuo es bona.* Pro *Bona* Donatus legebat *Data*. *Hic*, inquit, *Fortunam pro Bona posuit. Bona* igitur non erat in Textu. *Bona; Legitur & Data: nam & sic pro Bona intelligitur necessario.* Recipimus illud *Data*, quod tamen libri nostri repudiant, & insuper legimus *Perpetua*. Lucilius apud Nonium v. Proprium:
Cum sciam nihil esse in vita proprium mortali [*datum.*
Plaut. Cist. I, 3, 46.
Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum.
Fortunam absolute pro *Bonam* etiam Ennius usurpavit, apud Macrobium:
Hautquaquam quemquam semper Fortuna secutast.
Quae tria loca collegit Vir eruditus G. Fabricius. Adde illud Phorm. V, 7, 1.
Tantam fortunam de improviso esse his datam.
Sententia igitur haec est, O bona fortuna, O fors fortuna, ut numquam mortalibus data es propria & perpetua.

48 *Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo.* O. l. s. habent, *quem ego tum consilio:* quae vero sequuntur, ita & illi, & Donatus collocant, *nunc huic operam dabo*; sed hoc modo est Iambicus octonarius, post tot trochaicos. quod quamvis non placet nobis, tamen consensum omnium librorum sequemur. FAERNUS.
Quem ego tum consilio missum feci, idem nunc huic operam dabo.
Hic versus inter Trochaicos Iambicus venit:
praeterea

ACTUS III. SCAENA IV.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.

PAR. *AIN tú tibi hoc incómmodum euenísse iter?*
SO. *Non hércle uerbis, Pármeno, dicí poteſt*
Tantúm, quam re ipſa náuigare incómmodumſt.
PAR. *Itane éſt?* SO. *o fortunáte, neſcis quíd mali*
Praetérieris, qui númquam es ingreſſús mare.
Nam aliás ut mittam míſerias, unam hánc uide:
Diés triginta aut plús eo in nauí fui,
Cum intérea ſemper mórtem exſpectabám miſer:
Ita úſque aduorſa témpeſtate uſí ſumus.
PAR. *Odióſum.* SO. *haut clam me eſt: dénique hercle auſúgerim*
Potiús, quam redeam, ſi eó mi redeundúm ſciam.
PAR. *Olím quidem te caúſae inpellebánt leues,*
Quod núnc minitare fácere, ut faceres, Sóſia.
Set Pámphilum ipſum uídeo ſtare ante óſtium:
Ite íntro: ego hunc adíbo, ſi quid mé uelit.
Ere, étiam tu hic ſtas? PAM. *ét quidem te exſpectáns.* PAR. *quid eſt?*

praeterea ſententia vel nulla vel falſa eſt; ut Guyetus verſum ſpurium pronuntiaverit. Donatus *Idem* & *Eidem* agnoſcit; *Si idem*, inquit, *Ego: ſi Eidem, hoc eſt Amori.* Veterrimus noſter cum altero *Item.* Duo inſuper pro *Tum* habent *Cum.* Repone;

Quó ego eum conſilio miſſum féci, eodem
huic operám dabo.

Quo conſilio miſſum feci eum amorem; eodem conſilio huic amori dabo operam, ut hunc pariter miſſum faciam. *Nunc* addiderunt, quia praeceſſerat *Tum:* nos *Eum* legimus, cui opponitur *Huic.* *Quo conſilio — eodem:* ſic ſupra I, 1, 15.

Aut qua via captent te illi, eadem illos capi.

52 *Hic crebro exaudiat.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, *audiat*; quo quidem modo procedit Iambicus ſine ulla licentia. FAERNUS.

Vereor ſi clamorem ejus hic crebro audiat.

Noſtri univerſi *Exaudiat:* & ſic quoque procedit verſus ſine ulla licentia: *Ejus* ut paſſim, in unam ſyllabam contracto.

53 *Ne parturire eam intelligat.* Nullus omnino liber ſcriptus habet *eam*, quod nec neceſſarium eſt: commode enim ab verſu ſuperiore repetitur. FAERNUS. Neque Noſtri habent *Eam.*

Non hercle Parmeno verbis dici poteſt. Numeroſior verſus eſt in o. l. s. 2

Non hercle verbis Parmeno. d. p. FAERNUS. Sic & Noſtri omnes.

Nam alias ut omittam miſerias. Aliqui libri, inter quos Bembinus, *ut mittam.* FAERNUS. Sic tres ex Noſtris vetuſtiſſimi, *Mittam.* 6

Ere, etiam tu nunc hic ſtas? PAM. *& quidem te exſpecto.* PAR. *quid eſt?* Si quis conſervare velit hanc lectionem, quae eſt eadem libri Bembini & multorum aliorum, neceſſe eſt, ut contracta per ſynizeſin voce *etiam* in duas ſyllabas, primus pes ſit anapaeſtus; pro *nunc* vero *num* legatur: ut ſit ordo *etiamnum*, & fieri poſſit eliſio, quod ſaepe apud Statium invenitur; ex *quidem* vero *m* abjiciatur, quanvis ſequente conſonante. ſi vero aliam collocationem verborum, quae eſt in aliquot antiquis admittas in hunc modum, *etiam nunc tu*, & pro *& quidem* legas *equidem*, ut aliqui 16

PAM. *In árcem transcurso ópus est.* PAR. *cui hominí?* PAM. *tibi.*
PAR. *In árcem? quid eo?* PAM. *Cállidemidem hóspitem*
Mycónium, qui mecum úna uectust, cónueni.
PAR. *Perii. uouisse hunc dícam, si saluós domum*
Redísset unquam, ut me ámbulando rúmperet.
PAM. *Quid céssas?* PAR. *quid uis dícam? an conueniám modo?*
PAM. *Immo, quód constitui me hódie conuentúrum eum,*
Non pósse, ne me frústra illi exspectét. uola.
PAR. *At nón noui hominis fáciem.* PAM. *at faciam ut nóueris:*
Magnús, rubicundus, críspus, crassus, caésius,
Lentíginosa fácie. PAR. *di illum pérduint.*
Quid, si non ueniet? máneamne usque ad uésperum?
PAM. *Manéto: curre.* PAR. *nón queo: ita defétsus sum.*
PAM. *Ille ábiit. quid agam infelix? prorsus néscio*
Quo pácto hoc celem, quód me orauit Myrrhina,
Suae gnátae partum: nám me miseret múlieris.

recentiores libri & Donatus habent, planius versus procedet. FAERNUS.

Ere, etiam tu nunc hic stas? PAM. *& quidem te exspecto.* PAR. *quid est?*

Quicquid laboret hic Faernus & alius quidam, syllaba versui supereſt. Repone.

Ere etiam tu hic stas? Et quidem te exspectans. Quid est?

Dele *Nunc*, quod larem incertum habet, in his Codicibus ante *Tu*, in illis post *Tu*. *Etiam*, ut Eun. II, 2, 55. *Etiamne tu hic stas, Parmeno?* Plaut. Mostel. II, 2, 89.

Sed tu etiamne adstas, nec quae dico obtemperas?

Et quidem te exspectans; subintellige *Sto*. Eun. III, 5, 46. *Sto exspectans siquid mi imperent.* Si *Exspecto* hic legeris, melius est *Equidem*; quod tamen vetusti omnes abnegant. Sin *Et quidem*; tum sine dubio legas *Exspectans:* & responsio plenior ac apertior est.

19. *Una advectus est mecum.* Repono *vectus* ex libro Bembino; sed ex ratione versus, ex *vectus est*, *vectu'st*, faciendum. FAERNUS. Nostri omnes *Advectus.*

24. *Non posse, ne me frustra illic exspectet. vola.* In libro Victoriano scriptum erat *ille:* sed *illi* exigit sensus, quod pro *illic* exponitur: pro *illic*, *illi* exigit versus. aut si *illic* legetur, *c* in scansione non pronuntiabitur. FAERNUS. Recte *Illi*; & in Textum recepimus: licet Nostri omnes *Illic.*

Cadaverosa facies. Liber Bembinus, & Donatus legunt *facie*; & haec verba non Parmenoni, sed Pamphilo attribuunt. FAERNUS. 27

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius
Cadaverosa facie.

Nostri omnes *Facies* perperam. Sed illud animadverte, Quo pacto idem & *Rubicundus*, *magnus*, *crassus* dicatur; & tamen idem *Cadaverosa* esse *facie?* An data opera, ut fingens ac mentiens; an ut festinans, oblivione sibi pugnantia dixit? Neutrum placet. Cur enim Parmeno, qui curiosus & garrulus, sed minime stultus inducitur, non hoc notavit, nec quicquam respondit? Addo amplius; nullam omnino faciem *Cadaverosam* dici posse: cum enim tot in cadaverum facie diversitates sint, quot in vivorum; quae una species cadaverosa dici poterit? Unane sunt facie, qui sani in pugna occiduntur, qui apoplexia occidunt; quique fame, marasmo, cancro moriuntur? Quid quod, hoc loco excepto, nusquam omnino occurrat verbum *Cadaverosus*; ob eam nempe quam dixi rationem; quia varia & incerta est cadaverum forma. Qui hoc igitur in Terentio non libenter ferent; illi mecum reponant,

Magnus

Digitized by Google

Quod pótero faciam, támen ut pietatém colam:
Nam mé parenti pótius quam amori óbsequi
Opórtet. attat éccum Phidippum ét patrem
Uideo: hórsum pergunt. quíd dicam hísce, incértus sum.

ACTUS III. SCAENA V.

LACHES. PHIDIPPUS. PAMPHILUS.

L. *DI'XTIN dudum illám dixisse, se éxspectare fílium?*
PH. *Fáctum.* L. *uenisse áiunt: redeat.* PA. *caúsae quid dicám patri,*
Quámobrem non reddúcam, néscio. L. *quém ego hic audiui loqui?*
PA. *Cértum offirmare ést uiam me, quám decreui pérsequi.*
L. *'Ipsus est de quo hóc agebam técum.* PA. *salue, mi pater.*
L. *Gnáte mi, saluć.* PH. *bene factum te ádueníisse, Pámphile:*
'Et adeo, quod máxumumst, saluum átque ualidum. PA. *créditur.*
L. *'Aduenis modo?* PA. *ádmodum.* L. *cedo, quíd reliquit Phánia*

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius Lentiginosa facie.

Valerius Max. I, 7. Ext. 6. De Dionysio Syracusano: *Praevalentem virum, flavi coloris, lentiginosi oris, ferreis catenis vinctum.* Donatus ad Eun. IV, 4, 22, *Maculoso corio: nempe ad id genus coloris facies exprimitur Eunuchorum, quia plerique lentiginosi sunt.* Ergo *Lentiginosa facie*, idem quod ibi dixit Noster, *Colore stellionino*, & Heaut. V, 5, 18. *Ore sparso.* Glossarium vetus: φάκοψις, *Lentiginosus, sparso ore.* Certe jam habes, quod intelligi saltem potest: at de *Cadaverosa* vide quid commentetur magnus Magister: *Cadaverosa*, inquit, *sublivida, ac personata rubore & livore: potest & pulposa intelligi & crassa & carnosa.* Nonne qui haec dicit, sibi conscius est & plane fatetur se nihil dicere? Porro quod adnotat Donatus, dignum est quod & hic legatur. 'Imperite Terentium de Myconio *Crispum* 'dixisse aiunt; cum Apollodorus *Calvum* dixe-'rit, quod proprium Myconiis est: ut Luci-'lius: *Myconi calva omnis juventus:* unde 'etiam proverbium Graecum, Μυκόνιος φαλα-'κρός. Sed ego Terentium puto scientem, 'facetius Myconium *Crispum* dixisse. De *Calvo Myconio* quod dicit, verum est. Strabo lib. X. Καὶ τὰς φαλακρὰς δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ. *Calvos homines, Myconios quidam vocant; quod istud vitium ea insula sit admodum frequens.* Plin. Hist. XI, 47. *In capite, cunctorum animalium homini plurimus pilus: sed Myconii carentes eo gignuntur.* Quid igitur fiet? An dicemus *Crispum* hic mendosum esse, & ab auctore fuisse *Calvum?* an studio hic Nostrum a Graeco discessisse; ob oeconomiam Actus V. Scenae III; ut in arce diutius haereret Parmeno, & plurimos compellaret, non paucos calvos?

Dixtine dudum dixisse illam, se exspectare filium? O. l. s. & Donatus, *dixtin* habent; & *illam dixisse.* ita versus trochaicus est, ut qui sequuntur. FAERNUS. Sic & Nostri. 1.

Quám causám dicám patri. Vides & accentum male incidere, *Causám*; & tria verba continua in *Am* exire. Quicquid nunc dicant Librarii, ne dubita quin a Terentio sic profectum sit. *Caúsae quid dicam patri.* ut And. III, 4, 21. *Quid causae est, quin hinc.* & Adel. IV, 2, 15. 2.

Sed si hic pernocto, causae quid dicam, Syre? Plaut. Aul. 1, 2, 14.

Ne causae quid sit, quod te quisquam quaeritet.

Atque adeo. Placet *Et adeo*; quod & plurimi & vetusti habent. 3.

Hand-

Cónſobrinus nóſter? PA. *ſane hercle hómo uoluptati óbſequens*
Fúit, dum uixit: ét qui ſic ſunt, haút multum heredém iuuant.
Sibi uero hanc laudém relinquont: uíxit, dum uixít, bene.
L. *Túm tu igitur nihil áttuliſti huc úna plus ſenténtia?*
PA. *Quícquid eſt id, quód reliquit, prófuit.* L. *immo óbfuit:*
Nam íllum uiuum et ſáluom uellem. PH. *inpúne optare iſtúc licet:*
'Ille reuiuiſcét iam numquam; et támen utrum malís ſcio.
L. *Héri Philumenam ád ſe adcerſi hic iúſſit: dic iuſſiſſe te.*
PH. *Nóli fodere: iúſſi.* L. *ſet eam iám remittet.* PH. *ſcílicet.*
PA. *'Omnem rem ſcio, út ſit geſta: aduéniens audiuí modo.*
L. *'At iſtos inuidós di perdant, qui haéc libenter núntiant.*
PA. *'Ego me ſcio cauiſſe, ne ulla mérito contumélia*
Fieri a uobis póſſet: idque ſí nunc memorare híc uelim,
Quám fideli animo ét benigno in íllam et clementí fui,
Uére poſſum; ní te ex ipſa haec mágis uelim reſcíſcere:

10 *Haud multum heredem adjuvant.* Liber Bembinus & alii antiqui, *heredem juvant.* FAERNUS. Sic & Noſtri, *Juvant.*

11 *Hanc laudem reliquit.* Idem libri *relinquont.* ſta & Donatus, licet per duo *u.* FAERNUS. Noſtri quoque, uno excepto, *Relinquunt.*

12 *Plus uná ſententia.* Aut legendum, *'Una plus ſententia*; aut, *Plus una hac ſententia.*

13 *Profuit.* L. *immo obfuit.* In *profuit*, poſtrema producitur, quod antiquiſſimi in dictionibus deſinentibus in *t*, ſaepe faciebant. FAERNUS. *Profuit. Immo obfuit.* Cum producitur *t*, & in caeſura eſt, & in Praeteritis quae Neutralia ſunt, ut *Rediit, periit*, & ſimilia. Potius igitur legerim: *Profuit. Immo vero obfuit*, And. V, 2, 13. *'Immo vero indignúm.* & infra IV, 4, 104. *Immo véro abi.* V, 4, 37. *Immo véro ſcio.* Phor. III, 2, 43.
Siccine hunc decipis? immo enim vero hic me decipit.

16 *Heri Philumenam.* Aut in *heri* poſterior ſyllaba corripienda, aut *here* legendum; quod tamen in nullo l. s. invenimus. FAERNUS. Noſtri *Heri.*

17 *Sed jam remittet eam.* Trochaicum claudicantem corrigo, ordinando verba, ut in libro Bembino, & Victoriano. *Sed eam jam remittet.* FAERNUS. Sic & Noſtri.

Adveniens audivi omnia. Noſtri univerſi in fine addunt *Modo:* & in uno Regio deeſt *Omnia*; ut in quibuſdam G. Fabricii. Repone: *Adveniens audivi modo.* Cur enim addat *Omnia*; cum jam dixerit *Omnem rem?* 18

Ego ſcio me caviſſe. Ita quidem liber Bembinus & Donatus: ſed venuſtius videtur, quod in aliis omnibus libris eſt, *ego me ſcio caviſſe.* FAERNUS. Sic & unus Noſter vetuſtus, *Scio me:* reliqui *Me ſcio.* 20

Vere poſſim. Parvi quidem hoc refert, omnes tamen l. s. *poſſum* habent. FAERNUS. Sic & Noſtri omnes *Poſſum.* 23

Cum illa, quae nunc in me iniqua eſt. Meliores & plures noſtri meliore ordine ponunt: *Cum illa, quae in me nunc iniqua eſt.* 25

Neque culpa hoc eveniſſe diſſidium mea, id teſtor deos. Collocanda ſunt verba, ut in libro Bembino, Vaticano, Baſilicano, ac Victoriano & Donato:
Neque mea culpa hoc diſcidium eveniſſe, id teſtor deos. FAERNUS.
Sic, uno excepto, Noſtri omnes. 26

Sed quando ſeſe indignam deputat matri meae cui concedat. Addimus ex o. l. s. verbum *eſſe*, hoc modo, *ſeſe eſſe*, ut & poſtulat verſus. 27

ſane

Námque eo pacto máxume aput te méo erit ingenió fides,
Cum illa, quae in me nunc íniqua eſt, aéqua de me díxerit.
Néque mea culpa hóc diſcidium euéniſſe, id teſtór deos.
Sét quando eſſe indígnam ſeſe députat, matri meae
Quaé concedat, quaéque eius mores tóleret ſua modéſtia;
Néque alio compóni pacto pótis inter eas grátiaſt;
Ségreganda aut máter a me eſt, Phídippe, aut Philúmena:
Núnc me pietas mátris potius cómmodum ſuadét ſequi.
E. *Pámphile, haut inuíto ad aures ſérmo mi acceſſit tuus,*
Cúm res poſtputáſſe te omnes praé parente intéllego.
Uérum uide, ne inpúlſus ira práue inſiſtas, Pámphile.
PA. *Quid ego íra inpulſus núnc in illam iníquos ſim?*
Quae númquam quicquam ergá me commeritáſt, pater,
Quod nóllem; et ſaepe méritam quod uellém ſcio:
Amóque et laudo et uéhementer deſídero:

ſane in libro Bembino legitur, *quae concedat*; licet & in eo quoque libro prius eſſet *cui*; ſed *quae* etiam Ubaldino Bandinello placebat. nos tamen antiquam lectionem non mutamus. FAERNUS.

Set quandó ſeſe eſſe indignam deputat matri meae,
Cui concedat, cujuſque mores toleret ſua modeſtia.

Sic a Faerno eſt. Noſtri plerique *Seſe eſſe*. Unus tamen Academicus non habet *Seſe*. Unus e Meadianis, *Set quando eſſe indignam ſe dep.* In altero verſu pro *Cui* Bembinus a manu ſecunda *Quae*. Lege & diſtingue:

Sét quando éſſe indignam ſeſe deputat, matri meae
Quae concedat, quaéque ejus móres toleret ſua modeſtia.

Indignam quae concedat quaeque toleret. Ita Eun. V, 2, 27. *Nam ſi digna hac contumelia*
Sum maxume; at tu indignus qui faceres tamen.
Donatus, falſa lectione implicitus, miris modis ſe torquet; nec tamen ſe extricat. Id ceteris quoque Interpretibus evenit.

29 *Neque alio pactó componi poteſt inter eas gratia.* Vides *Pactó* in ultima acui, contra Latinae Linguae indolem; deinde *Poteſt* utramque corripere. Neutrum ab Auctore eſt, qui ſic dederat,

Neque alio componi pacto potis inter eas gratiaſt.

Sic Adel. III, 2, 46. *Pejore res loco non potis eſt eſſe.* Plautus Poen. IV, 2, 24.

Qui ipſus hercle ignaviorem potis eſt facere ignaviam.

Segreganda aut mater eſt a me. Ex libro 30
Bembino & aliis antiquis & ratione verſus, haec verba ſic ordino, *mater a me eſt.* FAERNUS. Sic & Noſtri omnes, *A me eſt.*

Pamphile, ad aures haud invito. In o. l. s. 32
& Donato, ita haec verba invenias collocata: *Pamphile, haud invito ad aures.* FAERNUS. Sic & Noſtri univerſi.

Cum te poſtputaſſe omnes res prae parente in- 33
tellego. Repone, quod tanto artifice dignius eſt,

Cum res poſtputaſſe te omnes.

Quibus iris inpulſus nunc in illam iniquos ſiem? 35
Hic verſus juſto longior eſt, ut quivis metri peritus ſtatim videat. Inde eſt, quod veterrimus noſter cum tribus aliis habeant,

Quibus iris pulſus.

Hoc enim quivis corrector poterat. Sed notandum, in reſponſione ſemper eadem verba repeti, & accentu quoque eodem. Non credam igitur *Inpulſus ira* mutari hic in *Iris pulſus*. Repone:

Quid ego ira inpulſus nunc in illam iniquos ſim?

Quod nóllem, & ſaepe quod vellém meritam 37
ſcio. Sentis, opinor, *Vellem* in ultima male acui:

Nam fuísse erga me míro ingenio expértus sum:
Illíque exopto, ut réliquam uitam éxigat
Cum eó uiro, me quí sit fortunátior:
Quandóquidem illam a me dístrahit necéssitas.
PH. *Tibi id ín manu est, ne fíat.* L. *si sanús sies,*
Iube illám redire. PA. *nón est consíliúm, pater:*
Matrís seruibo cómmodis. L. *quo abís? mane,*
Mane, ínquam: quo abis? PH. *quae haéc est pertinácia?*
L. *Dixín, Phidippe, hanc rem aégre laturum ésse eum?*
Quamobrém te orabam, fíliam ut remítteres.
PH. *Non crédidi edepol ádeo inhumanúm fore:*
Itan ís nunc sibi me súpplicaturúm putat?
Si est, út uelit reddúcere uxorém; licet:
Sin álio est animo; rénumeret dotem húc, eat.
L. *Ecce aútem tu quoque próterue iracúndus es.*
PH. *Percóntumax redísti huc nobis, Pámphile.*
L. *Decédet ira haec: étsi merito irátus est.*
PH. *Quia paúlum uobis áccessit pecúniae,*
Subláti animi sunt. L. *étiam mecum lítigas?*

acui in sede media. Suppetias ferunt Nostri & meliores & numero plures;
Quod nollem, & saepe meritam quod vellem scio.

48 *Ut filiam remitteres.* Liber Bembinus, *filiam ut remitteres.* FAERNUS. Nostri universi, *Ut filiám.* Sed recte Bembinus; ut evitetur accentus in ultima.

50 *Ita núnc is sibi me supplicaturum putat?* Donatus ad locum: *Sibi & me; Magno pondere legendum est utrumque pronomen.* Bene: sed illud pondus adhuc augetur, ordine paulum immutato. Unus ex nostris, *Is nunc,* pro *Nunc is:* alter *Itan* pro *Ita.* Repone:
Itan is nunc sibi me supplicaturum putat.

55 *Decedet jam ira haec.* Idem liber, & Donatus, *decedat.* FAERNUS.
Decedat jam ira haec, etsi merito iratus est. Sic a Faerno. Sed Donatus in omnibus quod sciam editis *Decedet*; & sic nostri omnes; sententia quoque flagitante. Porro in melioribus & pluribus Nostris deest *Jam?* Recte: non enim *Jam,* statim; sed die ac tempore.

Quia paululum vobis. Aliqui libri, & in iis Vaticanus & Basilicanus habent *paulum:* quod versui magis convenit. FAERNUS. Nostri meliores *Paulum.* 56

Ut alii, si huic non sit, siet. Liber Bembinus, *si huic non est, siet.* quorum utrum melius sit, statuere nescio; & tamen antiquiorem lectionem semper elegerim. FAERNUS. Nostri omnes *Sit.* 59

Ad uxorem: cujus fiunt haec consilio omnia. In o. l. s. & Donato, hic est ordo verborum, *cujus haec fiunt.* multis autem rationibus sustentari potest versus. FAERNUS. Sic & Nostri. 64

Quid meo viro respondebo. O. l. s. *quid viro meo.* est autem hic versus trochaicus acatalecticus, ejusdem generis est & secundus hujus scaenae versus, si tamen pro *audisse,* legas *audivisse,* ex libro Bembino ac Victoriano & Basilicano ac Donato. item quartus, si pro *resciverit, rescierit* legas, ex iisdem libris. Item octavus, cui tamen attribuimus haec verba, *atque eccam,* dempta ex praecedenti versu: quam ordinationem versuum habet liber Victo- 1

PH. *Delíberet, renúntietque hodié mihi,*
Uelítne an non: ut álii, ſi huic non éſt, ſiet.
L. *Phidíppe, ades, audi paúcis. abiit. quíd mea?*
Poſtrémo inter ſe tránſigant ipſi, út lubet:
Quandó nec gnatus neque híc mi quicquam obtémperant;
Quae díco paruipéndunt. porto hoc iúrgium
Ad uxórem, cuius haec fiunt conſilio ómnia:
Atque ín eam hoc omne, quód mihi aegreſt, éuomam.

ACTUS IV. SCAENA I.

MYRRHINA. PHIDIPPUS.

M. *PE'RII, quid agam? quó me uortam? quíd uiro meo réſpondebo*
Míſera? nam audiuiſſe uocem púeri uiſuſt uágientis:
'Ita corripuit dérepente tácitus ſeſe ad fíliam:
Quód ſi reſcierít peperiſſe eam; íd qua cauſa clám me habuiſſe
Dícam, non edepól ſcio.
Sét oſtium concrépuit: credo ipſum éxire ad me: núlla ſum.
PH. *'Uxor, ubi me ad fíliam ire ſénſit, ſe eduxít foras:*

Victorianus, & Robertus Stephanus: in quo etiam verſu ex eodem Victoriano, & Bembino lego *quid ais?* interrogat enim Phidippus Myrrhinam, quidnam ſit quod ipſa ſecum loquatur. item nonus, in quo ex libro Bembino lego *vir ego tuus ſim?* item undecimus, item duodecimus, eliſo ex *taces s:* item quartus decimus, & decimus ſeptimus: ubi tamen *adeon* legendum ex o. l. s. item decimus nonus, in quo ex omnibus fere libris ſcriptis, verſuſque ratione legendum *adverſum.* quintus dimeter trochaicus catalecticus. Hi vero, quos infra dicam, trochaici ſunt tetrametri catalectici, tertius, & ſextus, eliſo tamen *d*, ex *ſod*, ut in prima ſede ſit trochaeus. Item ſeptimus, & decimus. item tertius decimus contracta dictione *niſi*, in unam ſyllabam. Item quintus decimus, deleta in hoc dictione *hunc*, quae nec eſt in libro Bembino, neque ponitur a Donato, neque ſane multum ſenſui ſervit, & verſui incommodat. item ſextus decimus, vigeſimus, vigeſimus ſecundus, cujus poſtrema verba in libro Bembino, & Victoriano hunc ordinem habent, numero dulciore. *poſſe filiam tuam te pati.* ubi *tuam* monoſyllabum eſt, item vigeſimus quartus, non facta eliſione in *cum eo.* item vigeſimus quintus, in quo pro *malo*, lege *mavolo*, ex eiſdem duobus antiquiſſimis libris, verſuſque ratione. item vigeſimus ſextus, & vigeſimus ſeptimus. At qui ſequuntur quattuor verſus, ſunt octonarii Iambici acatalectici: ſi tamen in vigeſimo octavo, poſt *τὸ quoque*, addas dictionem *etiam*, quae eſt in omnibus libris. in vigeſimo vero nono ex tribus antiquiſſimis, pro *eandem*, legas *eadem:* diſtinguendo poſt *oſtendiſti*, ut ſit ordo, nihil ceſſaviſti uſque adhuc eadem eſſe, ut olim te oſtendiſti: pro, quam olim te oſtendiſti. FAERNUS.

Ad me exire nulla ſum. Melius Noſtri meliores & plures, *Exire ad me.* 6

Se duxit foras. Ita quidem Libri, & Donatus: *Se duxit*; *Verbis uſus eſt intra domeſticos parietes artis* (lege *natis*) *τῷ ἰδιωτικῷ.* Habeat is ſuum ſibi *ἰδιωτικόν*: & repone, *Se eduxit foras:* ut ſupra III, 3, 4. 7

Quam me propter exanimatum citius eduxi foras. Plaut. Truc. I, 1, 18.

Piſces uſque adeo donicum eduxit foras.

'Atque eccam uideo. quíd ais, Myrrhina? heús tibi dico. M. *míhine, mi uir?*
PH. *Uír ego tuus ſim? tú uirum me, aut hóminem deputás adeo eſſe?*
Nám ſi utrumuis hórum, mulier, úmquam tibi uiſús forem,
Nón ſic ludibrió tuis factis hábitus eſſem. M. *quibus?* PH. *at rógitas?*
Péperit filia? hém, tacen? ex quo? M. *iſtúc patrem rogáre eſt aequom?*
Périi: ex quo cenſés, niſi ex illo, cuí data eſt nuptum, óbſecro?
PH. *Crédo: neque adeo árbitrari pátris eſt aliter. ſét demiror,*
Quíd ſit, quamobrem tántopere omnis nós celari uólueris
Pártum; praeſertím cum et recte et témpore ſuo pépererit.
'Adeon peruicáci eſſe animo, ut púerum praeoptarés perire,
'Ex quo firmiórem inter nos fóre amicitiam póſthac ſcires:
Pótius quam aduorſum ánimi tui libídinem eſſet cum illo nupta?
'Ego etiam illorum éſſe culpam hanc crédidi, quae te éſt penes.
M. *Míſera ſum.* PH. *utinam ſciam ita eſſe iſtuc. ſét nunc mi in mentém uenit,*
De hác re quod locúta es olim, cum illum generum cépimus:
Nám negabas fíliam tuam póſſe te nuptám pati
Cúm eo qui meretrícem amaret, quí pernoctarét foris.
M. *Quámuis cauſam hunc ſúſpicari, quam ípſam ueram, máuolo.*
PH. *Múlto prius, quam tú, illum ſciui habére amicam, Myrrhina:*

12 *Hem, taces? ex quo.* Sic Libri. Sed *Taces* vix corripiat poſteriorem. Repone, *Hem tacen. Tacen, Viden* brevia ſunt.

15 *Nos celare volueris.* Trochaeus in ea ſede minus gratus eſt. Dedit Auctor: *Nos celari volueris:* ut infra IV, 4, 23.
Noſne id celatos tam diu.

20 *Ego etiam illorum eſſe hanc culpam.* Tres ex noſtris concinnius,
Ego etiam illorum eſſe culpam hanc.

22 *Ex hac re quod louta es olim.* Hic verſus inter Trochaicos Iambicus incedit: Lege,
Sed nunc mi in mentem venit,
De hac re quod locuta es olim cum illum generum cepimus.
Ita clare citat Donatus ad Hec. IV, 4, 89.

23 *Nam negabas nuptam poſſe filiam tuam te pati.* Noſtri plerique *Nuptam filiam poſſe*; Quattuor alio & inter ſe diverſo modo verba collocant, Repone, commodiſſime ad verſum:
Nam negabas filiam tuam poſſe te nuptam pati.

Mauolo. Sic praeter Faerni duos duo Noſtri veterrimi: ceteri *Malo.* 25

Multo prius ſciui quam tu illum amicam habere, Myrrhina. Sic a Faerno. Noſtri plerique omnes, numeroſius, *Habere amicam.* Sed & illud *Sciui* incommode acuitur. Repone. 26
Multo prius, quam tu, illum ſcivi habere amicam, Myrrhina.

Nam id omnibus innatumſt. Vel lege, *Nám id innatumſt,* ut Trochaicus ſit cum praecedentibus; vel *Nam id omnibus innatum*; ut Iambicus ſit cum ſequentibus. Porro noſtri omnes, *Aderit tempus, cum.* Quid ſi ſic legas, & diſtinguas: 28
Verum id vitium numquam decrevi eſſe ego: adoleſcentiae
Innatum eſt: at pol jam aderit tempus, ſe quoque etiam cum oderit.
Sic Plautus Bacch. III, 3, 14.
Jam aderit tempus, cum ſeſe etiam ipſe oderit: morem geras.
Virgil. Eclog. IV.
Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores.
Sed Noſter And. I, 1, 125.

Prope

Uérum id uitium númquam decreui ésse ego aduleſcéntiae:
Nam id ómnibus innatum. át pol iam aderit, ſé quoque etiam cum óderit.
Set, ut ólim te oſtendíſti, nil ceſſáuiſti eadem esse úſque adhuc:
Ut fíliam ab eo abdúceres; neu, quód ego egiſſem, eſſét ratum.
Id núnc res indicium haéc facit, quo páćto factum uólueris.
M. *'Adeon me esse péruicacem cénſes, cui matér ſiem*
'Ut eo eſſem animo, ſi éſſet noſtro ex úſu hoc matrimónium?
PH. *Tún proſpicere aut iúdicare nóſtram in rem quod ſít potes?*
Aúdiſti ex aliquó fortaſſe, quí uidiſſe eum díceret
'Exeuntem aut íntroeuntem ad amícam. quid tum póſtea?
Sí modeſte ac ráro hoc fecit: nónne diſſimuláre nos
Mágis humanum eſt, quám dare operam id ſcíre, qui nos óderit?
Nám ſi is poſſet áb ea ſeſe dérepente auéllere,
Quácum tot conſuéſſet annos; nón eum hominem dúcerem,
Néc uirum ſatis firmum gnatae. M. *mítte aduleſcentem óbſecro:*
'Et quae me peccásse ais. abi, eum ſólum ſolus cónueni:
Róga, uelitne annón uxorem: ſi éſt, ut dicat uélle ſe,
Rédde: ſin eſt aútem ut nolit, réćte conſului meae.
PH. *Sí quidem ille ipſe nón uolt, et tu ſénſti esse in eo, Myrrhina,*

Prope adeſt, cum alieno more vivendumſt mihi.

29 *Set ut olim te oſtendíſti, eadem éſſe nihil ceſſaviſti uſque adhuc.* Male *Eadem*, quod accentu erigi debebat, in Theſi deprimitur. Melius Edd. vett. & ex noſtris unus:
Sed ut olim te oſtendiſti, nihil ceſſaviſti éadem eſſe uſque adhuc.

33 *Si éx uſu éſſet noſtro hoc matrimonium. Uſu* hic in Theſi male occultatur. Repone:
Si eſſet noſtro ex úſu hoc matrimonium.

34 *Tune proſpicere.* Nos ex l. s. verſuſque ratione, *tun pro'picere.* FAERNUS. Et noſtri quoque *Tun.*

37 *Nonne ea diſſimulare nos.* Perperam *Ea* numero plurali; cum praecedat *Hoc*, & ſubſequatur *Id.* Quare recte ejiciunt *Ea* noſtri codices magno conſenſu.

42 *Et quae me peccáſſe ais: abi, ſolum ſolus conveni.* Non belle in duos pedes diſtribuitur *Ais.* Repone ut monoſyllabon ſit:
Et quae me peccaſſe ais: abi, eum ſolum ſolus conveni.

Eum ſolum, ut *Te ſolum.* Plaut. Capt. III, 4, 70. *Solus te ſolum volo.*

Roga, velitne annon uxorem. ſi eſt ut dicat velle ſe. *Roga* poſteriorem corripiet. Martialis: *Incideris quotiens in baſia fellatoris, In ſolio puta te Flacce lavare caput.* praeterea liber Bembinus & Donatus hunc ordinem verborum habent, *roga velitne uxorem annon?* ſed ſic verſum ſuſtentabimus, non faciendo colliſionem vocalium in *ſi eſt.* FAERNUS. 43
Roga velitne uxorem annon: ſi eſt, ut dicat velle ſe. Niſi vel in *Uxorem* vel in *Si* ceſſet Synaloepha, quorum neutrum ex arte licet, verſus hic ſtare nequit. Repone ex noſtris fere omnibus, id quod Faernus ejecerat;
Roga velitne annon uxorem.

Recte conſului meae. Nos addimus pronomen *ego* ex libris Bembino ac Victoriano, & Donato, *recte ego conſului meae.* FAERNUS. In Noſtris deeſt *Ego*; verſu gratulante. 44

Et tu ſenſiſti eſſe. Legendum videtur *ſenſti*, per ſyncopam; aut certe ita in ſcanſione pronuntiandum. FAERNUS. Si pronuntietur *Senſti*; quidni & ſcribatur? 45

Digitized by Google

Péccatum; aderam, cuius consilio fúerat ea par próspici.
Quámobrem incendor ira, te ausam fácere haec iniussú meo:
Interdico ne éxtulisse extra aédis puerum usquám uelis.
Sét ego stultiór, meis dictis párere hanc qui póstulem.
Ibo intro, atque edícam seruis, né quoquam ecferrí sinant.
M. *Nullám pol credo múlierem me míseriorem uiuere:*
Nam ut híc laturus hóc sit, si ipsam rem, út fiet, resciuerit,
Non édepol clam me est, cum hóc quod leuiust, tam ánimo iracundó tulit:
Nec, quá uia sententia eius póssit mutarí, scio.
Hoc mi únum ex plurimís miseriis rélliquum fuerát malum,
Si púerum ut tollam cógit, cui nos qui sit nescimús pater:
Nam cúm compressa est gnáta, forma in ténebris nosci nón quita est:
Neque détractum ei tum quícquam est, qui post pósset nosci quí fiet:
Ipse éripuit ui, in dígito quem habuit, uírgini abiens ánulum.
Simul uéreor Pamphilúm, ne orata nóstra nequeat díutius
Celáre, cum sciét alienum púerum tolli pró suo.

ACTUS

46 *Cujus consilio ea par fuerat prospici.* Etiam hic sine Synaloepha est *Consilio.* Repone cum noſtris universis.

Cujus consilio fuerat ea par prospici.

47 *Quamobrem incendor ira te esse ausam facere haec injussu meo.* Ea collocatione verborum, quam habet liber Victorianus, ſtat trochaicus. ut pronomen *te*, poſt *rò haec*, ponatur. FAERNUS.

Quamobrem incendor ira, esse ausam facere haec te injussu meo.

Noſtri omnes *Te* ante *Esse*. Tolle *Esse*, & veram lectionem habes:

Quamobrem incendor ira, te ausam facere haec injussu meo.

54 *Mutari possit, scio.* O. l. s. & Donatus, *possit mutari:* quod numeroſius eſt. FAERNUS. Sic & Noſtri omnes.

56 *Cujus nos qui sit nescimus pater.* Satis bene *Cujus*; ſed adhuc melius *Cui nos.*

58 *Neque detractum ei tum quicquam est, qui post possit noscier qui fiet:* Hic verſus nullo modo poteſt ſtare: quem nos ex libro Bembino, ita corrigimus;

Neque detractum ei est quicquam, qui posset post nosci qui fiet.

ei autem hic ſpondeus eſt, ut ſaepe apud Lucretium. FAERNUS.

Neque detractum ei est quicquam, qui posset post nosci qui fiet. Sic a Faerno eſt; in quo *Ei* diſyllabon eſt, & ſcribendum *Eii*; hoc ferendum: ſed ut *Posset* acuat ſecundam, ferri non debet. Quanto melius Noſtri fere omnes; ſi *Noscier* in *Nosci* mutes.

Neque detractum ei tum quicquam est, qui post posset nosci qui fiet.

60 *Simul uereor Pamphilum.* Arbitror ex *ſimul* l elidi, ut primus pes ſit proceleuſmaticus, ſecundus ſpondeus. FAERNUS. Recte de *Simul*; & in primo pede haec corripi frequentiſſimum eſt.

1 *Non clam me est mi gnate.* Aliam collocationem verborum habet liber Bembinus, & aliquot alii, verſui aeque aptam, qui eſt octonarius Iambicus quadratus; *non clam me est gnate mi.* FAERNUS.

Ferri

ACTUS IV. SCAENA II.

SOSTRATA. PAMPHILUS.

NON clám me eſt, gnate mí, tibi me eſſe ſúſpectam, uxorém tuam
Proptér meos mores hínc abiſſe: etſi éa diſſimulas ſédulo:
Uerum íta me di ament, ítaque obtingant éx te quae exoptó mihi,
Ut númquam ſciens commérui, merito ut cáperet odium illám mei:
Teque ánte quod me amáre rebar, eí rei firmaſtí fidem:
Nam mi íntus tuus patér narrauit módo, quo pacto me hábueris
Praepóſitam amori tuó: nunc tibi me cértum eſt contra grátiam
Referre, ut aput me praémium eſſe póſitum pietatí ſcias.
Mi Pámphile, hoc et uóbis et meae cómmodum famae árbitror:
Ego rús abituram hinc cúm tuo me eſſe cérto decreuí patre;
Ne méa praeſentia óbſtet, neu cauſa úlla reſtet réliqua,
Quin túa Philumena ád te redeat. PA. *quaéſo quid iſtuc cónſili eſt?*
Illíus ſtultitia uícta, ex urbe tú rus habitatúm migres?
Haut fácies: neque ſinam, út qui nobis, máter, maledictúm uelit,
Mea pértinacia éſſe dicat fáctum, haut tua modéſtia.

Ferri haec poſſunt; ideo nihil hic muto. Sed aperiam ſuſpicionem meam, fortaſſis ab Auctore ſic primum veniſſe.

Non clam me eſt, eſſe tibi ſuſpectum, gnate mi, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe; etſi id diſſimulas ſedulo.

Eſſe tibi ſuſpectum; ut ſupra III, 3, 38. *Scio nemini aliter ſuſpectum fore.*

3 *Quae opto mihi. Quae exoptem* habet liber Bembinus, reliqui fere *exopto*, quod & placet. FAERNUS. Unus ex noſtris *Exopto*; ceteri *Opto*.

4 *Ut caperet odium illa mei.* Hic eſt trochaeus in ſeptima ſede octonarii, quem pedem verſus Iambicus non admittit. quare aut legendum eſt, ut habent o. l. s. recentiores, *ut caperet illa odium mei*, aut conſervata collocatione verborum impreſſa, quae eadem eſt in libro Bembino, & aliis antiquis, emendandum, licet reclamantibus omnibus libris *illam*: ut ſit, *ut caperet odium illam mei*; & ſit ordo, ut odium mei caperet illam: ſicut & ſupra dicitur: *Jampridem equidem audivi, cepiſſe odium tui Philumenam.* & in Eunucho: *Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti ſi quando odium ceperat*, hoc & Ubaldino Bandinello placebat. FAERNUS. In duobus Noſtris *Illam* erat; & *m* poſtea eraſum.

5 *Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.* Satagit hic Donatus; agit nihil. Unus Academicus pro varia lectione *Ante quem*. Sed adhuc reſtat ἀνακόλουθον; niſi legas *Tuque, ante quem*. Rem conficit noſter veterrimus.

Teque ante quod me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.

Ordo eſt; *Quodque ante rebar, te me amare, ei rei fidem firmaſti.*

8 *Ut apud me praemium eſſe poſitum pietatis ſcias.* Ex libro Victoriano lego, *pietati*. FAERNUS. Plerique ex noſtris *Pietati*: Plaut. Poen. V, 4, 17. *Praemium ut eſſe ſciam Pietati.*

15 *Mea pertinacia dicat eſſe factum.* Ex libro Bembino & aliis antiquis ac Donato, verſuſque ratione, ita ordinamus haec verba, *eſſe dicat factum*. FAERNUS. Pars melior Noſtrorum *Eſſe dicat*.

Nihil

Tum tuás amicas te ét cognatas déſerere et feſtós dies
Mea caúſa, nolo. SO. *níl pol iam iſtaec mihi res uoluptatís ferunt:*
Dum aetátis tempus tulít, perfuncta ſatis ſum: ſatias iám tenet
Studiórum iſtorum: haec míhi nunc cura eſt máxuma, ut ne cuí mea
Longínquitas aetátis obſtet; mórtemue exſpectét meam.
Hic uídeo me eſſe inuiſam inmerito: tempus eſt concédere.
Sic óptume, ut ego opínor, omnis caúſas praecidam ómnibus:
Et me hác ſuſpicióne exſoluam, et illis morem géſſero.
Sine me óbſecro hoc effúgere, uolgus quód male audit múlierum.
PA. *Quam fórtunatus céteris ſim rébus, abſque una hác foret,*
Hanc mátrem habens talem, íllam autem uxorem. SO. *óbſecro, mi Pámphile,*
Non túte incommodám rem, ut quaeque eſt, ín animum inducés pati?
Si cétera ita ſunt út uis, itaque ut éſſe ego illa exíſtumo;
Mi gnáte, da mi hanc uéniam, redduc íllam. PA. *uae miſeró mihi.*
SO. *Et míhi quidem: nam haec rés non minus me mále habet quam te, gnáte mi.*

17 *Nihil jam mihi iſtaec res voluptatis ferunt.* Liber Bembinus *iſtae res*; quanvis & *iſtaec*, genere feminino, nominativo plurali efferret antiquitas. Terentius in Eunucho, *Continuo haec adornant ut lavet.* FAERNUS.

Mea cauſa nolo. Nihil jam mihi iſtaec res voluptatis ferunt.

Lege ex noſtris univerſis:

Mea cauſa nolo: Nil pol jam iſthaec mihi res voluptatis ferunt.

Ejectum *Pol* ab eis eſt, qui neſcirent *Voluptatis* ſecundam corripere ſolere. *Iſtaec* omnes Codices, ſolo Bembino excepto, pro *Iſtae*. Vide infra IV, 3, 12. *Illaec* pro *Illae*.

18 *Satias me jam tenet.* Delemus pronomen *me*, ex auctoritate libri Bembini, & ratione verſus. FAERNUS. In veterrimo noſtro deeſt *Me*: ceteri habent.

19 *Ne cui meae longinquitas aetatis obſtet.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, & alii antiqui, habent *mea*. FAERNUS. Plerique ex Noſtris *Mea*.

20 *Mortemve exoptet meam.* Nos *exſpectet* legimus, ex Donato, & libro Bembino. ita etiam ſcriptum fuiſſe in Victoriano, conjicere licet ex raſura, ubi repoſita eſt dictio *exoptet*. FAERNUS. Noſtri omnes *Exoptet*.

25 *Abſque una haec foret.* Sic & Noſtri codices *Haec*, & Donatus; ut *Abſque* adverbium ſit, *Abſque foret*, abeſſet. Idem tamen agnoſcit aliam lectionem, *Abſque una hac foret*, ut *Abſque* ſit praepoſitio: Male tamen explicat, *Una*, id eſt, *Uxore*. Immo *Ceteris rebus, abſque una hac*, re ſcilicet. *Abſque eſſet* cum ablativo paſſim obverſatur. Porro pro *Sum* lege *Sim*.

Non tute rem incommodam. Bembinus liber & aliqui alii, *non tute incommodam rem:* quae collocatio verſum, aliter laborantem, ſuſtentat. & paulo poſt in eodem Bembino pro *inducas, induces*. & legendum eſt cum affectu hortantis ad patientiam, ut & tangere videtur Donatus. FAERNUS. Noſtri *Incommodam rem*; ſed iidem *Inducas*. 27

Si cetera ſunt, ita ut tu vis. Pronomen *tu*, non eſt in libro Bembino: ac ne neceſſarium quidem eſt: collocationem vero verborum o. l. s. eo excepto, & cum iis Donatus, hanc habent, *ſi cetera ita ſunt*. FAERNUS. 28

Si cetera ita ſunt, ut vis, itaque ut eſſe ego illam exiſtimo.

Noſtri omnes, *Ut tu vis:* ſed recte Bembinus *Ut vis:* alioquin *Ita* & *Itaque* non eodem accentu fuerint. Noſtri univerſi *Illam*, & (quod miror) Donatus qui intelligit *Nurum*. Quis non videat *Illa* legendum, & referendum ad *Cetera*. Sed hoc plus toto ſaeculo jam innotuit.

Mi

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA III.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.

L. *QUEM cum iſtoc ſermónem habueris, prócul hic aſtans áccepi, uxor.*
Iſtuc eſt ſapere, qui úbicunque opus ſit ánimum poſſis fléctere;
Quód ſit faciundúm fortaſſe póſt, idem hoc nunc ſi féceris.
SO. *Fórs fuat pol.* L. *ábi rus ergo hinc: ibi ego te et tu mé feres.*
SO. *Spéro ecaſtor.* L. *í ergo intro, et compóne quae tecúm ſimul*
Ferántur. dixi. SO. *ita út iubes, faciám.* PA. *pater.*
L. *Quíd uis, Pamphile?* PA. *hínc abire mátrem? minume.* L. *quíd ita iſtuc uis?*
PA. *Quía de uxore incértus ſum etiam quíd ſim facturús.* L. *quid eſt?*
Quíd uis facere, níſi reducere? PA. *équidem cupio, et uix contineor:*
Sét non minuam meúm conſilium: ex úſu quod eſt, id pérſequar:
Crédo ea gratiá concordes mágis, ſi redducám, fore.

29 *Mi gnate, dá veniam háne mihi, reduc illam. Veniam* in Theſi totum latet. *Reduce* noſtri omnes. Lege.

Mi gnate, da mi hanc veniam, redduc illam. Plaut. Amph. III, 2, 4.

Da mihi hanc veniam, ignoſce, irata ne ſies.

1 *Procul hinc ſtans.* Tres ex noſtris *Hic*; & lege *Aſtans*, ut Heaut. V, 2, 7.

3 *Quod faciundum fortaſſe ſit poſt, idem hoc nunc ſi feceris.* Hic verſus, ut trochaicus non poteſt ſtare, ut Iambicus autem vix atque aegre, adeo impeditus eſt inverſione verborum: quae nos ex Donato, & libro Bembino ita collocamus: *Quod faciundum ſit poſt fortaſſe.* ita trochaicus erit, in quo tamen in, *idem hoc*, non fiet colliſio. Victorianus, & alliqui alii libri ita habent:

Quod faciundum ſit fortaſſe poſt idem hoc nunc ſi feceris.

alii, *Quod ſit faciundum fortaſſe*, & in his Baſilicanus. FAERNUS.

Quod faciundum ſit poſt fortaſſe, idem hoc nunc ſi feceris.

Sic dedit Faernus; ut in *Idem* nulla fiat colliſio: quae tamen licentia non poteſt concedi. Noſtri veterrimi cum aliis pleriſque *Quod ſit faciundum:* Unus cum Victoriano, *Fortaſſe poſt.* Repone:

Quod ſit faciundum fortaſſe poſt, idem hoc nunc ſi feceris.

Ubi vides & *Poſt* & ei oppoſitum *Nunc* utrumque in Ictu eſſe.

5 *Quae ſimul tecum.* Inverſa verba ſic colloca ex libro Bembino, & aliis antiquis, & ratione trochaici, *quae tecum ſimul.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes *Tecum ſimul.*

7 *Quid vis Pamphile?* Verſus eſt trochaicus tetrameter acatalecticus, ut & nonus. FAERNUS.

9 *Equidem cupio & vix contineo.* Complures libri, & in iis antiquiſſimi, *contineor*, FAERNUS. Noſtri etiam *Contineor.*

11 *Credo ea gratia concordes magis, ſi non reducam, fore.* Quamlibet Donatus aliter legat, ex auctoritate libri Vaticani & Baſilicani, verſuſque ratione, delemus adverbium *magis*, quod etiam in Victoriano reperimus expunctum. *reducam* vero per duo *d* ſcribimus ex libro Bembino. FAERNUS.

Credo ea gratia concordes, ſi non redducam, fore.

Sic a Faerno: ſed ſententia ſtolida eſt, & miror qui Donato & aliis imponere potuerit. *Concordes fore, ſi non reducam.* Qualis quaeſo iſta *Concordia?* ubi deſiit familiaritas & ipſa notitia. Qualis porro Lachetis reſponſio. *Neſcias &*

L. *Néscias. uerúm tua refert níhil, utrum illae fécerint,*
Quándo haec aberit. ódiosa haec est aétas adulescéntulis:
E medio aequum excédere est; postrémo nos iam fábulae
Sumus, Pámphile, Senex átque anus. 15
Set uídeo Phidippum égredi per témpus, accedámus.

ACTUS IV. SCAENA IV.

PHIDIPPUS. LACHES. PAMPHILUS.

PH. *TIBI quoque iratus édepol sum, Philúmena,*
Grauitér quidem: nam hercle ábs te est factum túrpiter:
Etsí tibi causa est de hác re: mater te ímpulit:
Huic uéro nulla est. L. *ópportune té mihi,*

scias? Quid *nesciat* Pamphilus? nempe *Concordes fore, si non reducat.* Pergit tamen Laches, *Tua nil refert, cum haec aberit.* Cur vero *haec absit* vel rus concedat, si *ea non reducitur?* Nonne haec Lachetis clare indicant, de *reducenda* uxore locutum esse Pamphilum, non de *non reducenda?* Et profecto sic res est. Quinque ex Nostris cum Edd. vett. & Donato, *Concordes magis, si non.* Correctores, cum versum longiorem justo vidissent, ejecerunt *Magis.* Atqui ejiciendum erat *Non*, & sententia per Ironiam & simulationem efferenda; [*fore.*

Credo ea gratia concordes magis, si redducam, Hoc est, *Non credo:* & jam aptissima sunt, quae respondet Laches. Ita Eun. I, 2, 18.

Credo, ut sit, misera prae amore excluśi hunc foras.

& V, 2, 23. *Quid ita? vero debeam*
Credo isti quicquam furcifero, si id fecerim.

Phorm. I, 2, 90. *Ad precatorem adeam, credo.* V, 9, 42. *At meo merito credo.*

12 *Verum id tua refert nihil.* Tò *id*, non habent antiquissimi libri Bembinus, Vaticanus, Basilicanus. FAERNUS.

Utrum illae fecerint. Philarg. ad Georg. III, 105. *Hae quoque non cura nobis leviore tenendae. Legitur & Haec: nam veteribus mos fuit, ut neutra femininis jungerentur. Unde Terentius: Tua nil refert, utrum illaec fecerint: & in Eunucho: Haec adornant, ut lavent.*

13 *Quando haec abierit.* Liber Bembinus, *aberit.* quo quidem modo melius stat versus. FAERNUS. Nostri, *Abierit.*

E medio aequum est excedere. Omnes antiqui libri, *aequum excedere est.* FAERNUS. 14

Jam nos fabulae. Liber Bembinus, Basilicanus ac Victorianus, & Donatus, *nos jam fabulae.* FAERNUS. Ib.

Nostri similiter, *Nos jam fabulae.* Sed jam dudum alii viderunt *Fabula* hic legendum. Neque aliter Donatus, ut ex Interpretatione colligas: *Pronuntia Senex atque Anus, quasi initium Fabulae.*

Set video Phidippum per tempus egredi. Multi l. s. inter quos Bembinus & alii antiqui, ita collocant, *Phidippum egredi per tempus:* qui restitutus ordo verborum, Iambum constituit in quarta hujus versus sede, qui est Iambicus tetrameter catalecticus. FAERNUS. Sic Nostri universi. 16

Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena. Concinnius vetus noster 900 annorum cum altero Regio: 1

Tibi quoque iratus edepol sum, Philumena.

Abs te factum est. Nostri fere omnes, *Abs te est factum.* 2

Mater te impulit. Sic recte Donatus. Nostri omnes, *Quae te impulit.* 3

Quid respondebo his? aut quo pacto hoc eperiam? Complures libri scripti, inter quos anti- 6

Phidíppe, in ipſo témpore oſtendís. PH. *quid eſt?*
PA. *Quid réſpondebo his? aút quo pacto hoc óperiam?*
L. *Dic fíliae rus cónceſſuram hinc Sóſtratam:*
Ne réuereatur, mínus iam quo redeát domum. PH. *ah.*
Nullám de his rebus cúlpam commeruít tua:
A Myrrhina haec ſunt mea úxore exorta ómnia:
PA. *Mutátio fit.* PH. *éa nos perturbát, Lache.*
PA. *Dum né reducam; túrbet porro, quám uelit.*
PH. *Ego, Pámphile, eſſe intér nos, ſi fieri poteſt,*
Adfínitatem hanc ſáne perpetuám uolo:
Sin éſt, ut aliter túa ſiet ſenténtia,
Accípias puerum. PA. *ſénſit peperiſſe: óccidi.*
L. *Puerúm? quem puerum?* PH. *nátus eſt nobís nepos:*

antiquiſſimi habent *aperiam:* quemadmodum & Donatus legit. ita dicens, *Hoc modo oſtendit nec eſſe quod ſimulet. nec id quod verum eſt, dicendum ſibi eſſe.* ita etiam Robertus Stephanus impreſſit. FAERNUS.

Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam? Sic dedit Faernus: & verum eſt vetuſtiores & plures Codices *Aperiam* habere. Duo ſoli ex Noſtris *Operiam:* haec tamen vera lectio eſt; & ſic Donatus; ut ex interpretatione ejus colligas, contra ac ſenſit Faernus. *Hoc,* inquit, *modo oſtendit, nec eſſe quod ſimulet* (Hoc refer ad *Quid reſpondebo?*) *nec id quod verum eſt, dicendum eſſe ſibi: Si non eſt dicendum;* certe eſt *Operiendum,* celandum, non *Aperiendum.* Vidit hoc olim & vir doctus Jo. Rivius. Pamphilus ipſe ſupra III, 4, 30.

Ille abiit. quid agam infelix? prorſus neſcio
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,
Gnatae ſuae partum.

Crediſne jam homini ipſi? *Quo pacto hoc celem,* id ipſum eſt, quod *Quo pacto hoc operiam.*

11 *Ea nos perturbat Laches.* Liber Bembinus, & Priſcianus, *Lache.* ſic & infra ex ratione verſus legendum eſſe contendimus: *Voſmet videte jam Lache & tu Pamphile.* licet in omnibus libris ſit *Laches.* FAERNUS.

PH. *A Myrrhina haec ſunt mea uxore exorta omnia.*
Mutatio fit: ea nos perturbat, Lache.

Sudat hic multum Donatus, ſed operam ludit. Guyetus illud *Mutatio fit;* totumque adeo verſum ut ineptum & ſpurium damnat. Dignus ſane eſt, ut nunc quidem habetur. Sed ſingula ſuis perſonis redde; & genuinum ſe probabit. [*omnia.*

PHR. *A Myrrhina haec ſunt mea uxore exorta*
PAM. *Mutatio fit.* PHI. *ea nos perturbat, Lache.*

Mutatio fit ſunt Pamphili verba: quae ut [illegible] conſcius, averſus a ſenibus loquitur; [illegible]m indicatum jam ſemel eſt, ſat ſcio, ſua ſe luce cuivis commendabit. Sed aliud dabo, quod adhuc fidem faciat. Niſi hoc Pamphilo tribuas, *Ea nos perturbat,* non erit *Ea uxor Myrrhina,* quod Donatus tamen monendum putavit; ſed *Ea mutatio nos perturbat.* Tam inepte & putide, ut nihil infra.

Dum ne reducam; turbent porro quam velint. 12
'Donatus ad locum: *Quam* non eſt generis 'feminini, ſed eſt *Quantum: Turbent,* errent, '& tumultuentur, ſignificat; vel turbentur. '*Quam velint, quantum* velint, aut eam *quam* 'velint mulierem; ſed melius eſt quod ſupra 'diximus. Si ſtandum erit huic lectioni *Turbent,* quam & codices omnes exhibent; recte ſane magnus Magiſter. Sed cum illud inſpicio, *Ea nos perturbat, Lache;* cui averſus Pamphilus hoc reſponſi dat; vix poſſum dubitare, quin a Terentio ſic fuerit:

Dum ne reducam; turbet porro quam velit.
Myrrhina, inquit Phidippus, *perturbat nos:* ad hoc Pamphilus; *Turbet porro,* perturbet vos adhuc magis Myrrhina, quantum velit; modo ne reducam. Plautus Moſt. III, 1, 15.

Verum ut res ſeſe habet,
Pergam turbare porro: ita haec res poſtulat.

Nam abdúcta a uobis praégnas fuerat fília,
Neque fuísse praegnantem úmquam ante hunc sciui diem.
L. *Bene, ita me di ament, núntias: et gaúdeo*
Natum illum, et illam sáluam: set quid múlieris
Uxórem habes? aut quíbus moratam móribus?
Nosne hóc celatos támdiu? nequeó satis,
Quam hoc míhi uidetur fáctum praue, próloqui.
PH. *Non míhi illud factum mínus dolet, quam tibi, Lache.*
PA. *Etiám si dudum fúerat ambiguum hóc mihi,*
Nunc nón est; cum eam séquitur alienús puer.
L. *Nullá tibi, Pamphile, hic iam consultátio est.*
PA. *Perii.* L. *húnc uidere saépe optabamús diem,*
Cum ex te ésset aliquis, quí te appellarét patrem:
Euénit: habeo grátiam dis. PA. *núllus sum.*
L. *Redúc uxorem, ac nóli aduorsárí mihi.*
PA. *Patér, si ex me illa líberos uellét sibi,*
Aut sé esse mecum núptam; satis certó scio,

18 *Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia: Neque fuisse praegnantem.* Antiquissimi libri Bembinus & Vaticanus hanc vocem *praegnans* & *praegnantem* sine *n* littera habent hoc modo, *praegnas, praegnatem:* itaque semper & in Pandectis Florentinis scripta invenitur haec dictio. Me vero non tantum usus scribendi vetustissimus movet, quantum hujus dictionis derivatio ab Donato tradita: is enim hunc locum exponens, ait, *Praegnans est ante gnatum vel ante genetricem; est enim prae ante:* ex quibus Donati verbis liquet hanc vocem non esse participium, quod necessario per *n* efferendum esset, sed nomen a prae & gnatus, vel a prae & genetrix; quae utraque vox nullam necessitatem infert nomini ab se deducto, assumendae litterae *n*. FAERNUS. Nostri *Praegnans* & *Praegnantem*.

21 *Natum illum & tibi illam salvam.* Nostri universi cum Edd. vett.
Natum illum & illam salvam. Dele *Tibi*.

25 *Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.* Sic Faernus, & sic Libri. Donatus, hac prava lectione irretitus, eo venit, ut dicat, *Placet pro Displicet intelligamus.* Quid est si hoc non est ἄνω ποτάμων? Nimirum aliud innuit sententia, aliud tinniunt verba. Par locus est supra IV, 2, 30. *Haec res non minus me male habet, quam te.* Ad istam igitur faciem, hic legendum erit, *Non mihi illud factum minus dolet, quam tibi Lache. Dolet mihi, aegre est mihi, male me habet,* eodem omnia sensu.

Etsi jamdudum. Aliqui libri scripti, & in iis vetustissimi, *etiam si dudum.* FAERNUS. Sic Nostri omnes. 26

Nunc non est, cum eam jam consequitur alienus puer. Adverbium *jam* nullus habet liber scriptus: nec Donatus; nec id admittit ratio versus. FAERNUS. 27
Jam nullus ex Nostris habet. Sed duo sic,
Nunc nón est, cúm eam sequitur alienus puer.
Con in compositione non nisi una litera est inversa, in libris vetustis. *Cum eam* in unam syllabam constringi, minus placet.

Pater, si illa ex me. Elegantior videtur collocatio, quae est in libro Bembino, *Pater, si ex me illa.* FAERNUS. 33
In textu Faernus dedit, *Si ex me illa.* Atqui nostri universi *Illa ex me.* Placet Bembinus: ut pronuntiemus, *Ex mé illa*; & mox, *Aut sé esse.*

Quae celasse intellige. Vaticanus liber: & unus 35

Digitized by Google

Non clám me haberet, quód celaſſe intéllego.
Nunc, cum éius alienum á me eſſe animum ſéntiam,
Neque cónuenturum intér nos poſthac árbitrer;
Quamobrém reducam? L. *máter quod ſuaſit ſua,*
Adoléſcens mulier fécit. mirandúmne id eſt?
Cenſén te poſſe réperire ullam múlierem,
Quae cáreat culpa? an quía non delinquúnt uiri?
PH. *Uoſmét uidete iám, Lache et tu Pámphile,*
Remiſſan opus ſit uóbis, reductán domum.
Uxór quid faciat, ín manu non éſt mea.
Neutra ín re uobis difficultas á me erit.
Set quíd faciemus púero? L. *ridiculé rogas:*
Quicquíd futurumſt, huíc ſuum reddas ſcílicet;
Ut alámus noſtrum. PA. *quem ípſe neclexit pater,*
Ego alám? L. *quid dixti? eho an nón alemus, Pámphile?*
Prodémus quaeſo pótius? quae haec aménti a eſt?
Enimuéro prorſus iám tacere nón queo.

unus tantum liber ſcriptus Donati, habet *quae*; Bembinus, *quod*; omnes alii, & Donati, & Terentii libri, *quem*: quod forte procederet ſubintelligendo partum: magis tamen placet *quod*. FAERNUS.

Non mé clam haberet, quod celaſſe intellego. Lege ex Noſtris fere omnibus; *Non clám me haberet*; ut paſſim apud Noſtrum, *Clám* in Arſi. *Quae* plures Noſtri; ceteri *Quem*. Aut lege *Quod* aut *Quae*.

36 *Nunc cum ejus alienum éſſe a me ánimum ſentiam.* Noſtri fere omnes, *Alienum á me eſſe animum*. Recte. *A me*, virtute enclitici *Me* eſt in ictu; at totum *A me* in Theſi occultari non ex arte eſt.

37 *Nec conventurum inter nos poſthac arbitror:* Sic Faernus. Sed *Arbitrer*, quicquid dicant Librarii, cum Mureto legendum. Ceterum omnes pro *Nec* habent *Neque*; & plerique omnes *Poſthac eſſe arbitror*: unus *Poſt eſſe arbitror*: alter, *Poſthac arbitror*.

43 *Remiſſam opus ſit vobis an reductam domum.* Liber Bembinus penultimam dictionem hujus verſus habet per duo *d*, ita etiam verſus ratione exigente: & praeterea hic liber & Baſilicanus & duo alii antiquiſſimi, item alii multi eam ipſam dictionem, id eſt *reddactam*, item aliam praecedentem id eſt *remiſſam*, per *n* in fine habent. ita & Donatus, ſic inquiens: *Remiſſa opus ſit vobis) in veris codicibus ſic eſt, remiſſum, reductam, ut ſit remiſſane, reductane.* quae expoſitio Donati facit, ut pro *remiſſam, remiſſan, pro reductam, reductan*, ipſum ex veris codicibus citaſſe conjiciam. Sed hoc modo dictio *an*, & orationi ſupervacanea erit, & verſui incommoda, quam nos ex auctoritate complurium librorum, in quibus aut expuncta eſt, aut non eſt omnino, delemus. FAERNUS. Sic & Noſtri plerique delent *An*. Omnes *Remiſſan*, & quinque primarii *Reductan*.

Huic reddas ſuum ſcilicet. Omnes fere libri, inter quos vetuſtiſſimi, & Donatus, ita haec verba ordinant, *huic ſuum reddas ſ.* FAERNUS. Pauciores ex Noſtris, *Suum reddas*. 47

Quem ipſa neglexit, pater ego alam. Lectio libri Bembini, Vaticani, Baſilicani, & aliquorum aliorum eſt, *quem ipſe*; ut haec verba ſint Pamphili ſecum, ne pater & ſocer intelligant, obmurmurantis alium eſſe patrem nati pueri, non ſe. quod autem haec ſecum Pamphilus dicat, oſtenditur ex Chremetis verbis, ſtatim Pamphilum interrogantis quid dixe- 49

Digitized by Google

Nam cógis, ea quae nólo ut praeſente hóc loquar.
Ignárum cenſes tuárum lacrumarum éſſe me?
Aut quíd ſit hoc, quod ſóllicitere ad húnc modum?
Primum hánc ubi dixti caúſam, te proptér tuam
Matrém non poſſe habére hanc uxorém domi;
Pollícita eſt ea ſe cónceſſuram ex aédibus.
Nunc, póſtquam ademptam hanc quóque tibi cauſám uides;
Puér quia clam te eſt nátus, nactus álteram es.
Errás, tui animi ſí me eſſe iguarúm putas.
Aliquándo tandem huc ánimum ut adducás tuum,
Quam lóngum ſpatium amándi amicam tíbi dedi?
Sumptús quos feciſti ín eam, quam animo aequó tuli?
Egi átque oraui técum, uxorem ut dúceres.
Tempús dixi eſſe: inpúlſu duxiſtí meo.
Quae tum óbſecutus míhi, feciſti ut décuerat.
Nunc ánimum rurſum ad méretricem induxtí tuum:
Cui tu óbſecutus, fácis huic adeo iniúriam.
Nam in eándem uitam té reuolutum dénuo
Uideo éſſe. PA. *mene?* L. *te ípſum: et facis iniúriam.*
Confíngis falſas caúſas ad diſcórdiam,

rit, ſane Donatus *quem ipſa* magis probat, quod (cum reverentia ejus dixerimus) non ſat bona ratione facere videtur. cui enim Pamphilus ſe probaturum hoc putet, quod ideo alere filium nolit, quia eundem mater neglexerit? idne ſat cauſae cuiquam videri poteſt, ut filium ſuum abjiciat, quod ſit a matre neglectus? FAERNUS.

Recte hic Faernus contra Donatum. Unus tantum ex Noſtris *Ipſa*. Pamphilus averſus dicit, *Quem ipſe neglexit pater*; deinde dum ad eos ſe convertit, *Ego alam?* quod ultimum Chremes audivit. Haec, quae in agendo fiunt, rem reddunt ſatis claram; & iſtis, qui *Ipſa* malunt, os plane obſtruunt.

54 *Aut quid ſit id.* Noſtri plures & meliores, *Quid ſit hoc.*

55 *Primum ubi hanc dixti cauſam.* O. l. s. & Donatus, *hanc ubi dixti.* FAERNUS. Sic & Noſtri.

58 *Ademptam quoque hanc.* O. l. s. *ademptam hanc quoque.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes.

59 *Puer quia clam te natus eſt.* Liber Bembinus, *clam te eſt natus.* FAERNUS. Noſtri quoque, *Eſt natus.*

61 *Animum ut adjungas tuum.* Sic dedit Faernus. Atqui codices Noſtri univerſi *Adducas:* ut infra V, 3, 38.

Numquam animum quaeſti gratia ad malas adducam partes. *Adducas* Rivii quoque & Fabricii codices; & Edd. vett. cum Donato. Fallor, an audaculus quiſpiam *Adjungas* hic ſuppoſuit, ex And. I, 1, 29. *Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant.*

66 *Quae tum obſecutus mihi feciſti, ut decuerat.* Et mox verſu tantum interpoſito,

Cui tu obſecutus, facis huic adeo injuriam.

& rurſus v. 70.

Video eſſe. Mene? Te ipſum: & facis injuriam. Niſi has repetitiones ideo factas putes, ut ſenilem loquacitatem coram Auctor oſtenderet; mihi quidem *obſecutus* fueris, ſi vel unum vel utrumque ex prioribus iſtis verſibus expunxeris.

71 *Cum fingis falſas cauſas.* Quattuor antiqui libri

Digitized by Google

Ut cum illa uiuas, téstem hanc cum abs te amóueris:
Sensítque adeo uxor. nam ei causa alia quaé fuit,
Quamobrem ábs te abiret? PH. *pláne hic diuinát: nam id est.*
PA. *Dabo iúsiurandum, níhil esse istorúm tibi.* L. *ah,*
Redúc uxorem: aut, quámobrem non opus sít, cedo.
PA. *Non ést nunc tempus.* L. *púerum accipias: nam ís quidem*
In cúlpa non est: póst de matre uídero.
PA. *Omnibus modis misér sum: nec, quid agám, scio:*
Tot mé nunc rebus mísérum concludít pater.
Abíbo hinc, praesens quándo promoueó parum.
Nam púerum iniussu crédo non tollént meo;
Praesértim in ea re cúm sit mi adiutrix socrus.
L. *Fugis? hém, nec quicquam cérti respondés mihi?*
Num tíbi uidetur ésse aput sesé? sine:
Puerúm, Phidippe, míhi cedo: ego alam. PH. *máxume.*
Non mírum fecit úxor, si hoc aegré tulit:
Amárae mulierés sunt, non facile haéc ferunt.
Proptérea haec irast: nam ípsa narrauít mihi:
Id ego hóc praesente tíbi nolueram dícere:
Neque illí credebam prímo: nunc uerúm palam est.

libri *confingis*. FAERNUS. Vetustiores nostri *Confingis*: alii *Cum fingis*.

73 *Nam ei alia causa quae fuit*. O. l. *s. nam ei causa alia quae fuit*. FAERNUS. Sic & Nostri.

80 *Tot nunc me rebus*. O. l. *s. tot me nunc rebus*. FAERNUS. Nostri vetustiores *Tot me nunc*.

82 *Nam puerum credo injussu non tollent meo*. In o. l. *s.* & Donato hic est ordo verborum, *injussu credo*: pro *tollent* autem Donatus habet *tollit*, corrupte ut opinor pro *tollet*, quod est in libro Bemb. quod ideo placet ut referatur ad Lachetem, cujus utpote avi, in tollendo puero, summa potestas erat. FAERNUS.

Nam puerum injussu credo non tollet meo. Nostri omnes *Injussu credo*; & iidem *Tollent*. Recte utrumque. *Tollent* Pater & Socer: hoc certum, cum *Adjutricem socrum* dixerit: ergo in consilium de illa re ituros esse existimat.

87 *Non mirum fecit uxor mea, si hoc aegre tulit*. Aliqui, ut versui consulerent, impresserunt sine pronomine *mea*; contra tamen omnium librorum fidem. nos ea dictione retenta, ita versum sustentamus, ut τὸ *mea* in unam syllabam brevem contracto, itemque τὸ *hoc* correpto, in quarta sede sit dactylus. FAERNUS.

Non mirum fecit uxor mea, si hoc aegre tulit. Sic dedit Faernus, ex omnium, ut ait, librorum fide: & verum est; nam & sic Nostri universi. Sed ista fides jamdudum apud me decoxit. *Uxor mea* esset Myrrhina. Atqui res ipsa praedicat Philumenam Pamphili hic intelligi; ut supra v. 73.

Sensitque adeo uxor: nam ei causa alia quae
Quamobrem abs te abiret? [*fuit*.
Nam ibi certe *Uxor* non Myrrhina est, sed Philumena; cum verba Lachetis sint ad Pamphilum. Quid quod si *Mea* legas, nullo pacto versum inde constituas? *Mea si hoc aeg.* Faerni, nonne bellus est. Anapaestus?

Id ego praesente hoc tibi nolebam dicere. 90
O. l. *s. id ego hoc praesente*: Bembinus vero & Victorianus & aliqui alii, pro *nolebam*, *nolueram*. FAERNUS. Sic & Nostri. Unus tantum *Nolebam*.

Nunc vero palam est. Potest haec lectio teneri, 95

Nam omnino abhorrere animum huic uideo a nuptiis.
L. *Quid ergo agam, Phidippe? quid das consili?*
PH. *Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo:*
Oremus: accusemus: grauius denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.
L. *Faciam ut mones. eho curre, puer, ad Bacchidem hanc*
Uicinam nostram: huc euoca uerbis meis.
At te oro porro in hac re aduitor sis mihi. PH. *ah,*
Iamdudum dixi, itidemque nunc dico, Lache:
Manere adfinitatem hanc inter nos uolo,
Si ullo modo est ut possit; quod spero fore.
Set uin adesse me una, dum istum conuenis?
L. *Immo uero abi, aliquam puero nutricem para.*

ACTUS

neri, sed mihi ea, quae est in libro Bembino vehementer placet, *nunc verum palam est.* ut *verum* sit nomen, & sit sensus, jam veritas manifesta est. FAERNUS. Nostri *Vero.*

92 *Abhorrere animum huic video a nuptiis.* Praepositio *a* non est in libro Bembino, & in Victoriano quoque abrasa est. FAERNUS. Nostri, *A nuptiis:* Recte, ut Andr. V, 1, 10. *Abhorrentem ab re uxoria.*

97 *Eho, puer, curre ad Bacchidem hanc.* Lege ex tribus Nostris;
Eho curre, puer, ad Bacchidem hanc.

99 *Et te oro porro.* Liber Bembinus, pro *&*, *at* habet: nos tamen *&* malumus. FAERNUS. Nostri *Et.* Sed placet Bembinum *At*; siquidem, nisi *At* legas, etiam hoc ad Puerum loqui videatur.

100 *Itidemque nunc dico Lache.* Non displicet mihi haec lectio; omnes tamen l. s. quoscunque vidi, habent *idemque.* FAERNUS. Unus ex Nostris bonae notae, Codex C. C., *Itidemque*; Alter *Itidem quod.* Utrumvis bene; sed prius magis placet.

103 *Sed visne adesse?* Liber Bembinus, & Donatus, *sed vin adesse?* FAERNUS. Nostri *Visne.*

Nunc me conuentum. Liber Bembinus, Basilicanus, Vaticanus, *me nunc c.* meliore collocatione. FAERNUS. Unus modo ex Nostris *Nunc me.* 1

Videndum est ne minus propter iram hanc impetrem, quam possiem. Sic codites: sed ab Auctore erat, *Propter iram hinc impetrem. Hinc* id est *Ab hac Bacchide.* ut Adel. III, 3, 7. 3
Set eccum Syrum ire video: hinc scibo jam ubi siet.
Hinc, ab hoc Syro. Sic *Unde* passim.

Quod me post minus faciisse satius sit. Ex libro Bembino, ac Victoriano, & Donato hunc ordinem verborum repono, *quod post me:* elicitur autem *s* ex *satius*, ut sit Iambus in ultima: est enim octonarius Iambicus quadratus, sicut & tres primi hujus scaenae. sequentes vero ex eodem libro ita ordinamus: 4
Adgredior. Bacchis salve.
B. *Salve Laches.* LA. *credo edepol te nonnihil mirari Bacchis,*
Quid sit, quapropter te huc foras puerum evocare jussi.
ut primus horum sit dimeter Iambicus catalecticus; secundus, contracto *nihil* in unam syllabam, item tertius sint Iambici octonarii catalectici; qui vero sequuntur, ut in impressis ordinati sunt, ita eos conservamus. FAERNUS. Nostri plerique, *Me post.*

Salve

Digitized by Google

ACTUS V. SCAENA I.

BACCHIS. LACHES.

B. *NON. húc de nihiloſt, quód Laches me núnc conuentam eſſe éxpetit:*
Nec pól me multum fállit: quin quod ſúſpicor ſit quód uelit.
L. *Uidéndum eſt ne minus própter iram hinc ímpetrem, quam póſſiem:*
Aut né quid faciam plús, quod poſt me mínus feciſſe ſátius ſit.
Adgrédiar. Bacchis, ſálue.
B. *Salué, Lache.* L. *edepol crédo te non níl mirari, Bácchis,*
Quid ſít, quapropter te húc foras puerum éuocare iúſſi.
B. *Ego pól quoque etiam tímida ſum, cum uénit in mentem quae ſim:*
Ne nómen quaeſti mi óbſiet: nam móres facile tútor.
L. *Si uéra dicis, níl tibi eſt a mé pericli, múlier:*
Nam iam aétate ea ſum, ut non ſiet peccáto mi ignoſci aéquom:
Quo mágis res omnis caútius, ne témere faciam, adcúro.
Nam ſi id nunc facis factúraue es, bonás quod par eſt fácere;

6 *Salve, Laches.* LA. *credo edepol te non nihil mirari, Bacchis.* Lege, verſu ipſo poſtulante:
Salve, Lache. LA. *edepol credo te non nil mirari, Bacchis.*

8 *Ego pol quoque etiam timida ſum, cum venit mihi in mentem, quae ſim. Venit*, quod praeſentis temporis eſt, pyrrichius eſt, eliſo *t*, aut certe *to mihi* additicium eſt: utique enim *mihi* ſubintelligitur, ut & in Eunucho.
Et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit.
Virg. *Nec venit in mentem, quorum conſederis arvis.* FAERNUS.
Recte ſenſit Faernus *Mihi* additicium eſſe: ſed non auſus eſt ejicere. Nos, verſu gaudente, ejiciemus.

9 *Ne nomen mihi quaeſtus obſiet apud te: nam mores facile tutor. Quaeſti* legitur in libro Bembino, antiqua declinatione. Ceterum nec in eo libro, nec in Vaticano, nec in Victoriano ſunt duae illae dictiones, *apud te*, quae multum incommodant verſui, & parum ſenſui proſunt. ſed ne ſic quidem verſus procedit, niſi ex magna licentia: deeſt enim una ſyllaba, quam nos unius tantum litterae mutatione ſupplemus, legendo pro *obſtet, obſiet.* ut ſit, *Ne nomen mihi quaeſti obſiet.* hoc modo, & verſus eſt Iambicus tetrameter cataleſticus, ut ceteri, & Iambum habet in quarta, quod huic generi verſuum prope ſolemne eſt, & antiquiſſima lectio conſervatur. Si quis tamen malit *obſtet*, verſus ſuſtentatur diſſolutione diphthongi. FAERNUS.
Noſtri *Quaeſtus obſtet.* Tres e noſtris non habent *Apud te.* Egregie hic Faernus: niſi quod in fine ſe prodit, cum a *Quaeſti obſtet* ſuſtentari poſſe verſum exiſtimat. Ceterum unus ex Regiis *Quaeſtus mihi obſtet.* Repone:
Ne nomen quaeſti mi obſtet.
Omnino in Ictu eſſe debet *Quaéſti*, non in Theſi obmuteſcere. Atque hoc ordine *Quaeſtus* ſtare hic poteſt, aeque commode ac *Quaeſti.*

10 *Si vera dicis nihil tibi pericli a me eſt mulier.* Aliam collocationem verborum, quae verſui convenientior eſt, habent o. l. s. *nihil tibi eſt a me pericli mulier.* FAERNUS. Sic & Noſtri omnes.

12 *Quo magis omnis res cautius.* Lege ex Noſtris fere omnibus,
Quo magis res omnes cautius.

13 *Nam ſi id nunc facis; facturave es.* To *nunc* non ponit Donatus, citans haec ſuper eo loco, *Fac eadem, ut ſis porro.* ne liber quidem Bembinus eam vocem habet: ac neque particulam *id.* FAERNUS.

Nam

Inſcítum offerre iniúriam tibi ínmerenti, iníquom eſt.
B. *Eſt mágnam ecaſtor grátiam dé iſtác re quod tibi hábeam.*
Nam quí poſt factam iniúriam ſe expúrget, parum mihi próſit.
Sét quid iſtuc eſt? L. *meúm receptas fílium ad te Pámphilum.* B. *ah.*
L. *Síne dum: uxorem hanc príus quam duxit, uóſtrum amorem pértuli.*
Máne, nondum etiam díxi id quod te uólui. hic nunc uxórem habet:
Quaére alium tibi fírmiorem, dúm tibi tempus cónſulendi eſt:
Nám neque ille hoc animo érit aetatem, néque pol tu eadem iſtác aetate.
B. *Quís id ait?* L. *ſocrus.* B. *méne?* L. *te ipſam: et fíliam abduxít ſuam:*
Púerumque ob eam rém clam uoluit, nátus qui eſt, extínguere.
B. *'Alid ſi ſcirem, quí firmare méam aput uos poſſém fidem,*
Sánctius quam iúſiurandum; id póllicerer tibi, Lache,

Nam ſi facis facturave es. Sic dedit Faernus, Bembino ſuo nimium addictus. Noſtri univerſi;

Nam ſi id nunc facis facturave es.

Recte: *Facis* finalem *s* abjicit; quod uſitatiſſimum. *Nunc* ſuam vim hic habet, ut oppoſitum futuro *Facturave es.*

14 *Inſcitum offerre injuriam tibi me inmerenti iniquom eſt.* Bembinus liber non habet dictionem *me*; quam & Donatus, eam ſubaudiri volens, non eſſe in contextu oſtendit. alii libri eam varie collocatam habent; aliqui enim dictioni *tibi* praeponunt, aliqui poſtponunt: ut ſaepe evenit dictionibus ſubditiciis. ſane in aliquibus libris, inter quos eſt idem Bembinus & Victorianus, hi verſus ita ordinati ſunt:

Nam ſi facis, facturave es, bonas quod par eſt facere,
Inſcitum offerre injuriam tibi: inmerenti iniquom eſt.

Diſtinguendum eſt autem poſt *tibi*, ut ſit ſenſus, offerre injuriam tibi, quae vel mulier ſis, vel meretrix, eſt inſcitum: immerenti vero, etiam iniquum eſt. FAERNUS. Ab uno ex Noſtris abeſt *Me*: ceteri *Tibi me*. Diſtinctio illa apud Faernum non placet.

15 *Eſt magna ecaſtor gratia de iſtac re quam tibi habeam.* Et verſus claudicat, & dictio ſoloeciſſat. Repone:

Eſt magnam ecaſtor gratiam de iſtac re quod tibi habeam.

Ubi ordo, *Eſt quod habeam tibi magnam gratiam.* Plautus Rud. IV, 6, 32.

Bonam eſt quod habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea.

Nam qui poſt factam injuriam ſe expurget 16 *parum mihi proſit.* Hic neceſſe eſt vel ex *parum m* elidere, quamvis ſequente conſonante, ut dactylus ſit in ſexta, vel *injuriam* triſyllabum facere, coaleſcentibus in unum duabus extremis vocalibus. mihi tamen magis placeret, ſi deleto pronomine *ſe*, quod ego arbitror ab interpretante ſuperſcriptum, deinde in contextum irrepſiſſe, abſolute legatur, *Nam qui poſt factam injuriam expurget.* non tamen muto, neque detraho quicquam. FAERNUS.

Quod *Parum* corripit Faernus, recte: quod *Injuriam* triſyllabum facit; & verbum & verſum contrucidat.

Sine dicam: uxorem hanc prius quam 18 *duxit, veſtrum amorem pertuli.* Atqui hic verſus, ut prior & ſequentes Trochaicus eſſe debet, non Iambicus. Quare audacter repone:

Sine dum: uxorem hanc príus quam.

Ita Noſter alibi, *Mane dum, Dic dum, Abi dum, Facito dum.* Plautus Truc. II, 7, 67. *Sed veru Sine dum petere.*

Mane, nondum etiam dixi id quod volui. hic 19 *nunc uxorem habet.* Niſi in *Dixi* aut *Volui* ſynaloepha, quod non licitum eſt, ceſſet; verſus ſyllaba adhuc caret. Eam ego ſtatim praeſtabo.

Máne; nondum etiam dixi id quod te volui.

Quod te volui; ut And. I, 1. *Paucis te volo.* *Quod me velis.* III, 3, 4. *Quid ego te velim.*

Habeat

Digitized by Google

Ségregatum habuísse, uxorem ut dúxit, a me Pámphilum.
L. *Lépida es. set scin, quíd uolo potius sódes facias?* B. *quíd? cedo.*
L. *Eás ad mulierés huc intro, atque ístuc iusiurándum idem*
Pólliceare illís: exple animum iis, téque hoc crimine éxpedi.
B. *Fáciam: quod pol, si ésset alia ex quaéstu hoc, haut facerét, scio;*
Ut de tali caúsa nuptae múlieri se osténderet.
Sét nolo esse fálsa fama gnátum suspectúm tuum;
Néc leuiorem uóbis, quibus est minume aequom, uidérier
Inmerito: nam méritus de me est, quód queam, illi ut cómmodem.
L. *Fácilem beniuolúmque lingua túa iam tibi me réddidit:*
Nám non sunt solae árbitratae haec: égo quoque etiam hoc crédidi.
Núnc cum ego te esse praéter nostram opínionem cómperi,

Habeat itaque suas sibi conjecturas, *Mane sodes*, & *Laches, Mane*, & *Mane mane*; qui ne id quidem sensit, se id agere ut Iambicus sit, qui ab Auctore Trochaicus exibat.

20 *Quaere alium tibi amicum firmiorem, dum tempus consulendi est.* Aliqui libri non habent dictionem *amicum*, & ex iis est Victorianus: in quo tamen postea superscripta est. Bembinus eam dictionem praepositam habet dictioni *firmiorem*; alii libri & Donatus postpositam, ut jam diximus evenire subditiciis dictionibus, ut nullam certam sedem habeant. Ceterum quod sequitur, idem liber Victorianus & Bembinus ita habent, *Dum tibi tempus consulendi est.* ut exigit ratio versus, qui est trochaicus tetrameter acatalecticus, ut sequens. FAERNUS. Recte haec omnia. Nostri & *Amicum* habent, & *Tibi* non habent.

21 *Nam neque ille hoc animo erit aetatem. Aetatem*, quod & agnoscit Donatus, & explicat, in nullo Nostrorum est.

23 *Qui natus est, extinguere.* Omnes fere libri scripti inter quos Bembinus & Victorianus, ita collocant, ut & ratio trochaici exposcit, *natus qui est.* FAERNUS. Quin & Nostri omnes, *Natus qui est.*

24 *Aliud si scirem.* Lege, versu ipso jubente, *Alid si scirem*: alioqui Iambicus erit inter Trochaicos. De *Alid* jam ante diximus.

26 *Me segregatum habuisse.* Eandem ob causam, ne Iambicus hic fit, tolle illud *Me*; quod abesse vel elegantiae interest, cum sequatur *A me*:

Ségregatum habuísse, uxorem ut dúxit, a me Pamphilum.

Scin quid volo potius sodes facias. Quid vis, cedo? Vis & versui supersit, & sententiae; atque ideo recte id Muretus ejecit. Heaut. IV, 4, 14. SY. *At scin quid sodes?* BA. *Quid?* 27

Fáciam: quod pol, si ésset alia ex hoc quaestu, haút facerét, scio. Videsne illud *Quaestu*, ut supra v. 9, in Thesi latitare. Repone: *Ex quaéstu hoc.* 30

Sed esse falsa fama nolo. In Bembino deest τὸ *esse*, sed perperam: ceterum hunc ordinem verborum habet, quem & Donatus ponit, addito tamen verbo *esse*: *sed nolo falsa fama esse*; aliqui etiam libri sic habent, *sed nolo esse falsa fama.* utrumque melius quam quod in lectione vulgata est; quod quidem ad versum attinet. FAERNUS. 32

Sed nolo falsa fama esse gnatum suspectum tuum. Plurimi ex Nostris, *Sed nolo esse falsa fama.* Tres *Sed esse nolo falsa fama.* Ex his Faernus omnium deterrimam elegit.

Ego quoque hoc etiam credidi. Ex auctoritate libri Bembini deleo dictionem *hoc*, sine detrimento versus & sensus. FAERNUS. Faernus ejecit *Hoc.* Nostri omnes retinent, sed alio ordine. Pro *Hae* duo ex Nostris *Haec*; ut saepe ante. Lege igitur: 36

Nam non sunt solae arbitratae haec: *ego quoque etiam* hoc *credidi.*

Digitized by Google

Fác eadem ut ſis pórro: noſtra utére amicitia, út uoles:
Aliter ſi: ſet répprimam me, ne aégre quicquam ex me aúdias:
Uérum hoc te moneo únum, qualis ſim amícus, aut quid póſſiem,
Pótius quam inimicús, periclum fácias. ——

ACTUS V. SCAENA II.

PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.

PH. —— *NIL aput mé tibi*
Defíeri patiar: quín, quod eſt, benígne praebeátur.
Set tú cum ſatura atque ébria es, et púer ut ſatur ſit fácito.
L. *Noſtér ſocer, uideó, uenit: nutrícem puero addúcit.*
Phidíppe, Bacchis déierat perſánctе. PH. *haecine eaſt?* L. *haéc eſt.*

39 *Sed reprimam.* Tò *ſed* delendum ex auctoritate libri Bembini ac Victoriani, & ratione trochaici. FAERNUS.

Aliter ſi facias. reprimam me. Noſtri omnes *Sed reprimam.* Sed verſus gratia Correctores *Sed* olim ejecerunt. Immo retine, & verſui aliter conſule, *Facias* abire jubens:

Aliter ſi: ſet répprimám me.

Heaut. I, 2, 25. *Illéne? ſet réprimám me. Aliter ſi*, Apoſiopeſis rei congrua. ut Virgil. *Quos ego: ſed motos*, & *Quamquam O; ſed vincant:* ſic hic, *Aliter ſi, ſed reprimam.* Ita ſaepe apud quoſvis ſcriptores, *Sin*; reliquis per Apoſiopeſin omiſſis.

40 *Verum te hoc moneo unum*, Noſtri, uno excepto, omnes, *Verum hoc té moneo unum*; ut *Té* in Ictu ſit. Recte: Et *Qualis* elidit *s* ante conſonantem, ut paſſim: non, ut quidam voluit, *Amicus* ejicit *us* ante vocalem.

41 *Potiuſquam inimicus, periculum facias.* B *faciam ſedulo.* Reſponſionem Bacchidis in hoc verſu, Bembinus liber non habet, quam & in pauciſſimis aliis invenias: & putamus non neceſſariam. ſupereſt ut verſui conſulatur, quod ſic facimus: ex aliquibus libris ſcriptis, in quibus eſt Victorianus, legimus *periclum*, & quattuor primis ſequentis ſcaenae verbis hunc verſum ſupplemus: ea ſunt, *nihil apud me tibi.* ut *nihil* in unam ſyllabam contracto, & *d*, ex *apud* eliſo, ſit in ſexta ſede hujus trochaici, dactylus. FAERNUS. Unus tantum ex tot Noſtris habet, *Faciam ſedulo.*

Defieri patiar, quin quod opus ſit benigne praebeatur. Hunc verſum omnes fere l. s. ſimul ponunt, cum illis quattuor verbis, quibus ultimum verſum praecedentis ſcaenae ſupplevimus. ſed illis detractis remanet ille quem aſcripſimus, qui eſt trochaicus tetrameter, ut praecedentes: licet illi catalectici, hic acatalecticus. FAERNUS. 2

Defieri patiar: quín quod opus ſit, benígne praebeátur.

Nec *Quod opus ſit*, nec, quod quidem voluit, *Quod opuſt* in hujus verſus caeſura poſſunt conſiſtere. In Regio Chartaceo deeſt *Opus*. At in Codice C.C. *Quin quod eſt*. Egregie:

Defieri patiar: quin, quod eſt, benigne praebeatur.

Quod eſt, quod domi eſt, quod res noſtra praebet.

Sed cúm tu ſátura atque ébria éris, puér ut ſatúr ſit facito. Vides, ut invenuſte diſpertiantur Accentus: quamvis apud Priſcianum quoque p. 701. *Eris* legatur, etiam in codice ſcripto. Repone: 3

Sed tú cum ſatura atque ébria es, & púer ut ſátur ſit facito.

Puero nutricem adduxit. Placet mihi *adducit*, quod in libro Bembino eſt, ut per praeſens tempus omnia enuntientur, *venit, adducit.* ita conjicere licet fuiſſe & in Victoriano, nam *x* in litura eſt. FAERNUS. Duo ex Noſtris *Adducit.* Sed inſuper inverſis verbis lege, *Nutricem puero adducit.* 4

Licet

PH. *Nec pól iſtae metuunt deós: neque has reſpícere deos opínor.*
BA. *Ancíllas dedo: quólubet cruciátu per me exquíre.*
Haec rés hic agitur: Pámphilo me fácere ut redeat úxor,
Opórtet: quod ſi effécero, non poénitet me fámae,
Solám feciſſe id quód aliae meretríces facere fúgitant.
L. *Phidíppe, noſtras múlieres ſuſpéctas fuiſſe fálſo*
Nobis in re ipſa inuénimus: porro hánc nunc experiámur.
Nam ſí compererit crímini tua ſe úxor credidíſſe,
Miſſam íram faciet: ſín item eſt ob eám rem iratus gnátus,
Quod péperit uxor clam, íd leueſt: cito áb eo haec ira abſcédet.
Profécto in hac re níl mali eſt, quod ſít diſcidio dignum.
PH. *Uelím quidem hercle.* L. *exquíre: adeſt: quod sátis ſit, faciet ípſa.*
PH. *Quid mi iſtaec narras? quíane non tute ípſe dudum audíſti,*

8 *Licet haec res hic agitur.* *Licet* non eſt in libro Bembino nec Victoriano: nec ponitur a Donato, & a verſu reſpuitur. FAERNUS. Recte: ſed *Licet* in omnibus Noſtris eſt, uno Regio excepto.

9 *Oportet: quod ſi perficio, non poenitet me famae.* *Perficio* verſum jugulat, qui Creticum vel ei parem pedem in caeſura poſtulat. Donatus in Edd. vett. *Perfecero*, & ſic ſcriptus Oxonienſis. Repone:

Oportet, quod ſi effecero, non poenitet me famae.

Effecero, quo nullum hic verbum aptius. Eun. V, 8, 26. *Hoc ſi effeceris.* Phorm. IV, 1, 24. *Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.*

13 *Nam ſi compererit crimini tua ſe uxor credidiſſe.* Noſtri omnes poſt *Uxor* addunt *Falſo.* Sed inepte, & verſu reſpuente. *Crimen* per ſe habet notionem falſitatis. Donatus: *Crimen proprie dicitur, id quod factum eſt:* Immo lege, *Id quod falſum eſt.*

14 *Miſſam iram faciet: ſin autem eſt ob eam rem iratus gnatus.* Profecto hujus metri in caeſura ratio Correctoribus vetuſtis latebat: ita nunc frequenter in his verſibus peccant Libri veteres. *Sin autem eſt* pro Cretico hic inambulat. Tu repone, *Sin item eſt*; etiam ſententiae commodius.

17 *Quod ſatis ſit, faciet.* B. *faciam.* In contextu libri Bembini non eſt reſponſum Bacchidis, ſed loco ejus pronomen *ipſa*; ita & Donatus legit, ita & o. l. s. niſi quod in iis ſequitur reſponſum Bacchidis, perperam id quidem: nam verſus repugnat. FAERNUS.

Noſtri omnes addunt, ut Bacchidis reſponſum, *Faciam.* Non placet: nam verſu infra 20 Laches eam monet, *Quod mihi pollicita es, ſerves.* Id vero pollicita eſt V, 1, 30. *Eas intro ad mulieres: Faciam.* Quod ſi hic quoque dicat *Faciam*; non jam *Mihi pollicita es* diceret, ſed *Nobis.*

18 *Quid iſtaec mihi narras? an quia non tute ipſe audiſti dudum.* Liber Bembinus, & omnes fere alii, ac Donatus; *quid mihi iſtaec:* Baſilicanus *quid mi iſtaec.* & infra iidem libri, *dudum audiſti.* Donatus vero non, *tute ipſe*, ſed *tu ipſe* habet. ita eſt Iambus, vel Pyrrichius in quarta. FAERNUS.

Quid mihi iſtaec narras? an quia non tu ipſe dudum audiſti.

Sic dedit Faernus; ex Donato, ut narrat, *Tu ipſe.* Donatus in vett. Edd. habet *Tute ipſe*; ut omnes hic Noſtri & item Faerni. Sentio, quid illum induxerit: *An quia non*, ſi *Tute* legas, pro Cretico male ponitur: maluit ergo Dactylum *An quia*; & idcirco *Tu ipſe* adſcivit. Infelix laboris: neutrum enim hic ſtare poteſt. Repone:

Quid mi iſtaec narras? quiane non tute ipſe dudum audiſti.

Plautus Perſ. V, 2, 69. *Quiane te voco, bene ut tibi ſit.* Virgil. Aen. IV, 538. *Quiane auxilio juvat ante levatos.*

Digitized by Google

De hac re ánimus meus ut sít, Laches? illís modo explete ánimum.
L. *Quaeso édepol, Bacchis, quód mihi es pollícita, tute ut sérues.*
B. *Ob eám rem uin ergo íntroeam?* L. *i, atque éxple iis animum, ut crédant.*
B. *Eo; étsi scio pol his meum fore cónspectum inuisum hódie:*
Nam núpta meretrici hóstis est, a uiro ubi segregáta est.
L. *At haéc amicae erúnt, ubi quamobrem aduéneris resciscent.*
PH. *At eásdem amicas fóre tibi promítto, rem ubi cognórint:*
Nam illás errore et té simul suspícione exsólues.
B. *Perii, pudet Philúmenae: uos séquimini intro huc ámbae.*
L. *Quid est míhi quod malim, quám quod huic intéllego euenire?*
Ut grátiam ineam síne meo dispéndio et mihi prósim.
Nam si ést ut haec nunc Pámphilum uere áb se segregárit,

19 *Illis modo exple animum.* Liber Bembinus, & Donatus, *explete:* est enim sermo non ad Lachetem solum, sed & ad Bacchidem. versus quoque hanc lectionem exigit. FAERNUS. Unus ex Nostris vetus, *Modo explete:* ceteri *Modo exple.*

21 *Vis ergo introeam?* Liber Bembinus *Vin ergo introeam?* ita prius erat & in Victoriano. FAERNUS. Nostri omnes *Vis*, non *Vin*.

Bb. *I atque éxple animum iis ut credant: I* hic non patitur synaloepham: vetustus Noster, ut alibi, *Ii* duplice *i* scribit; nam duplicis potestatem habet; idcirco, ut O & *Au*, non eliditur. Ceterum mutato ordine lege, *Atque exple iis animum, ut credant.*

22 *Eo: etsi scio pol his foré meum conspectum inuisum hodie.* Salvus est etiam in hac lectione numerus: sed ex codice Petrensi lego;
Eo: etsi scio pol' his meum fore.
Et collocatio elegantior est.

24 *At hae amicae erunt.* Liber Bembinus *haec amicae*, ut & exigit versus. FAERNUS. Etiam Chartaceus Noster *Haec*, ut scias a veterrimo codice transcriptum. *Haec* feminino plurali saepe habuimus.

25 *At eásdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognoverint.* Hunc totum versum idem liber non habet, & sane supervacaneus videtur, quamvis a Donato ponatur, prima pars ejus: sane, si hunc versum retinemus, *cognorint* legendum ex ratione versus, contra omnium librorum fidem, FAERNUS.

Uterque versus commodus & genuinus. Posterior, ut fit, in Bembino & in C. C. & Petrensi, omissus est; quia ab *At* eodem quo prior verbo inchoatur. Uterque senex, ut par erat, fidem hanc Bacchidi dant; & magis Phidippus, qui ibi paterfamilias est.

Perii. pudet Philumenae: sequimini me intro huc ambae. Non temere est, quod nec liber Bembinus, nec Donatus habent dictionem *huc*; aliique libri, qui eam habent, partim dictioni *intro* praeponunt, partim postponunt, ex quo apparet, ut subditiciam, certum eam locum non habere. pronomen vero *me*, non post *sequimini*, sed ante, habet liber Bembinus. alii libri, & hi complures, & ante & post habent: quam & veram arbitror lectionem, detracto adverbio *huc*. FAERNUS. 27
Perii, pudet Philumenae me: sequimini me intro ambae.
Sic dedit Faernus. Sed Nostri universi *Huc* habent. Repone:
Perii, pudet Philumenae: uos sequimini intro huc ambae.
Sic *Sequimini* absolute Eun. IV, 7, 2. & Phor. II, 3, 8. *Vos sequimini*, ut Eun. III, 2, 53. VII, 2, 46. *Vos* potius quam *Me*; ut in caesura Ambiguum evitetur.

Et mihi una prosit. Donatus, & liber Bembinus & Basilicanus, & Vaticanus & plerique alii non habent *hoc una.* quod & respuit versus. FAERNUS. 29
Duo tantum ex Nostris addunt *Una.* Sed vide ipsos versus.
Quid est quod mihi malim, quam quod huic intellego euenire,
Ut

Digitized by Google

Scit sé nobilitatem éx ea re náctam et gloriam ésse:
Refert grátiam eii, unáque nos sibi ópera amicos iúngit.

ACTUS V. SCAENA III.

PARMENO. BACCHIS.

PA. *'EDEPOL ne meam érus esse operam députat paruí preti;*
Qui ób rem nullam mísit, frustra ubi tótum desedí diem:
My'conium hospitém dum exspecto in árce Callidémidem.
'Itaque ineptus hódie dum illi sédeo, ut quisquam uénerat,
'Accedebam: aduléscens, dic dum quaéso, tun es My'conius? 5
Nón sum. at Callidémides? non. hospitem ecquem Pámphilum

Ut gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit.
Quid hoc est? *Quid mihi malim, quam ut* fine suo dispendio *mihi prosit meretrix?* Immo, credo, vel cum maximo meretricis, quam modo angue pejus oderat, dispendio id sibi optet senex. Donatus, prava lectione irretitus, quo non se versat? Repono, re ipsa me eo ducente;

Quid est mihi quod malim quam quod huic intellego evenire?
Ut gratiam ineam sine meo dispendio, & mihi prosim.

Quid est, inquit, *quod Mihi malim, quam ut gratiam ineam* &c. *quod Huic evenire intellego.* Vides, opinor, sententiam claram; & una vides, quo pacto evenerit, ut interpolaretur. Cum enim *Huic*, quod vero ordine postremum est, in medio veniret; eo decepti Librarii personas primas *Ineam* & *Meo* in tertias mutaverunt.

31 *Scit sibi nobilitatem ex eo & rem natam & gloriam esse.* Sic libri omnes. Donatus: *Ex eo, utrum ex Pamphilo; an ex eo, ex ea re: & hoc melius.* Certe melius: sed hoc etiam expediat summus Magister; cur Noster inter *Nobilitatem* & *Gloriam*, quae cognatae sunt significationis, *Rem* in medium intruserit, prorsus diversae. Quomodo autem REM *natam? Quia multa*, inquit idem, *in eam contulit Pamphilus.* Itane vero? Atqui de re ventura hic agitur, non de praeterita: & *si vere ab se segregarit*, non res creverit, sed damnum obvenerit. Codex unus ex Regiis *Nactam* pro *Natam*. Repone:

Scit se nobilitatem ex ea re nactam & gloriam esse.
Ubi ordo est, *Scit se ex ea re nactam esse nobilitatem & gloriam.*

Referetque gratiam ei. Ex auctoritate libri 32
Bembini & Victoriani delemus conjunctionem *que*, nec sermoni necessariam, & versui incommodam, qui est Iambicus tetrameter catalecticus ut ceteri, habens dactylum in secunda. FAERNUS.

Referet gratiam ei unaque nos sibi opera amicos junget. Sic voluit Faernus; etsi in Editione sit *Referetque*. Bene sane, quod duo primarii libri *Que* ejiciant. Sed ne sic quidem versus commodus est. Codex Academicus *Refertque*. Repone:

Refert grátiam eii, unaque nos sibi opera amicos jungit.

Refert, Jungit, ut supra *Scit*, elegantius quam ista Futura. *Refert* corripitur; quae licentia in primo pede facile conceditur.

Deputat parvi pretii. Idem liber *preti.* 8.
FAERNUS. Sic & Nostri meliores *Preti*, ut *Viti, Gaudi, Consili.* Semper ita oportet, ut in Andria semel docuimus.

Ut quisque venerat. Duo ex Nostris *Quis-* 4.
quam; & ad versum commodius & ad sententiam.

Dic dum quaeso, es tu Myconius. Nisi 5
Quaeso sine Synaloepha sit, quod non licet, versui deerit Syllaba. Unus ex Nostris *Tu es.* Lege, *Tun es Myconius?* vel *An es tu Myconius?*

Neque

Híc habes? omnés negabant: néque eum quemquam ésse árbitror.
Dénique hercle iám pudebat: ábii. ſet quid Bácchidem
'Ab noſtro adfine éxeuntem uídeo? quid huic hic éſt rei?
B. *Pármeno, opportúne te offers, própere curre ad Pámphilum.*
PA. *Quíd eo?* B. *dic me oráre, ut ueniat.* P. *ád te?* B. *immo ad Philúmenam.*
PA. *Quíd rei eſt?* B. *tua quód nil refert, pércontari déſinas.*
PA. *Nil aliud dicam?* B. *étiam: cogноſſe ánulum illum My'rrhinam*
Gnátae ſuae fuíſſe, quem ipſus ólim mi dederát. P. *ſcio.*
Tántumne eſt? B. *tantum: áderit continuo, hóc ubi ex te audíuerit.*
Sét ceſſas? P. *minume équidem; nam hodie míhi poteſtas haút dataſt:*
'Ita curſando atque ámbulando tótum hunc contriuí diem.
B. *Quantam óbtuli aduentú meo laetítiam Pamphilo hódie?*
Quot cómmodas res áttuli? quot aútem ademi cúras?
Gnatum eí reſtituo, paéne qui harum ipſíuſque opera périit:
Uxórem, quam nunquam éſt ratus poſthác ſe habiturum, réddo:
Qua ré ſuſpectus ſuó patri et Phidíppo fuit, exſólui:
Hic ádeo his rebus ánulus fuit ínitium inueniúndis.
Nam mémini abhinc menſés decem fere ád me nocte príma
Confúgere anhelantém domum, ſine cómite, uini plénum,
Cum hoc ánulo: extimui ílico: mi Pámphile, inquam, amábo,
Quid éxanimatu's óbſecro? aut unde ánulum iſtum náctu's?
Dic mi. ílle alias res ágere ſe ſimuláre. poſtquam uídeo
Neſcío quid ſuſpectárier, magis coépi inſtare ut dícat.

7 *Neque enim quemquam eſſe arbitror,* O. l. s. *neque eum.* ita & Donatus, ſi bene conſideretur. FAERNUS. Sic & Noſtri *Eum.*

14 *Quem ipſus mihi olim dederat.* Ex o. l. s. & ratione verſus, ita colloco, *olim mihi.* FAERNUS. Ita & Noſtri.

15 *Haec ubi ex te audierit.* O. l. s. *hoc ubi,* & in *audierit,* antepenultima producenda, aut *audiverit* legendum. FAERNUS. Sic & Noſtri. Sed *Audiverit* repoſuimus, ut ſcriptura pronuntiationi ſit congrua.

20 *Gnatum ei reſtituo, qui paene harum ipſiuſque opera periit.* Sic omnes libri, gemente verſu. Sed facilis medicina eſt:
Gnatum ei reſtituo, paene qui harum.
Tute animadvertes, ſolere Noſtrum pronomen *Qui* in ſecundo loco ponere.

27 *Quid exanimatus es obſecro?* Plerique Noſtri, *Quid es exanimatus?* Lege, *Quid exanimatu's obſecro?* & ſic *Nactu's. Es* apud Noſtrum produci ſolet, & a verſu hic reſpuitur.

28 *Poſtquam id video. Neſcio quid ſuſpicarier.* Pronomen *id* in nullo eſt l. s. niſi in Victoriano, ubi & deletum eſt. FAERNUS. Lege, *Poſtquam video Neſcio quid ſuſpectarier.*

30 *Virginem neſcio quam compreſſiſſe.* Ex ratione verſus, & ex fide libri Bembini, Vaticani, & Baſilicani, & aliquot aliorum, ac Donato delemus *τὸ virginem.* FAERNUS. Ita Noſtri plerique.

31 *Dicitque ſe illi.* *Se* geminamus ex o. l. s. FAERNUS. Et Noſtri omnes *Seſe.*

34 *Philumenam eſſe compreſſam ab eo.* Hic ordo verborum eſt in libro Bembino, *compreſſam*

Digitized by Google

Homo ſé fatetur ui ín uia neſcío quam compreſſiſſe:
Dicítque ſeſe illi ánulum, dum lúctat, detraxiſſe:
Eúm cognouit Myrrhina haec, in dígito modo me habénte:
Rogat únde ſit: narro ómnia haec: indéſt cognitio fácta,
Philúmenam compréſſam eſſe ab eo, et fíllum inde hunc nátum.
Haec tót propter me gaúdia illi cóntigiſſe laétor:
Etſi hóc meretrices nón uolunt aliaé: neque enim in rem eſt nóſtram,
Ut quíſquam amator núptiis laetétur. uerum ecáſtor,
Numquam ánimum quaeſti grátia ad malás adducam pártis.
Ego dum íllo licitumſt úſa ſum benígno et lepido et cómi.
Incómmode mihi núptiis euénit: factum fáteor:
At pól me feciſſe árbitror, ne id mérito mi eueníret.
Multa éx quo fuerint cómmoda, eius incómmoda aequumſt férre.

ACTUS V. SCAENA IV.

PAMPHILUS. PARMENO. BACCHIS.

PAM. *UI'DE, mi Parmeno, étiam ſodes, út mi haec certa et clára attuleris;*
Né me in breue pellícias tempus gaúdio hoc falſó frui.
PAR. *Uíſum eſt.* PAM. *certen?* PAR. *cérte.* PAM. *deus ſum, ſi hóc itaſt.*
PAR. *uerum réperies.*
PAM. *Mánedum ſodes: tímeo ne aliud crédam, atque aliud núnties.*
PAR. *Máneo.* PAM. *ſic te díxe opinor, ínueniſſe My'rrhinam*

ſam eſſe. FAERNUS. Noſtri *Eſſe compreſſam.* Recte Bembinus: *Eſſe* hic priorem corripit.

32 *Eum haec cognovit Myrrhina in digito modo me habentem.* Atqui Myrrhina non cognovit Bacchidem habentem in digito anulum; ſed *ipſum anulum cognovit*; ut Eun. V, 3, 6. *Cognoſcitne ſigna?* & Heaut. IV, 1, 44. *Poſtquam aſpexi anulum, ilico cognovi.* Repone: [*habente.*
Eum cognovit Myrrhina haec, in digito modo me

36 *Et ſi hoc meretrices aliae nolunt; neque enim eſt in rem noſtram.* Claudicat in caeſura hic verſiculus; cui ſic opitulaberis.
Et ſi hoc meretrices non volunt aliae; neque enim in rem eſt noſtram.

1 *Vide mi Parmeno.* Verſus hi trochaici ſunt tetrametri: ſed hic & ſeptimus, acatalectici, alii catalectici. FAERNUS.

2 *Ne me in breve hoc conjicias tempus, gaudio.* Ex aliquibus libris, inter quos eſt Victorianus, & ratione trochaici, deleo pronomen *hoc.* FAERNUS. Legendum exiſtimo:
Ne me in breve pellicias *tempus gaudio hoc falſo frui.*

PAR. *Viſum eſt.* PAM. *certone?* PAR. *certe.* PAM. *deus ſum ſi hoc ita eſt.* PAR. *verum reperies.* O. l. s. *certene* habent, praeter Bembinum & Victorianum, qui *certen*, quo poſteriore modo verſus eſt trochaicus catalecticus, ut ceteri, correpta tamen τὸ *hoc.* FAERNUS. Hoc recte. Noſtri *Certene.*

Maneó: Sic te dixíſſe opinor, inveniſſe My'rrhinam
Bacchidem anulum ſuum habere.
Verſus prior, ſi hanc lectionem recipis, pro Trochaico Iambicus fit. Vel ergo *Dixe* legas pro *Dixiſſe*, vel cum codice Meadiano, inverſo ordine,

Maneo:

Bácchidem ſuum ánulum habere. PAR. *fáctum.* PAM. *eum quem olim eí dedi:*
'Eaque hoc mihi te núntiare iſſſit: itane eſt fáctum? PAR. *ita inquam.*
PAM. *Quís me eſt fortunátior? uenuſtátiſque adeo plénior?*
'Egone pro hoc te núntio quid dónem? quid? quid? néſcio.
PAR. *At égo ſcio.* PAM. *quid?* PAR. *níhil enim:*
Nám neque in nuntió neque in me ipſo tíbi boni quid ſit ſcio.
PAM. *'Egon te, qui ab orco mórtuum me réducem in lucem féceris,*
Sinám ſine munere á me abire? ah nímium me ingratúm putas.
Set Bácchidem eccam uídeo ſtare ante óſtium:
Me exſpéctat, credo: adíbo. B. *ſalue, Pámphile.*
PAM. *O Bácchis, o mea Bácchis, ſeruatrix mea.*
B. *Bene fáctum; et uolupeſt.* PAM. *fáctis, ut credám, facis:*

Maneo: Sic dixiſſe opinor te, inveniſſe Myrrhinam
Bacchidem ſuum anulum habere.
Anulum ſuum ceteri codices; ſed veterrimus cum Petrenſi, *Suum anulum.* Concinnius.

7 *Eaque hoc té mihi núntiare.* Duo ex Noſtris verius: *Eaque hoc míhi te nuntiare.*

8 *Qui me eſt fortunatior.* Hunc verſum & tres ſequentes, partim ex libro Bembino & Victoriano, partim ex aliis ita ordinamus:
PAM. *Quis me eſt fortunatior, venuſtatiſque adeo plenior?*
Egon te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? neſcio.
PAR. *At ego ſcio.* PAM. *quid?* PAR. *nihil enim.*
Nam neque in nuntio, neque in me ipſo, tibi boni quid ſit, ſcio.
ut prius horum, eliſo ex *venuſtatis s*, item ſecundus ſint trochaici tetrametri catalectici, item quartus, eliſo tamen *n*, ex dictione *in*, bis poſita. FAERNUS.

9 *Egon te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? neſcio.* Verſus pede claudo incedit. Lege ex Noſtris univerſis:
Egone pro hoc te nuntio quid donem?

12 *Egon, qui ab orco.* Editio vetus & unus ex Regiis recentior, *Egon te, qui ab Orco.* Et tum verſus Iambicus erit, ut ſequens.

19 *Ut voluptati obitus.* In *voluptati*, eliditur *p*, ut verſus fit octonarius Iambicus, ut ſequentes. FAERNUS.
Ut voluptati obitus, ſermo, adventus tuus, quocumque adveneris.
Vides haec ſingula, *Obitus*, deinde *Sermo*, rurſus *Adventus*, idem ſcilicet quod *Obitus*; poſtremo *Adventus quocumque adveneris.* Haeccine placent? aut pro cetera Terentii elegantia ſunt? Donatus lectione prava circumventus quid non commíniſcitur? *Inter Obitum atque Adventum hoc*, inquit, *intereſt, quod Obitus eſt, quem caſus affert, Adventus, quem voluntas & deſtinatus locus.* Atqui hoc falſum & ſolvendae difficultatis gratia confictum eſſe, res certa eſt. Nonius; *Obitus, adventus.* Turpilius Epiclero:
Ecquis hic eſt qui intervumpit ſermonem meum obitu ſuo.
Eſto tamen ut *Obitus* differat quidem ab *Adventu*: cur non junctim ſaltem veniunt? cur *Sermo*, diverſae notionis, intervenit? Repone:
Ut voluptati obitus, ſermo, adfatus tuus, quocumque adveneris.
Sermo ad omnes, *Adfatus* ad hunc vel illum. Virgil. Aen. IV, 283. [*rentem*
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat adfatu?
Et vide ut gradatim procedat ſententia, *Obitus, ſermo, adfatus.*

21 *Ut unus hominum homo.* Aliqui libri, inter quos Bembinus, *Ut unus omnium homo*, quod & probo, pulchre enim opponuntur, *unus, omnium.* FAERNUS.
Ut unus omnium homo te vivat numquam quiſquam blandior.
Sic dedit Faernus. Ex Noſtris unus tantum Regius *Omnium* habet; ceteri *Hominum.* Plures autem ex iis cum Edd. vett. *Nuſquam.* Recte. Si enim *Numquam*; non diciſſet *Vivat*, ſed *Vixerit.*

Tu

Antíquamque adeo tuám uenuſtatem óbtines,
Ut uóluptati obitus, ſérmo, adfatus tuús, quocumque aduéneris,
Sempér ſit. B. *ac tu ecáſtor morem antíquom atque ingenium óbtines,*
Ut únus omnium hómo te uiuat núſquam quiſquam blándior.
PAM. *Ha, ha, hé, tun mi iſtuc?* B. *récte amaſti, Pámphile, uxorém tuam:*
Nam númquam ante hunc diém meis oculis eám, quod noſſem, uíderam:
Perlíberalis uíſaſt. PAM. *dic uerum.* B. *íta me di ament, Pámphile.*
PAM. *Dic mi, hárum rerum núm quid dixti iám patri?* B. *nil.* PAM. *néque opus eſt*
Adeó muttito. plácet haut fieri hoc ítidem ut in comoédiis,
Omnia ómnes ubi reſcíſcunt. hic, quos fúerat par reſcíſcere,
Sciúnt: quos non autem néquomſt ſcire, néque reſciſcent néque ſcient.
B. *Immo etiam, qui hoc óccultum iri fácilius credás, dabo.*

22 *Tune mihi iſtuc?* Ex eodem libro & Victoriano lege *tun*, & verſus procedit, ſi *mihi* monoſyllabum feceris. FAERNUS. Sic & Noſtri.

26 *Placet non fieri hoc.* Ferri quidem hoc poteſt; ſed cur non potius quod in proximo eſt, *Placet haut fieri.*

27 *Omnia omnes ubi reſciſcunt: hic quos par fuerat reſciſcere.* Hic verſus trochaicus eſt tetrameter hypercatalecticus; ſed tales non placent mihi. quomodo ergo poſſit eſſe catalecticus ex antiquis lectionibus eruendum. Bembinus ita habet, *hic quos fuerit par reſciſcere.* Donatus ſic, *hic quos par fuerit.* Vaticanus, Baſilicanus, & nonnulli alii pro *reſciſcere, ſciſcere* habent. quod idem eſt, quod *ſcire.* Plautus in Amphitr. *Accedo ut ſciſcam quid velit.* ſed ne ſic quidem verſus procedit. ego conſiderata lectione libri Bembini & Donati, quae eſt *fuerit*, quod tamen cum de futuro ſit, & in praeſenti ſequatur *ſciunt*, non ſat bene cum eo cohaeret, pro *fuerit, fuit* legendum cenſuerim. ita & verſui & orationi optime conſulitur, & antiqua lectio partim conſervatur, partim minima immutatione emendatur; legemus ergo, *hic quos fuit par ſciſcere.* FAERNUS.

Omnia omnes ubi reſciſcunt, hic quos fuit par ſciſcere. Nuſquam tam male ceſſit Faerno, quam in hoc loco; dum laborat verſum qui Iambicus eſt, ad Trochaici formam redigere. Repone:

Omnia ómnes ubi reſciſcunt. Hic, quos fuerat par reſciſcere.

Noſtri codices, *Hi quos.* Sed recte *Hic*, ut Donatus, *In hac comoedia, vel in hac re. Par fuerat reſciſcere*, noſtri univerſi: ordinem, accentus gratia, ex Bembino adſcivimus. *Omnia* in primo pede rite corripitur.

Sciunt: quos non autem ſcire aequum eſt. 28
Bembinus liber hanc collocationem verborum habet: *Quos non autem aequumſt ſcire.* ita procedit trochaicus, contracto *ſciunt* in unam ſyllabam. FAERNUS. Iterum Trochaicum hic quaerit Faernus, cum Iambicum inveniſſet.

Neque reſciſcunt, neque ſcient. O. fere l. s. Ib. & in iis Bembinus, & Victorianus, & Baſilicanus: itemque Donatus, *reſciſcent.* FAERNUS. Noſtri quoque omnes, *Reſciſcent.*

Immo etiam hoc qui occultari poſſe. In libro 29
Bembino, non eſt τὸ *poſſe*, ſed & in Victoriano expunctum eſt. collocationem vero praecedentium verborum nullus liber ſcriptus eam, quae in impreſſis eſt, habet. Sed Bembinus quidem: *qui occultari hoc:* alii omnes *qui hoc occultari*, quam & veram arbitror: ita enim optime procedit trochaicus,

Immo etiam qui hoc occultari facilius credas, dabo. FAERNUS.

Immo etiam qui hoc occultari facilius credas, dabo. Sic a Faerno: ſed plurimi Codices, etiam vetuſti, *Occultari poſſe*, cum *Poſſe* extra numeros currat. Unde hoc evenerit, dicam. Nimirum intelligebant, de futuro hic agi, *Occultari poſſe*; non in praeſenti *Occultari*; quod

Myrrhina ita Phidippo dixit, iúri iurandó meo
Sé fidem habuiſſe, et propterea té ſibi purgatum. PAM. *óptume eſt:*
Spéroque hanc rem eſſe éventuram nóbis ex ſenténtia.
PAR. *'Ere, licetne ſcíre ex te hodie, quíd ſit quod fécí boni?*
Aút quid iſtuc eſt, quód uos agitis? PAM. *nón licet.* PAR. *tamen*
ſúſpicor.
Ego húnc ab orco mórtuum? quo pácto? PAM. *meſcis, Pármeno,*
Quantum hódie profueris mihi, et me ex quánta aerumna extráxeris.
PAR. *Immo uéro ſcio; neque hóc inprudens féci.* PAM. *ego iſtuc ſátis ſcio.*
B. *An témere quicquam Pármeno praetéreat quod facto úſus ſit?*
PAM. *Séquere me intro, Páxmeno.* PAR. *ſequor: équidem plus hodié boni*
Féci inprudens, quám ſciens ante húnc diem umquam. Plaúdite.

& ſciebat Pamphilus, & parvi pendebat, de futuro ſollicitus. Recte illi quod ad ſententiam attinet; ego verba iis praeſtabo:

'Immo etiam qui hoc óccultum iri fácilius credás, dabo.

30 *Furijurando meo.* Omnes fere l. s. etiam antiquiſſimi, *jurejurando* per e habent. quod ſi recipimus, erit caſus rectus *jurejurandum.* FAERNUS.

Noſtri etiam omnes *Jurejurando.* Sed Dativus eſſe non poteſt; neque ea Librariorum fides eſt, ut omnia omnino iis auſcultemus. Repone *Juri jurando meo.* Plautus Ciſt. II, 1, 25. [*ſubſidi.*

Alibi quaere ubi tuo jurando juri ſatis ſit Vide nos ad Andr. IV, 3, 13.

32 *Speroque hanc rem eventuram.* Idem liber & aliqui alii ita habent, *rem eſſe eventuram.* quod & ad rationem trochaici pertinet. FAERNUS. Et Noſtri quoque omnes *Eſſe.*

33 *Ere licetne me ſcire.* Si pronomen *me* deleveris, quod nec eſt in libro Bembino, nec in aliquibus libris Donati, nihil ſenſui deperibit, & verſui conſultum erit. FAERNUS. Tres tantum ex Noſtris *Me* habent.

34 *Tamen ſuſpicor.* In *tamen n* eliditur. ut & alibi, *Tamen vix humane patitur.* FAERNUS. Hoc jam ſatis notum eſt.

Egone hunc ab orco mortuum? Donatus, & liber Bembinus, *ego hunc.* FAERNUS. 35 Noſtri *Egon.* Nihil intereſt.

Et ex quanta aerumna me extraxeris. In 36 antiquis libris Bembino, Vaticano, & Baſilicano, non eſt pronomen *me.* & in Victoriano deletum eſt. FAERNUS.

Quantum hodie profueris mihi & ex quanta aerumna extraxeris.

Niſi *Mihi* ſine Synaloepha ſit, verſus pede claudo eſt. Repone,

Quantum hódie profueris mihi, & me ex quánta aerumna extráxeris.

An temere quicquam Parmenonem praetereat 38 *quod facto uſus ſit?* In libro Bembino verſus hic perſonae Pamphili attribuitur; ubi etiam non *Parmenonem,* ſed *Parmeno* legitur. ita *Parmeno* erit nominativus. *praetereat* autem pro tranſeat, vel omittat, exponetur; ut ſit ſenſus, an quicquam Parmeno temere omittat, quod utile factu ſit. & verſus eſt octonarius Iambicus ut ceteri. aliter impeditus eſt. FAERNUS.

Noſtri univerſi *Parmenonem.* Ceterum hoc nec Parmenoni nec Pamphilo tribuendum eſt, ſed Bacchidi. Illi quoque, laetanti & Parmenonem ridenti, pars ſua eſt in his facetiis. Et ſic olim Donatus: *Convenit,* inquit, *hoc dictum meretrici abeunti.*

Digitized by Google

PHORMIO TERENTI.

Fabulæ interlocutores.

PHORMIO paraſitus.
DEMIPHO ſenex.
ANTIPHO adoleſcens.
GETA ſeruus.
DORIO leno.
CHREMES ſenex.
PHAEDRIA adoleſcens.
DAVUS ſeruus.
SOPHRONA nutrix.
NAUSISTRATA matrona.
HEGIO, CRATINUS, CRITO } aduocati.

ACTA LUDIS ROMANIS. L. POSTUMIO ALBINO L. CORNELIO MERULA AEDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO. L. ATILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI. TIBIIS INPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS. FACTA EST IIII. C. FANNIO. M. VALERIO COSS.

PHORMIO.

PROLOGUS.

POSTQUÁM poëta uétus poëtam nón poteſt
Retráhere ab ſtudio, et tránſdere hominem in ótium;
Maledíctis deterrére, ne ſcribát, parat:
Qui ita díctitat, quas ánte hic fecit fábulas

2 *Retrahere a ſtudio.* Liber Victorianus *ab*, ut & infra. FAERNUS. Sic aliquot Noſtri *Ab*.

4 *Quas ante fecit fabulas.* O. l. s. & Donatus, *quas antehac.* FAERNUS. Noſtri etiam plerique *Antehac.* Sed legendum: *Quas ante hic fecit fabulas.* Hic, is eſt, Terentius. Si *Antehac* legis; tum *Fecit* ad Poetam veterem referetur, non ad Noſtrum. Vide nos ad Andr. Prol. v. 13.

Digitized by Google

Tenui ésse oratióne et scriptúrá leui:
Quia núsquam insanum fécit adulescéntulum
Ceruám uidere fúgere, et sectarí canes:
Et eám plorare, oráre ut subueniát sibi.
Quod si intellegeret, ólim cum stetit noua,
Actóris opera mágis stetisse quám sua;
Minus múlto audacter, quám nunc laedit, laéderet.
Nunc síquis est, qui hoc dícat aut sic cógitet,
Uetus si poëta nón lacessíssét prior,
Nullum inuenire prólogum pósset nouus
Quem díceret, nisi habéret cui maledíceret:

6 *Quia nusquam scripsit insanum adulescentulum* Iidem haec verba ita collocant, *insanum scripsit adulescentulum.* FAERNUS.

Quia nusquam insanum scripsit adulescentulum
Cervam videre fugere, & sectari canes.

Donatus ad locum: *Scripsit: legitur & Fecit.* Nostri quidem hodie Codices *Scripsit.* Sed vera lectio est *Fecit:* id enim verbum Poëtae proprium. Mutarunt; quia vix crediderunt, *Fecit* Infinitivum post se posse admittere. Fruftra: nam & Virgil. Aen. II, 538,

Qui nati coram me cernere letum
Fecisti, Lucretius ita passim; ut VI, 66.
Flumina abundare ut facerent; camposque na- [*tare.*
Noster Prol. Heaut.
Qui nuper fecit seruo currenti in via
Decesse populum.

9 *Cum stetit olim nova. Stetit* posteriorem hic producit, more antiquorum, apud quos finientia in *t* indifferentia erant. FAERNUS. Non omnia in *t* exeuntia, sed contracta praeterita, ut *Subiit, Rediit.* Ergo hic lego. *Olim cum stetit nova*; ut alii jam viderunt.

11 *Laederet. Et magis placerent quas fecisset fabulas.* Versum hunc ut nec a Donato positum, nec in tribus antiquissimis libris Bembino, Vaticano, & Victoriano scriptum, nec boni quicquam sensus afferentem, delevimus. FAERNUS.

Recte Faernus, qui versum spurium ejecit. Quae enim sententia est? Si intellegeret, fabulam istam non sua virtute, sed Actoris opera atque arte placuisse; ceterae ejus fabulae magis placerent. Quid ineptius dici potest? Si intellegeret, unam fabulam fuisse malam, ceterae essent bonae. Petitum est ab Andr. Prol. v. 3.

Populo ut placerent quas fecisset fabulas.

Potuisset novus. Sic quidem libri: sed versus gratia repone: 14

Nullum invenire prologum posset novus.

Prologus apud veteres primam producit.

Ab studio studuit rejicere. Iidem tres antiquissimi libri, & Basilicanus habent *reicere* per unum *i*, ut exigit versus. FAERNUS. Quinque etiam ex Nostris meliores *Reicere*; ut Virgil. Eclog. III. 18

Tityre, pascentis a flumine reice capellas.

Quod ab ipso adlatumst, sibi esse id rellatum putet. O. fere l. s. & Donatus, *Quod ab illo.* sequentium vero verborum ordinem hunc habent omnes fere libri, *sibi esse id relatum.* Donatus *sibi id esse.* quod & commodissimum est versui. Liber Bembinus *id sibi esse rellatum:* quam & sequemur. sustentatur contrahendo in scansione *sibi* in unam syllabam, vel elisione *d*, ex *id*, ut sit dactylus in tertia, & quarta sede. FAERNUS. 21

Quod ab illo adlatumst, id sibi esse relatum putet. Sic a Faerno: qui id multis agit, ut pejorem lectionem eligat. Fraudi ei fuit, quod nesciebat *Rellatum* primam producere, ut *Reductum.* Lege ex Nostris plurimis.

Quod ab illo adlatumst, sibi esse id rellatum putet.

Quod ab illo adlatumst, sibi esse id rellatum putet. 22
De illo jam finem faciam dicendi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.

Ant

Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant músicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit reicere:
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab illo adlatumst, sibi esse id rellatum putet.
De illo tum finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem fecerit.
Nunc quid velim animum attendite. adporto nouam
Epidicazomenen quam uocant comoedíam
Graece, Latine hic Phormionem nominat:

Ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τῶ λέγοντος inquit Donatus. & magnum sane manſuetudinis exemplum. Sententia eſt, Quoniam ille non deſinit mihi maledicere; ego deſinam ei remaledicere. Patientia paene Chriſtiana; modo ſi ne a principio quidem remaledixiſſet. Sed vide, quam parum hoc congruat cum verſu praecedente, *Quod adlatum, id rellatum*, par pari. Hocine etiam eſt τῆς ἐπιεικείας? Quid illud Andr. Prol. v. 22.

Dehinc ut quiescant porro moneo & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.

Quid Eun. 18?

Habeo alia multa, nunc quae condonabitur;
Quae proferentur post, si perget laedere.

Quid Heaut. 33?

De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias novas: nisi finem maledictis facit.

Ad iſtam faciem, quis non videat etiam hic legendum,

De illo tum finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem fecerit.

25 *Epidicazomenon quam vocant Comoediam.* 'Donatus ad locum: *Epidicazomenon*; Hic 'manifeſte errat Terentius. Nam haec Fabula, 'quam tranſtulit, *Epidicazomene* dicta eſt a pu- 'ella de qua judicium eſt: cum ſit alia *Epidi- 'cazomenos* ejuſdem Apollodori: Debuit ergo 'dicere *Epidicazomenen* Graece. Quid agetur? Nec falli hic potuit Donatus, ſive alius unde habuit; nec Terentius neſcire potuit nomen Fabulae, quam ipſe Latine vertit. Id miror, maluiſſe Donatum *manifeſti erroris* arguere Auctorem, quam occulti errati ſuum quo utebatur Exemplar. Repone hic,

Epidicazomenen quam vocant Comoediam.

Ἐπίδικος, apud Harpocrationem & alios, virgo eſt orba, ἡ ἀμφισβητουμένη, ὅτου χρὴ γαμηθῆναι, *de qua lis eſt, cui debeat in matrimonium locari.* Ea in hac fabula eſt Phanium. Τὰς δὲ λαχουσῶν κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους, πέντε μνᾶς ἐπιδόντες. *Pauperes autem puellas locabant qui genere proximi erant, doti dantes minas quinque.* Et hoc Phanio convenit, I, 2, 75.

Lex est, ut orbae qui sint genere proxumi
Iis nubant; & illos ducere eadem lex jubet.

Aut ipſos ducere jubet, aut ſi ipſi jam mariti ſunt, alii cum dote V minarum elocare. H. 3, 62.

Itidem ut cognata si sit, id quod lex jubet
Dotem dare; abduce hanc: minas quinque accipe.

Ἐπίδικος igitur, virgo de qua adhuc lis eſt; ἐπιδικαζομένη, de qua judicium factum eſt, ut hic Phanium. Fruſtra igitur Guyetus *Epidicazomenon* tutatur.

Graeci, Latini Phormionem nominant. Id 26
vero miraculi inſtar eſt, ſi jam Latini nominant Phormionem, priuſquam acta fuerit, priuſquam eam cognoverint. Mendum ſine dubio hic latet; quod jam & eruimus, & eluemus. Unus ex Meadianis *Graeci Latine*; at vetuſtiſſimus Noſter *Graece Latine*. Repone:

Epidicazomenen quam vocant Comoediam
Graece, Latine hic Phormionem nominat.

Hic eſt Auctor, Terentius, de quo vide ad Andr. Prol. v. 13. Scriptor autem ipſe nomen ſuae Fabulae indere ſolebat. *Graece* autem & *Latine*, non *Graeci* & *Latini*. Plautus Aſin. Prol. 12.

Huic nomen Graece Onago est Fabulae:
Demophilus scripsit: Marcus vortit Barbare:
Asinariam volt esse, si per vos licet.

Caſina Prol. 31.

Clero-

Quia primas partis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res geretur maxume;
Uoluntas uostra si ad poëtam accesserit.
Date operam, adeste aequo animo per silentium;
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus
Cum per tumultum noster grex motus locost:
Quem actoris uirtus nobis restituit locum,
Bonitasque uestra adiutans atque aequanimitas.

ACTUS I. SCAENA I.

DAUUS.

AMICUS summus meus et popularis Geta
Heri ad me uenit. erat ei de ratiuncula
Iampridem aput me relliquum pauxillulum
Nummorum: id ut conficerem. confeci: adfero.
Nam erilem filium eius duxisse audio
Uxorem: ei credo munus hoc conraditur.
Quam inique comparatumst, ii qui minus habent,
Ut semper aliquid addant diuitioribus?
Quod ille unciatim uix de demensó suo,
Suum defrudans genium, comperfit miser;
Id illa uniuersum abripiet: haut existumans
Quantó labore partum. porro autem Geta
Feriétur alio munere, ubi era pepererit:

Clerumenoe vocatur haec comoedia *Graece, Latine Sortientes.*
Mil. II, 1, 8.
Alazon Graece est nomen huic Comoediae; Id nos Latine Glorioſum dicimus.
Merc. Prol. 10.
Graece haec vocatur Emporos Philemonis: Eadem Latine Mercator Mactici.
Poen. Prol. 53.
Karchedonios vocatur haec Comoedia, *Latine Plautus, Patruus Pultiphagonides.*
Trin. Prol. 20.
Huic nomen Graece est Thesauro fabulae: Philemo scripsit: Plautus vortit Barbare: Nomen Trinummo fecit.
Satis opinor utrumque confirmatum est, & *Graece, Latine*; & *Hic nominat.*

Quia primas partes. Bembinus & Victorianus, *partis.* FAERNUS. *Partis*, Recte. Si Genitivus pluralis in *Ium* exeat, Accusativus in *Is* exit, non *Es.* Ita vetusti Codices Plauti, Lucretii, Virgilii, Horatii &c. 27

Per quem res agetur maxime. Libri omnes antiqui ac Donatus, *geretur.* FAERNUS. Et Nostri plerique *Geretur.* 28

Addant ditioribus. O. l. s. & Donatus, *divitioribus.* FAERNUS. Duo ex Nostris vetusti cum totidem mediocribus, *Ditioribus.* Utcumque scribas, pronuntiatio eadem est. 8

Comparsit miser. Liber Bembinus, *comperfit.* FAERNUS. *Comperfit.* Ea vetus scriptura est; 10

Porro álio autem, ubi erit púero natalís dies:
Ubi ínitiabunt: ómne hoc mater aúferet:
Puer caúſa erit mittúndi. ſet uideón Getam?

ACTUS I. SCAENA II.

GETA. DAUUS.

G. *SI quís me quaeret rúfus.* D. *praeſtoſt, déſine.* G. *ob.*
At ego óbuiam conábar tibi, Daue. D. *áccipe, em*
Lectúmſt; conueniet númerus quantum débui.
G. *Amó te: et non necléxiſſe habeo grátiam.*
D. *Praeſértim ut nunc ſunt móres: adeo rés redit;*
Si quís quid reddit, mágna habendaſt grátia.
Set quíd tu es triſtis? G. *égone? neſcis quo ín metu et*
Quanto ín periclo ſimus. D. *quid iſtuc éſt?* G. *ſcies,*
Modo út tacere póſſis. D. *abi ſis, ínſciens:*
Cuius tú fidem in pecúnia perſpéxeris,
Uerére uerba ei crédere? ubi quid míhi lucri eſt
Te fállere? G. *ergo auſcúlta.* D. *hanc operam tíbi dico.*
G. *Senis nóſtri, Daue, frátrem maiorém Chremem*
Noſtíne? D. *quidni?* G. *quíd? eius natum Phaédriam?*
D. *Tam, quám te.* G. *euenit ſénibus ambobús ſimul,*
Iterílli in Lemnum ut éſſet, noſtro in Cíliciam
Ad hóſpitem antiquom: ís ſenem per epíſtolas
Pelléxit, modo non móntis auri póllicens.

eſt; & in Textum recipimus. Nonius v. Genium, habet *Comperſit*. Charisius p. 197. *Comparſit*. Feſtus: *Comparſit Terentius pro Compoſcuit poſuit*. Lego, *pro Compepercit*.

14 *Porro alio autem ubi erit*. Aliquot libri, inter quos Bembinus, hanc collocationem habent, *porro autem alio:* ſed hoc modo oportet *alio*, in duas ſyllabas contrahere: aut eſſe proceleuſmaticum in ſecunda. FAERNUS. Facile admittitur Proceleuſmaticus. Sed placet lectio veterum Noſtrorum codicum *Porro álio autem*. Sic *Alio* in Ictu erit, ut verſu praecedente.

8 *Et quanto in periculo ſim*. Liber Bembinus & Baſilicanus *ſimus*. Victorianus & aliqui alii *ſumus*. reliqui *ſim*, & Donatus: nos tamen antiquam lectionem malumus, id eſt *ſimus*: id eſt, ego & erilis filius, legendo ex libro Baſilicano, & ratione verſus *periclo*. FAERNUS. Veterrimi duo Noſtri, *Simus*.

Noſtin? Quidni? Quid? ejus natum Phae- 14
Sic Faernus & Codices: ſed lege, [*driam?*
Noſtíne? Quídni? Quíd?
Et ſic accentus rite locabuntur. Eun. II, 3, 36.
Noſtine? Quídni? Ii, dum hanc ſequor, ſi mi obviam.

Tamquam te. Divide verbum, & lege, 15
Tam, quam te. ut Eun. IV, 4, 50. *Tam ſcio, quam me vivere*.

Per epiſtolas. Tres ex Noſtris *Epiſtolam*: & 16
ſic Priſcianus p. 1190. Etiam manu ſcriptus.

Abeuntes.

D. *Cui tánta erat res, ét ſupererat?* G. *déſinas:*
Sic éſt ingenium. D. *oh, régem me eſſe opórtuit.*
G. *Abeúntes ambo hinc túm ſenes me fíliis*
Relínquont quaſi magíſtrum. D. *o Geta, prouínciam*
Cepíſti duram. G. *mi úſus uenit, hóc ſcio:*
Meminí relinqui mé, deo irató meo.
Coepi áduerſari primo: quid uerbís opuſt?
Senibús fidelis dúm ſum, ſcapulas pérdidi.
Uenére in mentem mi iſthaec: namque inſcítiaſt,
Aduórſum ſtimulum cálces. coepi iis ómnia
Facere, obſequi quae uéllent. D. *ſciſti utí foro.*
G. *Noſtér mali nil quícquam primo: hic Phaédria*
Contínuo quandam náctus eſt puéllulam
Citharíſtriam: hanc amáre coepit pérdite.
Ea ſéruiebat lénoni inpuríſſimo:
Neque quód daretur quícquam, id curaránt patres.
Reſtábat aliud níl, niſi oculos páſcere,
Sectári, in ludum dúcere, et reddúcere.
Nos ótioſi operám dabamus Phaédriae.
In quo haéc diſcebat lúdo, ex aduerſo ílico
Tonſtrína erat quaedam. hic ſolebamús fere
Elerúmque eam opperíri, dum inde irét domum.

21 *Abeuntes ambo hinc tum ſenes.* Et *hinc* & *hic* legi teſtatur Donatus; in libro Bembino eſt *hic*. FAERNUS. Noſtri *Hinc*, & placet: quia verba *Abeuntes hinc* propinqua ſunt; *Hic relinquunt*, remotiora.

23 *Mihi uſu venit hoc, ſcio.* Omnes antiqui libri habent *uſus venit*, ſolus Bembinus *uſus evenit*. FAERNUS. Noſtri, uno excepto, *Uſu venit*. Utrumque more dicitur, ſenſu eodem.

26 *Seni fidelis dum ſum.* Atqui v. 21. Ambo ſenes reliquerunt eum, quaſi filiis magiſtrum, ergo hic repono;
Senibus fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.

27 *Venere in mentem iſtaec mihi.* O. l. s. & Donatus, *mihi iſtaec*. & ſtat verſus, ſi τὸ *mihi* in unam ſyllabam contrahatur. FAERNUS.
Noſtri etiam plerique, *Venere in mentem mi iſtaec:* niſi quod duo, *Venere mi in mentem iſtaec*. Ceterum vide illud Donati: *Hoc dictum & ſuperioris perſonae eſſe poteſt, & alterius:* hoc eſt, & Getae & Davi. Davo quidem hodie libri tribuunt; meo judicio non commode. Quomodo enim Davus dicat, *Venere mihi iſtaec in mentem?* qui, niſi Geta nunc narrante, non noverat ſenes peregre abeſſe. At Getae, verberibus admonito, tandem iſta venerint in mentem.

Nam quae inſcitia eſt. O. fere l. s. & in iis quattuor antiqui, item Donatus pro duabus primis dictionibus, unam partem orationis habent, *namque*. hoc & Ubaldino Bandinello placebat. FAERNUS. Noſtri omnes *Namque*. Ib.

Ex advorſum ei loco. Liber Bembinus, & multi alii ac Donatus, *ex adverſo*; ſed Bembinus hoc amplius, quod pro, *ei loco, ilico* habuit: quod deinde mutatum eſt in lectionem 38

Digitized by Google

Intérea dum ſedémus illi, intéruenit
Aduléſcens quidam lácrumans. nos mirárier.
Rogámus quid ſit: númquam aeque, inquit, ác modo
Paupértas mihi onus uíſa eſt et miſerum ét graue.
Modo quándam uidi uírginem hic uicíniae
Miſerám, ſuam matrem lámentari mórtuam:
Ea ſíta erat exaduórſum. neque illi béneuolens
Neque nótus neque cognátus extra unam ániculam
Quiſquam áderat, qui adiutáret funus. míſeritumſt.
Uirgo ípſa facie egrégia. quid uerbís opuſt?
Commórat omnes nós. ibi continuo 'Antipho:
Uoltíſne eamus uíſere? alius; cénſeo:
Eámus: duc nos ſódes: imus, uénimus:
Uidémus: uirgo púlchra: et quo magis díceres,
Nihil áderat adiuménti ad pulchritúdinem:
Capíllus paſſus, núdus pes, ipſa hórrida,
Lacrumaé, ueſtitus túrpis: ut, ni uís boni
In ípſa ineſſet fórma, haec formam extínguerent.
Ille qui íllam amabat fídicinam tantúmmodo,
Satis, ínquit, ſcitaſt: nóſter uero D. *iám ſcio:*
Amáre coepit. G. *ſcín quam? quo euadát, uide.*
Poſtrídie ad anum réćta pergit: óbſecrat,

nem vulgatam. & ſane Donatus etiam *ilico* legi affirmat: efleque dictionem ex abundanti additam, ut multa apud veteres. nos hanc ipſam vocem obſervavimus in Adelphis, poſitam pro additamento loci, ita eam exponente Donato, *Otioſe nunc jam ilico hic conſiſte:* quam vim & hic habere arbitramur. FAERNUS.

Exadverſo ilico Tonſtrina erat quaedam. Sic dedit Faernus, Bembino ſuo favens. *Exadverſo* tres ex Noſtris habent; omnes *Ei loco.* Priſcianus p. 977. *Quando Adverſum τὸ ἐναντίον ſignificat, magis adverbium oſtenditur; ut Ter. in Phorm. Ei loco exadverſum tonſtrina erat quaedam.* Idem p. 1037. *Exadverſum ei loco pro Adverſum.* Gellius VII, 7. *In eo quod nos Exadverſum dicimus, (Annianus poeta) ſecundam ſyllabam debere acui exiſtimabat; quoniam una non duae eſſent orationis partes. atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his verſibus:*

In quo haec diſcebat ludo exadverſum loco
Tonſtrina erat quaedam.

Recte quidem Annianus, quod ad hunc locum attinet; nam hic *Exádverſum* acuit ſecundam: ſed mox v. 47, & Adel. IV, 2, 45. primam acuit *'Exadvérſum:* ut apud Plautum Bacch. IV. 17, 37.

Video éxadverſum Piſtoclerum & Bacchidem:

Ad nihilum ergo recidit Anniani illius ſubtilitas.

Paupertas mihi onus viſumſt & miſerum & grave. Mira ſane conſtructio, *Paupertas viſum eſt.* Codex C. C. notae optimae *Viſa eſt*; & ſic apud Priſcianum citatur p. 1026, etiam in ſcriptis codicibus. 44

Ea ſita erat ex advorſo. Hic liber Bembinus, & Victorianus habet, *ex advorſum.* ita habebat & Vaticanus, ſed deinde, abraſis poſterioribus litteris *o* ſuppoſitum eſt. FAERNUS. Noſtri omnes hic habent *Ex adverſo.* 47

Ut sibi eius faciat cópiam. illa enim sé negat:
Neque eum aéquom facere ait: íllam ciuem esse Atticam,
Bonám, bonis prognátam: si uxorém uelit,
Lege íd licere fácere: sin alitér, negat.
Noster, quid ageret néscire: et illam dúcere
Cupiébat, et metuébat absentém patrem.
D. *Non, sí redisset, eí pater ueniám daret?*
G. *Ille índotatam úirginem atque ignóbilem*
Daret illi? numquam fáceret. D. *quid fit dénique?*
G. *Quid fíat? est parasitus quidam Phórmio,*
Homó confidens: qui íllum di omnes pérduint.
D. *Quid is fécit?* G. *hoc consílium quod dicám dedit:*
Lex ést, ut orbae, quí sunt genere próxumi,
Iis núbant, et illos dúcere eadem haec léx iubet.
Ego té cognatum dícam, et tibi scribám dicam:
Patérnum amicum me ádsimulabo úirginis:
Ad iúdices ueniémus: qui fuerít pater,
Quae máter, qui cognáta tibi sit; ómnia haec
Confíngam: quod erit míhi bonum atque cómmodum,
Cum tu hórum nil refélles, uincam scílicet.
Pater áderit. mihi parátae lites: quíd mea?
Illá quidem nostra erít. D. *iocularem audáciam.*

53 *Ut sibi ejus faciat copiam. illa enim se negat.* In dimetiendo hoc verſu commodum videtur, ut *ſibi* in unam ſyllabam contrahatur, & ex τὸ *illa*, unum *l* elidatur, ut in prima & tertia ſede ſit ſpondeus, in ſecunda dactylus, in quarta tribrachus. FAERNUS. *Sibi ejus* Anapaeſtus eſt, *Illa* primam corripit.

64 *Neque eum aequum ait facere: illam civem esse Atticam.* Sic Faernus, & unus tantum ex Noſtris: ceteri numeris melioribus, *Neque eum aequum facere ait.* Et *Facere* quidem ſic ſatis convenit; ſed quanto melius eſt, *Neque eum aequum petere ait?* ut infra, *Num iniquum poſtulo?* And. V, 3, 30. *Aequum poſtulat, da veniam.* & Plautus Pſeud. V, 2, 16. *Jus petis, fateor.* Donatus tamen: *Non quod amet, ſed quod hoc petat:* ubi clare indicat, ſe *Facere* legiſſe. Heaut. I, 1, 39. *Non ſinam, inquam. Ah non aequum facis:* Sed ibi Chremes raſtros manu prehendit, & facit aliquid: Antipho hic nihil facit; ſed orat, obſecrat, petit.

Pater ei veniam daret? O. l. s. & Donatus, ita collocant, *ei pater*, quod & venuſtius eſt. FAERNUS. Sic & Noſtri. 69

Illene indotatam. In libri Bembini contextu non eſt τὸ *ne:* qua particula dempta, melius verſus procederet; ſed ſic quoque ſuſtentari poteſt. FAERNUS. Noſtri omnes *Illene.* 70

Perſuaſit homini. Idem liber *perſuaſum'ſt* habet, ut & videtur legere Donatus: parvi tamen refert, utrum legas. FAERNUS. Immo magni refert. *Perſuaſumſt*, cum ceteris iſtis paſſivis, longe elegantius, quam *Perſuaſit*; quod Noſtri codices habent. 85

Quod ſors ferat. Sic a Faerno eſt; ſed errore, credo, Typographi. Omnes ſcripti *Fors ferat.* Recte. Praeterea, *Places* melius hic quam *Placet.* 88

In me omnis ſpes eſt mihi. Ex eodem libro, ac 89

Digitized by Google

G. *Perſuáſumſt homini. fáctumſt. uentumſt; uíncimur:*
Duxít. D. *quid narras?* G. *hóc quod audis.* D. *ó Geta,*
Quid té futurumſt? G. *néſcio hercle: unum hóc ſcio*
Quod fórs feret, ferémus aequo animó. D. *places:*
Hem iſtúc uiriſt offícium. G. *in me omnis ſpés mihi eſt.*
D. *Laudo.* G. *ád precatorem ádeam credo, quí mihi*
Sic óret: nunc amítte quaeſo hunc: céterum
Poſthác ſi quicquam, níl precor. tantúmmodo
Non áddit: ubi ego hinc ábiero uel occídito.
D. *Quid paédagogus ílle qui citharíſtriam?*
Quid reí gerit? G. *ſic, ténuiter.* D. *non múltum habet*
Quod dét fortaſſe. G. *immó nihil, niſi ſpém meram.*
D. *Pater éius rediit, ánnon?* G. *nondum.* D. *quíd? ſenem*
Quoad éxſpectatis néſtrum? G *non certúm ſcio:*
Set epíſtolam ab eo adlátam eſſe audiuí modo:
Et ad pórtitores éſſe delatam; hánc petam.
D. *Numquíd, Geta, aliud mé uis?* G. *ut bene ſít tibi.*
Puer heús. nemon huc ródit? cape, da hoc Dórcio.

ACTUS I. SCAENA III.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

A. *'ADEON rem redíſſe, ut qui mi cónſultum optumé uelit eſſe,*

ac Victoriano, & Baſilicano, & Donato, verſuſque ratione, ita collocamus, *ſpes mihi eſt.* FAERNUS. Sic & Noſtri, *Spes mihi eſt.*

90 *Ad precatorem abeam.* Ex libro Bembino legimus *adeam*, quod magis proprium videtur: nam adire, ſupplicis eſt. FAERNUS Noſtri omnes *Abeam.*

91 *Amitte hunc.* Sic Donatus. Noſtri omnes *Omitte.*

93 *Non addat.* Multi l. s. in quibus omnes antiquiſſimi, *non addit.* FAERNUS. Noſtri etiam plerique *Addit*, unus & alter *Addet*, vel *Addat.*

94 *Quid ille paedagogus.* O. l. s. & Donatus *quid paedagogus ille* habent; numero & compoſitione meliore. FAERNUS. Sic & Noſtri.

101 *Ut bene ſit tibi.* Donatus; Ἀρχαϊκῶς pro *Nihil.* Miror, qui hoc *vetuſte* dictum exiſtimet. Editio vetus habet Ἀττικῶς: lege Ἀστείως. Hoc eſt, *urbane* dictum pro *Nihil.*

Da hoc Dorcio. Apparet, hanc Dorcium conſervam & uxorem Getae eſſe: ergo dat illi pecuniam ſervandam. Ita Syri uxor Phrygia conſerva, Adel. V, 9, 16. 102

Adeon rem rediſſe. Primus hic verſus trochaicus eſt tetrameter acatalecticus, item quartus, in quo ex libro Bembino legendum, *mi conſcius ſis.* item quintus; ſextus vero & ſeptimus ejuſdem generis, ſed catalectici. item octavus, in quo in ſecunda ſede eſt dactylus. ſecundus vero, ubi ex multis libris, etiam antiquiſſimis, & Donato legendum eſt, *patrem ut extimeſcam*, licet aliud *ut* praecedat: item tertius, nonus, & reliqui, octonarii Iambici, praeter unum dimetrum Iambicum. FAERNUS. 1

Digitized by Google

Phaédria, patrem ut éxtimeſcam, ubi eíus aduenti uénit in mentem?
Quód ni fuiſſem incógitans, ita eum éxſpectarem, ut pár fuit.
P. *Quíd iſtuc? rogitas? quí tam audacis fácinoris mi cónſcius ſis?*
Quód utinam ne Phórmioni id ſuádere in mentem incidiſſet,
Neú me cupidum eo ínpuliſſet, quód mi principiúmſt mali.
Nón potitus éſſem: fuiſſet tum íllos mi aegre aliquót dies:
At nón cotidiána cura haec ángeret animum. P. *aúdio.*
A. *Dum exſpécto quam mox uéniat, qui hanc mihi ádimat conſuetúdinem.*
P. *Aliís quia deſit quód amant, aegreſt: tíbi, quia ſuperéſt, dolet.*
Amóre abundas, Antipho.
Nam túa quidem hercle cérto uita haec éxpetenda optándaque eſt.
Ita mé di bene ament, út mi liceat támdiu quod amó frui,
Iam dépeciſci mórte cupio; tú coniicito céterum,
Quid ego hác ex inopiá nunc capiam; et quíd tu ex iſtac cópia:
Ut ne áddam, quod ſine ſúmptu ingenuam líberalem náctus es:
Quod habés, ita ut uoluíſti, uxorem ſine mala famá palam:

2 *Phaedria patrem ut extimeſcam, ubi in mentem ejus adventi venit.* Sic codices Noſtri; niſi quod *Adventus* habeant. At Donatus *Adventi* & Priſcianus bis, p. 712. & 1101. Sed apud Priſcianum aliter verba collocantur, ita ut octonarium plenum faciant,

Phaedria patrem ut extimeſcam, ubi ejus adventi venit in mentem.

Recte: ſic duo pleni erunt, & tertius Catalecticus: ut mox iterum Quartus & Quintus pleni ſunt, Sextus Catalecticus.

3 *Quod ní fuiſſem incógitans.* Cave ſic hunc pronunties, ut Iambicus ſit; quod quidam fecit, octonarium enim plenum ſemper excipit Trochaicus. Sic ergo effer,

Quódni fuiſſem incogitans.

Fuiſſem in diſyllabon contrahitur, ut mox v. 7. *Fuiſſet.*

4 *Quid iſtuc eſt? Rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis.* Non ſolus Bembinus, ſed Noſtri magno numero *Conſcius ſis.* Sed legendum *Quid iſtuc? Rogitas?* Alioqui octonarius plenus fiet Iambicus: plane contra morem atque artem.

5 *Qui adimat hanc mihi conſuetudinem.* Longe concinnius codices Noſtri fere omnes,

Qui hanc mihi adimat conſuetudinem.

Nam tua quidem hercle certe. Tres Noſtri veterrimi cum pleriſque aliis *Certo.* Plautus Menaec. II, 2, 38. 12

Nam tu quidem hercle certo non ſanus ſatis.

Tu conjicito cetera. Donatus: *Aut Cetera abundat, aut deeſt Per, ut ſit Per cetera.* Neutrum ex his verum: mendoſa enim lectio eſt. Repone, *Tu conjicito ceterum.* Unum enim erat, non plura, quod conjiceret; *Quid ego ex hac inopia* &c. Plautus Perſ. IV, 6, 26. *Numquid ceterum voltis?* Rud. IV, 6, 20. *Tu interibi adorna ceterum quod opuſt.* Capt. V, 3, 12. *Argentum accepi, nil curavi ceterum.* Caſina, I, 1, 6. *Dehinc conjicito ceterum.* 14

Poſſíne necne clam me ſutelis tuis
Praeripere Caſinam uxorem.

Quid ego éx hac inopia. Repone: 15

Quid ego hác ex inopia nunc capiam, & quid tu ex íſtac copia.

ut oppoſita iſta *Hac Iſtac,* ambo acuantur.

Ni unum hoc deſit. *Tò hoc* non eſt in libris Bembino, & Victoriano. ſed ſive cum eo, ſive ſine eo, legas, non magni refert. FAERNUS. Noſtri plerique *Unum hoc*; & placet. Amat enim Terentius finales ſyllabas liquefacere. 18

Ita plerique ingenió ſumus omnes. Sic codices plerique; & ſic Gellio citatur, XX, 6. Placet tamen 20

Beátus, ni unum hoc déſit, animus quí modeſte iſtaéc ferat.
Quod ſí tibi res ſit cum eó lenone quócum mi eſt, tum ſéntias.
Ita plérique omnes ſúmus ingenio, nóſtri noſmet poénitet.
A. *At tú mihi contra núnc uidere fórtunatus, Phaédria,*
Cui de íntegro eſt potéſtas etiam cónſulendi, quíd uelis;
Retinére, amare, an míttere: ego in eum íncidi infelíx locum,
Ut néque mi ius ſit ámittendi, néc retinendi cópia.
Set quíd hoc eſt? uideon égo Getam curréntem huc aduenire?
Is eſt ípſus: ei timeó miſer, quam hic mihi nunc nuntiét rem.

ACTUS I. SCAENA IV.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

G. *NU'LLU'S, Geta, niſi áliquod iam conſílium celere répereris:*
Ita nunc inparátum ſubito tánta in me impendént mala:
Quae néque uti deuitém ſcio, neque quómodo me inde éxtraham:

tamen ordo, quem codex C. C. exhibet:
Ita plérique omnes ſúmus ingénio: noſtri noſmet poenitet.
Sic And. I, 1, 28.
Quod plerique omnes faciunt aduleſcentuli.

23 *Conſulendi quid velis; Retinere, amare, amittere.* Sic codices. Atqui poſt *Conſulendi, conſultandi, deliberandi*; ſequi debet *Utrum, An, Ne*, ut Hec. III, 5, 59.
Deliberet, renuntietque hodie mihi,
Velitne annon.
Adel. II, 1, 41. *Delibera hoc, utrum vis argentum accipere, an cauſam meditari tuam.*
Quare hic repone,
Retinere, amare, an mittere.
Quomodo enim *amittere* potuit, quam nondum habuit?

24 *Ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi copia.* Elegantiſſima & certiſſima lectio eſt, quam in duobus Regiis & uno Academico repperi, & Guyetus in codice Puteaneo:
Ut neque mi jus ſit amittendi, nec retinendi copia.
Non *Jus amittendi*, repudiandi; propter leges quibus coactus eam duxerat: non *Copia retinendi*; propter patrem qui eam ejecturus erat domo. *Jus*, quod fieri liceat; *Copia*, quod fieri poſſit.

25 *Sed quid hoc eſt? videone ego Getam currentem advenire huc?* O. l. s. *videon* habent: & *huc advenire?* quae collocatio verſui, alioqui non bene procedenti, conſulit, elidendo ex *quid d*; vel corripiendo *hoc*. verſus autem eſt Iambicus tetrameter catalecticus, ita & ſequens; ſi tamen ejus primam ſyllabam praecedenti attribuas; & ex o. fere l. s. haec verba ſic ordines, *quam hic nunc mihi nuntiet rem.* FAERNUS. Recte haec; niſi quod Noſtri codices meliore numero,
Quam hic mihi nunc nuntiet rem.

1 *Nullus es Geta, niſi aliquod jam tibi conſilium celere repereris.* Omnes antiqui libri, & aliquot ex recentibus, ac Donatus hanc collocationem verborum habent, *niſi jam aliquod*, & pro *repereris*, antiqui omnes *repperis*. FAERNUS.
Núllus es, Getá, niſi jam aliquod tibi conſilium célere repperis.
Sic Faernus. Atqui Noſtri veterrimi cum magno aliorum comitatu *Repereris*, & ſic Priſcianus bis, p. 647, 760. *Aliquod jam* Codex C. C. & Priſcianus p. 760. ut codex ibi. vetuſtus. *Tibi* apud Priſcianum deeſt. Repone:
Núllus, Géta; niſi áliquod jam conſilium celere répereris.

2 *Tanta te impendent mala.* Donatus: *Tanta te impendent mala: Accuſative caſu impendent: aut*

Nam nón poteſt celári noſtra díutius iam audácia.
[Quae ſi non aſtu proiidentur, me aut erum peſſum dabunt.]
A. *Quidnam ílle commotús uenit?*
G. *Tum témporis mihi púnctum ad hanc rem eſt. érus adeſt.* A. *quid iſtúc maliſt?*
G. *Quód cum audierit, quód eius remedium ínueniam iracúndiae?*
Lóquar? incendam: táceam? inſtigem: púrgem me? laterém lauem.
Eheú me miſerum: cúm mihi paueo, tum Antipho me excrúciat animi:
Eíus me miſeret: eí nunc timeo: is núnc me retinet: nam ábſque eo eſſet,
Récte ego mihi uidíſſem: et ſenis eſſem últus iracúndiam:
Aliquid conraſíſſem, atque hinc me prótinam coniicerem ín pedes.

aut ἀναστροφῆ, In te pendent. Cum ſupra, Nullus es Geta, dixerit: hic tranſitum fecit ad primam perſonam. Satis hinc conſtat, Donatum *Me* hic legiſſe non *Te*: & ſic codex Academicus *Me* in textu, *Te* pro varia lectione inter lineas. Repone:

Ita nunc inparatum ſubito tanta in me inpendent mala.

Sane commodius eſt *Me*; cum mox ſequatur *Devitem*, non *Devites*. *In me* huc adſciſco; cum nuſquam alibi *Impendere* reperias; niſi aut Dativo junctum aut cum praepoſitione Accuſativo. Plautus Epidico I, 1, 77.

Tantae in te impendent ruinae.

5 *Quae ſi non aſtu providéntur, me aut herum peſſum dabunt.* Verſus hic inſititius eſt, ex Andr. I, 3, 3. integer huc traductus. Atqui ibi aptiſſime venit; *Quae nuptiae ſi non aſtu providentur*; caventur, vitantur: Hic vero quid facit? Nihil eſt, quo referatur; ſententiam certe peſſumdat. Abeſt ab uno veterrimo Noſtro: in uno Regio larem mutat, & ante *v.* quartum venit.

6 *Quidnam ille commotus.* Hos verſus ita ordinamus, partim ex ratione metrica, partim etiam adjuti ab libro Bembino:

A. *Quidnam ille commotus venit?*
G. *Tum temporis mihi punctum ad hanc rem eſt, erus adeſt.* A. *quid iſtuc mali eſt?*

Verſus Iambici ſunt, prior dimeter, poſterior octonarius. FAERNUS.

8 *Quód cum audierit, quód ejus.* Hinc Trochaici incipiunt; & cave Iambicos hunc & ſequentem facias.

Lóquarne? incéndam. Etiam hoc patietur Trochaicus: ſed elegantius ſine *Ne*, ut ſequentia: 9
Lóquar? incendam: táceam? inſtigem: púrgem me? laterém lauem.

Eheu me miſerum. Hic & ſequens verſus trochaici tetrametri acatalectici ſunt. FAERNUS. Tres ex Noſtris, *Heu*. Eodem recidit; nam *Eheu* hic, ut alias, monoſyllabon eſt. 10

Aliquid conraſſem. Hic & Donatus, & liber Bembinus, & Baſilicanus habent *conraſiſſem*, & ita emendatum eſt in Victoriano: quod ſi recipimus, deductum erit a *conraſe conraſis* tertiae declinationis. FAERNUS. 13

Aliquid conraſiſſem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.

Sic dedit Faernus, gemino errato. Nam illud *Conraſere* nihili eſt; utique, ſi a vaſe ducitur, legendum erit *Conraſare*. Donatus: *Conraſaſſem, figuratum eſt a colligendis vaſis.* Sane *vaſa conclamari* jubet imperator, caſtra moturus. Charisius p. 188. *Protinus futuri ſignificationem capit. Ter. Phorm.*

Aliquid conraſaſſem, atque h. m. c. protinus in pedes.

Nonius: *Conraſare dicitur, furto omnia colligere: Ter. Phorm. Aliquid conraſaſſem, atque hinc me ego conjicerem protinus in pedes.* Mirifice vero *Furto*. Homo ineptus ex ipſo loco ſignificationem fingit. Atqui cum clam & furto caſtra movet imperator, non jubet vaſa conclamari. Neque ſane Getae aufugienti *Vaſa* & impedimenta colligenda erant; ſed pecuniae aliquid parandum, ut levis & expeditus fugeret. Duo tantum e Noſtris *Conraſaſſem:* ceteri

A. *Quamnam hóc fugam aut furtúm parat?*
G. *Set ubi Antiphonem réperiam? aut qua quaérere inſiſtám uia?*
PH. *Te nóminat.* A. *neſcío quod magnum hoc núntio exſpectó malum.* PH. *ah, Sánun es?* G. *domum íre pergam: ibi plúrimumſt.* PH. *reuocémus hominem.* A. *ſtá ilico.* G. *hem,*
Sátis pro imperio quíſquis es. A. *Geta.* G. *ípſe eſt, quem uolui óbuiam.*
A. *Cédo quid portas, óbſecro; atque id, ſí potes, uerbo éxpedi.*
G. *Fáciam.* A. *eloquere.* G. *módo aput portum.* A. *meúmne?* G. *intellexti.* A. *óocidi.* P. *hem.*
A. *Quíd agam?* PH. *quid ais?* G. *huíus patrem uidíſſe me, patruúm tuum.*
A. *Nám quod ego huic nunc ſúbito exitio rémedium inueniám miſer?*

ceteri plerique *Convaſiſſem*; tres, unus Academicus & duo Meadiani, *Conraſiſſem*. Recte iſtuc:

Aliquid conraſiſſem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes.

Corraſiſſem aliquid pecuniolae a debitoribus, ab amicis. Adel. II, 2, 34.

Minas decem conradet alicunde. Hei mihi,

Supra I, 1, 6. *Ei credo munus hoc conraditur.* Plautus Poen. V, 6, 23.

Trecentos, credo, ad Philippos conradi poteſt.

Porro *Protinam* in recepto verborum ordine verſus ipſe efflagitat. Mutarunt diſcipulorum gratia Magiſtri. Donatus: *Protinus: Protinam fuit: & ſic Nigidius legit.* Feſtus: *Protinam, protinus. Terentius: Protinam conjiciam me in pedes.* Apud Plautum, qui a Magiſtris tutus erat, ſaepe occurrit *Protinam*. Bacch. III, 1, 7.

Quae ut adſpexi, me continuo contuli protinam in pedes.

Ceterum nota illud Feſti, *Protinam conjiciam*; ut in duobus Noſtris *Protinus conjicerem*; & lege numeris melioribus,

Aliquid conraſiſſem, atque hinc me protinam conjicerem in pedes.

14 *Quam hic fugam aut furtum parat?* Poſt verſum catalecticum oportet ex Muſicae rationibus clauſulam lambicam eſſe, non, ut haec eſt, Trochaicam. Lege ergo,

Quamnam hic fugam aut furtum parat.

15 *Aut qua quaerere inſiſtam via?* Liber Bembinus *viam*, & recte: dicimus enim inſiſtere viam. FAERNUS. Noſter etiam 900 annorum codex *Kiam*; ſed ceteri *Via*; quod placet.

Hominem. A. *ſta ilico.* G. *hem.* Hic verſus 17
videtur monometer trochaicus hypercatalecticus. FAERNUS.

Ah ſanuſne es? Domum ire pergam: ibi plurimumſt. Revocemus
Hominem. Sta ilico. Hem.

Sic verſus diſtribuit Faernus; alii aliter. Perperam, opinor, omnes. *Ah*, niſi duo ex Noſtris recentiores, nullus habet. Quod ſi retines, appone tamen verſui praecedenti, *Exſpecto malum. Ah.* Reliqua unum verſum faciunt, Trochaicum pentametrum.

Sánun es? Domum íre pergam: ibi plúrimumſt. Revocémus hominem. Stá ilico. Hem.

Quinque, ut vides, ictus habet; & in hac fabula iterum recurrit, III, 2, 1.

Dório, audi óbſecro. Non audio. Parúmper. Quin omitte me.

Hephaeſtion p. 19. Καὶ τῷ πενθημιμέτρῳ δὲ Τροχαϊκῷ, καίπερ ὄντι ὑπερμέτρῳ, πολλὰς καιρὸν συμβέβηκεν, εἶν ἴσι καὶ τὸ Καλλιμαχικόν: Contigit etiam, ut Trochaico Pentametro, quamvis Hypermeter ſit, multi uſi fuerint; quale illud eſt Callimachi,

Ἐρχθέτω πολὺς μὲν Αἴγαιον διατμήξας ἀπ' οἰνῆος Χίου
Ἀμφιτρὺς, πολὺς δὲ Ἀσσβίης ἄωτον πίπτων ὀλιόζηος ἄγων.

Prior tantum verſus apud Hephaeſtionem exſtat; ſed alterum ex Anthologia inedita dedi ad Callimachum. Num. cxv.

G. *Faciam.* A. *eloquere.* G. *modo apud portum.* 20
A. *meumne.* G. *intellexti.* A. *occidi.* G. *hem.*
Ex his verbis, quae in duos verſus in omnibus libris diſtincta ſunt, unum facimus trochaicum.

Quód si eo meae fortúnae redeunt, Phánium, abs te ut díſtrahar,
Núllaſt mihi uita éxpetenda. G. *ergo iſtaec cum ita ſint, 'Antipho,*
Tánto magis te aduigilare aequomſt: fórtis fortuna ádiuuat.
A. *Nón ſum aput me.* G. *atqui ópus eſt nunc cum máxume ut ſis, 'Antipho:*
Nám ſi ſenſerít te timidum páter eſſe, arbitrábitur
Cónmeruiſſe cúlpam. PH. *hoc uerumſt.* A. *nón poſſum inmutárier.*
G. *Quíd faceres, ſi aliúd quid grauius tíbi nunc faciundúm foret?*
A. *Cum hóc non poſſum, illúd minus poſſem.* G. *hoc níhil eſt, Phaedria: ílicet.*
Quíd hic conterimus óperam fruſtra? quin abeo? PH. *et quidem ego.*
A. *óbſecro,*
Quíd ſi adſimulo, ſátin eſt? G. *garris.* A. *uóltum contemplámini: em,*
Sátin eſt ſic? G. *non.* A. *quíd ſi ſic,?* G. *propémodum.* A. *quid ſi ſíc?*
G. *ſat eſt:*
'Em, iſtuc ſerua: et uérbum uerbo, pár pari ut reſpóndeas;
Né te iratus ſuís ſaeuidicis díctis protelét. A. *ſcio.*
G. *Uí coactum te éſſe, inuitum, lége, iudició: tenes?*
Sét quis hic eſt ſenéx, quem uideo in última platea? A. *ípſus eſt.*
Non póſſum adeſſe. G. *ah, quíd agis? quo abis, 'Antipho?*
Mane ínquam. A. *egomet me nóui et peccatúm meum:*

chaicum tetrametrum catalecticum, cujuſmodi ſunt & ceteri. FAERNUS.

Recte: ſed illud *Hem* non Getae tribuendum, ſed Phaedriae. Donatus elegantiſſime. *Occidi. Hem. Proprium & ſuum cuique perſonae exhibuit; celeritatem ex praeſagio, metuenti Antiphoni; & tarditatem intellectus, quieti pectoris & ſecuro Phaedriae.*

27 *Nam ſi te ſenſerit.* O. l. s. & Donatus, *nam ſi ſenſerit ſe.* ut & exigit verſus. FAERNUS. Sic & Noſtri.

29 *Quid faceres, ſi aliud quid gravius tibi nunc.* Ex *quid gravius, τὸ quid* delemus ex auctoritate omnium fere librorum, & Donati. & ſtat verſus producendo poſteriorem in *tibi.* FAERNUS.

Quid faceres, ſi aliúd gravíus tibí nunc faciundum foret? Sic Faernus; ſed ſentis, opinor, accentus invenuſte collocari. Ceterum videat de ſuis ille; Noſtri univerſi *Quid* habent, verſu quoque jubente:

Quid facerés, ſi aliúd quid grávius.

Facerés acuitur, ob interrogationem; *Aliúd* ob ſequens Encliticum.

Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? 31 Liber Bembinus & Victorianus, *quid hic conterimus operam fruſtra? quin abeo?* placet autem *quin abeo* pro, cur non abeo; ita enim *quin* exponitur a Donato. ſane in Victoriano & Baſilicano *abeo* in *abeam* mutatum eſt. FAERNUS. *Hic* Noſtri omnes, *Abeo* veterrimus ſolus.

Quid ſi adſimulabo. Trochaicus exigit, 32 *adſimulo*; quod & in libro Bembino eſt. FAERNUS. Noſtri perperam *Adſimulabo.*

Satin ſic eſt? G. *non.* A. *quid ſi ſic?* G. *propemodum.* A. *quid ſi ſic?* G. *ſat eſt.* Ut trochaicus ſtare poſſit, legendum eſt ex libro Bembino, & Baſilicano, pro *ſatin, ſatine:* pro quo Victorianus habet *ſatiſne*; & ubi poſteriore loco dicitur, *quid ſi ſic,* lege *quid ſic,* deleto *ſi* ex fide libri Bembini. FAERNUS. Noſtri omnes poſteriore loco *Quid ſi ſic.* Omnino decor & venuſtas poſtulat, ut *Sic* ubique acuatur. Lego igitur, 33

Satin eſt ſic? Non. Quid ſi ſic? Propemodum. Quid ſi ſic? Sat eſt.

Ne te iratus ſuis ſaevis dictis. In omnibus 35 antiquis

Vobís commendo Phánium et uitám meam.
PH. *Geta, quíd nunc fiet?* G. *tú iam lites aúdies:*
Ego pléctar pendens, níſi quid me feféllerit.
Set quód modo hic nos 'Antiphonem mónuimus,
Id nóſmet ipſos fácere oportet, Phaédria.
PH. *Auſér mi oportet: quín tu, quid faciam, ímpera.*
G. *Meminíſtin, olim ut fúerit uoſtra orátio*
In re incipiunda ad défendendam nóxiam,
Iuſtam íllam cauſam, fácilem, uincibilem, óptumam?
PH. *Memini.* G. *ém, nunc ipſaſt ópus ea; aut, ſiquíd poteſt,*
Melióre et callidióre. PH. *fiet ſédulo.*
G. *Nunc príor adito tu. égo in ſubſidiis híc ero*
Succénturiatus, ſí quid deficiás. PH. *age.*

ACTUS II. SCAENA I.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

D. *'ITANE tandem uxórem duxit 'Antipho iniuſſú meo?*
Néc meum imperium: ac mítto imperium: nón ſimultatém meam

antiquis libris, & aliquot recentibus, item apud Donatum legitur, *ſuis ſaevidicis dictis.* ut & ratio verſus expoſcit. FAERNUS. Noſtri quoque *Saevidicis.*

38 *Quo abis Antipho? mane.* Tò *mane*, in fine hujus verſus delemus ex auctoritate libri Bembini & Vaticani: ipſumque verſum ſuſtentamus, ut in *quo abis* non fiat ſynaloepha. FAERNUS. A duobus Noſtris primariis abeſt *Máne.* *Quo* non patitur Synaloepham; quia prima eſt ſyllaba Anapaeſti & in ictu; *Quó abis.*

45 *Quod faciam impera.* *Quid faciam* habet liber Bembinus & Victorianus. FAERNUS. Quattuor Noſtri *Quid.*

46 *Uti fuerit veſtra oratio.* O. l. s. & Donatus, *ut fuerit.* FAERNUS. Noſtri omnes, *Ut fuerit:* & quattuor *Noſtra*; etſi Donatus contra: *Ut magis excitaret*, inquit, *non Noſtra dixit, ſed Voſtra.*

48 *Nunc ipſa'ſt opus.* Poſt τὸ *opus*, liber Bembinus habet dictionem *ea*, ut fit, *ipſa ea.* ita etiam melius ſenarius procedit. FAERNUS. A Noſtris abeſt *Ea.*

Si quid deficies. Melius videtur *deficias*, quod in eodem libro eſt. FAERNUS. 52

Codex etiam noſter 900 annorum & Priſcianus de Ponderibus p. 1354. *Deficias.* Idem pro *In inſidiis* habet *In ſubſidiis*, & ex Regiis unus. & liber Colonienſis apud Palmerium. Recte. Cornelius Fronto De differentiis vocum. *Subſidium eſt, quod ſubeſt deficientibus.* Nonius tamen v. *Concenturiare* habet *Inſidiis.* Donatus: *Ego in inſidiis hic ero: Tota metaphora de re militari eſt.* Legebat ergo *Subſidiis:* nam etiam extra rem militarem *Inſidiae* ſunt. Plautus Pſeud. IV, 2, 7. *At ego hic in inſidiis ero.*

Age mitto imperium. *Ac mitto* habet liber Bembinus, & habuit Victorianus. ita etiam videtur legiſſe Cicero in epiſtolis ad Atticum libro XII. Donatus hoc loco dicit, *legitur & jeci:* quod aliqui impreſſerunt, *legitur & taceo:* nos putamus legendum eſſe, *legitur & ac.* FAERNUS. 2

Locus Ciceronis non eſt in XII, ſed in II, 19. ubi tacito Poetae nomine haec citat:

Nec meum imperium, ac mitto imperium, non
Revereri ſaltem? [*ſimultatem meam*

Noſtri omnes *Age* habent.

Digitized by Google

Reuerĕri ſaltem? nón pudere? o fácinus audax, ó Geta
Monitór. G. *uix tandem.* D. *quíd mihi dicent? aút quam cauſam*
réperient?
Demíror. G. *atqui réperi iam: aliud cúra.* D. *an hoc dicét mihi?*
Inuítus feci; léx coegit. aúdio. fateór. G. *places.*
D. *Uerúm ſcientem, tácitum, cauſam trádere aduerſáriis,*
Etiam ídne lex coégit? G. *illud dúrum.* P. *ego expediám: ſine.*
D. *Incértumſt quid agam; quía praeter ſpem, atque íncredibile hoc mi*
óbtigit:
Ita ſum íncitatus, ánimum ut nequeam ad cógitandum inſtítuere.
Quamobrem ómnes, cum ſecúndae res ſunt máxume, tum máxume
Meditári ſecum opórtet, quo pacto áduorſam aerumnám ferant.

4 *Quid mihi dicent, aut quam cauſam reperient.* Puto ab Auctore fuiſſe,
Quid mihi dicent, aut quid cauſae reperient. Vide Heaut. IV, 3, 23.

5 *Anne hoc dicent mihi?* Tò *ne* non eſt in libro Bembino, quod nec orationi quicquam, nec verſui prodeſt. & pro *dicent*, habet is liber *dicet*: & ſubaudiendum Antipho, a plurali ad ſingularem numerum ſermone tranſlato, ut & ſequentia oſtendunt, *invitus feci.* & *verum ſcientem, tacitum.* FAERNUS. Noſtri, *Anne* & *Dicent.*

6 *Audio, & fateor.* Idem liber, hoc aſyndeton habet, *audio, fateor.* FAERNUS. Noſtri, *Audio & fateor. Placet.*

8 *Etiamne id lex coegit?* PH. *illud durum.* GE. *ego expediam, ſine.* Donatus: *Illud durum dicit, qui ſupra dixit, Atqui reperi jam.* Apparet ergo Donatum, contra ac hodie faciunt, *Durum illud* Getae tribuiſſe, poſterius Phaedriae. Recte; atque ita plane perſonas dividit Codex C. C. Et ſane Phaedria egregie hoc expedit, infra v. 51. Voluit Auctor adoleſcentem non ſtultum ſuſtinere primam aciem, Getam in ſubſidiis tantum eſſe. Ceterum, *Etiámne id lex coegit*, quod Codices habent, minime ſermoni congruit: *Id* enim, cujus praecipua hic vis eſt, acui debebat. Codex Regius, *Etiamne idne* Repone. *Etiam idne lex coegit.* Ita infra V, 1, 9. ubi nunc *Etiamne id dubiumſt?* Codex bonae notae, *Etiam idne dubiumſt?* Adel. V, 8, 16. *Idne eſtis auctores mihi?*

11 *Quamobrem omnes.* Hunc verſum & ſequentes quinque citat Cicero Tuſcul. III, 14; & ſubjungit, *Ergo hoc Terentius a Philoſophia ſumptum cum tam commode dixerit, Nos e quorum fontibus id hauſtum eſt, non & dicemus hoc melius & conſtantius ſentiemus?*

Pericla, damna, exilia, peregre rediens ſemper cogitet. Apud Ciceronem ſic fertur, tam in libris editis quam ſcriptis, 31
Pericla, damna peregre rediens ſemper ſecum cogitet.
Ubi *Exilia* deeſt, & ejus vicem additur *Secum.* Quaeritur, utrum verum & Terentii ſit. Dico illud *Exilia* ſpurium & ineptum eſſe. Primo incertam ſedem habet; in magna codicum parte eſt *Exilia, damna.* A codice autem C. C. prorſus abeſt. Quis porro *Exilia* dixiſſet numero plurali? Quot exilia in una & modica familia? Aut quomodo ſibi exilia cogitet, qui ipſe tum peregre eſt? Haecine ut in ſe admiſerit Terentius? Quare certam eſſe apud Ciceronem ſcripturam, ut & mox aliam, audacter pronunties. Unde ergo natum eſt illud *Exilia*; aut quo caſu malum huc pedem intulit? Dicam quod mihi in mentem venit, tu exiſtima. Super illa verba *Peregre rediens* adſcripſerat olim quis inter lineas *Ex Cilicia*: quippe I, 2, 16. Demiphoni iter erat *in Ciliciam.* Poſtea inde factum eſt *Exilia.*

Aut filii peccatum. In eodem libro, ita etiam verſus ratione exigente, qui eſt octonarius Iambicus, legitur *fili* per unum *i* in fine. FAERNUS. *Fili, gaudi, ingeni* & ſimilia & Terentii aetate & diu poſtea ſemper dicebantur. 14

Cum-

Pericla, damna, péregre rediens ſémper ſecum cógitet,
Aut fíli peccatum, aút uxoris mórtem, aut morbum fíliae:
Communia eſſe haec: néquid horum umquam áccidat animó nouom.
Quicquíd praeter ſpem euéniat, omne id députare eſſe ín lucro.
G. *O Phaédria, incredíbile quantum erum ánteeo ſapiéntia.*
Meditáta mihi ſunt ómnia mea incómmoda, erus ſi rédierit:
Moléndumſt in piſtríno: uapulándum: habendum cómpedes:
Opus rúri faciundum: hórum nil quicquam áccidet animó nouom.
Quicquíd praeter ſpem euéniet, omne id députabo eſſe ín lucro.
Sét quid ceſſas hóminem adire, et bláńde in principio ádloqui?
D. *Phaédriam mei frátris uideo fílium mi ire óbuiam.*
P. *Mi pátrue, ſalue.* D. *ſálue: ſet ubi eſt Antipho?*

15 *Communia eſſe haec.* Hic verſus ita a M. Tullio, libro tertio Tuſculanarum quaeſtionum, citatur, ut quidem legitur in libris ſcriptis, *Communia eſſe haec; nequid horum unquam accidat animo novum.* quod quanvis nobis placeat, nos tamen lectionem vulgatam Terentii non mutamus: quia fieri potuit, ut & Cicero memoria laberetur & in citando Terentio ſenſum ejus reddiderit, melius etiam atque elegantius quam ipſe Terentius. FAERNUS.

Communia eſſe haec, fieri poſſe, ut nequid animo ſit novum.

Sic Faernus & ſic libri. Sed vide modo ſententiam. *Communia eſſe haec.* Si *communia* ſunt, quis dubitet *poſſe fieri?* nempe *Communiter fieri ſolent, & fieri poſſunt.* An Noſter, mentis, ſiquis umquam, bene ſanae, poſt illud hoc intuliſſet? Cave credas vel etiam ſuſpiceris. Iterum praeſto eſt nobis Cicero, qui veram lectionem ſervavit:

Communia eſſe haec: nequid horum umquam accidat animo novum.

Hanc, inquam, veram eſſe vel Apodoſis ſive redditio Getae oſtendit, v. 20.

Opus ruri faciundum: horum nil quicquam accidet animo novum.

Sed ſagax ſibi viſus eſt Faernus, cum Ciceronem aiat melius forte & elegantius haec dediſſe, quam ipſum Terentium. Immo de elegantia ne Ciceroni quidem ipſi concedit Noſter. Verum hoc nunc non agitur, utrum Terentius minus eleganter, ſed an inſipienter, inepte, ac ſtolide locutus ſit.

17 *Quanto erum anteeo ſapientia.* O. l. s. praeter Vaticanum, & Baſilicanum habent *quantum.* ut ſit, *quantum anteeo.* ſane *anteeo* pro *anteeam*, Donatus exponit. FAERNUS.

O Phaedria, incredibileſt quantum erum anteeo ſapientia.

Codices Noſtri *Anteeo.* Sed Donatus: *Anteeam. Legitur & Anteeo: ſed pronuntiativum Anteeo pro conjunctivo Anteeam.* Sane ſi legas *Incredibile eſt*; conſequens erit ut *Anteeam* legas. Sed repone:

O Phaedria, incredibile quantum erum anteeo ſapientia.

Incredibile quantum abſolute, ut *Mirum quantum, Nimium quantum, Immane quantum.* Vide infra IV, 3, 38.

19 *Molendum uſque in piſtrino.* Liber Bembinus, ac Victorianus, & Donatus pro *uſque*, habent *eſſe.* alii libri utramque dictionem continent, contra rationem verſus. FAERNUS.

Molendum eſſe in piſtrino, uapulandum, habendae compedes,
Opus ruri faciundum.

Sic Faernus. Sed Donatus: *Vitioſam locutionem ſervili perſonae dedit Terentius: nam integra eſſet, ſi diceret, Habendas compedes: unde quidam non Eſſe ſed Uſque legunt.* Recte quidem hoc, ſi *Molendum eſſe* legeris, vitioſe inferri *Habendae.* Sed demiror eum toties auctori id vitio vertere, quod peccaverant Librarii, *Habendae* etiam apud Priſcianum eſt p. 651. Noſtri omnes *Habendae*, & plerique *Molendum mihi eſſe uſque.* Repone;

Molendumſt in piſtrino, vapulandum, habendum compedes,
Opus ruri faciundum.

P. *Saluom áduenire.* D. *crédo: reſponde hóc mihi.*
P. *Ualet: híc eſt: ſet ſatin ómnia ex ſenténtia?*
D. *Uellém quidem.* P. *quid iſtúc eſt?* D. *rogitas, Phaédria?*
Bonás, me abſente, hic cónfeciſtis núptias.
P. *Eho, an íd ſuſcenſes núnc illi?* G. *o artificém probum.*
D. *Egon ílli non ſuſcénſeam? ipſum géſtio*
Dari mi ín conſpectum, núnc ſua culpa út ſciat
Leném patrem illum fáctum me eſſe acérrimum.
P. *Atquí nil fecit, pátrue, quod ſuſcénſeas.*
D. *Ecce aútem ſimilia ómnia: omnes cóngruunt:*
Unúm cum noris, ómnis noris. P. *haút itaſt.*
D. *Cum in nóxia hic eſt; ílle ad deféndendum adeſt:*
Cum ille éſt, praeſto hic eſt: trádunt operas mútuas.
G. *Probe hórum facta inprúdens depinxít ſenex.*
D. *Nam ni haéc ita eſſent, cum íllo haut ſtares, Phaédria.*
P. *Si eſt, pátrue, culpam ut 'Antipho in ſe admíſerit,*
Ex quá re minus rei fóret aut famae témperans:

Omnia hic Gerundia ſunt; non, ut Donatus, *Supra Gerundia, infra participia.* Interpolarunt locum Magiſtri. Plautus Trin. IV, 2, 27.

Hercle opinor mi advenienti hac noctu agitan-
Lucretius: [*dumſt vigilias.*

Multa novis verbis praeſertim cum ſit agendum.
Sed haec jam apud Grammaticos trita ſunt.

25 *Salvum advenire.* Liber Bembinus, *ſalvom venire.* FAERNUS.

Noſtri omnes *Advenire*; ſed pro *Hoc reſponde mihi* Noſtri plerique *Reſponde hoc mihi.* Recte, ut *Hoc* acuatur. Donatus: *Salve: ſed ubi eſt Antipho: Bene expreſſit promptum animum ad litigandum,* raptim *addita ſalute, & protinus ad jurgium praevertendo.* Ubi tamen vulgo habetur *Partim* & *Potius.* O bonum ſcriptorem à malis Librariis foediſſime paſſim acceptum.

27 *Quid iſtuc?* Adde verbum *eſt* ex o. l. s. & Donato; & in dimetiendo verſu *d* elide. FAERNUS. Noſtri *Eſt* addunt.

29 *Eho, an tu id ſuſcenſes.* Pronomen *tu,* nec habet liber Bembinus, nec Donatus; nec exigit verſus. FAERNUS. Deeſt *Tu* in uno ex Regiis.

30 *Egone illi.* In eodem libro & Baſilicano eſt, *egon*; quod parvi refert. FAERNUS. Noſtri *Egone.*

Ipſum geſtio dari. Verbum *dari,* ex Bembino & aliquibus aliis libris, non huic verſui, ſed ſubſequenti applicamus: hoc modo, lb.

Dari mihi in conſpectum: nunc ſua culpa ut ſciat.
in cujus ſcanſione, *mihi* & *ſua,* in unam ſyllabam contrahuntur. FAERNUS.

Sic ſcanſionem inſtituit Faernus:

Darí mi in conſpectúm nunc ſuá culpa ut ſciat.
Vides, quid interſit, utrum ad aurem exigas, an ad ſolos digitos metiaris. *Dari* in pede primo, ut ſollemne eſt, corripitur. Concinnius autem legas, *Nunc ſua ut culpa ſciat.*

Unum cognoris, omnes noris. Varie, inquit 35
Donatus, *Cognoris, noris.* At codices ex Noſtris aliquot, *Unum cum noris, omnes noris.* Et quanto gratior eſt haec ſimplicitas; quam iſta varietas? Sic And. Prol.

Qui utramvis recte norit, ambas noverit.

Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam 36
adeſt. O. fere l. s. praeter Bembinum, & Baſilicanum, & Vaticanum *noxa* habent: quod & adjuvat verſum, qui ita ſuſtentandus eſt, ut ex *ille,* unum *l,* ex *ad d* elidatur, ita ut *ille ad de-* ſit anapaeſtus; aut forte melius ex

Non cáúſam dico, quín quod meritus ſit, ferat.
Set ſí quis forte málitia fretús ſua
Inſídias noſtrae fécit aduleſcéntiae,
Ac uícit; noſtran cúlpa ea eſt? an iúdicum,
Qui ſaépe propter ínuidiam adimunt díuiti,
Aut própter miſericórdiam addunt paúperi?
G. *Ni nóſſem cauſam, créderem uera húnc loqui.*
D. *An quíſquam iudex éſt, qui poſſit nóſcere*
Tua iúſta, ubi tute uérbum non reſpóndeas,
Ita ut ílle fecit? P. *fúnctus aduleſcéntuli eſt*
Officium liberális: poſtquam ad iúdices
Uentúmſt, non potuit cógitata próloqui:
Ita eúm tum timidum ibi óbſtupefecít pudor.
G. *Laudo húnc: ſet ceſſo adíre quamprimúm ſenem?*
Ere, ſálue: ſaluom te áduenifſe gaúdeo. D. *oh,*
Bone cúſtos, ſalue, cólumen uero fámiliae:
Cui cómmendaui fílium hic abiéns meum.

ex *in n* elidetur, ita ut in prima ſede ſit is ipſe pes. FAERNUS.

Hic in noxaſt, ille ad defendendam cauſam adeſt.
Cum ille eſt, hic praeſto eſt: tradunt operas mutuas.

Sic Faernus: ſed ut ejus tres praeſtantiſſimi, ita Noſtri quinque veterrimi *Noxia* habent, non *Noxa*. Latet aliquid altius mendum. Repone:

Cum in nóxia hic eſt; ille ad defendendum adeſt.
Cum ille eſt; praeſto hic eſt: tradunt operas mutuas.

Ad defendendum, ſubintellige *Noxiam*; ut ſupra I, 4, 47. *Ut fuerit voſtra oratio In re incipiunda ad defendendam noxiam.* Sane, cum dixerit *Noxiam*, ſupervacue inferret *Cauſam*; addo & inſcite, cum *Cauſa* etiam bona eſſe poſſit. *Praeſto hic eſt*; ſic unus e Regiis; & eo pacto *Hic* recte acuitur. Apud Aſconium p. 119. hodie editum eſt *Noxa*, & *defendendam cauſam*.

37 *Cum ille eſt, hic praeſto eſt.* Nullum invenio librum qui ita habeat, praeter Vaticanum, Baſilicanum, & Victorianum. alii, ſed pauci admodum, poſt *ille*, nullum verbum habent. in ceteris omnibus, inter quos eſt & Bembinus, legitur *abeſt*. quod etiam verbum habent o. l. s. Donati, duntaxat tamen ubi verba Terentii recenſet: nam in expoſitione apertiſſime legit, *cum ille eſt*. quod & ego melius exiſtimo. FAERNUS. Noſtri omnes, *Cum ille eſt*.

Probe eorum facta. O. l. s. & Donatus, 38 *horum*. FAERNUS. Duo ex Noſtris *Eorum*.

Cum illo haud ſtares. Servius ad Aen. 39 VIII, 653. *Stabant pro templo: ſic Terentius; Pro illo haud ſtares, Phaedria.* Codices Noſtri & Donatus *Cum illo:* Utrumque recte & more dicitur, ſenſu eodem.

Quin quod meritus eſt, ferat. Bembinus, 42 & omnes fere alii libri, ac Donatus, *meritus ſit*. FAERNUS. Unus ex Noſtris *Eſt*.

Ac vicit, noſtrane ea culpa eſt, an judicum? 45 Plerique l. s. inter quos Vaticanus, Victorianus, & Baſilicanus ita habent, & numerofius judicio meo *noſtran culpa ea eſt*. Donatus, & liber Bembinus, in hac parte corrupti ſunt. FAERNUS. Meliores quique ex Noſtris, *Noſtran culpa ea eſt*.

Ita eum tum timidum obſtupefecit. Ex ra- 54 tione verſus legendum arbitror; ut in contextu eſt libri Bembini, *ibi ſtupefecit*. vel. *ibi obſtupefecit*, ut in Victoriano: ita ut, *ſtupefecit* antepenultimam producat; ut apud Catullum:

Alta

Digitized by Google

G. *Iamdúdum te omnis nós accuſare aúdio*
Inmérito: et me horunc ómnium inmeritíſſimo:
Nam quíd me in hac re fácere uoluiſtí tibi?
Seruom hóminem cauſam oráre leges nón ſinunt:
Neque téſtimoni díctio eſt. D. *mitto ómnia.*
Addo íſtuc: inprudens tímuit adulescéns: ſino:
Tu ſéruus: uerum ſí cognata eſt máxume,
Non fuít neceſſe habére: ſet id quod léx iubet,
Dotém daretis; quaéreret alium uirum.
Qua rátione inopem pótius ducebát domum?
G. *Non rátio, uerum argéntum deerat.* D. *ſúmeret*
Alicúnde. G. *alicunde? níhil eſt dictu fácilius.*
D. *Poſtrémo, ſi nullo álio pacto, faénore.*
G. *Hui, díxti pulchre: ſí quidem quiſquam créderet,*
Te uíuo. D. *non, non ſic futurumſt: nón poteſt.*
Egon íllam cum illo ut pátiar nuptam unúm diem?

Alta tepefaciet permixta flumina caede. poteſt tamen & juxta vulgatam lectionem ſuſtentari verſus, non faciendo elitionem in *timidum*. FAERNUS. Ab omnibus Noſtris praeter unum male abeſt *Ibi*.

60 *Immerito, & me omnium horum immeritiſſimo.* In libro Bembino, ita haec collocantur: *& me horum omnium*. Donatus vero, a quo bis haec verba exponuntur, in ſecunda expoſitione, ita ea citat, *Horum commerito*, quod nos ita legimus, *Horunc. o immerit.* id eſt, *Horunc omnium immeritiſſimo:* ita optime ſtat verſus. poſtea in libro Baſilicano invenimus ſcriptum *horunc*. FAERNUS. Veterrimus quoque Noſter *Horunc*.

64 *Adde iſtuc.* Idem liber *addo iſtuc*. quod magis conſequens videtur aliis, quae in prima perſona a Demiphone efferuntur, *mitto, ſino*. hoc & Ubaldino Bandinello placebat. FAERNUS. Noſtri *Adde*.

66 *Neceſſe.* Duo veteres Noſtri *Neceſſum*.

70 *Nihil eſt dictu facilius.* Ex libro Bembino legimus *dicto*. quod perſpicue melius eſt. hoc enim dicere vult Geta, nihil facilius eſſe quam dicere: non quod hoc quod dixit Demipho, ſit facillimum omnium ad dicendum. FAERNUS. Noſtri *Dictu*: & Recte: *Nihil dictu facilius eſt*, quam illud *Alicunde*. Fefellit hic ſua Faernum ſubtilitas.

Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel foenore. Tò 71
vel, & reſpuitur a verſu, nec eſt in libro Bembino, ac ne in Victoriano quidem, niſi adjectum: nec a Priſciano ponitur, citante hunc locum libro XV. ut quidem in ejus libris ſcriptis legitur. FAERNUS. A veterrimo Noſtro cum duobus aliis abeſt *Vel*. Apud Priſcianum p. 1009. ſcripti duo *Vel* habent.

Nihil ſuave meritum eſt. Donatus: *Nihil* 75
mihi mercedis ſuave eſt, ut ego illam cum illo nuptam feram: ſuave meritum enim ſuavem mercedem ſignificat. Quid faceret? illigatus mendoſae lectioni, pejus nihilo dixit, ne nihil diceret. Eſt tamen, qui hoc a Donato *paucis verbis optime explicatum* putet. Felicem ſane cerebri! Sed quouſque tandem ab hac lectionis larva ludificari nos ſinemus? Reponet

Egon illam cum illo ut patiar nuptam unum
Nil ſuave meritaſt. [*diem?*

Merita eſt, Illa ſcilicet, illa dolo & malitia impoſita filio, ut genere proxima. Minus bene Goveanus & Guyetus, *Nil ſuave meritu'ſt*. Antipho ſcilicet. Quippe jam excuſatus erat Antipho: nec eum ex compacto, ſed bona fide in nuptias tractum invitum credebat ſenex. *Nil ſuave meritaſt*, ut And. I, 5, 46.

Unum

Digitized by Google

Nil ſuáue meritaſt. hóminem commonſtrárier
Mi iſtúm uolo: aut ubi hábitet, demonſtrárier.
G. *Nempe Phórmionem.* D. *iſtúnc patronum múlieris.*
G. *Iam fáxo hic aderit.* D. *Antipho ubi nunc eſt?* G. *foris.*
D. *Abi, Phaédria, eum requíre, atque adduce húc.* PH. *eo:*
Rectá uia quidem illuc. G. *nempe ad Pámphilam.*
D. *Ego deós penatis hínc ſalutatúm domum*
Deuórtar: inde ibo ád forum, atque aliquót mihi
Amícos aduocábo, ad hanc rem qui ádſient;
Ut ne ínparatus ſím, ſi aduéniat Phórmio.

ACTUS II. SCAENA II.

PHORMIO. GETA.

P. *ITANE patris áis conſpectum uéritum hinc abiiſſe?* G. *ádmodum.*
P. *Phánium relictam ſolam?* G. *ſíc.* P. *et iratúm ſenem?*

Unum hoc ſcio, eſſe meritam ut memor eſſes ſui. Eun. IV, 6, 12.
Et habetur & referetur, Thais, ita uti merita es, gratia.

77 *Nempe Phormionem.* Apparet hic in *Phormionem* primam corripi, quemadmodum & Apollodorum feciſſe teſtatur Donatus. ſed forte verius eſt in *nempe*, priorem corripi. ut ſaepe apud Plautum: forte elisione *m*. FAERNUS.

Non recte cepit, quod e Donato narrat Faernus. Ille quidem ad Prol. v. 28, *Φόρμιον Tegiculum dicunt Graeci, quo inſternitur pavimentum: unde Phormio correpta prima ſyllaba apud Apolladorum eſt.* Nempe hoc voluit Donatus, apud Apollodorum Φορμίων dici, ὁ μικρῷ & correpte, non Φορμίων, producte. Ceterum *Nempe* & hic & apud Plautum ſaepius corripit primam: ſed in primo pede, ubi facilior venia eſt; non temere in verſu medio, Lege item, *Iſtunc patronum* pro *Iſtum*; & ſic accentum in ultimam trahit.

78 DE. *Antipho ubi nunc eſt.* PH. *Foris.* Illud *Foris* quod libri editi Phaedriae tribuunt, dandum erat Getae. Sic alter ex Meadianis. Donatus: *Mitius nunc quaerit, ubi ſit Antipho; & an amatae adhaereat, ſubtiliter quaerit: quod ſervus intelligens reſpondet, Foris.* Vides, ut ſervus, Geta ſcilicet, reſpondeat. Et quidem recte: quomodo enim Phaedria hoc ſciret, qui in alia domo vivebat?

Recta via equidem illuc. Hunc verſum laborantem ſanat lectio libri Bembini & Donati, in quibus pro *equidem*, legitur *quidem*. FAERNUS. Noſtri male *Equidem*. 80

At ego deos penatis hinc ſalutatum domum. Delendum illud *At*, quod verſus reſpuit; licet libri huc adjudicent, Neque vero apponendum eſt verſui priori; ut quidam voluit: quippe Phaedria & Geta averſi iſta inter ſe loquebantur; ut ſenex non audiverit. Ergo nullum hic *At* locum habet. 82

Cum adveniat Phormio. Hic variant libri ſcripti, alii ut in impreſſis habent: alii *cum adveniet*, quod non diſplicet nobis: alii *cum advenerit*, quod ſtare non poteſt: Bembinus, *ſi adveniat*: quam poſtremam lectionem tanquam antiquiſſimam recipimus: forte enim dubitat, Phormionem non adventurum. FAERNUS. 84

Ex Noſtris plerique *Cum adveniat*; Tres *Cum adveniet*; Unus *Cum advenerit*. Bembini illud, *Si adveniat*, ideo placet; quod neſciret Demipho an Phormio tum domi eſſet, & eo die conveniri poſſet. Nam poſtea conventum iri vel leges coëgerint.

Obſcura

G. 'Oppido. P. ad te ſúmma ſolum, Phórmio, rerúm redit:
Túte hoc intriſti: tibi omne eſt éxedendum: accíngere.
G. 'Obſecro te. P. ſí rogabit. G. ín te ſpes eſt. P. éccere,
Quid ſi reddet? G. tu ínpuliſti. P. ſíc opinor. G. ſúbueni.
P. Cédo ſenem: iam inſtrúcta mihi ſunt córde conſilia ómnia.
G. Quíd ages? P. quid uis? níſi uti maneat Phánium: atque ex crímine hoc
'Antiphonem eripiam: atque in me omnem íram deriuém ſenis?
G. 'O uir fortis átque amicus. uérum hoc ſaepe, Phórmio,
Uéreor, ne iſtaec fórtitudo in néruom erumpat dénique. P. ah,
Nón ita eſt: factum éſt periclum, iám pedum uiſáſt uia.
Quót me cenſes hómines iam deuérberaſſe uſque ád necem,
Hóſpites, tum tíuis? quo magis nóui, tanto ſaépius.
Cédo dum, en unquam iniúriarum audíſti mihi ſcriptám dicam?
G. Quí iſtuc? P. quia non réte accipitri ténditur neque mílüo,
Quí male faciunt nóbis: illis quí nil faciunt, ténditur:
Quía enim in illis frúctus eſt, in iſtis opera lúditur.
'Aliis aliunde éſt periclum, unde áliquid abradí poteſt:
Míhi ſciunt nil éſſe. dices, dúcent damnatúm domum:
'Alere nolunt hóminem edacem: et ſápiunt mea ſenténtia,

5 *Obſecro te ſi rogitabit.* Bembinus, & o. fere l. 3. *rogabit.* FAERNUS. Duo tantum ex Noſtris, *Rogitabit.*

7 *Inſtructa ſunt mihi corde.* Iidem libri, *in corde.* FAERNUS.
Melius libri noſtri magno numero;
Cedo ſenem; jam inſtructa mihi ſunt corde conſilia omnia.
ut *Mihi*, quod oportet, acuatur. Cicero de Nat. Deor. III, 29. *Mihi ſunt in corde:* ſed ex ordine ipſo ſcias *In* ibi delendum eſſe.

8 *Niſi ut maneat Phanium.* Ex libro Bembino ſcribimus *uti*; ita etiam verſus ratione ſuadente. FAERNUS. Noſtri imperite, *Niſi ut.*

9 *Omnem iram derivem ſenis.* Ex Noſtris duo tantum *Senis*, ceteri *Patris.* Utrumvis recte.

10 *Verum hoc ſaepe, Phormio.* Malim, *o Phormio:* ut in ea ſede Trochaeus evitetur.

12 *Non ita eſt, factum'ſt periculum. Periclum* exigit verſus, & ita eſt in libris Vaticano & Victoriano & Baſilicano. item infra legendum, *aliis aliunde eſt periclum:* ut & in Baſilicano. FAERNUS. Noſtri utrobique *Periclum.*

16 *Neque milvio.* In o. l. invenies ſcriptum *miluo.* FAERNUS. Sic Noſtri *Miluo:* & ita apud alios ſcriptores libri vetuſti.

18 *In his opera luditur.* In Bembino & Baſilicano legitur, *in illis.* ita & apud Donatum. FAERNUS. Sic & Noſtri: ſed quid eſt *In illis, In illis?* pro poſteriore repone *In iſtis*; Accipitre ſcilicet & Milüo. *Iſti* dicunt, de iis quos contemnunt aut averſantur.

21 *Et ſapiunt mea quidem ſententia.* Sublata dictione *quidem*, quae non eſt in libro Bembino, & contracto *mea*, in unam ſyllabam, verſus conſtat, qui eſt trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri. FAERNUS. Noſtri, *Quidem.*

23 *Non poteſt ſatis pro merito ab illo.* Ex *ſatis s* poſterius eliditur: ex *illo* unum *l*, ut in ſecunda, & tertia ſede ſit dactylus, in quarta anapaeſtus. FAERNUS. Sic metrum conſtituit Faernus; *Non potéſt ſatis pró merito áb illo:*

Pró maléficio ſí beneficium ſúmmum nolunt réddere.
G. *Nón pote ſatis pro mérito ab illo tíbi referri grátia.*
P. *'Immo enim nemo ſátis pro merito grátiam regí refert.*
Tén aſymbolúm uenire, unctum átque lautum e bálneis,
'Otioſum ab ánimo; cum ille et cára et ſumptu abſúmitur:
Dúm fit, tibi quod pláceat, ille ríngitur: tu rídeas:
Príor bibas; priór decumbas: céna dubia appónitur.
G. *Quíd iſtuc uerbi eſt?* P. *úbi tu dubites quid ſumas potíſſimum.*
Haéc cum rationem íneas quam ſint ſuáuia, et quam cára ſint;
'Ea qui praebet, nón tu hunc habeas pláne praeſentém deum?
G. *Sénex adeſt: uide quíd agas: prima cóitioſt acérrima:*
Si eám ſuſtinueris, poſt illa iam, út lubet, ludás licet.

ACTUS II. SCAENA III.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

D. *EN úmquam cuiquam cóntumelióſius*
Audíſtis factam iniúriam quam haec éſt mihi?
Adéſte quaeſo. G. *irátus eſt.* P. *quin tu hóc age:*

illo: nos aliter, *Nón pote ſátis pro mérito ab illo:* Et ſic verſu ſequente *Sátis pro merito. Pote* pro *poteſt. Mater pote, Quiſque pote:* Propertius.

24 *Immo enim nemo.* Vel ex *immo*, vel ex *enim*, elidetur *m:* primo modo anapaeſtus in prima eſt, ſecundo dactylus. FAERNUS. *Immo* primam ſaepe corripit, praeſertim in pede primo.

27 *Dum tibi ſit quod placeat.* Libri Bembinus & Victorianus *dum tibi ſit*; quod forte melius eſt. FAERNUS. Duo ex Noſtris, quorum alter notae optimae *Fit*. Donatus: *Acuenda vox, in eo quod ait Tibi.* Atqui acui nequit, niſi legas, *Dum ſit, tibi quod placeat.*

28 *Prior bibas. Prior* monoſyllabum: vel *r* poſterius eliditur, ut primus pes ſit tribrachus. FAERNUS.

30 *Haec cum ratione ineas.* Libri Bembinus, & Vaticanus & Baſilicanus, *rationem ineas.* ita habuit & Victorianus: ut ex raſura notae litterae *m* apparet. FAERNUS. Duo Noſtri veterrimi *Rationem*; ſed ex altero *m* eraſum, ut in Victoriano Faerni.

Quin tu hoc age. Super his verbis, ita dicit Donatus: *Annuit ut taceat, & ſignificat ſilentium.* ſed unde hoc Donato venit in mentem, quod per haec verba quis annuat alteri ut taceat? non quidem ex eorum ſignificatione: nullam enim talem vim habent, ſed nimirum aliquid eſſe debuit in hujus poetae libris, quos habuit ipſe caſtigatiores, quod eum ad ita intelligendum hunc locum induxerit; ſane omnes antiqui libri pro *age*, habent *ages:* quod nobis viam aperuit ad hanc lectionem reſtituendam. nam littera *s* ex *ages* derracta, ſeorſumque conſtituta, eique addito *t*, fit nota ſilentii *ſt*, ita erit, *quin tu hoc age ſt:* & clariſſime intelligetur, Phormionem Getae ſilentium indicere. ſupereſt ut verba Donati, quae & ipſa corrupta ſunt, emendemus. quis enim non videt quam otioſa ſit illa repetitio poſt, *annuit ut taceat*, quod per ſe ſenſui ſufficit, ſubdendo, *& ſignificat ſilentium?* quam vero abſurde dicitur, eum qui annuit alteri ut taceat, ſignificare ſilentium, cum ſignificandi facultas non perſonis, ſed vocabulis attributa ſit? quare pro *&*, mutatione unius litterae, *ſt* legendum arbitramur; ut ſit haec lectio Donati, *quin tu hoc*

Iam ego húnc agitabo. prá deum immortálium,
Negat Phánium ésse hanc sibi cognatam Démipho?
Hanc Démipho negat ésse cognatám? G. *negat.*
P. *Ipsum ésse opinor dé quo agebam. séquimini.*
D. *Neque eius patrem se scíre qui fuerit?* G. *negat.*
P. *Nec Stílphonem ipsum scíre qui fuerit?* G. *negat.*
P. *Quia egéns relicta est mísera, ignoratúr parens:*
Neclégitur ipsa: uíde, auaritia quíd facit.
G. *Si erum ínsimulabis málitiae, male aúdies.*

age, st.) *Annuit ut taceat, st significat silentium.* Cum haec scripsissemus, diligentius inspicere voluimus antiquissimos Terentii libros, & in Victoriano invenimus post *ages*, rasuram unius litterae, instar *t*: ut facile conjici possit, scriptum prius fuisse *age st.* id vero omnem nobis dubitationem, si qua de hac nostra emendatione restabat, exemit. FAERNUS.

Quin tu hoc age, st. Sic dedit Faernus; & multis verbis vir optimus nihil profecit. Donati verba sat bene explicari possunt, sine isto *St. Quin tu age*, vel *agis* (nam plerique codices *Ages*) silentium hic significant; & Phormio hic vel innuit Getae, vel cubito eum fodit. Docui ad And. IV, 1, 59. *St* per se syllabam facere; non potest itaque cum *Age* in Iambum coalescere. Idque ipse experiendo scies. Nam in *St* pronuntiando, non attrahitur spiritus, sed propellitur. Est tamen, qui affirmet *St* fere semper apud Plautum cum priore syllaba coalescere. Sane ita, ubi *St* pro *Est* venit, ut *Mirum 'st, Miserum 'st*; sed ne semel quidem, ubi silentii nota est; ut Most. II, 2, 58.

Quis homo, ágnatus meus. S't, tace: auscultá modo.

2 *Nec Stilphonem ipsum scire qui fuerit? Negat.* Omnes fere codices paulo vetustiores hoc ordine versus exhibent.

Hanc Demipho negat esse cognatam? Negat.
Ipsum esse opinor de quo agebam: sequimini.
Neque ejus patrem se scire qui fuerit? Negat.
Neque Stilphonem ipsum scire qui fuerit? Negat.

Ex his versibus tertium codex 900 annorum non agnoscit; codex item Petrensis in margine tantum. At quartum hic omittit codex ex Regiis; & ponit demum post v. 25. Scio, facile ex his alterum a Librariis omitti potuisse; quia uterque eodem verbo *Negat* terminatur. Scio item, sat congrue bis idem repeti in persona audacis sycophantae; quasi clamando & vociferando strepitu ipso se rem gesturum speraret. Sed vide an Parasito minime stulto aut somnolento id conveniat, ut v. mox 40 tam cito immemor sit nominis, quod hic, id est, modo jam nunc ante memoraverat, *Stilphonis*. Me itaque lubente, versum ex his nonum expunxeris.

Si erum insimulabis avaritiae. O. l. s. quot quot vidi, & Donatus, *malitiae*. FAERNUS. Ex tot Nostris unus tantum *Avaritiae*. 12

Etiam me ultro accusatum advenit. Lege cum codice Regio; 13

O audaciam! etiamne ultro accusatum advenit?

Sic Adel. IV, 3, 5. absolute; *Et ultro accusant.* Eun. V, 2, 21.

Monstrum, etiam ultro derisum advenit.

Pauper, cui opera vita erat, ruri fere. Sic dedit Faernus, ex Donato ut arbitror; codices enim Nostri universi, *Cui in opere. Opera* sexto casu seu ablativo accipit Donatus; Recentiores interpretes casu recto. Utrique frustra: cum lectio mendosa sit, & a versu ipso repudietur. *Cui* enim, cum in Ictu non sit, necessario elidetur, & metrum claudicabit. Repone ex libris omnibus. 16

Pauper, cui in opere vita erat, ruri fere
Se continebat.

Cui in opere vita erat, hoc est, qui opere rustico faciendo victum sibi quaerebat. *Opus* absolute pro opere rustico saepe. Eun. II, 1, 14.

Opus faciam, ut defatiger usque.

Vita in opere, ut contra *In otio*. Adel. V, 4, 9.

Ille suam semper egit vitam, in otio, in conviviis.

Ita passim de Militibus Historici, *In opere esse, In opere occupari*. Priscianus tamen p. 1006. *Cui opera*; ut & ibi MSti.

Abi

D. *O audáciam, etiamne últro accuſatum áduenit?*
P. *Nam iam áduleſcenti níhil eſt quod ſuſcénſeam,*
Si illúm minus norat: quíppe homo iam grándior,
Paupér, cui in opere uíta erat, ruri fere
Se cóntinebat: ibi agrum de noſtró patre
Coléndum habebat: ſaépe interea míhi ſenex
Narrábat, ſe hunc neclégere cognatúm ſuum:
At quém uirum? quem ego uíderim in uita óptumum.
G. *Uideás te atque illum, ut nárras.* P. *i in malám crucem.*

21 *Abi in malam crucem.* In libro Bembino legitur, *i in malam crucem.* Donatus dicit, dictum hoc eſſe adverbialiter; quod erit, ſi dempto verbo *i*, legas ut Donatus, *in malam crucem: in*, autem pro *iſne:* ut ſaepe antea. FAERNUS.

Videas te atque illum, ut narras. In malam crucem.

Noſtri *Abi hinc in m. c.* Unus, *Abi in m. e.* Sed quid ſodes illud eſt, *Videas te atque illum, ut narras?* Donatus, ut ſolet implicatus falſae lectioni, quo ſe vertat, neſcit: quattuor diverſas interpretationes adfert, omnes exſibilandas. Nec recentiores ſe expediunt: Palmerius emendationem tentat, ſed infeliciter; *Videas ted, illum ut narras. Videas te; cogita vide quid dicas.* Si de Stilphone male locutus eſſet; non incommode hic diceret, *Videas te:* ut Plautus Pſeud. II, 2, 18.

Non ſoles reſpicere te, cum dicas injuſte alteri?

Nunc autem, cum laudaverit Stilphonem; neſcio quo id pertineat. Liceat mihi in re deplorata novam medicinam experiri. Ac primo, id animadverto, *Ut narras, Ut praedicas, Ut video, Quantum audio, Quantum intelligo*, omnia ſenſu eodem, verbum modi Indicativi ſecum trahere. Exemplis quid velim intelliges. Eun. IV, 1, 1. *Quantum ego illum vidi, nonnihil timeo.* Heaut. II, 4, 22. *Ut patrem tuum vidi eſſe, diu etiam dabit.* IV, 3, 4. *Cognita eſt, quantum audio ejus verba.* V, 2, 30. *Quantum ego intellegere poſſum, non eſſe horum te arbitror.* And. I, 3, 2. *Nihil loci eſt ſegnitiae, quantum intellexi.* II, 5, 12. *Herus, quantum audio, uxore excidit.* IV, 4, 17. *Ab Andria eſt haec, quantum intellego.* Eun. I, 2, 62. *Sed, ego quantum ſuſpicor, Ad virginem animum adjecit.* Plautus Aſin. V, 2, 92. *Amat homo hic te, ut praedicat.* Caſina II, 5, 4. *Salvos ſum, ſalva ſpes eſt, ut verba audio.* Pſeud. I, 5, 38. *Hercle, ut tu praedicas, Cavendum eſt mi abs te irato.* & II, 4, 59. *Probus homo eſt, ut praedicare te audio.* Rud. I, 2, 50. *Ut verba praebibes, me periſſe praedicas.* Mil. II, 5, 61. *Edepol nae tu tibi malam rem repperiſti, ut prae-* Men. III, 2, 40. [*dicas.* *Non tibi tantumſt, adoleſcens, finciput, ut intel-* Bacch. III, 3, 45. [*lego.* *Acris poſtulatio haec eſt, cum hujus dicta intel-* & IV, 2, 15. [*lego.* *Cum ego hujus verba interpretor, mihi cautio eſt.*

Vides in hujuſmodi ſententiis Indicativos ſemper adhiberi; & ſi rationem tecum ineas, non poſſe aliter eſſe intelleges. Ergo ad hanc faciem, *Ut narras*, Indicativum hic ſecum poſtulat, non Subjunctivum *Videas*. Hoc poſito fundamento, divinationem occepi; & vide quid in mentem venerit. Dixerat Phormio:

At quem virum? quem ego viderim in vita optimum.

Ubi *In vita*, idem eſt quod *Umquam*, *In vita mea:* non, ut Donatus, *In vita, in actu, in moribus*, ut ad Stilphonem ſpectet. Heaut. V, 3, 4. *Nullamne ego rem umquam in vita meae volui?* Quid ergo ad hoc, *Stilphonem virum optimum fuiſſe, quem umquam viderit*, reſpondet Geta? Hoc, opinor;

Vidiſti nullum, ut narras. I in malam crucem.

Si is vir optimus, quem umquam videris; pro verbis tuis, videris nullum omnino vidiſſe. Simile eſt Gnathonis reſponſum, Eun. III, 1, 19.

THR. *Immo ſic homo ſt:*
Perpaucorum hominumſt. GNA. *Immo nullorum*
Si tecum vivit. [*arbitror,*

Et Gripi apud Plautum Rud. IV, 4, 70.

TRA. *Eo tacent, quia tacita ſt melior mulier*
ſemper quam loquens.

Nam ni íta eum exiſtimáſſem, numquam tám grauis
Ob hanc ínimicitias cáperem in uoſtram fámiliam,
Quam is áſpernatur núnc tam inliberáliter.
G. *Pergín ero abſenti mále loqui, inpuríſſime?*
P. *Dignum aútem hoc illo eſt.* G. *áin tamen, carcér?* D. *Geta.*
G. *Bonórum extortor, légum contortór.* G. *Geta.*
P. *Reſpónde.* G. *quis homo eſt? ehém.* D. *tace.* G. *abſentí tibi*
Te indígnas ſeque dígnas contumélias
Numquám ceſſauit dícere. D. *ohe déſine.*
Aduléſcens, primum abs te hóc bona uenia éxpeto,
Si tíbi placere pótis eſt, mi ut reſpóndeas:
Quem amícum tuum ais fuíſſe iſtum, explaná mihi:
Et quí cognatum mé ſibi eſſe díceret.
P. *Proínde éxpiſcare quáſi non noſſes.* D. *nóſſem?* P. *ita.*
D. *Ego mé nego: tu quí ais redige in mémoriam.*
P. *Eho tú ſobrinum tuúm non noras?* D. *énicas:*
Dic nómen. P. *nomen?* D. *máxume. quid núnc taces?*
P. *Perii hércle, nomen pérdidi.* D. *hem, quid ais.* P. *Geta,*
Si méminiſti id quod ólim dictumſt, ſúbiice. hem,

GR. *Tum pol tu pro oratione nec vir nec mulier mihi es.*
TR. *Qui dum?* GR. *Quia enim neque loquens es neque tacens umquam bonus.*
Ceterum *I in* ſcribendum, ex libro Bembino: Noſtri *Abi in.* Interrogatio *Iſne* non convenit cum ſequente *Nam.*

22. *Nam ni ita eum exiſtimaſſem.* Liber Bembinus in contextu habet, *nam ni eum eſſe exiſtimaſſem*, exponemus autem *eum*, pro ejuſmodi, eaque dictio in unam ſyllabam contracta, in ſcanſione tota elidetur. ſane Donatus legit, *exiſtimarem*, quod magis videtur convenire cum *caperem*. FAERNUS.

23. *Nunquam tam gravis ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam.* Aut ex *gravis*, elidendo *s*, *ob* quae prima hujus verſus eſt ſyllaba, praecedenti verſui adjungitur: aut ſcandat hunc verſum, qui melius ſciat: ego me neſcire confiteor. FAERNUS.

25. *In noſtram familiam.* Aliqui libri ſunt, qui habent *in veſtram*. ita & Bembinus, licet per *a*. quod vero ſequitur, *Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter*, τὴ quam ad puellam referri Donatus affirmat. erit ergo ordo, ob hanc quam is aſpernatur. FAERNUS. Noſtri plerique *Noſtram*, non *Voſtram*. *Hanc* autem corripitur, conceſſa in pede primo licentia: & ſic Faerno ſatis fiet.

26. *Ain tandem, carcer? Tandem* & verſui officit, & ſententiae. Repone, *Ain tamen, carcer?*

30. *Numquam ceſſavit dicere hodie.* DE. *ohe deſine. Ohe* agnoſcit Donatus: *Hodie* nullus ex Noſtris habet, uno excepto. Vel lege,
Numquam ceſſavit dicere. óhe deſine,
Vel, cum tribus Noſtris,
Numquam ceſſavit dicere. ohé jam deſine.
Horat. Serm. II, 5, 96.
Inportunus amat laudari? donec ohé jam.
& I, 5, 12. *Trecentos inſeris. óhe*
Jam ſatis eſt.
Nimirum interjectiones hujuſmodi variant accentum pro arbitrio loquentis; ut *Ha ha hae* nunc Dactylus eſt, nunc Anapaeſtus.

31. *Abs te hoc bona venia expeto.* Liber Bembinus,

Digitized by Google

Non dico: quasi non nóris, temptatum áduenis.
D. *Egone aútem tempto?* G. *Stílpho.* P. *atque adeo quíd mea?*
Stilphóst. D. *quem dixti?* P. *Stílphonem inquam nóueras.*
D. *Neque ego íllum noram, néque mi cognatús fuit*
Quisquam ístoc nomine. P. *ítane? non te horúm pudet?*
At sí talentum rém reliquissét decem,
D. *Di tíbi malefaciant.* P. *prímus esses mémoriter*
Progéniem uestram usque áb auo atque atauo próferens.
D. *Ita ut dícis. ego tum cum áduenissem, quí mihi*
Cognáta ea esset, dícerem: itidem tú face:
Cedo qui ést cognata? G. *eu nóster, recte: heus tú, caue.*
P. *Dilúcide expediui, quibus me opórtuit*
Iudícibus: tum id sí fálsum fuerat, fílius
Cur nón refellit? D. *fílium narrás mihi?*
Cuius dé stultitia dici, ut dignumst, nón potest.
P. *At tú qui sapiens és, magistratús adi;*
Iudícium de eadem caúsa iterum ut reddánt tibi:
Quandóquidem solus régnas; et solá licet
Hic de eádem causa bis iudicium apíscier.

binus, & Victorianus, & multi alii, *peto*. FAERNUS. Noſtri omnes *Expeto*; Recte. Et amat noſter liquefacere poſtremas ſyllabas; & averſatur homoeoteleuta.

38 *Dic nomen.* PH. *nomen? maxume.* DE. *Quid nunc taces?* Sic divide perſonas:
Dic nomen. PH. *nomen?* DE. *maxume. quid nunc taces?*

49 *Ego tum ſi adveniſſem.* Idem liber *cum adveniſſem*, ita & Donatus in expoſitione hujus loci, quamvis recitando verba Terentii aliter dicat. ſane in Victoriano eſt *ſi*, ſed in litura, ut appareat, aliud ibi prius fuiſſe. FAERNUS. Noſtri omnes *Si*.

50 *Itidem tu face: cedo.* Liber Bembinus, & aliquot alii, *tò cedo*, ſequenti verſui attribuunt: qua ratione uterque verſus ſanatur. FAERNUS.

51 *Heus noſter, recte.* Alii libri ſunt, qui *euge* habent, quod ſtare non poteſt: alii qui *heu*, ut Baſilicanus habebat, & Victorianus; Bembinus & Vaticanus *eu*, ſine aſpiratione: quod & tenendum eſt; ut & infra, *Eu Phormio*, ex Bembino & Victoriano. FAERNUS. Noſtri quoque meliores *Eu*.

Tum ſi id falſum. Tum id ſi falſum, ex eiſdem libris Bembino, Baſilicano, Victoriano. FAERNUS. Et Noſtri plerique, *Tum id ſi falſum*. 53

Judicium de eadem cauſa iterum ut reddant tibi. Verſu abhinc altero redeunt fere eadem verba: crederim hunc nothum eſſe; vel ſi retineatur, legerim 57

Judicium de eadem re iterum ut reddatur tibi.
Tres noſtri *Reddatur*. *Re* pro *ca*, hoc eſt *Cauſa*. In recepta lectione *Iterum*; cujus emphaſis praecipua eſt, in Theſi obmuteſcit.

De eadem cauſa bis judicium adipiſcier. 59
Repone, verſu obſecrante & implorante,
De eadem cauſa bis judicium apiſcier.
Plautus Epid. V, 2, 3.
Tace modo, ſine me hominem apiſci.
Noſter Heaut. IV, 3, 15. *Deorum vitam aptiſumus*. Ubi codices plerique *Adepti*. *Apiſci* Lucretio frequens eſt.

He-

D. *Etsí mihi facta iniúriast; verúm tamen*
Potiús quam lites sécter aut quam te aúdiam,
Itidem út cognata sí sit, id quod léx iubet
Dotém dare, abduce hánc: minas quinque áccipe.
P. *Ha, ha, haé, homo suauis.* D. *quid? num iniquom póstulo?*
An ne hóc quidem ego adipíscar, quod ius públicumst?
P. *Itan tándem quaeso, item út meretricem ubi abúsus sis;*
Mercédem dare lex iúbet eii atque amíttere?
An, ut né quid ciuis túrpe in sese admítteret
Proptér egestatem, próxumo inssást dari;
Ut cum úno aetatem dégeret? quod tú uetas.
D. *Ita, próxumo quidem: át nos unde? aut quámobrem?* P. *abe,*
Actum, áiunt, ne agas. D. *nón agam? immo haut désinam*
Donéc perfecero hóc. P. *ineptis.* D. *síne modo.*
P. *Postrémo tecum níl rei nobis, Démipho, est:*
Tuus ést damnatus gnátus, non tu: nám tua
Praetérierat iam ad dúcendum aetas. D. *ómnia haec*
Illúm putato, quae égo nunc dico, dícere:
Aut quídem cum uxore hac ípsum prohibebó domo.
G. *Irátus est.* P. *tute ídem melius féceris.*
D. *Itane és paratus fácere me aduorsum ómnia,*
Infélix? P. *metuit híc nos, tametsi sédulo*
Dissímulat. G. *bene habent tibi principia.* P. *quín quod est*
Ferúndum, fers: tuis dignum factis féceris:

64 *Ha ha he: homo suavis. Quid est? num iniquom postulo?* Lege versus gratia: *Quid? num iniquom postulo?*

66 *Itane tandem quaeso; civem item ut meretricem ubi abusus sis.* In antiquis libris non est *tò civem*; nec a Donato ponitur. qua dictione sublata, adhuc tamen in dimetiendo senario remanet aliqua difficultas. existimem ego, vel *tò ita*, hic monosyllabum esse, vel ex *ut i* abjiciendum. FAERNUS. Lege *Itan tándem*; & nulla restat difficultas. *Civem* a Nostris quoque abest.

67 *Atque amittere? an.* *Tò an*, in o. l. s. principium. est infrequentis versus: quae tamen particula in scansione ad hunc ipsum pertinet. FAERNUS. Immo ad sequentem pertinet *An*; & *Ut* corripitur.

An ut nequid turpe civis in se admitteret. 68 Nostri, uno excepto, omnes, *Civis turpe.* Lege igitur & numero & ordine meliore:
An ut nequid civis turpe in sese admitteret.

Ipsum prohibeo domo. Numerosius est, quod 78 in duobus antiquissimis libris, & Basilicano legitur, *prohibebo.* hoc & Ubaldino Bandinello placebat; ita emendatum est & in Victoriano. FAERNUS. Complures Nostri, *Prohibebo.*

Quin quod est ferundum, feras: tuis factis 83 *dignum feceris.* Liber Bembinus habet *feres:* Ubaldinus Bandinellus legebat *fer*; nos *fers.* ut sit, quin fers quod est ferundum? nam & Donatus, haec per praesens tempus exponit, sic dicens, *Cur non inquit accomodas necessitati voluntatem.* haec ille. Ita procedit versus, aliter impeditus: quae vero sequuntur, & ille ipse

Digitized by Google

Ut amici inter nos simus. D. *egon tuam expetam*
Amicitiam? aut te uisum aut auditum uelim?
P. *Si concordabis cum illa, habebis quae tuam*
Senectutem oblectet: respice aetatem tuam.
D. *Te oblectet: tibi habe.* P. *minue uero iram.* D. *hoc age.*
Satis iam uerborumst: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eiiciam: dixi, Phormio.
P. *Si tu illam attigeris secus quam dignum est liberam,*
Dicam tibi inpingam grandem: dixi, Demipho.
Si quid opus fuerit, heus domo me. G. *intellego.*

ACTUS II. SCAENA IV.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.

D. *QUANT'A me cura et sollicitudine adficit*
Gnatus, qui me et se hisce inpediuit nuptiis?
Neque mi in conspectum prodit; ut saltem sciam
Quid de hac re dicat, quidue sit sententiae.
Abi, uise redieritne iam an nondum domum.
G. *Eo.* D. *uidetis quo in loco res haec siet:*
Quid ago? dic, Hegio. H. *ego? Cratinus, censeo:*
Si tibi uidetur. D. *dic, Cratine.* CRA. *mene uis?*
Ego quae in rem tuam sint, ea uelim faciás: mihi
Sic hoc uidetur. quod te absente hic filius

ipse antiquissimus liber, & Vaticanus, & Basilicanus, & aliqui alii, ita collocant, *tuis dignum factis feceris.* FAERNUS Recte *Fers:* Nostri *Dignum factis:* Sed perperam *Feras.*

84 *Egone tuam expetam.* O. l. s. *egon.* FAERNUS. Sic & Nostri *Egon.*

87 *Senectutem oblectet.* In dimetiendo versu, *senectutem* trisyllabum est, eadem ratione qua *senex* monosyllabum. FAERNUS.

89 *Nisi tu properes.* Aliqui libri, & in iis Bembinus & Victorianus, *properas.* FAERNUS. Nostri *Properes.*

92 *Dicam inpingam tibi grandem.* O. l. s. hunc ordinem verborum habent, *dicam tibi impingam.* puto autem *tibi* in unam syllabam contrahi, & per synaloephen elidi. FAERNUS.

Abi tu vise redieritne jam an nondum domum. 5. Lege ex codice Petrensi, *Abi vise. Tu* versum strangulat.

Ego? Cratinum censeo. Repone:
Quid ago, dic Hegio. Ego? Cratinus, censeo. 7
Id est, *Cratinus dicat.*

Dic, Cratine. CR. *Mene vis?* 9.
DE. *Te.* CR. *Ego quae in rem tuam sint.*
Te quod responsum hic facit, exaudiri saltem debet, non liquefieri & absorberi. Repone igitur, *Mene vis? Ego quae.* Moraliter. Non exspectat responsum in re levi. Sic Heaut. IV, 1, 11. *Vin me istuc tibi credere? credo.* Est tamen, qui non *Te* sed *Vis* hinc abjicit, & sic

Egít, reſtitui in íntegrum aequom eſſe ác bonum:
Et id ímpetrabis. díxi. D. *dic nunc, Hégio.*
H. *Ego ſédulo hunc dixíſſe credo: uérum ita eſt,*
Quot hómines tot ſenténtiae: ſuus cuíque mos.
Mihi nón uidetur, quód ſit factum légibus.
Reſcíndi poſſe: et túrpe inceptu eſt. D. *díc, Crito.*
C. *Ego ámplius delíberandum cénſeo:*
Res mágna eſt. H. *nunquid nós uis?* D. *feciſtís probe:*
Incértior ſum múlto quam dudúm. G. *negant*
Redíſſe. D. *frater éſt exſpectandús mihi:*
Is quód mihi de hac re déderit conſilium, íd ſequar.
Percóntatum ibo ad pórtum, quoad ſe récipiat.
G. *At ego Antiphonem quaéram; ut quae acta hic ſint ſciat.*
Set eccum ípſum uideo in témpore huc ſe récipere.

ACTUS

ſic verſum conſtituit. *Dic, Cratine. Mene? Te.* Pudeat incuriae, qui non viderit, ſi *Vis* auferatur, dicendum eſſe non *Mene? Te:* ſed *Egone? Tu.*

11 *Aequum eſt & bonum.* Noſtri, *Aequum ac bonum eſt.* Repone:
Sic hoc videtur; quod te abſente filius
Egit, reſtitui in integrum aequom eſſe ac bonum.
Videtur aequum eſſe; ut mox v. 16. *Non videtur reſcindi poſſe.*

16 *Et turpe inceptu eſt.* Liber Bembinus & Victorianus, *inceptum.* FAERNUS. Plures ex Noſtris *Inceptum.* Utrumvis probe. Sed placet *Inceptu.* Vide ad And. I, 5, 1.

21 *Quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar.* Juxta librum Bembinum dictionem *is*, quae praecedentem verſum finit, hujus principio attribuo & pro *exequar*, lego *ſequar.* FAERNUS. Unus ex Noſtris *Sequar*; atque idem hoc ordine verba ponit, *Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar:* ut exſtat Adel. III, 3, 54.

Ut quae acta hic ſunt, ſciat. Complures libri, in quibus antiquiſſimi quattuor *ſint.* FAERNUS. Plerique etiam ex Noſtris *ſint.* 23

Enimvero, Antipho multis modis cum iſtoc animo es vituperandus. Iiſdem rationibus, quibus ſupra legendum arbitramur *multimodis.* ita verſus erit trochaicus tetrameter catalecticus, ut tres ſequentes; ſi tamen *enim ve* ſit anapaeſtus, ut ſaepe in hoc poeta, & apud Plautum. FAERNUS. Noſtri *Multis modis.* 1

Itane hinc abiſſe. In libro Victoriano ſcriptum erat, *itane te hinc abiſſe.* quemadmodum & Ubaldinus Bandinellus legebat, quod & orationi & verſui commodiſſimum videtur. FAERNUS. A Noſtris *Te* abeſt. 2

Magis quam te animadverſuros? Liber Bembinus, *quam tete*, appoſite ad rationem verſus. FAERNUS. Noſtri *Te.* 3

Nam ut ut erant alia, illi certe quae nunc domi tuae eſt conſuleres. Liber Bembinus, *quae nunc tibi domi'ſt*: quomodo & infra dicitur, 4

Digitized by Google

ACTUS III. SCAENA I.

ANTIPHO. GETA.

A. *'ENIMUERO, Antiphó, multimodis cum íſtoc animo es uítuperandus:*
'Itane te hinc abíſſe, et uitam tuám tutandam aliís dediſſe?
'Alios tuam rem crédidiſti mágis quam tete animáduerſuros?
Nam út ut erant alia; íllí certe quaé nunc tibi domíſt conſuleres,
Néquid propter tuám fidem decépta potirétur mali:
Cuius nunc miſerae ſpés opeſque ſúnt in te uno omnés ſitae.
G. *Et quídem, ere, nos iamdúdum hic te abſentem íncuſamus, qui ábieris.*
A. *Te ipſúm quaerebam.* G. *ſét ea cauſa níhilo magis defécimus.*
A. *Loquere óbſecro quonam ín loco ſunt rés et fortunaé meae:*
Num pátri quid ſubolet? G. *níl etiam.* A. *ecquid ſpeíi porroſt?* G. *néſcio.* A. *ah.*
G. *Niſi Phaédria haut ceſſáuit pro te eníti.* A. *nil fecít noui.*
G. *Tum Phórmio itidem in hác re, ut aliis, ſtrénuum hominem praébuit.*
A. *Quid is fécit.* G. *confutáuit uerbis ádmodum iratúm ſenem.*
A. *Eu, Phórmio.* G. *ego quod pótui porro.* A. *mí Geta, omnis uós amo.*
G. *Síc habent princípia ſeſe, ut díco: adhuc tranquílla res eſt:*
Mánſuruſque pátruum pater eſt, dum húc adueniat. A. *quíd eum?* G *id aibat*
De eíus conſilio uélle ſeſe fácere, quod ad hanc rem áttinet.

citur. *Cui quod amus domi'ſt.* item, *mihin domi'ſt.* (III, 2, 19.) ita verſus quoque expeditiſſimus eſt. FAERNUS. Noſtri *Tuae domi.*

5 *Nequid ——— pateretur mali.* Donatus: *Legitur & Potiretur, quia Potiri τῶν μίσων fuit. Plautus: Hoſtium potitus.* Magiſtrorum flagitio hoc ejectum eſt. Sed ſaepius exſtat apud Plautum & Lucretium: *Ne quid potiretur*, caſu accuſativo; ut Adel. V, 4, 17. *Patria potitur commoda.* Vide Nonium v. *Potiri.*

7 *Equidem ere nos jamdudum.* Aliqui libri, inter quos tres antiquiſſimi, & Baſilicanus, *& quidem:* quod inceptivum eſt, ut & in Hecyra, *& quidem te exſpecto.* FAERNUS. Noſtri quoque *Et quidem. Equidem* ea aetate non niſi cum perſona prima ſingulari jungebatur.

10 *Numquíd patri ſubolet.* Ne *Patri* in Theſi totum deliteſcat, lege *Num pátri quid ſubolet*; & *Speii* διαλλάβως pro *Spei.*

12 *Itidem in hac re, ut in aliis.* Liber Bembinus ſecundo loco *in* praepoſitionem non habet, quam & reſpuit verſus; tamen ſubaudienda eſt. FAERNUS.

Admodum iratum patrem. Iratum ſenem, 13 habet liber Bembinus: quod conſuetudini ſermonis videtur accommodatius. FAERNUS. Noſtri omnes *Patrem* & ſic Nonius v. Confutare, & Eutyches p. 2185.

Sic habent principia. Hic & ſequens verſus trochaici ſunt tetrametri acatalectici. FAERNUS. 15

Ut aiebat, De ejus conſilio velle ſeſe facere. 15 Ἀναπόλιθον hoc eſt, & ſoloeciſſat. Repone:

Id aibat
De ejus conſilio velle ſeſe facere, quod ad hanc rem attinet.

Id quod; ut ſingulis fere paginis.

De ejus conſilio velle ſeſe facere. O. fere l. s. 17 *ſeſe velle facere.* FAERNUS.

De ejus conſilio ſeſe velle facere. Lege ex uno Regio & Edd. vett. *De ejus conſilio velle ſeſe:* numeris melioribus.

Digitized by Google

A. *Quántus metus eſt mihi, uenire huc ſáluom nunc patruúm, Geta?*
Nám de eius una, ut aúdio, aut uiuam aút moriar ſenténtia.
G. *Phaédria tibi adeſt.* A. *úbinamſt?* G. *eccum ab ſuá palaeſtra exít foras.*

ACTUS III. SCAENA II.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

P. *DO'RIO, audi óbſecro.* D. *non aúdio.* P. *parúmper.* D. *quin omítte me.*
P. *'Audi quid dicam.* D. *át enim taedet iam aúdire eadem mílies.*
P. *'At nunc dicam quód lubenter aúdias.* D. *loquere, aúdio.*
P. *Néqueo te exoráre ut maneas tríduum hoc? quo núnc abis?*

18 *Quantus metus eſt mihi.* Venuſtius videtur, *quantum metus*, quod eſt in libro Bembino. FAERNUS.

Quantúm metús eſt. Sic e Bembino dedit Faernus: ſed correctorem hoc ſapit; qui Iambicum hunc reddere voluit, ut cum ſequente congrueret. *Quantus metus*, Noſtri univerſi, ut ſupra I, 2, 7. *Neſcis quo in metu & Quanto in periclo ſimus. Quantum metus*, quaſi divideretur metus, & in trutina poneretur, meo judicio putidum eſt.

19 *Nam per ejus unam.* Hic verſus eliſo *r*, ex *per*, & *ejus* in unam ſyllabam contracto, ſuſtentari poteſt: ut ſit trochaicus tetrameter catalecticus, aliter eſſet hypercatalecticus. FAERNUS.

Nam pér ejus unam, ut audio, aut vivam
aut moriar, ſententiam.

Sic libri: & Iambicus eſt; cum ex ſerie Trochaicus eſſe debeat. Lego;

Nám de ejus una, ut audio, aut vivam
aut moriar ſententia.

De ſententia, ut ſupra, v. 17. *De ejus conſilio.*

20 *A ſua palaeſtra.* Idem liber & Victorianus, *ab ſua.* FAERNUS.

Phaédria tibi adéſt. Ubinam? 'Eccum. Illud *Ubinam*, quod ut interrogatio acui debet, in Theſi deprimitur. Repone ex duobus Regiis;

Phaédria tibi adeſt. 'Ubinamſt? Eccum.

1 *Quin omitte me.* Videtur legendum *mitte*, ex ratione verſus, ut ſit trochaicus tetrameter catalecticus, ut ſequentes; in quo ſit anapaeſtus in tertia. aliter eſſe poteſt ejuſdem generis hypercatalecticus: in quo ſit in ea ſede ſpondeus producendo penultimam in *obſecro*. FAERNUS. Eſt Trochaicus pentameter; *Dorió*, utpote in Ictu, non patitur ſynaloepham. Sic Adel. V, 8, 24. *Hegió eſt.* De metro vide ſupra I, 4, 17.

Audi quod dicam. Noſtri plerique cum Edd. vett. *Audi quid dicam*; ut And. IV, 4, 7. *Quid dicam aliud, neſcio.* Eun. V, 8, 7. *Audin tu, hic quid ait?* Hec. I, 2, 3. *Audin quid dicam, Sirte?* 2

A. *Ei metuo lenonem, nequid ſuo ſuat capiti.* G. *idem ego metuo.* Magis variatur oratio, lectione libri Bembini: *idem ego vereor.* verſus utroque modo eſt trochaicus tetrameter acatalecticus. FAERNUS. 6

Ei, metuo lenonem, nequid ſuo ſuat capiti. GE. *idem ego vereor.* Sic a Faerno eſt: ſed paene recte Guyetus, *Hoc non verſum eſſe, ſed monſtrum.* Quid enim eſt, *Suere aliquid ſuo capiti?* Donatus: *Suat, id eſt, Appingat, affigat, & ſuo capiti dixit, cum dicturus eſſet, Phaedriae capiti.* Mureti codex variabat ordinem, *Nequid ſuat ſuo capiti.* Hoc arripuit vir diſertiſſimus; & ſubdiſtinguit, *Nequid ſuat:* deinde infert, *Suo capiti*, hoc eſt, quod in lenonis ipſius caput vertat. Atque haec interpretatio regnavit hactenus, multis tamen exceptionibus obnoxia. *Suere*, inquit, *ut apud Graecos* Ῥάπτειν, *eſt aliquid, quod alteri damnoſum ſit, ſtruere & machinari.* Atqui neutrum verum eſt. Nec *Suere*, nec Ῥάπτειν, abſolute ut hic poſitum, *Machinari* ſignificat. Ex adjuncto quidem metaphoram capit; Ῥάπτειν κακὸν, δόλον, θάνατον, φόνον, unde κακόρραπος, δολόρραφος. Sed abſolutum Ῥάπτειν, ut apud Latinos

D. *Mirábar ſi tu míhi quicquam adferrés noui.* A. *ei*
Metuó lenonem, néquid. G. *ſuo capití fuat.*
P. *Nón mihi credis?* D. *hárioláre.* P. *ſín fidem do.* D. *fábulae.*
P. *Faéneratum iſtúc beneficium púlchre tibi dicés.* D. *logi.*
P. *Créde mihi, gaudébis facto: uérum hercle hoc eſt.* D. *ſómnia.*
P. *'Experire: nón eſt longum.* D. *cántilenam eandém canis.*
P. *Tú cognatus, tú parens, tu amícus, tu.* D. *garrí modo.*
P. *'Adeon ingenio éſſe duro te átque inexorábili,*
'Ut neque miſericórdia neque précibus mollirí queas?
D. *'Adeon te eſſe incógitantem atque ímprudentem, Phaédria,*
'Ut phaleratis dictis ducas me; ét meam ductes grátiis?

Latinos *Suere*, nihil aliud eſt, quam quod dicit Lucilius,

Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optumo.

Deinde, ut concedam *Suere* eſſe *Machinari*; non omnino id a Lenone metuebant, ut *machinaretur* quicquam adverſus Phaedriam: nulla enim ſuberat ſimultas. Id unum metuebant, ne Leno odore lucri illectus Fidicinam alii venderet, & Phaedriam praeverteret. Denique, ſi ex Mureti ſententia dixiſſet Antipho, *Suo capiti*; non utique ſubjunxiſſet Geta, *Idem ego vereor, metuo*; ſed *Idem ego precor, opto*. Aliud itaque tentandum eſt. A codice noſtro 900 annorum abſunt iſta *Ego vereor*, vel ut ceteri habent, *Ego metuo*. Repone:

Mirabar, ſi tu mihi quicquam adferres novi.
AN. *ei*
Metuo lenonem, nequid. GE. *ſuo capiti fuat.*

Hei, Hui, Hem frequentius in fine verſus ponuntur. *Metuo lenonem, nequid*; hoc eſt, *Metuo, nequid leno*: ut Eun. III, 5, 62.

Metuo fratrem,
Ne intus ſit: porro autem patrem, ne rure redierit.

Metuo lenonem, nequid: dicturus erat, *novae turbae faciat*, aut quid ſimile; ſed excipit & interpellat Geta: *Suo capiti fuat*, hoc eſt, ſiquid male faciat. *Fuat*, idem quod *Sit*; vide nos ad Adel. V, 4, 1. Coelius apud Cic. Fam. VII, 1. *Te, quod illorum capiti ſit, diſſiparant periiſſe*. Tibullus, I, 2, 12.

Et mala, ſiqua tibi dixit dementia noſtra,
Ignoſcas: capiti ſint precor illa meo.

Quod apud iſtos *Sit* & *Sint*; id apud Terentium *Fuat*. Ceterum illud animadvertes, Senarium hic Senario commode ſubjici.

Tibi pulchre dices. O. l. s. *pulchre tibi dices.* 8
FAERNUS. Sic & Noſtri omnes.

DO. *Somnium.* Magis ex more ſermonis 9
eſt *ſomnia*; quod in libro Bembino eſt. praeſertim cum & alia in plurali praeceſſerint: *fabulae, logi*, idem & in Victoriano fuiſſe conjicio ex raſura poſtremae litterae hujus dictionis. FAERNUS. Noſtri omnes *Somnium*.

Garris modo. Quanto venuſtius, quod eſt 11
in o. l. s. *garri modo*. FAERNUS.

Garri, ex Noſtris & plures & meliores. Sed aliud reſtat, jam enim ex Trochaicis nulla rerum mutatione Iambicus hic fit, *Tu mihi cognatus*. Tolle, *Mihi*, & reſcribe:

Tu cognatus, tu parens, tu amicus, tu. Garri modo.

Adeon ingenio te eſſe duro atque inexorabili. 12
Hunc trochaicum claudicantem ſic corrigo, ex libris Bembino & Victoriano: *Adeon ingenio eſſe duro te a. i.* FAERNUS. Recte. Noſtri *Te eſſe duro*, uno Regio excepto.

Adeon te eſſe incogitantem atque impudentem, 14
Phaedria. Impudentem? Hocine ut a lenone dici conveniat ad adoleſcentem liberum & tantae familiae? Immo lege ex Petrenii & Meadiano, *Atque imprudentem:* hoc eſt, rerum humanarum imperitum. Jam nulla contumelia eſt. Sic enim Andr. V, 4, 7.

Tune hic adoleſcentulos
Imperitos rerum, eductos libere.

& ſupra II, 1, 64.

Addo iſtuc: imprudens timuit adoleſcens: ſcio.

Et meam ductes gratis? Liber Bembinus 15

Digitized by Google

A. *Miſeritumſt.* P. *ei uéris uincor.* G. *quám uterque eſt ſimilís ſui.*
P. *Néque, Antipho alia cum óccupatus éſſet ſollicitúdine,*
Tum hóc eſſe mi obiectúm malum? A. *ah, quid íſtuc autem eſt, Phaédria?*
P. *'O fortunatíſſime Antipho.* A. *égone?* P. *cui quod amás domiſt:*
Néc cum huiuſmodi umquam úſus uenit út conflictarés malo.
A. *Mín domiſt? immo, íd quod aiunt, aúribus teneó lupum:*
[*Nam neque quo pacto a me amittam: neque, uti retineam, ſcio.*]
D. *'Ipſum iſtuc mi in hóc eſt.* A. *heia, né parum lenó ſies.*
Númquid hic conſécit? P. *hicine? quód homo inhumaníſſimus:*
Pámphilam meam uéndidit. G. *quid? uéndidit?* A. *ain uéndidit?*
P. *Uéndidit.* D. *quam indígnum facinus, áncillam aere emptám ſuo.*
P. *Néqueo exorare út me maneat, ét cum illo ut mutét fidem,*

habet *gratiis*, ut ratio trochaici expoſcit. FAERNUS. Recte *Gratiis*; quamquam Noſtri omnes *Gratis*. Vide nos ad Adel. IV, 7, 26. Porro vetuſtiſſimi quique Noſtri, Latino more *Faleratis*, non *Phaleratis*.

17 *Neque, Antipho alia cum occupatus eſſet ſollicitudine,*
Tum hoc eſſe mi objectum malum.
Donatus ſic explicat, *Alia, Levi quapiam, non hac de nuptiis quae eſt graviſſima*; hoc voluit; Dolere Phaedriam, adeo occupatum eſſe alia cura Antiphonem; ut de ſuo hoc negotio nec ſpatium ei cogitandi nec voluntas ſit. Atque haec interpretatio fere hodie obtinet; niſi quod Guyetus, cui illa non ſatis fecit, antiquum ſuum obtinens, tres hos verſus ut infitities damnat. Omnino aliud eſt, quod voluit Poeta. Indignatur Phaedria, vel ex aemulatione & invidia inter pares & cognatos, vel quod in miſeria ſocii ſe invicem magis curant & adjuvant; ſe tum in ſolicitudine eſſe, cum Antipho beatiſſimus ſit. Hoc idem ſenſit ſupra I, 3. Antiphonem *amore abundare*, nimia felicitatis copia gravari: & nunc id ipſum hic ſenſiſſe, quae ſequuntur, oſtendunt; *Quid iſtuc eſt autem, Phaedria? O fortunatiſſime Antipho.*

18 *Quid iſtuc eſt autem, Phaedria.* Lege ex Noſtris omnibus,
Quid iſtuc autem eſt, Phaedria.

21 *Mihine domi eſt? immo, quod aiunt.* Legendum eſt ex o. fere l. s. *mihin domi'ſt? immo id quod aiunt*, in dimetiendo autem verſu *mihin*, monoſyllabum faciendum, ut ſit trochaicus; ut proxime praecedentes, & ſequentes. FAERNUS. Sic & Noſtri, *Mihin*.

Nam neque quomodo amittam a me invenio, 22
neque uti retineam, ſcio. Verſus hic eſt trochaicus hypercatalecticus, qui mihi non placet; in Bembino eſt catalecticus, ut ceteri, magis preſſa locutione, magiſque Terentiana:
Nam neque quo pacto a me amittam, neque uti retineam ſcio.
idem eſt & in Victoriano, niſi quod pro *pacto*, habet *quomodo*. FAERNUS.
Nam neque quo pacto a me amittam, neque uti retineam ſcio.
Sic a Faerno eſt: ſed Noſtri omnes: *Nam neque quomodo a me amittam, invenio; neque uti retineam ſcio.* Nimirum huc traductum eſt a I, 3, 24.
Ut neque mi jus ſit amittendi, nec retinendi copia.
& cum in margine libri a quodam annotatum ſit, poſtea in verſus formam redegit corrector ille Bembinus. Parum credibile eſt, eandem ſententiam in eadem fabula ab eadem perſona ad eandem bis dici; neque pro cetera Terentii cura & elegantia eſt, *Auribus teneo lupum*, tam notae ſignificationis, & vulgo tritum proverbium erat; ut explicatione iſta non indigeret.

Nequeo exorare ut maneat. In eodem libro 27
eſt, *ut me maneat.* ita etiam trochaico poſtulante. conjicio & in Victoriano fuiſſe *me*, ſed poſt *maneat*: tantum enim loci in raſura vacat. FAERNUS.
A Noſtris abeſt *Me*; niſi quod unus *Maneat me*.

Digitized by Google

Tríduum hoc: dum id, quód eſt promiſſum, ab amícis argentum aúfero:
Sí non tum dedero, únam praeterea hóram ne oppertús ſiet.
D. *'Optume.* A. *haut longúmſt quod orat, Dório: exorét ſine:*
'Idem hic tibi, quod béne promeritus fúeris, conduplicáuerit.
D. *Uérba iſtaec ſunt.* A. *Pámphilamne hac úrbe priuarí ſines?*
Túm praeterea horúnc amorem díſtrahi poterín pati?
D. *Néque ego, neque tu.* G. *dí tibi omnes íd quod es dignús duint.*
D. *'Ego te compluris aduorſum ingénium meum menſés tuli,*
Póllicitantem et níl ferentem, fléntem: nunc, contra ómnia haec,
Répperi qui dét neque lacrumet: dá locum melióribus.
A. *Cérte hercle, ego ſi ſátis commemini, tibi quidem eſt olím dies,*
Quoád dares huic, praéſtituta. P. *fáctum.* D. *num ego iſtúc nego?*

me, pro *Me maneat. Cum illo mutet fidem.* Sic Leno apud Plautum Pſeud. I, 3, 141.
Si tu argentum adtuleris, cum illo perdiderim fidem.

29 *Ne oppertus ſies.* Repone, ipſa ſententia eo vocante, *Oppertus ſiet*; ut ante *Maneat, Mutet.* Non hoc ad Lenonem loquitur, ſed de Lenone ad Antiphonem & Getam.

30 DO. *Obtundis.* A. *haud longum'ſt id quod orat, Dorio: exoret ſine.* Verſus hic octonarius Iambicus, inter trochaicos, quod, ut ſaepe dixi, non placet mihi. ſunt aliqui libri, inter quos eſt Victorianus, & Baſilicanus, qui non *obtundis*, ſed *obtunde* habent, imperandi modo; ut ſupra, *garri modo.* ita procedit trochaicus, ſi ex *quod d*, abjicias. FAERNUS.
Obtunde. AN. *haut longumſt id quod orat, Dorio, exoret ſine.*
Sic a Faerno: ſed fallitur vir optimus, cum exiſtimat hoc pacto Trochaicum fieri. *Quod* elidi nequit, & *Obtunde*, ſi primam acuat, ingrato modulo aurem vulnerat. Repono:
Optume. AN. *Haut longumſt quod orat.*
Optume per Ironiam, ut *Bene ſane.* Plautus Bacch. III, 4, 3.
Illum exoptavit potius? habeat. Optume ſt.
& IV, 6, 13.
Men criminatuſt? optume ſt. Ego ſum malus.
vel forte. AN. *Triduum? Haut longumſt.*

31 *Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris.* In eiſdem duobus libris non *hoc*, ſed *hic* legitur: quod placet. ut tamen ſit adverbium, id eſt, in hoc negotio. FAERNUS. Noſtri *Hoc.* Recte *Hic*, ſed pronomen eſt.

Tum praeterea horum amorem. Convenientius verſui erit, ſi legas *horunc:* ut in libro Baſilicano. FAERNUS. Noſtri *Horum.* 33

Di tibi omnes id quod eſt dignum duint. Magis figuratam lectionem continent omnes antiqui libri: *Di tibi omnes id quod es dignus duint.* FAERNUS. Ex Noſtris tres primarii, *Es dignus.* 34

Nunc contra omnia. Liber Bembinus addit in fine. pronomen *haec*; aliqui alii quoque *id* habent, ſed alia collocatione verſui repugnante. FAERNUS. 36
Recte *Haec:* unus ex Noſtris *Haec omnia:* a ceteris *Haec* abeſt. Sed diſtingue,
Nunc, contra omnia haec,
Repperi, qui det. ut Adel. I, 1, 19.
Ille, contra haec omnia, Ruri agere vitam.

Certe hercle ſi ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies. Aliqui libri poſt *certe* habent pronomen *ego.* Bembinus & Baſilicanus, & Victorianus poſt *hercle*; quos & ſequimur. quae vero ſequuntur verba, omnes quotquot ſunt, & Donatus, ita ordinant, *tibi quidem eſt olim dies.* Haec laborantem trochaicum ſanant. FAERNUS. Utrumque confirmant libri Noſtri. 38

Eſt olim dies, Quam ad dares huic, praeſtituta. Lege ex Petrenſi noſtro: *Quoad dares. Quoad* ad quem diem. Supra I, 2, 98. *Quid? ſenem Quoad exſpectatis veſtrum?* & II, 4, 22. 39
Percontatum ibo ad portum, quoad ſe recipiat. Plautus.

Digitized by Google

A. *Iam éa praeteriit?* D. *nón, uerum haec ei ántecéssit.* A. *nón pudet* 40
Uánitatis? D. *mínume, dum ob rem.* G. *stérculinum.* P. *Dório,*
'Itane tandem fácere oportet? D. *síc sum: si placeo, útere.*
A. *Sícine hunc decipis?* D. *immo enimuero hic, 'Antipho, me décipit:*
Nam híc me huiusmodi scíbat esse: ego húnc esse aliter crédidi:
'Iste me feféllit; ego isti níhilo sum aliter ác fui. 45
Sét ut ut haec sunt, támen hoc faciam: crás mane argentúm mihi
Míles dare se díxit: si mihi prior tu attuleris, Phaédria,
Meá lege utar; út sit potior, prior ad dandum qui ést. Uale.

ACTUS III. SCAENA III.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

P. *QUI'D faciam? unde ego núnc tam subito huic árgentum inueniám miser,*
Cui minus nihilo est? quód si hinc pote fuísset exorárier

Plautus Pseud. II, 2, 29. *Argento haec dies Praestitutast, quoad referret nobis, neque dum rettulit.*

40 *Verum ei haec anteceſſit.* O. l. s. *verum haec ei.* FAERNUS. Sic, uno excepto, Noſtri omnes.

41 *Stercilinium, Dorio.* Sic dedit Faernus; verſu ipſo melius admonente. Noſter quoque 900 annorum, *Stercilinium*; ſed veterrimus *Sterculinum.* Vel hoc retine vel *Stercilinum:* ſemper enim, quantum ex metro ſcimus, quadriſyllabum eſt. Plaut. Perſ. III. 3, 3.

Commictum coenum, ſtercilinum publicum.

Sic habet & veterrimus Varronis codex, teſte Victorio. Caſin. I, 1, 26.

Ex ſterculino effoſſe, tua illaec praeda ſit?

Sic Pandectae Florentini: ſic in veterrimo Palladii codice reperi. Gloſſarium vetus. *Sterculinum,* κοπρόχωνον, κοπρεμά. Phaedrus III, 12.

In ſterculino pullus gallinaceus,
Dum quaerit eſcam, margaritam repperit.

43 *Immo enimvero, Antipho, hic me decipit,* Lege verſus gratia,
Immo enimvero hic, Antipho, me decipit.

45 *Is me fefellit.* Bembinus liber, & multi alii, *iſte me fefellit.* ut & exigit verſus. FAERNUS. Unus tantum ex Regiis *Iſte:* ceteri *Is.*

Miles ſe dare dixit. O. l. s. *miles dare ſe dixit.* FAERNUS. Etiam Noſtri omnes, *Dare ſe.* 47

Mea lege utar, ut potiór ſit, quí prior ad dandumſt. Vale. Unus Regius cum Edd. vett. *Sit potior.* Repone: 48
Ut ſit pótior, prior ad dandum qui eſt. Vale.

Quod ſi hic potuiſſet nunc exorarier. Aliqui libri, & in iis tres antiquiſſimi & Baſilicanus, ita haec verba ordinant, *quod hic ſi;* quod vero ſequitur, ita eſt in Bembino, *pote fuiſſet exorarier;* ita etiam fuiſſe in Victoriano apparet ex litura, raſuraque litterarum, in qua emendatum eſt *potuiſſet.* Ceterum τὸ *nunc,* extra contextum additum eſt. ſane exponendum, *pote fuiſſet,* pro *potuiſſet:* ſicut & abſolute dixit in Andria: *Si tibi placere potis eſt,* pro *poteſt.* In ſcandendo autem verſu, ex *quod d* elidendum. *quod* vero non adverbium eſt, ſed pronomen. eſt autem hic ordo conſtructioque verborum; unde ego miſer cui minus nihilo eſt, nunc tam ſubito huic inveniam argentum, quod promiſſum fuerat, ſi hic pote fuiſſet exorariet triduum hoc. FAERNUS. 2

Immo *Quod* elidi non poteſt. Tres ex Noſtris *Quod ſi hic:* & Meadianus *Quod ſi hic pote fuiſſet.* Repone:
Cui minus nihilo eſt? quod ſi hinc pote fuiſſet exorarier,

Triduum

Digitized by Google

Tríduum hoc, promíſſum fuerat. A. *ítane hunc patiemúr, Geta,*
Fíeri miſerum, quí me dudum, ut díxti, adiurit cómiter?
Quín, cum opus eſt, benefícium rurſum ei éxperimur réddere?
G. *Scío equidem hoc eſſe aéquom.* A. *age ergo, ſólus ſeruare húnc potes.*
G. *Quíd faciam?* A. *inueniás argentum.* G. *cúpio: ſet id unde, édoce.*
A. *Páter adeſt hic.* G. *ſcío: ſet quid tum?* A. *ah, díctum ſapienti ſat eſt.*
G. *'Itan ais?* A. *ita.* G. *ſane hércle pulchre ſuádes: etiam tu hínc abis?*
Nón triumpho, ex núptiis tuis ſi nil nanciſcór mali,
Ni étiam nunc me huius caúſa quaerere ín malo iubeás malum?
A. *Uérum hic dicit.* P. *quíd? ego uobis, Géta, alienus ſum?* G. *haút puto:*
Sét parumne eſt, quod ómnibus nunc nóbis ſuſcenſét ſenex,
Ni inſtigemus étiam, ut nullus lócus relinquatúr preci?
P *'Alius ab oculís meis illam in ígnotum abducét locum? hem:*
Quín igitur, dum lícet dumque adſum, lóquimini mecum, 'Antipho,
Cóntemplaminí me. A. *quamobrem? aut quídnam facturú's, cedo.*

Triduum hoc, promiſſum fuerat.
Pote neutrius eſt generis, & Triduum caſus recti. *Hinc*, ab hoc lenone; ut Adel. III, 3, 7. *Hinc ſcibo*, ab hoc Syro. Plautus Trin. III, 3, 30.
Ab amico alicunde argentum roges.
Potin eſt ab amico alicunde exorari? Poteſt. Aul. II, 4, 30.
Cenſen? talentum magnum exorari poteſt
Ab hoc ſene? ut dot, qui fiamus liberi.

4 *Adjuverit comiter?* Nos *adjuerit* ſcribimus per ſubtractionem unius *u*, antepenultima hujus verbi correpta; ita & exigente verſu, & legente Donato, qui ſuper hoc verbo ita dicit *ſecundum u pronuntiari debet.* ex iis Donati verbis liquet, ſecundum *u* ſcriptum non fuiſſe, alioqui ſupervacuum fuiſſet de ejus pronuntiatione praecipere. FAERNUS.
Immo ſcribendum *Adjurit*; ut Ennius apud Cic. De Senectute;
O *Tite, ſiquid ego adjuro curamve levaſſo.*
ut & Muretus vidit.

5 *Quin cum opus eſt, beneficium rurſum ei experiamur reddere?* Liber Bembinus *experiemur.* nos *experimur* legendum eſſe conjicimus. FAERNUS. Noſtri omnes *Experiamur.*

9 *Itane. 'Ita.* *Itane* non poteſt pedem hic ſuſtentare. Codex Regius: *Itane dicis? Ita.* Lege: *Itan ais? Ita.*

Ex tuis nuptiis. O. l. s. *ex nuptiis tuis*, ut & exigit verſus: *tuis* autem monoſyllabum eſt; ſicut & *nihil*, quod ſequitur. FAERNUS. Et omnes Noſtri *Nuptiis tuis.* 10

Quaerere in malo jubeas crucem. Donatus ad locum: *In malo aliud malum.* Legebat certe, *Quaerere in malo jubeas malum:* Plautus Ciſt. I, 2, 23. 12
Item ut aliae pariunt, quae malum quaerunt ſibi. Poen. V, 5, 37.
Qui huic es moleſtus, an malam rem quaeritas? Mil. II, 3, 3. *Me vidiſſe hic proximae vicinae Philocomaſium herilem amicam ſibi malam rem quaerere.* Sic ibi corrigo: Vulgo, *Sibi alium quaerere.* Caſ. II, 3, 48. *Tu tibi malam rem quaeris. Quaerere malum*, ultro accerſere. Bacch. III, 3, 22. *Hoc etiam ad malum accerſebatur malum.* Noſter infra v. 22. *Verum enim metuo malum.* Malum, non crucem.

In ignotum hinc abducet locum? Tò *hinc* non eſt in libro Bembino, nec Victoriano. qua dempta dictione, ſtat trochaicus, aliter impeditus. FAERNUS. Abeſt a duobus Noſtris. 15

Dum igitur diem licet, dumque adſum. Hanc lectionem in nullo repperi libro ſcripto; omnes enim ita habent, *Dum igitur licet dumque adſum*, exceptis Bembino, Victoriano, qui ita, *Tum igitur dum licet*, quam nos lectionem, ut & antiquiſſimam, & verſui commodam, ita recipimus. 16

Digitized by Google

P. *Quóquo hinc aſportábitur terrárum, certum eſt pérſequi,*
Aút perire. G. *dí bene uortant, quód agas: pedetemptim tamen.*
A. *Uíde opis ſiquid pótes adferre huic.* G. *ſíquid? quid?* A. *quaere óbſecro:*
Néquid plus minúſue faxit, quód nos poſt pigeát, Geta.
G. *Quaéro: ſaluos éſt, ut opinor: uérum enim metuó malum.*
A. *Nóli metuere: úna tecum bóna, mala, tolerábimus.*
G. *Quántum eſt opus argénti, eloquere.* P. *ſólae triginta minae.*
G. *Triginta? hui percáraſt, Phaedria.* P. *iſtaec uero úilis eſt.*
G. *'Age, age, inuentas réddam.* P. *o lepidum.* G. *auférte.* P. *iam opuſt.*
G. *iám feres:*
Sét opus eſt mi Phórmionem ad hánc rem adiutorém dari.
A. *Praéſtoſt: audacíſſume oneris quíduis impone, ét feret:*
Sólus eſt homo amíco amicus. G. *eámus ergo ad eum ócius.*
A. *Númquid eſt quod operá mea uobis ópus ſit?* G. *nil: uerum ábi domum,*
'Et illam miſeram, quam égo nunc intus ſcío eſſe exanimatám metu,
Cónſolare. *céſſas?* A. *nihil eſt, aéque quod faciám lubens.*
P. *Quá uia iſtuc fácies?* G. *dicam in ítere: modo te hinc ámoue.*

cipimus, ut tamen *dumque adſum* legamus ex Victoriano, & ceteris, praeter Bembinum, qui copulam non habet. FAERNUS.

Unus Noſter 900 annorum *Tum igitur*, ceteri *Dum igitur licet*. Veram lectionem ſervavit Servius ad Aen. IX, 484.

Quin igitur dum licet dumque adſum.

In principio verſus, ut in Membranis ſolet, initiali litera omiſſa ut minio poſtea ſcribatur; reſtat *um*; quod neſcias, utrum ad *Dum, Tum, Cum*, an ad *Quin* pertineat. Inde errato initium.

19 *Pedetemptim.* Sic codices Faerni veteres & Noſtri. Apud Nonium ſcribitur *Pedetemtim*. Hoc in omne genus MSS animadverti, tam veterrimis mille & ducentorum annorum quam recentioribus, vel *Temptare* ſcribi vel rarius *Temtare*; numquam, quod hodie obtinet, *Tentare*.

20 *Vide ſiquid opis potes adferre huic. Síquid? quid?* Ex repetitione, quae prioris accentum ſervare debet; repone:

Vide opis ſíquid potes adferre huic. Síquid.

23 *Bona malaque tolerabimus.* Conjunctione deleta ex auctoritate ejuſdem antiquiſſimi libri, hunc trochaicum ſuſtentamus, aliter laborantem. FAERNUS. Noſtri *Malaque*.

Quantum opus eſt tibi argenti. Ratio trochaici exigit, ut *tibi* monoſyllabum ſit. FAERNUS. 24

Quantum opus eſt tibi argenti, loquere. Tibi in unam ſyllabam redigi negat. A codice Petrenſi abeſt *Tibi*. Pro *Loquere* Codex C. C. *Eloquere*. Ex Meadianis alter,

Quantum eſt opus tibi argenti, eloquere.

Repone, ut *'Opus* in Ictu ſit,

Quantum eſt opus argenti, eloquere. Solae triginta minae.

Iſtaec vero vilis eſt. Noſtri plerique, *Iſta vero*. 25

G. *Age, age inventas reddam.* PH. *o lepidum caput*. In libro Bembino non eſt ea dictio, *caput*, quam nos proinde delentes, ita verſum ordinamus, ut ſit trochaicus tetrameter catalecticus, ut ceteri hoc modo: 26

G. *Age, age, inventas reddam.* PH. *o lepidum.*
G. *aufer te hinc.* PH. *iam opus eſt.* G. *iam feres.*

FAERNUS.

O lepidum. Aufer te hinc. Jam opus eſt. Jam feres. Noſtri omnes *Caput*. Tres bonae notae *Auferte*. A veterrimo abeſt *Hinc*. Repone:

Age

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA I.

DEMIPHO. CHREMES.

D. *QUID? quá profectus caúsa hinc es Lemnúm, Chreme,*
Addúxtin tecum fíliam? C. *non.* D. *quíd ita non?*
C. *Poſtquám uidet me eius máter eſſe hic díutius;*
Simul aútem non manébat aetas uírginis
Meam néclegentiam; ípſam cum omni fámilia
Ad mé profectam eſſe aíbant. D. *quid illic támdiu*
Quaeſo ígitur commorábare, ubi id audíueras?
C. *Pol mé detinuit mórbus.* D. *unde? aut quí?* C. *rogas?*
Senéctus ipſaſt mórbus. ſet ueníſſe eas
Saluás audiui ex naúta qui illas uéxerat.
D. *Quid gnáto optigerit me ábſente, audiſtín, Chreme?*
C. *Quod quídem me factum cónſili incertúm facit.*
Nam hanc cónditionem ſí cui tulero extrário,

Age age, inventas reddam. O lepidum. Auferte. Jám opuſt: Jám feres. *Auferte*; abſolute; ut Adel. V, 8, 14. *Inſanis: aufer.* Et *Auferte amplexari*; quia uterque prae gaudio in amplexus Getae ruebant. *Jám opuſt* melius; quam *Jam ópus eſt:* ut utrumque *Jám* acuatur.

29 PH. *abi, dic praeſto ut ſit domi.* Haec verba neque in libro Bembino ſunt, neque in contextu Victoriani: proinde ſubditicia ſuſpicamur. FAERNUS.

Duplex clauſula jam olim huic verſui appoſita eſt: [GE. *Eamus ergo ad eum ocius.* AN. *Solus eſt homo amico amicus:* —
[PH. *Abi dic, praeſto ut ſit domi.* Et fieri quidem poteſt, ut utraque vera ſit; ſcilicet ut eodem tempore uterque, Geta & Phaedria, loqueretur: ut Hec. V, 2, 24, & 25. videntur eodem tempore Laches & Phidippus ſuos verſus pronuntiaſſe. Libri Noſtri utramque habent; niſi quod veterrimus priorem omittit: Bembinus contra & Victorianus poſteriorem. Si ex eventu judicare licet (etſi Phaedria, tum ignarus quid Geta moliretur, *abire* eum fortaſſe juſſerit, ipſe ſecuturus) poſterior repudianda erit. Geta enim, non praecurrit ad Phormionem; ſed una cum Phaedria ad eum viſit.

Numquid eſt, quod opera mea. Ex *numquid*, & ex *quod d* eliditur: *mea* & *nihil* monoſyllaba ſunt. FAERNUS. *Eſt* hic corripitur, non *Quid* & *Quod* eliduntur. 30

Dicam in itinere. Lege, *Dicam in itere.* Vide ad Heaut. II, 3, 30. 33

Ad me profectam eſſe aiebant. Aiebant diſſyllabum eſt, ut ſtet verſus. ſunt tamen complures libri, qui verſum hunc ea verborum collocatione habent, ut in dimetiendo nihil ſit difficultatis, *Ad me eſſe profectum aiebant.* nos tamen vulgatam ſequimur, ut antiquiſſimam. FAERNUS. Noſtri omnes *Profectam eſſe.* Recte. *Aibant* diſyllabon ſemper apud Noſtrum. 6

Ubi id audiveras? Antiquiſſimi libri, & multi alii *audieras.* ſed & hoc modo penultima producenda. FAERNUS. Quattuor Noſtri primarii, praeter alios, *Audiveras*; ſic pronuntiandum, ſic & ſcribendum. 7

Quod quidem me factum. Arbitror ex *quod d* elidi, ut brevi remanente ea ſyllaba, primus pes ſit anapaeſtus. FAERNUS. Immo *Quidem*, ut paſſim, ultimam corripit. 12

Digitized by Google

Quo pácto aut unde míhi ſit, dicundum órdine eſt.
Te míhi fidelem eſſe aéque atque egomet ſúm mihi
Scibam: ílle ſi me aliénus adfiném uolet,
Tacébit, dum intercédet familiáritas:
Sin ſpréuerit me, plús quam opus eſt ſcitó ſciet.
Uereórque, ne uxor áliqua hoc reſciſcát mea:
Quod ſí ſit, ut me excútiam atque egrediár domo,
Id réſtat: nam ego meórum ſolus ſúm meus.
D. *Scio ita éſſe: et iſtaec míhi res ſollicitúdiniſt:*
Neque défetiſcar úſque adeo experírier,
Donéc tibi id quod póllicitus ſum effécero.

ACTUS IV. SCAENA II.

GETA.

EGO hóminem callidiórem uidi néminem,
Quam Phórmionem. uénio ad hominem, ut dícerem
Argéntum opus eſſe, et íd quo pacto fieret.
Uix dúm dimidium díxeram, intelléxerat:
Gaudébat: me laudábat: quaerebát ſenem:

16 *Sciebam: ille ſi me alienus.* Ex libro Bembino lego *ſcibam:* ita verſus ſine ulla difficultate procedit. FAERNUS. Noſtri *Sciebam*; & ex Bembino hic colligas, recte nos feciſſe qui in ceteris locis, ubi ipſe Bembinus fallit, ex metri lege ſyllabas contraximus.

20 *Uti me excutiam* O. l. s. *ut.* FAERNUS. Et Noſtri omnes *Ut.*

23 *Neque defetiſcar uſque ego experirier.* Maxima quidem pars librorum ita habet, ut in lectione vulgata. ſed Bembinus ita.. *Neque adeo defitiſcar umquam experirier*, quod ſtare non poteſt, niſi τὸ *adeo*, penultima ſit dictio hujus verſus: quemadmodum & in libro Terentii ſcripto inveni eam collocatam, & apud Priſcianum libro decimo hunc locum citantem. ita etiam Paulus Manutius impreſſit. nos tamen lectionem libri Bembini, ut antiquiſſimam malumus, ſuſtentantes verſum, vel eliſione *r*, ex *defetiſcar*, vel *e*, ex *experirier*. FAERNUS.

Neque adeo defetiſcar umquam experirier.

Sic dedit Faernus; ſed eliſiones iſtae, quas ſuggerit, indignae ſunt Terentio. Noſtri, ad verſum ſaltem, commodius;

Neque defetiſcar umquam ego experirier.

Sed bis hunc citat locum Priſcianus p. 889 & 1147; atque ibi tam in editis quam ſcriptis ſic exhibetur;

Neque defetiſcar uſque adeo experirier.

Recte. *Uſque adeo donec:* ut And. IV, 1, 38. *Suadere, orare; uſque adeo donec perpulit.*

Argento opus eſſe. In Bembino legitur *argentum:* quod non diſplicet: antiqui enim *opus eſſe* etiam cum accuſativo jungebant. FAERNUS. Noſtri *Argento.* 3

Ubi Phaedriae ſe oſtenderet nihilo minus Amicum eſſe, quam Antiphoni: hominem ad forum. Alter ex his verſus vitio quodam laborat, quod per te ipſe deprehendes. Codex Regius habet, *Amicum ſe eſſe*; etſi in priore colo *Se* habuerit. Repone: 7

Ubi Phaedriai oſtenderet nihilo minus
Amicum ſe eſſe, quam Antiphoni: hominem
ad forum.

Phaedriai, ut ſupra *Cliniai*, *Hoſpitai.*

Qui

Dis grátias agébat, tempus ſíbi dari,
Ubi Phaédriai oſténderet nihiló minus
Amícum ſe eſſe, quam 'Antiphoni. hominem ád forum
Iuſſi ópperiri: eo me éſſe adducturúm ſenem.
Set eccum ípſum. qui eſt ultérior? attat Phaédriae
Pater uénit. ſet quid pértimui autem bélua?
An quía, quos fallam, pro úno duo ſunt mihi dati?
Commódius eſſe opínor duplici ſpe útier.
Petam hínc unde a primo inſtitui: is ſi dát, ſat eſt:
Si ab eó nil fiet, tum húnc adoriar hóſpitem.

ACTUS IV. SCAENA III.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

A. *EXSPE'CTO, quam mox récipiat ſeſé Geta.*
Set pátruum uideo cúm patre adſtantem. eí mihi,
Quam tímeo, aduentus húius quo inpellát patrem.
G. *Adíbo: o ſalue, nóſter Chreme.* C. *ſalué, Geta.*
G. *Uenire ſaluum uólupeſt.* D. *credo.* G. *quíd agitur?*
C. *Multa áduenienti, ut fít, noua hic complúria.*

10 *Quis eſt ulterior?* Corrige. *Qui eſt ulterior?* vel fortaſſe, *Qui iſte ulterior?*

11 *Pater venit.* Ex *pater r* debet elidi. FAERNUS. Id ſollemne eſt in primo verſus pede.

15 *Si ab hoc nihil fiat.* Liber Bembinus, *ſi ab eo.* & praeterea, & hic liber, & omnes alii, *nihil fiet* habent. FAERNUS. *Fiet* Noſtri omnes; iidem tamen *Hoc.*

1 *Exſpecto quam mox recipiat huc ſeſe Geta.* Tres antiquiſſimi libri & Baſilicanus non habent, *τὸ huc*, nec Donatus. FAERNUS. Etiam Noſtri neſciunt illud *Huc.*

2 *Sed patruum cum patre video.* O. l. s. *Sed patruum video cum patre.* quae collocatio meliorem efficit numerum. FAERNUS. Sic & Noſtri.

4 *Adibo hoſce: o noſter Chremes.* CH. *ſalve Geta.* Liber Bembinus ita habet, *O ſalve noſter Chreme.* quod ſi recipimus, oportebit primam hujus verſus ſyllabam praecedenti applicare. & vel ex *noſter r* elidere, vel in *Chreme*, poſteriorem corripere. ita etiam numerus erit melior. nam in vulgata lectione duo medii pedes ſinguli ex integris conſtant partibus orationis, quod in ſenariis, & heroicis verſibus vitioſum eſſe, auctor eſt Gellius lib. XVIII. cap. ultimo. FAERNUS.

Adibo hoſce. o ſalve noſter Chreme. Salve Geta. Sic a Faerno eſt ex Bembino. Sed tolle illud *Hoſce*, & repone.

Adibo: o ſalve noſter Chreme: ſalve Geta. *Adibo* abſolute, ut Eun. III, 2, 8.

Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam. Adel. III, 4, 14.

Adibo: ſalvere Hegionem plurimum Jubeo. & ita ſaepe alibi. Noſtri omnes ſic habent.

Adibo hoſce: o noſtér Chremés. Salve Geta. In quo hoc primum peccatur; quod Geta Chremetem ſalvere non jubet: deinde id quod ex Gellio notat Faernus, medios duos pedes *Noſter Chremes* ex integris verbis conſtare; id vitioſe fieri metrici olim animadverterunt; nempe quia tum neceſſe eſt, ut ſyllabae ultimae acuantur, contra Latinae linguae indolem.

Digitized by Google

G. *Ita. de Antiphone audíſtin quae facta?* C. *ómnia.*
G. *Tun díxeras huic? fácinus indignúm, Chreme,*
Sic círcumiri? D. *id cum hóc agebam cómmodum.*
G. *Nam hercle égo quoque id quidem ágitans mecum ſédulo,*
Inuéni, opinor, rémedium huic rei. C. *quíd, Geta?*
D. *Quod rémedium?* G. *ut abii ábs te, fit forte óbuiam*
Mihi Phórmio. C. *qui Phórmio?* G. *is qui iſtám.* C. *ſcio.*
G. *Viſum éſt mi, ut eius temptárem prius ſententiam.*
Prendo hóminem ſolum: cúr non, inquam, Phórmio,
Vidémus, inter nós haec potius cúm bona
Ut cómponantur grátia, quam cúm mala?
Erus liberalis éſt et fugitans lítium:
Nam céteri quidem hércle amici omnés modo
Uno óre auctores fuére, ut praecipitem hánc daret.
Quid hic coéptat, aut quo euádet hodie? G. *an légibus*
Datúrum poenas díces, ſi illam eiécerit?
Iam id éxploratumſt: heía ſudabís ſatis,
Si cum íllo inceptas hómine: ea eloquéntia eſt.

9 *Cum hoc id agebam commodum.* O. l. s. *id cum hoc a. c.* FAERNUS. Sic & omnes Noſtri.

10 *Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans ſedulo.* Soli libri Vaticanus, & Victorianus, & Baſilicanus ita habent; ut in lectione vulgata. at vero omnes alii, & in iis Bembinus, ſine τὸ *quidem*, hoc modo,

Nam hercle ego quoque id agitans mecum ſedulo;

qua lectione admiſſa, non fiet colliſio in, *nam hercle*. FAERNUS.

Nam hercle ego quoque id agitans mecum ſedulo. Sic dedit Faernus; ſed in *Nam hercle* neceſſario fit colliſio; Ergo recte, quod & Noſtri omnes, recentiore uno excepto,

Nam hercle ego quoque id quidem agitans mecum ſedulo.

12 DE. *quid Geta?* Haec verba Chremeti liber Bembinus aſcribit, duo ſequentia Demiphoni. FAERNUS.

Recte hoc Bembinus; & idcirco, quod omiſit Faernus, in Textum recepimus. Prior reſpondet Chremes; cujus major res agitur, & propior cura ac ſollicitudo eſt.

14 *Viſum eſt mihi, ut ejus témptarém ſententiam.* Codex noſter veterrimus pro *Ejus* habet *Prius*; alter 900 annorum *Prius ejus*: Tertius *Ejus pertemptarem*. Certe illud *Témptarém*, pes moloſſus cum duplice accentu, dehoneſtat hunc verſum. Repono:

Viſum éſt mi, ut ejus temptárem prius ſententiam.

Ovid. Metam. I, 190. *Cuncta prius temptata.*

16 *Vides, inter vos ſic haec potius cum bona.* Non placet illud *Sic*; ab aliquot libris abeſt; in aliis *Si*. Praeterea in multis eſt *Nos* non *Vos*; & ſic olim Eugraphius, qui ita παραφράζει, *Ut haec componamus.* Repono:

Videmus, inter nos haec potius cum bona
Ut componantur gratia, quam cum mala.

Certe cum *Inter nos* vel *Inter vos* dicit; utriuſque partis officium notat, non unius tantum. Quare aut *Videmus inter nos* lege; aut *Videtis inter vos*. Apud Priſcianum tamen p. 1103. *Vides inter vos.*

25 *Verum pone eſſe victum eum.* Idem liber *pono*; quaſi diceret, concedo. FAERNUS. Noſtri omnes: *Pone.*

26 *Non capitis ejus res agitur, ſed pecuniae.* In ſcandendo verſu, *ejus* monoſyllabum eſt; quae

Uerúm pono esse uíctum eum: at tandém tamen
Non cápitis ei res ágitur, set pecúniae.
Postquam hóminem his uerbis séntio mollírier;
Solí sumus nunc, ínquam, hic: eho, quid uís dari
Tibi ín manum, érus ut hís desístat lítibus:
Haec hínc facessat, tú molestus né sies.
A. *Satinílli di sunt própitii?* G. *nam sát scio,*
Si tu áliquam partem aequíbonique díxeris,
Ut est ílle bonus uir, tría non commutábitis
Uerba hódie inter uos. D. *quís te istaec iussít loqui?*
C. *Immó non potuit mélius peruenírier*
Eo quó nos uolumus. A. *óccidi.* C. *perge éloqui.*
G. *A prímo homo insaníbat.* D. *cedo, quid póstulat?*
G. *Quid? nímium quantum.* C. *quántum? dic.* G. *siquís daret*
Taléntum magnum. D. *immó malum hercle: ut níl pudet?*
G. *Quod díxi adeo ei: quaéso, quid si fíliam*
Suam únicam locáret? parui réttulit
Non súscepisse: inuénta est quae dotém petat.

quae licentia vitaretur si legeretur, ut in contextu libri Victoriani:

Non capitis ejus agitur, sed pecuniae.

aut ut in Bembino, *non capis.* quod forte procedit pro *capitis*, ficut antiqui, *lapis* dixerunt in genitivo. FAERNUS.

Nihil opus est istis: *Ejus* monosyllabon est saepius fere quam disyllabon. Potius tamen legendum est, ut in veteri codice apud Guyetum;

Non capitis ei res agitur, sed pecuniae.

28 *Soli sumus nunc inquam: eho dic quid velis dari.* In o. l. s. *nunc hic inquam* legitur; in aliquibus non est verbum *dic*, inter quos est Bembinus; qui etiam pro *velis*, *vis* habet, ut versus expoſcit. ita legendum:

Soli sumus nunc hic, inquam; eho, quid vis dari. FAERNUS.

Soli sumus nunc hic, inquam: eho quid vis dari. Miror in omnibus Faerni libris *Hic inquam* fuisse; cum in Noſtris sit universis *Inquam hic:* atque id recte; ut *Inquam* sit in Ictu. Noſtri tamen mox mendose, *Dic quid velis dari tibi in manum.*

29 *Tibi in manum, út erus his desístat litibus.* Ne *Erus* extra Ictum penitus abscondatur, Repone;

Tibi in manum, érus ut his desístat litibus.

Ut ille est bonus vir. O. l. s. habent: *ut est ille s* in dimetiendo versu ex *est s* elidetur; ut in prima sede sit anapaestus. FAERNUS. Codex C. C. & alter e Meadianis, *Ut ille est.* 33

Quid? nimium, quantum libuit. C. *dic.* G. *siquis daret.* Codex 900 annorum *Quantum voluit*; & *Libuit* pro varia lectione inter lineas. Hinc colligas utrumque additicium esse. Lege, quod jam ab aliis occupatum est. 38

G. *Quid? nimium quantum.* C. *Quantum? dic.* G. *Siquis daret.*

Sic olim legebat Celsus Grammaticus apud Charisium p. 185. *Nimium quantum: Terentius in Phormione. Ubi Celsus pronunciat; uti* Immane quantum, Incredibile quantum. *Licet quidam sic legant, inquit, ut* Nimium *servus dicat,* Quantum *vero senes: sed sententiam non intellegunt.*

CH. *Immo malum hercle.* Hoc cum Libris noſtris Demiphoni tribue: ut & illud superius: *Cedo quid postulat?* Convenit illum exclamare; quippe qui de suo solvendum forte credebat. 39

Nam

Ut ad paúca redeam, ac míttam illius inéptias:
Haec dénique eius fuít poſtrema orátio:
Ego, ínquit, iam a princípio amici filiam,
Ita ut aéquom fuerat, uólui uxorem dúcere.
Nam míhi uenibat ín mentem eius incómmodi,
In ſéruitutem paúperem ad ditém dari.
Set mi ópus erat, ut apérte tibi nunc fábuler,
Aliquántulum quae adférret qui diſſóluerem
Quae débeo: et etiám nunc, ſi uolt Démipho
Dare quántum ab hac accípio, quae ſponſáſt mihi;
Nullám mihi malim, quam íſtanc uxorém dari.
A. *Utrúm ſtultitia fácere ego hunc an málitia*
Dicám, ſcientem an ímprudentem, incértus ſum.
D. *Quid, ſi ánimam debet?* G. *áger oppoſituſt pígnori*
Ob décem mnas, inquit. D. *áge, age, iam ducát: dabo.*
G. *Aedículae item ſunt ób decem alias.* D. *oíei,*
Nimiúmſt. C. *ne clama: pétito illaſce a mé decem.*

47 *Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,*
In ſervitutem pauperem ad ditem dari.
Non procedit oratio. *Ejus* hic eſt, Phanii virginis: conſequens ergo erat, ut *Eam* dari diceret, non generali ſententia *Pauperem*. Repone:
Nam mihi venibat in mentem ejus incommodi; hoc eſt, *Id incommodum in mentem veniebat.* Ita ſupra I, 3, 2. *Ubi in mentem ejus adventi venit:* ubi Donatus: *Sic veteres genitivo caſu proferebant; ut Cicero: Fac tibi paternae legis Acilias veniat in mentem. Venibat*, ut ſupra v. 37. *Inſanibas.*

57 *Ob decem minas, inquit.* Repone:
Ob décem mnas, inquit; ut Graeci μνᾶς. Ita ſaepe apud Plautum pronuntiatur.

58 DR. *hoi, hui.* Liber Bembinus, *oi, ei:* quam lectionem ſequimur. FAERNUS. Noſtri perperam *Hui.* Vide ad Heaut. I, 3, 31.

59 *Petito haſce a me decem.* Repone verſus gratia; *Petito illaſce a me decem.*

60 *Tum autem pluſcula ſupellectile opus eſt.* Τὸ *autem* nullus habet liber ſcriptus, nec Priſcianus hunc locum citans: ſed nec verſus admittit. FAERNUS.
Uxori emenda ancillulaſt: tum pluſcula. Quid hoc eſt, quod nullus apud Faernum liber *Autem* habuerit, noſtri habeant univerſi? Et quidem melius, ſi cum codice Petrenſi *Ancilla* hic legatur:
Uxori emenda ancillaſt: tum autem pluſcula. And. I, 5, 34. *Tum autem hoc timet, Ne deſerás ſe.* Eun. II, 3, 11. *Tum autem qui illum flocci fecerim.* Omittit tamen Priſcian. p. 611.

62 *His rebus ſane pone inquit decem minas.* Hic verſus enervis & elumbis incedit. Noſtri omnes *Pone ſane.* A duobus abeſt *Minas.* Repone:
His rebus alias pone ſane, inquit, decem.

63 *Sexcentas proinde potius ſcribito jam mihi dicas.* Nec in libro Bembino, nec in Victoriano, nec etiam in quibuſdam libris ſcriptis Donati eſt *τὸ potius:* quod & verſui incommodum eſt: & praeterea in omnibus antiquiſſimis ſcriptum eſt *ſeſcentas* per *s.* FAERNUS. Noſtri *Perinde* vel *Proinde potius*; niſi quod ab uno abſit *Potius.*

68 *Aequum eſt amittere.* Ex o. l. s. & Donato ita

C. *Uxóri emunda ancíllaſt: tum autem plúſcula*
Supelléctile opus eſt: ópus eſt ſumptu ad núptias:
His rébus alias póne ſane, inquít, decem.
D. *Seſcéntas proinde ſcríbito iam míhi dicas:*
Nil do: inpuratus me ílle ut etiam inrídeat?
C. *Quaeſo, égo dabo, quiéſce: tu modo fílius*
Fac ut íllam ducat, nós quam uolumus. A. *eí mihi:*
Geta, óccidiſti mé tuis fallácíis.
C. *Mea caúſa eiicitur: me hóc eſt aequom amíttere.*
G. *Quantúm poteſt me cértiorem, inquít, face:*
Si illám dant, hanc ut míttam: ne incertús ſiem:
Nam illí mihi dotem iám conſtituerúnt dare.
C. *Iam accípiat: illis répudium renúntiet:*
Hanc dúcat. D. *quae quidem ílli res uortát male.*
C. *Oppórtune adeo argéntum nunc mecum áttuli,*
Fructúm, quem Lemni uxóris reddunt praédia:
Inde ſúmam: uxori, tíbi opus eſſe, díxero.

ita colloca, *eſt aequum*. FAERNUS. Sic & Noſtri.

69 *Quantum potes*. Liber Bembinus *poteſt*: quae duae ſunt partes orationis, *pote* & *eſt*. ut ſit ſenſus, tam celeriter quantum pote eſt me certiorem fac. FAERNUS. Noſtri *Potes*. Sed recte *Poteſt*. Vide Adel. IV, 6, 66.

70 *Hanc ut omittam*. Bembinus, & aliqui alii libri *mittam*. FAERNUS. Noſtri omnes *Mittam*.

72 *Jam accipiet*. Omnes fere libri: *jam accipiat*. ita & Bembinus & Victorianus & Baſilicanus. FAERNUS. Meliores Noſtri *Accipiat*.

74 *Nunc argentum mecum attuli*. Numero meliore collocantur haec verba in aliquot libris ſcriptis, & Donato: *nunc mecum argentum a.* at in Bembino, *argentum nunc mecum a.* licet deinde annotata ſit inverſio. FAERNUS.

Opportune adeo nunc mecum argentum attuli. Noſtri fere omnes *Argentum mecum*: quare placet qui in Bembino eſt ordo,

Opportune adeo argentum nunc mecum attuli.

Id ſumam. Sic & Donatus, ſed liber Bembinus *inde ſumam*. prima autem hujus verſus ſyllaba praecedentis fini applicabitur. FAERNUS. 76

Noſtri omnes *Id*, ſed perperam. Si *Id* legis, totum id quod a Lemno attulit Triginta minae erant: Si *Inde*, e multo majore ſumma ſumit minas triginta. Quin & Donatus, ſi animum attendas, legebat *Inde. Id ſumam; non fructum, ſed argentum*. Sic hodie editum: ſed, niſi *Inde* ſcripſeris, putidiſſima annotatio eſt. Quis enim dubitaverit, non conjungi *Id fructum?* Ceterum prima hic ſyllaba non priori verſui applicanda eſt; ſed primi pedis licentia *Inde* corripitur.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA IV.

ANTIPHO. GETA.

A. *GETA.* G. *hém.* A. *quid egisti?* G. *émunxi argentó senes.*
A. *Satin ést id?* G. *nescio hércle, tantum iússus sum.*
A. *Eho, uérbero, aliud mihi respondes ác rogo?*
G. *Quid érgo narras?* A. *quíd ego narrem? operá tua*
Ad réstim mi quidem rés redit planíssime.
Ut té quidem omnes, dí deae, superi inferi,
Malís exemplis pérdant! em, si quíd uelis,
Huic mándes, qui te ad scópulum e tranquillo aúferat.
Quid mínus utibile fuit, quam hoc ulcus tángere
Aut nóminare uxórem? iniecta est spés patri
Posse íllam extrudi. cédo nunc porro, Phórmio
Dotém si accipiet, úxor ducenda est dómum,
Quid fíet? G. *non enim dúcet.* A. *noui. céterum*
Cum argéntum repetent, nóstra causa scílicet

1 *Emunxi argento senes.* Nonius in v. Emungi & rursus v. Emungere *Senem* habet.

2 *Satín id est?* Meliores Nostri magno numero, *Satin ést id?* Recte. Mox v. 5. lege *Redit* pro *Rediit*, & sic Prisc. p. 757.

6 *Ut te quidem omnes dii deaeque, superi, inferi.* Dele illud *Que*, quod cum versui tum elegantiae inimicum est. Si ultima, certe & priora per asyndeton dici debent. Et sic codex vetus apud Guyetum: qui tamen hunc cum sequentibus duobus pro spuriis ablegat. Quae haec vesania est? Apud Priscianum p. 1141. & Charisium p. 197. *Dii deaeque.*

8 *Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.* Hic versus nec est in libro Bembino, nec in Victoriano, nec Basilicano, nec exponitur a Donato, nec sane multum momenti ad sensum affert. & praeterea inusitati, aut certe admodum rari generis est, quippe trochaicus dimeter hypercatalecticus. quibus omnibus adducti sumus, ut eum ex libro nostro deleremus: ut & Robertus Stephanus ante nos fecit. eum tamen versum omnes alii habent libri scripti, sed ita ut verba praecedentia, id est, *Quod quidem recte curatum velis*, aut non habeant, aut fere addita extra contextum habeant. in omnibus contextus hic fere sit: *Huic mandes, qui te ad scopulum e tranquillo inferat.* hoc item modo versus esset senarius, sed nos antiquissimam lectionem sequimur. FAERNUS.

Versus hic jam olim duplici colo claudebatur:

[*qui te ad scopulum e tranquillo auferat*
Huic mandes,—
[*quod quidem recte curatum velis.*

In Nostris plerisque utrumque est; sed in his hoc prius venit, in aliis illud: unus ex Regiis posterius hoc non habet: contra tres primarii apud Faernum prius ignorant. Quaeritur jam, utrum ab Auctore sit, utrum interpolatum. Faernus & post eum plerique alii prius hinc exulatum mittunt, posterius adscisunt: in quo judicium eorum & acumen desidero. Vix enim dubito, quin olim huc traductus sit in marginem ex Adel. III, 3. duodevicesimus versus;

Em, huic mandes, siquid recte curatum velis,

ut huic geminus & germanus, *Em siquid velis, huic mandes.* Postea is, ut saepe evenit, in textum se insinuavit. Atque in Adelphis quidem nihilo illo melius aptiusve dici potest; hic nihil putidius aut inanius. Quid enim in se habet, quod non prius dictum sit; *Si quid velis* id ipsum est quod *Siquid recte curatum velis.* Ergo hic habemus δὶς ταυτόν. Contra in

In néruom potius íbit. G. *nihil eſt, Antipho,*
Quin málе narrando póſſit deprauárier.
Tu id quód boni eſt excérpis: dicis quód mali eſt.
Audí nunc contra iám: ſi argentum accéperit,
Ducénda eſt uxor, út ais: concedó tibi:
Spatiúm quidem tandem ápparandis núptiis,
Uocándi, ſacrificándi dabitur paúlulum.
Intérea amici, quód polliciti ſúnt, dabunt:
Inde íſte reddet. A. *quámobrem? aut quid dicét?* G. *rogas?*
Quot rés poſt illa mónſtra euenerúnt mihi?
Intróiit in aedis áter alienús canis:
Anguís in impluuium décidit de tégulis:
Gallína cecinit: ínterdixit háriolus:
Arúſpex uetuit: ánte brumam autém noui
Negóti nihil incípere cauſa eſt ſóntica.
Haec fíent. A. *ut modo fíant.* G. *fient: mé uide.*
Pater éxit: abi, dic éſſe argentum Phaédriae.

in altero verba egregia, ſententia illuſtris, *Qui in ſcopulum e tranquillo auferat.* Dixerat Geta III, 1, 15. *Sic ſe habent principia: adhuc tranquilla res eſt.* Jure ergo hic Getae iraſcitur; qui ex tranquilliſſima re in novas, ut putabat, turbas & in perniciem eum conjecerit. *Auferat*, ut plerique omnes libri habent, de tempeſtate & fluctu proprie dictum. Ovidius, Amor. II, 4.

Auferor ut rapida concita puppis aqua,

vel lege *Ferat:* Plautus Merc. I, 2, 84.

Equidem jam cenſebam me eſſe in terra atque in tuto loco:
Verum video me ad ſaxa ferri ſaevis fluctibus.

Moſt. III, 1, 147.

Iterum jam ad unum ſaxum me fluctus ferunt.

22 *Interea amici quod polliciti ſunt argentum dabunt.* Ex auctoritate libri Bembini, & Victoriani, verſuſque ratione delentes dictionem *argentum*, legimus, *quod polliciti ſunt, dabunt.* FAERNUS. Noſtri plerique neſciunt illud *Argentum.*

23 *Id iſtis reddet.* Idem liber *inde iſte.* Vaticanus, & Victorianus, Baſilicanus, *id illo iſtis.* nobis placet antiquior lectio. FAERNUS. Noſtri fere omnes *Id ille iſtis.*

Anguis per impluvium decidit de tegulis. 26 Recte hic Guyetus rem geſſit, reponens *In impluvium.* Plautus Amph. V, 1, 56.

Devolant angues jubati deorſum in impluvium

Vide nos ad Eun. III, 5, 41. [*duo.*

Aruſpex vetuit ante brumam aliquid novi 28 *Negoti incipere.* Antiquiſſimi libri non habent *τὸ aliquid:* ſed loco ejus *autem.* quod ſi admiſerimus, *Incipere* nomen erit: ut, *Scire tuum.* quaſi diceret, aruſpex vetuit inceptionem novi negotii. FAERNUS.

Aruſpex vetuit ante brumam autem novi
Negoti incipere, quae cauſaſt juſtiſſima.

Quicquid dicant illi antiquiſſimi; in hac conſtructione illud *Autem* extra locum & ordinem ponitur. Noſtri tamen meliores ſummo conſenſu *Autem:* ex recentioribus duo *Aliquid*, unus *Autem aliquid*, alter *Autem quid.* Nempe huc adductum eſt *Aliquid* vel *Quid*; quia ſententia alioqui manca & mutila eſſet. Aut valde fallor, aut magnum hic Magiſtrorum flagitium latet. Donatus ad locum: *Ante brumam autem) Irriſit homines Terentius, quibus religio ſit aggredi negotium aliquod diebus decreſcentibus.* Atqui non opus erat aruſpice, ut ſciret aliquis dies decreſcere. Ante brumam nihil magni negotii incipere, non ex aruſpicina fluxit, ſed alterius prorſus fuit ſuper-

Digitized by Google

ACTUS IV. SCAENA V.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

D. *QUIETUS eſto, inquam: ego curabo né quid uerborúm duit.*
Hoc témere numquam amíttam ego a me, quín mihi teſtis ádhibeam:
Cui dém, quamobrem dem, cómmemorabo. G. *ut caútus eſt, ubi níhil opuſt.*
C. *Atqui íta opus facto eſt, ét mature dúm libido eadem haéc manet:*
Nam ſi áltera illaec mágis inſtabit, fórſitan nos reíciat. 5

ſtitionis. Hoc poſito, videor mihi meo jure poſt *Vetuit* diſtinguere:

Gallina cecinit: interdixit hariolus:
Aruſpex vetuit:

Haec certe concinna ſunt, atque adeo non poſſunt non eſſe vera. Jam autem rite & ſuo ordine venit *Autem*, ſi hinc nova ſententia inchoetur, *Ante brumam autem:* modo ut iſta quae ſequuntur huc coaptari poſſint. Quidni & ego hariolus hic fiam? non a vero, ut opinor, longe abero. Repono:

Aruſpex vetuit: ante brumam autem novi
Negoti nihil incipere, cauſa eſt ſontica.

Cauſa ſontica, quia jam fere obſoletum erat, magiſtris non placuit, & pro interpretatione ſubſtituerunt *Juſtiſſima.* Idque ſatis perite. Feſtus: *Sonticum, juſtum; certum cum juſta cauſa; propter quod, quod eſt gerendum, agere deſiſtimus. Naevius:*

Sonticam cauſam eſſe oportet, quamobrem perdas mulierem.

M. Porcius Cato De re A. Atili: Quid dicam cauſae extitiſſe? timiduſne ſis, an impedimento tibi cauſam ſonticam fuiſſe? Tibullus I, 9.

Parce precor tenero: non illi ſontica cauſa eſt.

Illud quoque animadverte, *Quae cauſaſt juſtiſſima*, in leges metricas peccare: quia *cauſaſt* pes quartus integro verbo fit. Vide Gellium XVIII, 15.

1 *Nequid verborum duint.* Lego *duit:* de ſolo enim Phormione eſt ſermo, ut ex inſequentibus patet. eſt haec lectio omnium antiquiſſimorum librorum. FAERNUS. Sic & Noſtri plerique *Duit.*

3 *Quin mihi teſtes adhibeam, Cum dem.* Nimis hoc vapidum & ſenile eſt. *Numquam hoc a me amittam*, hoc eſt, *Numquam cuiquam hoc dabo; quin, cum dem, teſtes adhibeam.* Duo ex Noſtris *Cur dem.* Lege & diſtingue.

Hoc temere numquam amittam ego a me,
quin mihi teſtis adhibeam:
Cui dem, quamobrem dem, commemorabo.

Cui dem, ut tam de homine, quam de negotio jusjurandum dare poſſint.

4 *At matura.* Omnes fere, & in iis antiqui libri, *& matura.* FAERNUS.

Noſtri plerique *At:* unus & alter *Et*, Lego

Atqui ita opus facto eſt, & mature.

Matura & *Propera* pro *Mature* & *Propere* ſaepe hic ſe ingeſſerunt.

7 *Tranſito ad uxorem.* Addo pronomen *meam*, ex o. l. s. ita etiam octonarii exigente ratione, in fine vero hujus verſus lego, *abit* ex eadem verſus ratione, & tribus antiquiſſimis libris. FAERNUS. Noſtri omnes & *Meam* & *Abit.*

9 *Et magis eſſe illum idoneúm, qui ipſi ſit familiarior.* Lege ex codice Academico:

Et magis eſſe illum idóneum, ípſi qui ſit familiarior.

10 *Nos noſtro officio nihil egreſſos.* Aliqui libri pro *egreſſos* habent *digreſſos*, & in iis eſt Victorianus & Bembinus, qui etiam pro *nihil* vel *nil*, quod in aliquibus eſt, habet *non.* ita legimus, *Nos noſtro officio non digreſſos*; utroque tamen modo ſtat verſus. FAERNUS.

Nes noſtro officio non digreſſos eſſe: quantum
Datum eſſe dotis. [*is voluerit,*

Noſtri omnes *Nihil egreſſos: quantum.* Nullus agnoſcit illud *Eſſe.* Repono:

Nos noſtro officio nil degreſſos: quantum is ve-
Datum eſſe dotis. [*luerit dari,*
Degreſſos

Digitized by Google

G. *Rem ipsám putásti.* D. *dúc me ad eum ergo.* G. *nón moror.* C. *ubi hoc égeris,*
Transíto ad uxorém meam, ut conuéniat hanc prius quam hínc abit.
Dicát eam dare nos Phórmioni núptum, ne súscénseat:
Et mágis esse illum idóneum, ipsi qui sít familiárior:
Nos nóstro officio níl degressos: quántum is uoluerít dari,
Datum ésse dotis. D. *quíd tua, malum, id réfert?* C. *magni, Démipho.*
Non sátis est tuum te offícium facere, fáma si id non ádprobat:
Uolo ipsíus quoque uoluntáte haec fieri, né se eiectam praédicet.
D. *Idem égo istuc facere póssum.* C. *mulier múlieri magis cóngruet.*
D. *Rogábo.* C. *ubi ego illas núnc iam reperíre possim, cógito.*

Degressos officio; ut passim, *Decedere officio*. Plaut. Cas. III, 5, 40.

Sciéns de via in semitám degredíre.

Dari autem absorptum est a verbo sequenti.

11 *Quid tua malum id refert?* Arbitror in dimetiendo hoc versu, qui est octonarius Iambicus, ut ceteri, pronomen *tua*, posteriorem corripere, quod posse fieri Donatus videtur innuere, cum dicit, *Et quaere quomodo dicatur, quid mea? quid tua? an deest ad, ut sit ad mea, aut ad tua.* ex quibus Donati verbis videre licet, existimare eum in accusativo casu efferri posse hanc dictionem, ita in quarta sede esset tribrachus. FAERNUS.

Frustra hic solicitus est Faernus: *Tua* casu est ablativo; & *Id*, ut passim, corripitur.

12 *Non sat tuum officium feciísse, si non id fama approbat?* In libro Bembino & Victoriano legitur hoc modo, *non satis est tuum te officium feciísse.* sed hoc modo versus impeditus esset: nisi forte elidas ex *feciísse* unum *s*, aut collocationem hanc sequare, quae in aliquibus libris scriptis est: *id si non fama adprobat.* FAERNUS.

DE. *Non satis est tuum te officium feciísse, si non id fama adprobat?*

Si haec recte habent; vel legendum hic *Faxe* pro *Feciísse*; ut *Faxem* pro *Feciíssem*. Plautus Pseud. I, 5, 84.

Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi:

Vel, ut & duo ex Nostris habent; *Id si non*. Sed corrigendum est *Facere*; praeterea tollendae sunt illae Notae Personarum & Interrogationis. Omnia haec Chremetis sunt; qui, ut par erat, rationem reddit, cur *Magni sua referret*. Lege igitur & distingue:

CH. *magni, Demipho.*
Non sátis est tuum te officium facere, fáma si id non ádprobat:
Volo ipsius quoque voluntate haec fieri, ne se ejectam praedicet.

Non satis est te facere: sententia generalis; & proinde praesente tempore *Facere* proferenda; non *Feciísse*, quo ad rem hanc solam coarctetur.

Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se 13
ejectam praedicet. Ex *ipsius s* elidetur, ut in secunda sede sit dactylus vel tribrachus. nam utrumque potest esse. *ejectam* vero in duas syllabas contrahetur: ut fit in sexta spondeus. FAERNUS.

Haec Nostri universi, non *Hoc*. *Haec* omnia, quae in divortio transacta & transigenda sunt. Ceterum nihil opus est, ut *Ejectam* in duas syllabas contrahatur; modo, quod passim fit apud veteres, in *Ipsius S* finale abjiciatur.

Mulier mulieri magis congruet. In libro 14
Bembino est *convenit:* in Batilicano *congruet:* in ceteris omnibus *congruit*. FAERNUS. Tres tantum ex Nostris *Congruit*; ceteri omnes *Congruet:* quod placet.

Ubi nunc illas ergo. In nullo libro invenias 15
hanc lectionem, sed fere in omnibus, *Ubi ego illas nunc.* in Bembino tantum, *Ubi illas nunc ego* ut & versus exposcit. FAERNUS.

Rogabo. Ubi illas nunc egó reperire possim, cogito.

Nostri omnes, *Ubi ego illas nunc rep.* Repone:

Rogábo. Ubi égo illas nunc iam reperire possim, cogito.

Digitized by Google

ACTUS V. SCAENA I.

SOPHRONA. CHREMES.

S. *QUI'D agam? quem mi amícum miſera inuéniam, quo conſília haec referam, atque*
'Unde mi auxiliúm petam?
Nám uereor, era ne ób meum ſuaſum indígne iniuria ádficiatur:
'Ita patrem aduleſcéntis facta haec tólerare audió uiolenter.
C. *Nám quae haec anus eſt, éxanimata a frátre quae egreſſáſt meo?* 5
S. *Quod ut fácerem egeſtas me ímpulit; cum ſcírem infirmas núptias*
Haſce éſſe: ut id conſúlerem, interea uíta ut in tutó foret.
C. *Cérte edepol, niſi me ánimus fallit, aút parum proſpíciunt oculi,*

1 *Aut cui conſilia.* In eodem libro, *aut quo conſilia.* verſus autem hos ita ordinamus, ut ſint trochaici, primus quidem tetrameter acatalecticus, quemadmodum & tertius, & quartus hujus ſcaenae: ſecundus vero demptis duabus dictionibus *nunc* & *mihi*, quae non ſunt in libro Bembino, nec in multis aliis, dimeter catalecticus, hoc modo:

Quid agam? quem mihi amicum inveniam miſera? aut quo conſilia haec referam?
Aut unde auxilium petam?

Baſilicanus & Victorianus, *aut unde mihi auxilium petam?* FAERNUS.

Quid agam? quem mihi amicum inveniam miſera? aut quo conſilia haec referam?
Aut unde auxilium petam?

Sic a Faerno. Sed Noſtri univerſi *Miſera inveniam:* & tres Noſtri primarii cum aliis duobus, *Unde mihi.* Repone;

Quid agam? quem mi amicum miſera inveniam, quo conſilia haec referam, atque
Unde mi auxilium petam?

Dele prius *Aut*, & pro altero ſubſtitue *Atque.* Series & nexus orationis hic eſt, *Quem inveniam amicum, quo* (id eſt, cui amico) *conſilia referam; atque unde* (a quo amico) *auxilium petam? Quo, Unde, Hinc, Inde* ſaepe ad Perſonas referuntur, non ſemper ad res. Vide Servium ad Aen. I, 10. *Genus unde Latinum.*

3 *Indigne injuria afficiatur.* Idem liber Bembinus & aliqui alii *indigna* habent; ut ad injuriam referatur. FAERNUS.

Indigna injuria adficiatur. Sic e ſuo Bembino Faernus, ſemper ei libro addictior, quam par erat. Noſtri omnes *Indigne*; & recte. Sic Heaut. III, 3, 4.

Facis adeo indigne injuriam illi, qui non abſtineas manum.

Nam quae haec eſt anus. Aliqui libri, inter quos Bembinus, & Baſilicanus, item Donatus, *nam quae haec anus eſt?* hic autem & duo ſequentes verſus trochaici ſunt tetrametri catalectici. FAERNUS. 5

Nam quae haec anus eſt exanimata, a fratre quae egreſſaſt meo?

Prava diſtinctio eſt, quam ſic corrigas;

Nam quae haec anus eſt, exanimata a fratre quae egreſſaſt meo.

Exanimata egreſſaſt, ut Eun. IV, 3, 14.

Set quid hoc, quod ſubito timida egreditur Pythias?

Noſtri quoque omnes *Haec anus eſt:* Recte: ut *Aaus* in lectu ſit. Apud Servium ad Georg. IV, 445. *Nam quae eſt haec anus.*

Aut parum oculi proſpiciunt. O. l. s. *aut parum proſpiciunt oculi.* quae collocatio verborum verſum efficit trochaicum acatalecticum, cujuſmodi ſunt tres ſequentes. FAERNUS. Ita & Noſtri univerſi. 8

Quid agam? Legimus ex libro Bembino, *quid ago?* FAERNUS. Noſtri omnes *Agam.* Placet *Ago*, ut mox *Adeo, Maneo.* 9

Adeone, an maneo, dum ea 'quae loquitur. Ex eodem libro, & ratione trochaici, *adeo, maneo,* 10

Digitized by Google

Meaé nutricem gnátae uideo. S. *néque ille inueſtigátur,* C. *quid ago?*
S. *Qui éius pater eſt.* C. *ádeo? an maneo, dum haéc quae loquitur, mágis cognoſco?*
S. *Quód ſi eum nunc reperíre poſſim, níhil eſt quod uereár.* C. *eaſt ipſa. Cónloquar.* S. *quis hic lóquitur?* C. *Sophrona.* S. *ét meum nomen nóminat?*
C. *Réſpice ad me.* S. *di óbſecro uos, éſtne hic Stilpho?* C. *nón.* S. *negas?*
C. *Cóncede hinc a fóribus paulum iſtórſum ſodes, Sóphrona. Ne me iſtoc poſthac nómine appellaſſis.* S. *quid? non óbſecro es Quem ſémper te eſſe dictitaſti?* C. *'ſt.* S. *quid has metuís fores?*
C. *Conclúſam hic habeo uxórem ſaeuam. uérum iſtoc me nómine Eo pérperam olim díxi, ne uos fórte inprudentés foris Effútiretis; átque id porro aliqua úxor mea reſciſceret.*
S. *Iſtóc pol nos te hic ínuenire míſerae numquam pótuimus.*

maneo, dum haec quae loquitur. & eſt ordo, dum magis cognoſco, quae haec loquitur. FAERNUS.

Qui eſt ejús pater. Adeo? maneo? dum ea quae loquitur, magis cognoſco.

Sic in Faerni editione eſt: ſed apparet eum voluiſſe, *Haec quae loquitur*, ex Bembino: ut *Haec* ſit caſu recto ſingulari. Noſtri omnes *Ea*; ſed alterum rectius: ut infra V, 6, 6. *Num tu intellegis, hic quid narret,* Eun. V, 9, 7. *Audin tu, hic quid ait?* Porro omnes Noſtri, *Adeon an maneo.* Lege, *Adeo an maneo*; neque hic Bembino auſculta. Plautus Aul. IV, 9, 20.

Quid agam? abeam an maneam? adeam an Curcul. IV, 4, 33. [*fugiam?*

Quid ego faciam? maneam an abeam?

Deinde pro *Qui eſt ejús pater*, noſtri omnes *Qui éſt pater ejus:* neutrum placet; quia *Pater* extra ictum ponitur. Repone:

Qui éjus páter eſt. Adeo? an maneo, dum haec quae loquitur magis cognoſco?

14 *Paululum iſtorſum.* Plerique l. s. ſed recentes habent *paulum*, ut & exigit verſus, qui eſt trochaicus catalecticus, ut duo praecedentes. Donatus videtur legiſſe, *paululum iſtoc.* FAERNUS.

Paululum iſtorſum. Sic & Noſtri *Paululum*; ſed *Paulum* reponendum, verſu ipſo jubente. Ceterum quod Faernus ait, Donatum legiſſe *Paululum iſtoc*; ex his ejus verbis collegiſſe ſibi viſus eſt: *Nunc Iſtorſum adverbium eſt loci; alias nomen.* Quia *Iſtorſum* nuſquam nomen eſt; corrigebat illic *Iſtoc.* Sed fefellit virum acutiſſimum prava lectio: quippe veteres ibi Editiones, *Nunc Paululum adverbium eſt loci, alias nomen.* Atque hoc vere dicitur.

Quid? non is obſecro es, Τὸ *is* aliquot libri non habent, inter quos Bembinus FAERNUS. A Noſtris quoque abeſt *Is*; ſed iidem habent, *Non es, obſecro.* Perperam, niſi tollas *Quid*: tum bene habebit, *Non is obſecro es*; ut & apud Velium Longum eſt, p. 2213.

Quem ſemper te eſſe dictitaſti? CH. *ſt.* Ex extrema ſyllaba dictionis *dictitaſti*, & particula *ſt*, cui ſonum vocalis aſpiro, facio ſpondeum, ut octonarius conſtet. FAERNUS.

Pro *St* Noſtri omnes *Eſt*. Sed Velius citat *St:* & ex *S* & *T* ſyllabam fieri notat: quare ſalvus eſt ſpondeus.

Verum iſtoc de nomine, Eho perperam olim dixi. Liber Bembinus primo habuit *iſtuc*, quod poſtea mutatum eſt in *iſtoc*, quemadmodum omnes alii libri habent: ſed lectio libri Victoriani mihi vehementiſſime placet, *verum iſtoc me nomine*, ut ſit ordo, verum dixi me iſtoc nomine. FAERNUS.

Iſtoc de nomine. Sic & Noſtri omnes: ſed vera eſt libri Victoriani lectio, *Iſtoc me nomine*; & in textum recipienda. Sic paulo ante. *Ne me iſtoc nomine appellaſſis:* & ſupra II, 3, 45. *Neque mi cognatus fuit quiſquam iſtoc nomine.*

s. *Hem iſtoc pol.* Auctoribus antiquiſſimis libris Bembino, & Vaticano, deleo particulam *hem*. FAERNUS. Noſtri *Hem* habent.

CH. *Eha*,

C. *Eho dic mihi, quid rei tibi eſt cum familia hac unde éxis?*
Ubi illae? S. *miſeram me.* C. *hém, quid eſt? uiuúntne?* S. *uiuit gnáta.*
Matrem ipſam ex aegritúdine miſerám mors conſecúta eſt.
C. *Male fáctum.* S. *ego autem quae éſſem anus deſérta, egens, ignóta,*
Ut pótui, nuptum uírginem locáui huic aduleſcénti,
Harúm qui eſt dominus aédium. C. *Antiphónine?* S. *iſti inquam ípſi.*
C. *Quid? duáſne is uxorés?* S. *au, obſecro, únam ille quidem hanc ſólam.*
C. *Quid illam álteram quae dícitur cognáta?* S. *haec ergoſt.* C. *quíd ais?*
S. *Compóſito factumſt, quó modo hanc amáns habere póſſet*
Sine dóte. C. *di uoſtrám fidem, quam ſaépe forte témere*
Euéniunt quae non aúdeas optáre? offendi aduéniens

21 CH. *Eho, dic mihi, quid tibi rei eſt.* Tres antiquiſſimi libri, & Baſilicanus ita collocant, *quid rei tibi eſt.* verſus eſt tetrameter Iambicus catalecticus, ut ſequentes. FAERNUS. Sic & Noſtri plerique *Rei tibi eſt.*

22 *Aut ubi illae ſunt?* Ex ratione verſus, & fide omnium fere librorum, & in his Bembini, deleto τὸ *aut*, & in dimetiendo verſu corripito priorem ſyllabam in *illae.* FAERNUS.
Duo ex Noſtris *Ubi illae?* nec *Aut* neque *Sunt* agnoſcunt. Recte. Si cui tamen *Sunt* arrideat; is legat *Ubi illaec ſunt?* quo accentus in poſteriore ſyllaba rite fiat.

23 *Matrem ipſam ex aegritudine, miſeram mors conſecuta eſt.* O. fere l. s. & in iis Bembinus ita habent, *ex aegritudine hac.* quod exponemus, prae triſtitia, quod maritum ſuum invenire non poſſet. ſane Donatus exponit, *ex aegritudine,* infirmitate, ac morbo: quae expoſitio non quadrat ad hanc lectionem. FAERNUS.
Ne unus quidem ex tot Noſtris, nec Edd. vett. habent *Hac.* Corrector, credo, Bembinus verſus gratia addidit *Hac,* quo tamen verſus aeque commode carere poteſt; ſententia commodius caret. Plautus Poen. Prol. v. 69. *Conjicitur ipſe in morbum ex aegritudine.*

25 *Ut potui virginem nuptum.* Omnes fere libri, praeter Bembinum, *nuptum virginem.* ita eſt Iambus in quarta. FAERNUS. Noſtri omnes *Nuptum virginem,* quod & verſus poſtulat.

26 *Harum qui eſt dominus aedium. Antiphonin? Em, iſti ipſi.* Verſus hic claudicat; *Em* enim ſine ſynaloepha ſtare nequit. Duo ex Noſtris poſt *Antiphonine* addunt *Inquam:* tertius, qui ex Academicis eſt, ſic recte:
Harum qui eſt dominus aedium. Antiphonine? Iſti inquam ipſi.

27 *Unam quidem ille.* O. l. s. hunc ordinem verborum habent, *unam ille quidem* FAERNUS.
Quid duaſne is uxores habet. Au, obſecro, unam ille quidem hanc ſolam.
Etiam Noſtri *Ille quidem.* Verſus tamen ne hoc quidem pacto ſtare poteſt. Repone:
Quid duaſne is uxores? Au obſecro unam ille quidem hanc ſolam.
Habet ex interpretatione inter lineas natum eſt.

28 *Quid illa altera quae dicitur cognata? s. haec eſt.* Liber Bembinus, *quid illam alteram.* & ſubaudiendum eſt, nonne habet uxorem? vel aliquid tale. FAERNUS.
Etiam noſter veterrimus, *Quid illam alteram.* Recte: non tamen ſubaudiendum, *Habet uxorem:* ſed ut ſupra III, 1, 15. *Quid eum?* & Heaut. V, 1, 77.

32 *Quicum volebam atque ut volebam conlocatam filiam.* Liber Bembinus, in hac parte mendoſus, habet *conlocatam amari:* nos legendum putamus, *conlocatam gnatam,* ut verſus ſit Iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri. non tamen mutamus ceterum pro *quicum,* idem liber, & Victorianus, & multi alii habent *quocum.* FAERNUS.
Quocum volebam, atque ut volebam, collocatam filiam. Sic dedit Faernus & verſu indignante, & ipſo qui *Gnatam* ex conjectura maluit.

Digitized by Google

Quicúm uolebam atque út uolebam fíliam locátam:
Quod nós ambo opere máxumo dabámus operam ut fíeret.
[*Sine noſtra cura maxima, ſua cura haec ſola fecit.*]
S. *Nunc quíd opus facto ſít uide. pater ádulescentis uénit:* 35
Eumque ánimo iniquo hoc óppido ferre áiunt. C. *nil perícliſt.*
Set pér deos atque hominés, meam eſſe hanc cáue reſciſcat quíſquam.
S. *Nemo éx me ſcibit.* C. *ſéquere me: intus cétera audiémus.*

ACTUS V. SCAENA II.

DEMIPHO. GETA.

D. *NOSTRÁPTE culpa fácimus, ut malís expediat éſſe:*

luit. *Quicum* Noſtri, & Priſcianus p. 934. Hoc recte. Ceterum illud in Bembino notandum pro *Filiam* poni *Amari*, nulla literarum ſimilitudine. Id mihi videtur a correctore metrico ortum, ut verſus ſuppleretur: cui rei fidem facit unus ex Noſtris, a quo *Filiam* abeſt; nec ejus vice quicquam ſubſtituitur. Ex his indiciis ſic repono:

Quicum volebam atque ut volebam filiam locatam.

ut ſupra IV, 3, 40. *Quid ſi filiam Suam unicam locaret?* & hic v. 25. *Virginem locavi huic aduleſcenti.* Plautus Aul. II, 2, 51. *Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi.* Apud Priſcianum tamen, *Collocatam filiam.*

33 *Dabamus ut fieret operam.* O. l. s. *dabamus operam ut fieret.* FAERNUS. Ita Noſtri quoque omnes.

34 *Sine noſtra cura, maxima ſua cura haec ſola fecit.* Duo ex Noſtris *Maxume.* Sed vide mecum, quid verſus hic intus, ſi excutias, habeat. *Haec ſola* eſt Sophrona. Hoc ſemel poſito, quod reliquum eſt, expende. Dixerat Chremes, *Quod nos ambo opere maxumo:* nunc vero infert, *Sine noſtra cura.* Quomodo haec conſtant? An fieri quicquam poteſt *Opere maxumo*, & idem tamen *Sine cura?* Deinde illud vide, *Haec ſola ſua cura maxuma.* Si Sophrona hoc *Sua cura* & providentia effecit; quomodo *forte temere* evenit? Quae vero iſta Sophronae *cura?* cui fors Antiphonem primo obtulit; reliquum vero Phormionis cura & aſtutia eſt actum. Nimirum hic verſus a mala manu eſt; Corrector aliquis illud *Quod nos*, quod ad priora refertur, poſſe ſe aliquid quo referatur requirere putabat, & hunc benigne verſiculum de ſuo donabat. Ceterum diſtinctione mutata nihil hoc emblemate erit opus. *Offendi*, inquit caſu ſponte & de improviſo factum, quod ego & frater maximopere diuque moliebamur, ut aliquando fieret.

Nunc quid facto eſt opus, vide. Liber Bembinus, & Victorianus, *nunc quid opus facto ſit vide.* appoſite ad rationem verſus. FAERNUS. Ex Meadianis alter *Sit*; ceteri perperam *Eſt.* 35

s. *Nemo ex me ſcibit.* CH. *ſequere me. cetera intus audies.* Ita Baſilicanus. verſus impeditus: & ut puto in omnibus libris mendoſus, liber Bembinus, & multi alii ita collocant, *intus cetera audies.* ita eſſet Iambicus tetrameter brachycatalecticus, vel forte trochaicus, non faciendo ſynaloepham, in *nemo ex.* ſane liber Bembinus habet *nemo e me ſ.* FAERNUS. 36

Plerique Noſtri cum Baſilicano faciunt, *Cetera intus audies:* tres cum Bembino, *Intus cetera audies.* Repone:

so. *Nemo ex me ſcibit.* CH. *ſequere me: intus cetera audiemus.*

Audiemus; tam quae tu ex me, quam quae ex te ego audire cupimus.

Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe. Tres Noſtri veterrimi *Malis.* Recte. Vide ad Heaut. II, 4, 8. 41

Notum illud Martialis:

Nobis non licet eſſe tam diſertis.

Etiam

Dum nímium dici nós bonos ſtudémus et benígnos.
Ita fúgias ne praetér caſam, quod áiunt. nonne id ſát erat,
Accípere ab illo iniúriam? etiam argéntumſt ultro obiéctum:
Ut ſít qui uiuat, dum áliud aliquid flágiti confíciat.
G. *Planíſſime.* D. *iis nunc praémium eſt, qui réćta praua fáciunt.*
G. *Ueríſſime.* D. *ut ſtultíſſime quidem ílli rem geſſerimus.*
G. *Modo ut hóc conſilio póſſiet diſcédi, ut iſtam dúcat.*
D. *Etiam ídne dubiumſt?* G. *haút ſcio hercle, ut homóſt, an mutet ánimum.*
D. *Hem, mútet autem?* G. *néſcio: uerúm, ſi forte, díco.*
D. *Ita fáciam, ut frater cénſuit, ut uxórem huc eius addúcam:*
Cum iſta út loquatur. tú, Geta, abi prae: núntia hanc uentúram.
G. *Argéntum inuentumſt Phaédriae: de iúrgio ſilétur:*
Prouíſum eſt, ne in praeſéntia haec hinc ábeat: quid nunc pórro?
Quid fíet? in eodem haéſitas luto: uorſura ſóluis:

4 *Etiam argentum eſt ultro objectum ei.* Tò *ei* nullus habet l. s. quod nec ſenſui, nec verſui neceſſarium eſt. FAERNUS. Etiam Noſtri neſciunt illud *Ei*.

5 *Dum aliquid aliud.* Et Donatus, & libri Bembinus, & Victorianus, *dum aliud aliquid.* FAERNUS. Noſtri omnes uno excepto *Aliquid aliud.* Nec verſus nec ſententiae intereſt.

8 *Modo ut hoc conſilio poſſit. Poſſiet* exigit verſus; & ita eſt in libro Bembino. FAERNUS. Male Noſtri *Poſſit*.

9 *Etiamne id dubiumſt?* Lege ex uno Regio, *Etiam idne dubiumſt?* Vide ſupra II, 1, 8.

11 *Ut uxorem huc ejus adducam.* Recentiores fere libri non habent particulam *ut*; qua dempta, itaque collocatis verbis, ut in Bembino, & nonnullis aliis eſt *uxorem ejus huc adducam*; numeroſior verſus eſt, qui eſt Iambicus tetrameter catalecticus, ut ceteri. FAERNUS.

Omnes Noſtri, duobus exceptis, *Ut uxorem.* Quod autem Faernus putat, *Ut* dempto, numeroſiorem fore verſum, tota via erravit. Nec ineptum hic nec inutile *Ut* eſt, quod quidam putat. Hec. II, 2, 2.

Patrio animo victus faciam, ut tibi concedam. Porro duo ex Noſtris *Ejus huc*; ceteri *Huc ejus*: quod placet.

12 *Geta abi.* O. fere l. s. & in iis Bembinus, & Victorianus, *Tu Geta abi.* FAERNUS.

Sic & Noſtri plerique *Tu:* ſed diſtinctio mutanda eſt; non *Abi, praenuntia,* ſed *Abi prae, nuntia.* Sic *I prae, ſequar.* Eun. III, 2, 40. *Abi prae, cura ut ſint domi parata.* Plautus Amph. I, 3, 45. *Abi prae, Soſia, Jam ego ſequar.*

15 *Vorſuram ſolves.* Aliqui maluerunt *vorſura ſolvis.* quod neſcio qua ratione fecerint, cum o. l. s. & Donatus, habeant, *vorſuram ſolves.* FAERNUS.

Quid fiet? in eodem luto haeſitas: vorſuram ſolves,
Geta: praeſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagae creſcunt.

Immo certa ratione faciunt, qui malunt *Vorſura ſolvis.* Res jam nota eſt: Salmaſii induſtria & Frederici Gronovii. Cicero ad Atticum V, 15. *Ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, verſura mihi ſolvendum ſit.* Verſura ſolvit, qui, ut vetus debitum expungat, novum contrahit: ut Geta hic unam culpam in nuptiis herilis filii admiſſam novis in Phaedriae fidicina fallaciis differt & in praeſens evadit. Ceterum duo ex codicibus Noſtris non habent *Geta.* Repono:

Quid fiet? in eodem haeſitas luto: verſura ſolvis:
Praeſens quod fuerat, in diem malum abiit: plagae creſcunt.

18 *Nequid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.*

Praeſens quod fuerat, in diem malum abiit: plagae creſcunt,
Niſi proſpicis. nunc hinc domum ibo; ac Phanium edocebo
Nequid uereatur Nauſtratam, neque eius orationem.

ACTUS V. SCAENA III.

DEMIPHO. NAUSISTATA. CHREMES.

D. *AGEDUM, ut ſoles, Nauſiſtrata: fac illa ut placetur nobis,*
Ut ſua uoluntate id quod eſt faciundum faciat. N. *faciam.*
D. *Paritér nunc opera me adiuuas, ac ré dudum opituláta es.*
N. *Factúm uolo: ac pol minus queo uiri culpa, quam me dignumſt.*
D. *Quid autem?* N. *quia pol mei patris bene parta indiligénter*
Tutátur: nam ex iis praediis talenta argenti bina
Capiébat ſtatim: hem uir uiro quid praeſtat? D. *bina quaeſo?*

tionem. Hic verſus jam a ſaeculo crucem interpretibus fixit. Quid enim Phanium vereretur *Phormionem*; qui ei & marito amiciſſimus erat, & nuptiarum inventor, inceptor, perfector? Quid *ejus orationem*; qui poſtea ad eam non aditurus erat, ſed domi cum Phaedria potaturus. Sola Nauſiſtrata erat, quae id nuntium de repudio ad Phanium portatura erat; idque Geta praeſente conſtitutum eſt. His ergo rebus offenſus Guyetus verſum, ut ſolet, in morboniam mittit. Tu repone:

Nequid vereatur Nauſtratam neque ejus orationem.

Nauſtrata eadem eſt, quae poſtea *Nauſiſtrata* dicitur. Sic *Naucrates* idem qui *Nauſicrates*; *Sopater* qui *Soſipater*. Brevius dicebant, qui familiarius. Id enim animadvertes; cum de abſente hic loquitur Geta, *Nauſtratam* vocat; poſtea qui praeſentem alloquuntur, *Nauſiſtratam:* hoc enim majoris dignitatis, & magis ad primariae feminae faſtum ac ſupercilium. Sic in Hecyra I, 2. eadem mulier & *Philotis* & *Philotium* appellatur: in Ciſtell. II, 3. Idem ſervus *Lampadiſcus* & *Lampadio*. Ceterum qui hoc neſciebant Librarii, etiam hic ut poſtea *Nauſiſtratam* ſcripſerunt. quod cum metri ratio non admitteret, correctores *Phormionem* ejus loco ſubſtituerunt.

1 *Fac ut illa placetur nobis.* O. l. s. *fac illa ut p. n.* quod meliorem efficit numerum. FAERNUS. Ita & Noſtri omnes.

Ac dudum re opitulata es. Libri Bembinus, 3
& Victorianus, *ac re dudum.* FAERNUS.

Noſtri, excepto uno, *Dudum re.* Et, duobus exceptis, omnes cum Edd. vett. *Adjuvas*, non, ut Faernus dedit, *Adjuves*. Recte: Dixerat enim illa, *Faciam*. Non igitur ultra rogat Demipho, ſed gratias agit, agnoſcendo beneficium.

Pariter nunc opera me adjuuas, ac re dudum opitulata es.

Statim capiebat: hem, vir viro quid praeſtat? DE. *bina quaeſo?* Tò *hem* non habebat 7
liber Bembinus, congruenter ad rationem verſus: poſtea ſuperadditum eſt. pro *bina* autem, habet *binan*. FAERNUS.

Hem Noſtri omnes habent: quod cum verſum ſtrangularet, corrector ille metricus e textu ejecit. Atqui tantum ſententiae confert, quantum verſui officit. Reponendum erat.

Capiebat ſtatim. hem vir viro quid praeſtat? Bina quaeſo?

Invertebat aliquis verba, qui *Satim* putabat prima correpta eſſe. Atqui cum conſtanter, perpetuo, ſingulis annis, ut hic, ſignificat, primam producit. Nonius Marcellus: *Statim producta prima ſyllaba, a ſtando. perſeveranter & aequaliter ſignificat; Terentius: Bina talenta capiebat ſtatim.* Idem tamen v. *Capere* habet, *Statim capiebat.* Ceterum *Bina* Noſtri omnes, non *Binan*.

Digitized by Google

N. *Ac rébus utilióribus, tamén duo talénta.* D. *hui.*
N. *Quid haéc uidentur?* D. *ſcílicet.* N. *uirúm me natum uéllem:*
Ego oſténderem D. *certá ſcio.* N. *quo pácto.* D. *parce ſódes,*
Ut póſſis cum illa; né aduleſcens múlier te fatíget.
N. *Faciam, út iubes: ſet meúm uirum abs te extíre uideo.* C. *ehem, Démipho,*
Iam illí datum eſt argéntum? D. *curaui ílico.* C. *nollém datum.*
Ei, uídeo uxorem: paéne plus quam ſát erat. D. *cur nollés, Chreme?*
C. *Iam récte.* D. *quid tu? ecquíd locutus cum ífta es, quamobrem hanc dúcimus?*
C. *Tranſégi.* D. *quid ait tándem?* C. *abduci nón poteſt.* D. *qui nón poteſt?*
C. *Quia utérque utrique eſt córdi.* D. *quid iſtuc nóſtra?* C. *magni: praéter haec,*
Cognátam comperi éſſe nobis. D. *quíd? deliras.* C. *ſíc erit:*
Non témere dico: rédii mecum in mémoriam. D. *ſatin ſánus es?*
N. *Au óbſecro, caue ne ín cognatam pécces.* D. *non eſt.* C. *né nega:*

8 *Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina.* D. *hui.* Poteſt hic verſus ſuſtentari. ut ſit Iambicus tetrameter catalecticus, ut c.. hoc modo; ut eliſo ex *vilioribus s*, ex *tamen n*, in quarta ſede ſit anapaeſtus, in quinta dactylus. FAERNUS.

Ac rebus vilioribus multo tamen talenta bina. Hui. Quicquid agat Faernus, vitioſus manet verſus: nam ex metri lege *oribus* tribrachus eſſe debuit, non Dactylus. Noſtri univerſi cum Edd. vett. *Duo talenta*, non *Talenta bina*. Repone:

Ac rebus vilioribus tamen duo talenta. Hui.

Satis eſt ad ſententiam, ſi res viliores erant: ut *multo* eſſent viliores, nihil opus.

9 *Virum me natam vellem.* Liber Bembinus *natum*, quod non diſplicet. FAERNUS.

Recte habet Bembini codicis *Natum*; & ſic a prima manu Noſter ille 900 annorum. *Virum natam* ſoloecon eſt, & ſibi ipſum repugnat. In textum ergo, quod veritus eſt Faernus, *Natum* recipio.

11 *Ut poſſit cum illa; ne te aduleſcens mulier defetiget.* Et hic verſus vitio laborat; niſi *Aduleſcens* tertiam corripere poſſit. Repono:

Ut póſſis cum illa; né aduleſcens múlier te fatíget.

12 *Quid non poteſt?* Liber Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus, *qui non poteſt? qui* autem pro quomodo exponetur. FAERNUS. Sic & Noſtri plerique *Qui.*

19 *Satin ſanus es?* Idem liber *ſatine:* ita octonarius impeditus procedit. FAERNUS.

Non temere dico: redi mecum in memoriam. Satine ſanus es. Noſtri omnes *Satin. Satine* a Bembino correctore eſt, quo laboranti, ut putabat, verſui ſuccurreret. Atqui *Redi*, ut alias non ſemel, poſitum erat pro *Redii*. Repone:

Non témere dico: rédii mecum in mémoriam. Satin ſanus es?

Si *Redi* voluiſſet; dixiſſet utique. *Redi tecum in memoriam*, non *Mecum*. Plautus Capt. V, 4, 25.

Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito.
Nunc edepol demum in memoriam regredior; audiviſſe me.

Non temere, inquit, dico; redii mecum in memoriam, cognatam eam nobis eſſe.

20 *Au obſecro, vide ne in cognatam pecces.* Unde Faernus illud *Vide?* nihil enim annotavit. Noſtri univerſi. *Cave ne:* quod in textum revocamus. Unus ex Regiis & Ed. vet. *Cave in cognatam pecces.* Utroque modo loqui ſolet Noſter; illud verſui acceptius eſt.

Neque

Patris nómen aliud dictum eſt: hoc tu erráſti. D. *non norát patrem?*
C. *Norát.* D. *cur aliud díxit?* C. *numquamne hódie concedés mihi,*
Neque intélleges? D. *ſi tú nil narras.* C. *pérgis?* N. *miror qui hóc ſiet.*
D. *Equidem hércle neſció.* C. *uin ſcire? at íta me ſeruet Iúppiter,*
Ut própior illi, quam égo ſum ac tu, homo némoſt. D. *di uoſtrám fidem:*
Eámus ad ipſam: una ómnis nos aut ſcíre aut neſcire hóc uolo. C. *ah.*
D. *Quid éſt?* C. *itan paruam míhi fidem eſſe apúd te?* D. *uin me crédere?*
Uin ſátis quaeſitum mi íſtuc eſſe? age, fíat. quid? illa fília
Amíci noſtri quíd futurumſt? C. *récte.* D. *hanc igitur míttimus?*
C. *Quidni?* D. *illa maneat?* C. *ſíc.* D. *ire igitur tíbi licet, Nauſíſtrata.*
N. *Sic pól commodius éſſe in omnis árbitror, quam ut coéperas,*
Manére hanc; nam perlíberalis uíſaſt, cum uidí, mihi.
D. *Quid iſtúc negotiſt?* C. *iámne operuit óſtium?* D. *iam.* C. *o Iúppiter,*
Di nós reſpiciunt: gnátam inueni núptam cum tuo fílio. D. *hem,*
Quo pácto id potuit? C. *nón ſatis tutus éſt ad narrandum híc locus.*
D. *At tu íntro abi.* C. *heus, ne fílii quidem nóſtri hoc reſciſcánt, uolo.*

23 *Neque intelliges?* DE. *ſi tu nihil narres.* CH. *pergis.* N. *miror quid hoc ſiet.* Pro *narres*, *narras* eſt in o. fere l. s. & in iis Bembino. pro *pergis* vero, is tantum liber, & Victorianus habet *perdis*. Sane in dimetiendo verſu, ſuſpicatus quandoque ſum, ex *intelliges s* eliſo, ultimaque ſyllaba brevi remanente, ut apud Ennium, *Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas.* item ex *quid d, nihilque* in unam ſyllabam contracto, in prima ſede hujus octonarii Iambici eſſe Iambum, in ſecunda dactylum, in quinque ſequentibus ſpondeum: ſed tamen non valde placet haec ſuſtentatio verſus. FAERNUS.

Neque intelleges? Si tu nihil narras. Perdis. Miror quid hoc ſiet.

In verſu dimetiendo male rem geſſit Faernus: prius erat emendandus, quam ad digitos exigendus. Repone:

Neque intélleges? Si tu nil narras. Pergis? Miror, qui hoc ſiet.

Narras unus tantum ex Noſtris: omnes autem *Pergis?* quod alteri equidem praefero. *Miror, qui hoc ſiet?* i. e. quomodo hoc ſit, vel ſententia ipſa poſtulat. *Quid* enim eſſet, ſciebat: *quomodo* id eſſe poſſet, jure mirabatur: ſic mox. v. 35. *Quo pacto id potuit?*

Quam ego ſum, ac tu, nemo eſt. Augere aſſeverationem videtur dictio *homo*, quae in o. fere l. s. eſt, etiam antiquis, praeter Bembinum, hoc modo, *homo nemo eſt.* FAERNUS. Tres ex Noſtris ignorant illud *Homo*: ceteri habent, verſu etiam gaudente. 25

Vin me credere? Hic quoque omnes libri ſcripti, praeter Bembinum habent, *vin me hoc credere.* Baſilicanus *vis.* FAERNUS. Omnes Noſtri *Hoc*; quod ideo minus placet, quod ſequatur *Iſtuc.* 27

Quo pacto id potuit? Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. Codex Regius *Tutus hic eſt:* A tribus abeſt *Hic.* Malim 35

Quo pacto id pote? non ſatis eſt tutus hic ad narrandum locus.

CH. *heus, ne filii noſtri quidem hoc reſciſcant volo.* Haec verba ita ordinata ſunt in libro Bembino, & Victoriano, *ne filii quidem hoc noſtri:* in omnibus aliis, *ne filii quidem noſtri hoc*, quam collocationem probo. & in dimetiendo verſu ex *quidem m* elido; quanvis ſequente conſonante. immo magis placet Bembina, utcumque verſus procedat. FAERNUS. Unus ex Noſtris *Hoc noſtri:* ceteri *Noſtri hoc.* Parum aut nihil intereſt. 36

ACTUS V. SCAENA IV.

ANTIPHO.

LAETUS ſum, ut meae res ſéſe habent, fratri óptigiſſe quód uolt.
Quam ſcítumſt, eiuſmodí parare in ánimo cupiditátes,
Quas, cúm res aduerſaé ſient, pauló mederi póſſis?
Hic ſímul argentum répperit, curá ſeſe expediúit:
Ego núllo poſſum rémedio me euóluere ex his túrbis: 5
Quin ſi hóc celetur, ín metu; ſin pátefit, in probró ſim.
Neque mé domum nunc réciperem, ni mi éſſet ſpes oſténta
Huiúſce habendi. ſét ubinam Getam ínuenire póſſim?
Rogem, quód conueniundí patris me témpus capere iúbeat.

ACTUS V. SCAENA V.

PHORMIO. ANTIPHO.

ARGE'NTUM accepi, trádidi lenóni: abduxi múlierem:
Curáui, propria ea Phaédria ut poterétur: nam emiſſa éſt manu.

1 *Laetus ſum ut ut meae res ſeſe habent.* Ex ratione verſus, & fide libri Bembini lego, *Laetus ſum ut meae*, detracto uno *ut*. immo lectio vulgata magis placet. FAERNUS.

Laetus ſum, ut meae res ſeſe habent. Sic a Faerno editum, ipſo tamen, ut ex nota videtur, nolente. Noſtri omnes *Seſe:* quattuor *Ut*, non *Ut ut*. Si duplex *Ut* adſciveris, ſenſus erit, *Quamvis meae res male ſe habeant*; ſi ſimplex *Ut*; *Laetus ſum*; pro malo rerum mearum ſtatu; in quantum res meae me laetari patiuntur.

3 *Quas, cum res adverſae ſient, paulo mederi poſſis.* Quattuor ex Noſtris, *Quibus*. Sed bis hoc citat Priſcianus p. 795, & 1161, ut oſtendat *Medeor* cum accuſativo jungi.

4 *Me exſolvere ex his turbis.* O. l. s. *me evolvere:* pro expedire, tracta metaphora a fili glomere. FAERNUS.

6 *In probro ſiem.* Ratio verſus exigit ut *ſim* legatur; reclamantibus omnibus libris. FAERNUS.

7 *Ni mihi eſſet ſpes oſtenſa.* Complures libri *oſtentata*. Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus, *oſtenta* habent: ut in Eunucho, *An ego occaſionem mihi oſtentam.* FAERNUS.

Ex melioribus Noſtris quattuor *Oſtenta*. Apud Priſcianum p. 1004. & Servium ad Georg. I, 248. *Oſtentata*. Sed apud hunc *Oſtenta* legi oportere, ipſius verba indicant. *Veteres*, inquit, *Oſtentus participium, non Oſtenſus dicebant.*

8 *Hujuſce habendae.* Lege *Habendi*. Vide ad V, 6, 41.

Invenire poſſum. O. fere l. s. *poſſim.* FAERNUS.

9 *Me capere jubeat.* Ita & Baſilicanus: in aliis vero antiquiſſimis libris, item in multis aliis legitur, *me capere ſuadeat:* quod ſi recipimus, verſus erit Iambicus tetrameter acatalecticus, qui in ſequenti ſcaena; cum ii qui in hac ſunt catalectici ſint. FAERNUS.

Ut rogem, quod tempus conveniundi patris me capere jubeat. Jubeat noſtri fere omnes. Sed verſus miſere habitus eſt. Repone:

Rogem, quód conveniundí patris me témpus capere júbeat.

Rogem in pede primo conceſſa venia corripitur.

Propria-

Digitized by Google

Nunc úna mihi res étiam reſtat, quae éſt conficiunda; ótium
Ab ſénibus ad potándum ut habeam: nam áliquot hos ſumám dies.
A. *Set Phórmioſt: quid aís?* P. *quid?* A. *quidnam núnc facturuſt Phaédria?*
Quo pácto ſatietátem amoris áit ſe uelle abſúmere?
P. *Uicíſſim partis tuás acturuſt.* A. *quás?* P. *uti fugitét patrem:*
Te ſuás rogauit rúrſum ut ageres; caúſam ut pro ſe díceres.
Nam pótaturus éſt aput me. ego me íre ſenibus Súnium
Dicam ád mercatum, ancíllulam emptum dúdum quam dixít Geta:
Ne cum híc non uideant mé, conficere crédant argentúm ſuum.
Set óſtium concrépuit abs te. A. *uide qui egrediatúr.* P. *Getaſt.*

ACTUS V. SCAENA VI.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

G. *'O fortuna, o fórs fortuna, quántis commoditátibus,*
Quám deſubito ero 'Antiphoni ope uéſtra hunc oneraſtís diem?
A. *Quídnam hic ſibi uolt?* G. *nóſque amicos éius exoneraſtís metu?*
Sét ego nunc mihi céſſo, qui non úmerum hunc onero pállio;
'Atque hóminem propero ínuenire: ut haéc quae contigerínt ſciat.

2 *Propria ea Phaedria ut potiretur.* Liber Bembinus *poteretur*; appoſite ad rationem verſus: ut & Catullus, *Liber ut innuptae poteretur flore novercae.* FAERNUS.

Ib. *Curavi ea propria Phaedria ut potiretur,* Aliqui libri, & in iis Victorianus, non habent *rè ea:* Bembinus ita, *curavi propria ut Phaedria poteretur.* FAERNUS. Noſtri *Propria ea*; & duo primarii *Poteretur.*

3 *Nunc una res mihi etiam reſtat.* Venuſtior videtur collocatio librorum Bembini, & Victoriani, *nunc una mihi res.* FAERNUS. Tres ex Noſtris *Mihi res.*

4 *Facturus.* Ex optimis Noſtris aliquot *Facturus eſt.* Lege *Facturuſt.*

6 *Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle ſumere?* Antiquiſſimi libri, & multi alii ex recentibus, *abſumere* habent. FAERNUS. Etiam Noſtri plerique *Abſumere.*

7 *Viciſſim partes tuas acturus éſt. Quas? Ut fugitet patrem.*

Quas omnino acui debet. Repone igitur: *Viciſſim partes tuas acturuſt. Quás? Uti fugitet patrem.*

8 *Te ſuam rogavit rurſum ut ageres; cauſam ut pro ſe diceres. Suam* quidem legit Donatus, ſubaudiens, partem; mihi tamen magis placet *ſuas*, quod eſt in libro Bembino: & ſubaudio *partes.* FAERNUS. *Te ſuas rogavit.* Noſtri omnes perperam *Suam.*

10 *Quam dudum dixit Geta.* Unde hoc abſonum, tacente Faerno? Noſtri univerſi cum Edd. vett. *Dúdum quam dixit Geta.*

12 *Vide quis egrediatur.* Ex eodem libro legimus *qui.* & ex ratione verſus. FAERNUS. Noſtri male *Quis.*

2 *Quam ſubito ero meo Antiphoni.* In eodem libro eſt, *meo ero.* ita etiam exigente trochaico. FAERNUS.
Quam ſubitó meo ero Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem.
Noſtri, uno excepto, omnes *Ero meo.* Illud *Meo* inſititium eſt. Repono,
Quam deſúbito ero Antiphoni.

Quid

A. *Núm tu intellegís, quid hic narret?* P. *núm tu?* A. *nil.* P. *tantúndem ego.*
G. *'Ad lenonem hinc íre pergam: ibi núnc sunt.* A. *heus, Geta.* G. *ém tibi.*
Núm nouom aut mirúmst reuocari, cúrsum cum institeris? A. *Geta.*
G. *Pérgin? hercle númquam hodie odio tú me uinces.* A. *nón manes?*
G. *Uápula.* A. *id quidem tíbi iam fiet, níſi reſiſtis, uérbero.* 10
G. *Fámiliariórem oportet ésse hunc: minitatúr malum.*
Sét isne est quem quaero, án non? ipsust. cóngredere actutúm. A. *quid est?*
G. *O ómnium, quantum ést qui uiuont, hóminum homo ornatíssume:*
Nám sine controuérsia ab dis sólus diligere, 'Antipho.
A. *'Ita uelim: set, quí istuc credam ita ésse, mihi dicí uelim.* 15
G. *Sátin est si te délibutum gaúdio reddo?* A. *énicas.*
P. *Quín tu hinc pollicitátiones aúfer, et quod férs, cedo.* G. *oh,*
Tú quoque aderas, Phórmio? P. *aderam: sét tu cessas?* G. *áccipe, em,*
'Ut modo argentúm tibi dedimus áput forum, recta ád Chremem

6 *Quid hic narret?* Idem liber, *hic quid hic narret:* nos, *hic quid narret,* verſui congruenter. FAERNUS. Noſtri omnes, *Quid hic narret.* Et hoc praeſtat.

8 *Num mirum aut novum eſt revocari, curſum cum inſtitueris? Geta.* Lege ordine inverſo *Novum aut mirum,* numero meliore. Recte etiam Guyetus ex codicibus ſcriptis *Inſtiteris:* Noſtri perperam *Inſtitueris,* verſu abnegante.

Num novum aut mirumſt revocari, curſum cum inſtiteris? Geta.

9 *Pergit hercle: numquam tu tuo odio vinces me.* Alii l. 4. *pergin,* Bembinus *pergit* habet. lego autem, *pergis hercle,* conjuncte: ut & in Heautontim. *Quin mihi moleſtum eſt. Pergis hercle.* quae vero ſequuntur, omnes libri ita collocant, *nunquam tu odio tuo me vinces.* FAERNUS.

Pergis hercle: numquam tu odio tuo me vinces. Non manes? Noſtri plerique *Pergit.* Unus *Pergin? hercle.* Recte: atque ita legendum, Heaut. III, 3, 21, non *Pergis hercle.* Porro pro *Tu odio* codex Academicus *Hodie* habet. Utrumque retine & ſic repone,

Pergin? hercle numquam hodie odio tu me vinces. Non manes?

Odio abſolute ut Hec. I, 2, 48.

Tundendo atque odio denique effecit ſenex.

Plautus Rud. IV, 3, 7.

Enicas jam me odio, quiſquis es.

Numquam hodie, praeter Comicos, qui paſſim habent. etiam Virgilius;

Numquam omnes hodie moriemur inulti.

GE. *Vapulabis.* AN. *id tibi quidem jam fiet.* 10 In libris Bembino, & Vaticano, eſt *vapula;* nec aliter verſus poteſt ſtare. hoc autem, id eſt *vapula,* verbum minantis eſt, non autem jam percutientis. & eſt hic locus tranſlatus ex Plauti Aſinaria: *Tun libero homini male ſervos loquere? Vapula. Id quidem tibi hercle fiet, Demenetum ſimul ac conſpexero.* quod vero ſequitur ita in omnibus libris ordinatur, *id quidem tibi.* verſus autem hoc modo ſuſtentabitur, ut vel eliſo *d,* ex *id,* in ſecunda ſede ſit anapaeſtus; vel *fiet,* in unam ſyllabam contracto, ſit in quarta ſpondeus. FAERNUS.

Noſtri omnes *Vapulabis;* perperam. Feſtus olim legebat hic *Vapula. Vapula, inquit, tum dici ſolitum, cum vellent minantibus ſignificare, ſe eos neglegere & non curare. Plautus in Feneratrice: Liberta ſalve: Vapula Papiria. Aelius hoc loco Vapula poſitum eſſe ait pro Dole; Varro pro Peri, teſte Terentio in Phormione. Non m* — Locus ibi mutilus eſt: Sed ſatis apparet Feſtum de hoc ipſo egiſſe, & proinde *Vapula* hic lectum eſſe. Ceterum poſtquam in textum ſe intulerat *Vapulabis;* nebulo aliquis ad verſum ſupplendum, hoc bellum emblema addidit, *Curialis verrula eſt, qui me vocat;* quod & in compluribus editionibus hodie viſitur. Nos in duobus Noſtris, ſed recentioribus invenimus: ſpurium tamen eſſe vel illud evincit; quod ſtare hic non

Sûmus profecti: intérea mittit érus me ad uxorém tuam.
A. *Quámobrem?* G. *omitto próloqui: nam níhil ad hanc rem eſt,*
Ubi in gynaeceum íre occipio, púer ad me accurrít Mida:
Póne adprehendit pállio, reſupinat: reſpició: rogo,
Quámobrem retineát me: ait eſſe uétitum intro ad eram accédere.
Sóphrona modo frátrem huc, inquit, ſénis introduxít Chremem:
Eúmque nunc eſſe íntus cum illis: hóc ubi ego audiui, ád fores
Súſpenſo gradú placide ire pérrexi: acceſſi: áſtiti:
Animam compreſſi: aúrem admoui: ita ánimum coepi atténdere,
Hóc modo ſermónem captans. A. *eú, Geta.* G. *hic pulchérrumum*
Fácinus audiui: ítaque paene hercle éxclamaui gaúdio.
A. *Quód?* G. *quodnam arbitráre?* A. *neſcio.* G. *átqui mirificíſſumum:*
Pátruus tuus eſt páter inuentus Phánio uxorí tuae. A. *hem,*
Quíd ais? G. *cum eius conſuéuit olim mátre in Lemno clánculum.*

non poteſt, niſi legas *Vapulabis:* cum tamen compertum jam ſit legendum eſſe *Vapula.* Ut ne addam; niſi ſtatim poſt *Vapula* inferas, *Id tibi jam fiet,* hoc eſt *Vapulare,* ſententiam in reſponſo nullam fore.

11 *Minitatur malum.* Pronomen *qui,* non eſt in ullo ex antiquis libris: neque id verſus admittit. FAERNUS. Etiam Noſtri plerique neſciunt illud *Qui.*

12 *Ipſuſt.* PH. *Congredere actutum.* A. *Quid eſt?* Dele nomen Phormionis, & cum Codd. aliquot noſtris Getae totum attribue. *Ipſuſt: congredere actutum.* Certe a Phormione hoc non dici, vel illud indicio eſt, quod verſu demum 18 Phormionem adeſſe ſenſit Geta, *Oh, tu quoque aderas, Phormio.* Geta conſcius ſibi laetiſſimi nuntii jubet herum congredi quantum potèſt, ut eum illo impertiat. Sic apud Plautum Bacch. IV, 9, 56. Chryſalus ſervus, bono, ſed ficto, nuntio onuſtus, ad herum Nicobulum: *Rogas? congredere.* NI. *Congredior.*

13 *Qui vivant hominum homo honoratiſſime:* Liber Bembinus, *qui vivont homo hominum ornatiſſime,* ad rationem verſus accommodate. FAERNUS.

Accipimus a Bembino *Ornatiſſume:* retinemus tamen quod ceteri omnes habent, *Hominum homo.* Eun. II, 2, 1. *Homini homo quid praeſtat?* Adel. II, 2, 10. *Hominum homo ſtultiſſume.*

Tu quoque hic aderas Phormio? PH. *aderam. ſed ceſſas?* G. *accipe, hem.* Omnes fere libri, inter quos Bembinus, neque habent *tù hic,* & poſt *ſed,* habent pronomen *tu.* numero meliore trochaici. FAERNUS. Noſtri hic mendoſe *Hic* ſine *Tu.* 18

Ut modo argentum tibi dedimus aput forum, recta domum
Sumus profecti: interea mittit herus me ad uxorem tuam.

Argentum dedimus, Ego ſcilicet & Herus Demipho, qui una ad forum ea cauſa ieramus, IV, 5, 6. Mox ſequitur, *Recta domum profecti ſumus,* Ego rurſus atque Herus. Atqui hoc falſiſſimum. Demipho enim recta ad Nauſiſtratam ibat; V, 2, 11, & V, 111, 1; ſic ut juſſerat frater, IV, 5, 7. *Ubi hoc egeris, Tranſito ad uxorem meam.* Rurſus ſi recta *domum* ibant; quid illud erit, *Mittit me ad uxorem tuam;* quae ipſa ibi domi erat? Repone igitur, emendatione certiſſima, 20

Recta ad Chremem.
Sumus profecti.

Ad Chremem, hoc eſt, *ad domum Chremetis;* ubi uxor ejus Nauſiſtrata convenienda erat. Sic And. II, 2, 24. *Ego me continuo ad Chremem.*

Euge Geta. Liber Bembinus, & Victorianus, *eu Geta.* Baſilicanus, *heu Geta.* FAERNUS. Et Noſtri plerique *Eu Geta.* 29

Pater inventus eſt Phanio. Aliqui libri, in quibus Bembinus, ita habent, *eſt pater inventus.* 32

PH. *Sómnium: utn' haec ígnoraret ſuúm patrem?* G. *aliquid crédito,*
Phórmio, eſſe caúſae: ſet me cénſen potuiſſe ómnia
Intellegere extra óſtium, intus quae inter ſeſe ipſi égerint?
A. *Atque hercle ego quoque íllam inaudiui fábulam.* G. *immo etiám dabo*
Quó magis credas: pátruus interea inde huc egreditúr foras:
Haút multo poſt cúm patre idem récipit ſe intro dénuo:
Ait uterque tibi poteſtatem eíus habendi ſé dare:
Dénique ego ſum miſſus, te ut requírerem atque addúcerem. A. *em*
Quín ergo rape mé: quid ceſſas? G. *fécero.* A. *o mi Phórmio,*
Uále. P. *uale, Antiphó: bene, ita me dí ament, factum. gaúdeo*

ACTUS V. SCAENA VII.

PHORMIO.

TANT'AM fortunam de inprouiſo eſſe his datam.
Summa éludendi occáſioſt mi núnc ſenes,
Et Phaédriae curam ádimere argentáriam;
Ne cuíquam ſuorum aequálium ſuppléx ſiet.

tus. ita & Donatus; quae collocatio verborum adjuvat verſum. FAERNUS. Noſtri plerique; *Patruus tuús pater eſt:* male, quia *Páter* in Theſi delireſcit.

34 *Somnium: utin' haec.* Duo ex Noſtris veteres, *Ut haec.* Lege, *Utn' haec.* Horat. *Utne tegam ſpurco Damae latus?*

37 P. *Atque hercle ego quoque illam audivi fabulam.* Ita libri Noſtri; ſed Donatus legebat, *Illam inaudivi*; *Plautus*, inquit, *in Milite glorioſo. Nam hoc cognomentum poëtae eſſe inaudivi.* Sic Editiones nuperae: ſed vetus; *Nam hoc columnatim*, Repone:

Nam os columnatum poetae eſſe inaudivi Barbaro.

Exſtat in Mil. Glor. II, 2, 56. Ceterum hoc noli *Phormioni* attribuere, ſed cum codice Academico *Antiphoni*. Id ex reſponſo conſtabit, ubi *Patruus, Tibi poteſtatem, Te requirerem* ad Antiphonem referuntur. Praeterea, jam modo dixerat Phormio, *Somnium, utne illa ignoraret patrem?* non convenit ergo, ut continuo addat, *ſe rem prius inaudiviſſe.* Repone igitur,

AN. *Atque hercle ego quoque illam inaudivi fabulam.*

Recte: Antipho inaudivit, qui cognatus & familiaris; non Phormio qui alienus & ignotus. *Illam in au*, anapaeſtum facit. *Inaudire* Plauto, Ciceroni, aliis, eſt rem prius occultam & celatam fando audire. Sine dubio igitur vera haec lectio eſt.

Ait uterque tibi poteſtatem ejus habendae ſe dare. In nullo omnino libro invenio pronomen *ſe*; omnes vero habent *dari*, pro *dare*. ſed verſus non conſtat, niſi legas pro *habendae, adhibendae*, quod in libro Bembino eſt. qua lectione admiſſa, licebit opinor exponere *adhibendae*, pro *habendae:* ſicut dicimus adamare pro amare, adhaerere, pro haerere, & ſimilia. aut *adhibendae*, aſciſcendae, adjungendae in matrimonium. ad has non ſane vulgatas hujus verbi expoſitiones, cogit me auctoritas tam vetuſti libri, cum verſus neceſſitate conjuncta. FAERNUS.

Ait uterque tibi poteſtatem ejus habendae dari. Illud *Adhibendae*, quod Bembinus exhibet, commentum eſt correctoris, qui verſum ruentem ſic fulcire voluit. Rectius, qui *Se* addiderunt; nam noſtri, tribus recentioribus exceptis, omnes *Dare* habent. Repone:

Ait uterque tibi poteſtatem ejus habendi ſe dare.

Ejus habendi; ut Heaut. Prol. v. 29. *Novarum ſpectandi*: Hec. III, 3, 12. de Virgine *Ejus videndi*;

Nam idem hóc argentum, ita út datumſt, ingrátiis
Ei dátum erit: hoc qui cógam, re ipſa répperi.
Nunc géſtus mihi uoltúſque eſt capiundús nouos.
Set hínc concedam in ángiportum hoc próxumum:
Inde híſce oſtendam me, úbi erunt egreſſi foras.
Quo me ádſimularam ire ád mercatum, nón eo.

ACTUS V. SCAENA VIII.

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

D. *DIS mágnas merito grátias habeo átque ago,*
Quando éuenere haec nóbis, frater, próſpere.
Quantúm poteſt, nunc cónueniundus Phórmio eſt,
Priuſquám dilapidat nóſtras trigintá minas,
Ut aúferamus. P. *Démiphonem, ſi domi eſt,*
Uiſam: út quod D. *at nos ád te ibamus, Phórmio.*
P. *De eadem hác fortaſſe caúſa. ita hercle crédidi.*

videndi; ubi codices nonnulli *Videndae*. Ovid. Her. XX, 74. de Cydippe.

Copia placandi ſit modo parva tui.

Sic ibi, teſte Heinſio, membranae veteres: Editi *Placandae*. Ex *habendiſo*, natum eſt *habendae*.

41 *Denique ego ſum miſſus.* Idem liber, *ego miſſus ſum.* FAERNUS.

Denique ego miſſús ſum, te ut requirerem atque adducerem.

Vides, ut prave acuatur in ultima *Miſſús*. Deinde Noſtri univerſi addunt *Em*. Repone:

Denique ego ſum miſſus, te ut requirerem atque adducerem. AN. *Em.*

42 AN. *Hem quin ergo.* *Tò hem*, is liber non habet; quod nec verſui, nec ſenſui eſt neceſſarium, FAERNUS.

Non hujus initio convenit *Em*; ſed, ut fere ſemper, prioris fini eſt apponendum. Ceterum verſu ſequente, pro *Gaudeo* Guyetus *Plaudite:* & ſcenas ſequentes ſpurias eſſe pronuntiat; neminemque, *Siquidem ſanus fuerit*, a ſe diſſenſurum putat. Credaſne hunc hominem ſanae tum mentis fuiſſe, cum haec effutiret? certe ad Anticyras relegandus tum erat; non nunc argumentis refutandus. Nihil in toto Terentio ſequentibus ſcenis pulchrius, venuſtius, urbanius, moratius: ſine quibus reliqua fabula, quae nulli cedit, ex fulgore in fumum exiret.

Ita ut ingratis eſt datum. O. l. s. *ita ut datum eſt ingratis:* ſolus Bembinus, *datum'ſt ingratiis*, ut poſtulat verſus. FAERNUS. 5

His datum erit. Quomodo *his*, cum de Phaedria ſolo ſit ſermo, cui adimenda erat cura argentaria? itaque vera lectio mihi videtur, quam idem antiquiſſimus liber continet, *ei datum erit.* in Victoriano eſt *τὸ his*, ſed in litura: ut conjiciam ibi quoque ſcriptum prius fuiſſe *ei*. FAERNUS. 6

Noſtri *Ingratis:* & aliquot addunt *His* vel *Iis*, aliquot nihil.

Angiportum hoc proxumum. Hunc duo ex Noſtris; & ſic citat Priſcianus p. 714; ut probet & *Hoc angiportum* & *Hic angiportus* dici. 8

Prius quam dilapidet. Liber Bembinus *dilapidat.* FAERNUS. Noſtri *Dilapidet.* Utrumvis probe. 4

PH. *De eadem hac fortaſſe cauſa?* D. *Ita hercle.* PH. *credidi.* Tolle nomen Demiphonis; & totum da Phormioni, hoc modo: 7

Quid ád me ibatis? rídiculum: an uerémini
Ne nón id facerem quód recepiſſém ſemel?
Heus, quánta quanta haec méa paupertas éſt, tamen
Adhúc curaui unum hóc quidem, ut mi eſſét fides,
C. *Eſtne íta uti dixi líberalis?* D. *óppido.*
P. *Idque ádeo aduenio núntiatum, Démipho,*
Parátum me eſſe: ubi uóltis, uxorém date.
Nam omnís poſthabui míhi res, ita uti pár fuit,
Poſtquám tantopere id uós uelle animaduérteram.
D. *At híc dehortatus éſt me, ne illam tíbi darem:*
Nam quí erit rumor pópuli, inquit, ſi id féceris?
Olím cum honeſte pótuit, tum non éſt data:
Nunc uíduam extrudi túrpeſt: ferme eadem ómnia
Quae túte dudum córam me incuſáueras.
P. *Satis pól ſuperbe inlúditis me.* D. *quí?* P. *rogas?*

PH. *De eadem hac fortaſſe cauſa. ita hercle credidi.*
Hoc pro conceſſo ſumit Phormio; ut ſequentia inferat. Demipho non potuit dicere *Ita hercle*; cum res non ita eſſet. Phormio enim fingit eos velle, ut Phanium abduceret: hi re vera veniunt, ut ne abduceret, ſed pecuniam reſcriberet.

3 *An verebamini.* Tò *an* non habet idem liber: arbitror autem in ſcanſione hujus verſus primum *e* elidi, ſicut in *ſenex.* poſſet tamen elidi *u*, ſicut in *invidia.* FAERNUS.
Quid ad me ibatis? ridiculum: verebamini
Ne non id facerem.
Sic a Faerno eſt: ſed verſu abhorrente. Lege cum plurimis Noſtris, vetuſtioribus certe univerſis:
Quid ad me ibatis? ridiculum: an veremini.
Veremini, ne non facerem: prorſus ut ſupra IV, 2, 2; *Venio ad hominem, ut dicerem:* & Heaut. III, 1, 83.
Dum id quaero, qui tibi filium reſtituerem.
Taceant ergo poſthac, qui indignam & turpem licentiam verſui huic impetrari poſtulant.

10 *Heus heus, quanta haec mea paupertas eſt, tamen.* Huic verſui, una ſyllaba deficienti, ſuccurrit lectio ejuſdem libri, *heus quanta quanta haec.* FAERNUS. Noſtri *Quanta haec*; niſi quod unus *Quantacumque haec.*

CH. *Eſtne ea ita ut dixi liberalis?* D. *oppido.* 12
Sine *ea*, & praeterea mutatis perſonis, hunc verſum continet idem liber in hunc modum. D. *Eſtne ita ut dixi liberalis?* CH. *oppido.* forte eſt ironia ſenum in Phormionem. cum pronomine vero *ea*, fateor me hunc locum non intelligere. FAERNUS.
DE. *Eſtne ita ut dixi liberalis?* CH. *oppido.*
Sic dedit Faernus; qui ſi *Ea* hic legatur, fatetur ſe hunc locum non intelligere. Nimirum Bembino ſerviliter addictus perſonas prave diſtinxit; quae ſic ex omnibus aliis libris ſunt diſponendae; & leviter emendandum eſt.
CH. *Eſtne ita uti dixi liberalis?* DE. *oppido.*
Chremes fratrem interrogat, an filia, quam iſte jam primum viderat, liberali facie & forma ſit; ut ipſe de abſente dudum praedicaverat. Nimirum ſenes, quibus jam tota fallacia ſatis innotuerat, parum curabant quid Phormio magnifice diceret, ſed alias res inter ſe agebant. Atque hinc quoque cognoſcas, *Ita hercle*, v. 7. non aſſignandum eſſe Demiphoni.

Itaque ad vos venio nuntiatum Demipho. 13
Multi libri ſcripti, & in his Victorianus, pro *itaque, idque* habent. Bembinus, *idque adeo.* quo etiam modo ſtaret verſus, attributa prima ejus ſyllaba verſui praecedenti. FAERNUS.
Idque ad vos venio. Duo ex Noſtris, *Idque:*
omnes

Digitized by Google

Quia ne álteram quidem íllam potero dúcere:
Nam quó redibo ore ád eam quam contémpserim?
C. *Tum autem Antiphonem uídeo ab sese amíttere*
Inuítum eam: inque. D. *tum aútem uideo fílium*
Inuítum sane múlierem ab se amíttere.
Set tránsi sodes ád forum, atque illúd mihi
Argéntum rursum iúbe rescribi, Phórmio.
P. *Quodne égo discripsi pórro illis quibus débui?*
D. *Quid ígitur fiet?* P. *sí uis mi uxorém dare*
Quam déspondisti, dúcam: sin est út uelis
Manére illam aput te, dós hic maneat, Démipho.
Nam nón est aequom mé propter uos décipi:
Cum ego uéstri honoris caúsa repudium álterae
Remíserim, quae dótis tantundém dabat.
B. *In' hinc malam rem cum ístac magnificéntia,*

omnes *Ad vos.* Repone; *Idque adeo advenio.*

18 *Nam qui erit rumor populi, inquis, si id feceris. Inquit* posteriorem acuit; quia praeteriti temporis est: ut Cicero *Inquisti.* Vide Priscianum p. 876.

20 *Nunc viduam extrudi turpe est.* Quomodo *viduam*, quae sine viro remansura non erat? an forte *viduam* exponendum est, a priore viro separatam? in eo libro antiquissimo sine ea dictione *viduam*, in hunc modum legitur, *Eam nunc extrudi turpe'st.* FAERNUS. Et hinc scias indolem correctoris Bembini. Nostri omnes *Nunc viduam. Viduus* hoc sensu non semel apud Plautum est.

22 *Satin superbe inluditis?* Aliqui libri, & in iis Bembinus, affirmative habent *satis.* FAERNUS. Alter ex Meadianis *Satis:* reliqui *Satin.* Lego: *Satis pol superbe:* ut Heaut. IV, 4, 1. *Satis pol proterve.*

24 *Nam quo ore redibo.* O. fere l. s. *nam quo redibo ore.* FAERNUS. Sic & Nostri omnes.

29 *Argentum jube rursum.* O. l. s. *argentum rursum jube.* FAERNUS.

30 *Quodne ego perscripsi.* O. fere l. s. *descripsi:* Bembinus *discripsi:* & ita etiam videtur legisse Donatus: qui super hoc loco ita dicit, *Multis per scripturam reddidi, multis dedi: ut apud Virgilium: Diditur hic subito Trojana per agmina murmur.* quod exemplum ex Virgilio ad *discripsi* optime facit; ad *perscripsi* nullo modo. FAERNUS. Nostri omnes *Perscripsi.*

Repudium alteri. Multis in libris, & inter hos Bembino, & Victoriano scriptum est *alterae:* ut & in Heautontim. *Id ipsa alterae dum narrat.* FAERNUS. Nostri *Alteri.* 35

Quae tantundem dotis dabat. Meliore numero habent o. l. s. *quae dotis tantundem dabat.* FAERNUS. Sic & Nostri omnes. 36

I hinc in malam rem. Meliorem compositionem continet liber Bembinus, hoc modo, *I in malam rem hinc:* & sic quoque stat versus. FAERNUS. 37

Nostri omnes *I hinc in malam rem.* Puto legendum, *In' hinc malam rem.* adverbialiter vel absolute; ut Plautus Poen. II, 1, 48. *Malam crucem ibo potius.* Menaech. II, 2, 53. *Ut eas maxumam malam crucem.* Noster III, 3, 30. *Malam rem hinc ibis?* Ubi Donatus, *Adverbialiter, ut Domum ibis.* Supra II, 3, 21. *In' malam crucem:* ubi iterum *Donatus, Adverbialiter, ut Huic viciniae.* Cum *Adverbialiter* dicit, hoc vult, Accusativum absolute poni sine praepositione.

Fugitíue? etiamnum crédis te ignorárier,
Aut túa facta adeo? P. *inrítor.* D. *tune hanc dúceres,*
Si tíbi data eſſet? P. *fác periclum.* D. *ut fílius*
Cum illa hábitet aput te, hoc uéſtrum conſiliúm fuit.
P. *Quaeſó quid narras?* D. *quín tu mi argentúm cedo.*
P. *Immo uéro uxorem tú cedo.* D. *in ius ámbula.*
P. *Enimuéro ſi porro éſſe odioſi pérgitis,*
D. *Quid fácies?* P. *egone? uós me indotatís modo*
Patrócinari fórtaſſe arbitrámini:
Etiám dotatis ſóleo. C. *quid id noſtrá?* P. *nihil.*
Hic quándam noram, cuíus uir uxorem C. *hém.* D. *quid eſt?*
P. *Lemni hábuit aliam:* C. *núllus ſum.* P. *ex qua fíliam*
Suſcépit: et eam clam éducat. C. *ſepúltus ſum.*
P. *Haec ádeo ego illi iám denarrabo.* C. *óbſecro,*
Ne fácias. P. *oh, tune ís eras?* D. *ut ludós facit.*
C. *Miſſúm te facimus.* P. *fábulae.* C. *quid uís tibi?*
Argéntum quod habes cóndonamus te. P. *aúdio.*

38 *Fugitive: etiám nunc credis te ignorarier?* Repone *Etiám num:* quo pacto *Etiám* rite acuet ultimam ob ſequens Encliticon.

39 *Tune hanc duceres, ſi tibi data eſſet?* Liber Bembinus, *ſi tibi daretur?* quod magis convenit, & cum *duceres*, & cum eo quod ſequitur, *fac periculum.* ubi ex ratione verſus *periclum* legimus. FAERNUS.

Si tibi daretur. Noſtri univerſi *Data eſſet*, Quod recipio. *Si data eſſet, duceres*, ut And. *Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres.* & ſupra, *Aliquid conraſiſſem, atque hinc me protinam conjicerem in pedes.*

43 *Imma vero tu uxorem cedo.* Idem liber numeroſiore ordine haec verba habet, *uxorem tu cedo.* ſane utroque modo hujus verſus prima ſyllaba ad praecedentem pertinet verſum. FAERNUS.

Unus tantum ex Noſtris, *Tu cedo.* Ceterum prima verſus ſyllaba non pertinet ad praecedentem. *Immo vero* numquam non primam corripit.

44 PH. *In jus? enimvero ſi porro eſſe odioſi pergitis.* Hic verſus ſeptem pedum eſt; nec ex l. s. ullum remedium. Donatus dicit *enimvero* principium eſſe aliquid per iracundiam dicturi: ſicut apud M. Tullium, *Enimvero hoc ferendum non eſt.* quod ſi hoc Terentianum principium tale ſit, quale illud Tullianum, ubi nihil omnino praecedat, poteſt dici, ea duo verba *in jus* eſſe delenda & abſolute incipiendum, *Enimvero ſi porro*, nos tamen ea verba retinebimus: verſum ſuſtentantes applicando primam hujus verſus ſyllabam verſui praecedenti: & ex *jus s* elidendo. FAERNUS.

In prima ſententia perſtitiſſe debuit; delendum illud *In jus?* quod huc ex v. 88. traductum eſt;

In jus eamus. In jus? huc ſi quid lubet.

Et ibi quidem recte venit: hic vero & verſus repudiat, neque ſententia deſiderat.

47 *Cedo, cape.* O. fere l. & in iis Bembinus, *cape, cedo.* FAERNUS.

Duo tantum ex Noſtris *Cape, cedo.* Placet tamen quia rei geſtae ordinem ſervat. Quippe prius dederant minas triginta, nunc repetunt.

48 *Quod modo erat ratum, inritumſt. Ratum* omnino acui debebat. Repone igitur:

Quod dictum, indictumſt; quod modo ratum erat, inritumſt.

Niſi

Quid uós, malum, ergo mé sic ludificámini,
Inépti ueſtra púerili ſenténtia?
Noló, uolo: uolo nólo rurſum: cápe, cedo:
Quod dictum, indictumſt: quód modo ratum erat, íritumſt.
C. *Quo pácto aut unde haec híc reſciuit?* D. *néſcio,*
Niſi mé dixiſſe némini, id certó ſcio.
C. *Monſtri, íta me di ament, ſímile.* P. *inieci ſcrúpulum.* D. *hem,*
Hicíne ut a nobis tántum hoc argenti aúferat,
Tam apérte inridens? émori hercle ſátius eſt:
Animó uirili praéſentique ut ſís, para.
Uidés peccatum tuum hóc eſſe elatúm foras:
Neque iám celare id póſſe te uxorém tuam:
Nunc quód ipſa ex aliis aúditura ſít, Chreme,
Id nóſmet indicáre placabílius eſt.
Tum hunc ínpuratum póterimus noſtró modo
Ulcíſci. P. *atattat, níſi mi proſpicio, haéreo.*
Hi gládiatorio ánimo ad me adfectánt uiam.

60 *Niſi me dixiſſe nemini, id certo ſcio.* Alii libri ſcripti habent, *id nemini:* ſolus Bembinus non habet τὸ *id*, quod & placet, ut ex ſuperioribus ſubaudiatur *haec*. FAERNUS.

Duo ex Noſtris cum Bembino conſentiunt. Placet tamen, *Id certo ſcio*; ut in *Nemini* ultima liqueſcat; neque eo minus ſubaudietur *Haec*.

62 *Hicine ut a nobis hóc tantum árgenti auferat?* Videſne *Tantum* quod in primis acuere auctor debuit, in Theſi conticeſcere. Lege ex Noſtris fere omnibus:

Hicine ut a nobis tántum hoc argenti auferat.

65 *Vides tuum peccatum eſſe elatum foras?* Omnes l. s. hoc ordine collocant, *peccatum tuum*. ita non oporteret ex *tuum*, quicquam elidere. aliqui libri recentiores habent, *jam eſſe elatum*: Bembinus, *eſſe delatum*. quod ita recipiendum eſt, ut *d* ſit medium duarum vocalium ut in *med erga*. FAERNUS.

Vides peccatum tuum eſſe delatum foras: *D* addi ad hiatum ſupplendum, praeſertim poſt vocalem brevem; & Terentio & Faerno indignum eſt. Noſtri univerſi *Eſſe elatum*; ut Adel. IV, 4, 15. *Quod minume eſt opus uſquam efferri*; hoc eſt, *Divulgari*. Lucilius apud Nonium v. Committere; *Nec myſteria eeferres foras*. Sic alii paſſim. At Bembinus corrector de verſu magis quam de ſententia ſollicitus, *Delatum* de ſuo dedit. Quantilla opera utrique melius conſulitur?

Vides peccatum tuum hoc eſſe elatum foras. *Peccatum tuum hoc*; ut alias, *Thaide* hac *tua: Tua* illa *duritia: Tuo* iſto *invento*; *Tuae* iſtae *rationes*, *Tuus* iſte *animus aequus*. *Meo* hoc *Eunucho: Opinionem* hanc *tuam*.

Neque jam id celare poſſe te uxorem tuam. 66 Noſtri plerique *Neque id jam*. Lege,
Neque jam celare id poſſe te u. t.

Nunc quod ipſa ex aliis auditura ſit Chreme, 67 Liber Bembinus *audituraſt*; ſed verſus laborat, niſi vel duae primae dictiones facta dialyſi in *quod*, conſtituant dactylum, vel ejus dictionis poſtrema littera eliſa, deinde vocali per ſynaloephen abjecta in prima ſede ſit ſpondeus; in ſecunda vero, non facta viciſſim ſynaloepha in ſequentium dictionum vocalium concurſu, Iambus. FAERNUS. Noſtri *Auditura ſit*, verſu ipſo jubente.

Ulciſci. 'Attat. Hiat verſus, contra artem 70 & Noſtri morem. Repone:
Ulciſci: atattat, niſi mi proſpicio, haereo.
Vide ad And. I, 1, 98.

Itane.

C. *At uéreor ut placári possit.* D. *bóno animo es.*
Ego rédigam uos in grátiam; hoc fretús, Chreme,
Cum e médio excessit únde haec susceptást tibi.
P. *Itane ágitis mecum? sátis astute. adgredimini.* 75
Non hércle ex re istius me instigasti, Démipho.
Ain tu? úbi quae lubitum fúerit, peregre féceris,
Neque huíus sis ueritus faéminae primáriae,
Quin noúo modo eii fáceres contuméliam;
Ueniás mihi precibus laútum peccatúm tuum? 80
Hisce égo illam dictis íta tibi incensám dabo,
Ut né restinguas, lácrumis si extilláueris.
D. *Malúm, quod isti dí deaeque omnés duint.*
Tantáne adfectum quémquam esse hominem audácia?

75 *Itane agitis mecum? satis astute adgredimini.* Prava distinctio est, & sententiae incommoda. Tu sic:

Itane agitis mecum? satis astute. adgredimini.

Ubi *Satis astute*, Ironia est: & *Adgredimini*, modi imperativi. Provocat eos, ad adgrediendum, si ausint.

77 *Ain tu? ubi peregre tibi quod lubitum fuerit feceris.* In libro Bembino, ita legitur:

Ain tu? ubi quae libitum fuerit peregre feceris.

quod & numerosius, & sermoni cotidiano accommodatius est. FAERNUS.

Bembinus hic recte: Nostri mendose: *Ain tu tandem, ubi peregre tibi quod lubitum fuerit feceris.* Cave vero pro *Ain tu*, cum quodam substituas *An tu*. Cur hoc? Quia nihil praecessit, inquit, ad quod referatur. Atqui vel sic usurpant *Ain tu?* nativa Latio elegantia. Plautus Asin. IV, 2, 3.

Ain tu? apud amicam munus adulescentuli
Fungare? Capt. IV, 2, 112.
Ain tu? dubium habebis, etiam sancte cum
ego juro tibi?

79 *Novo modo ei quin faceres contumelias.* Liber Bembinus habet *contumeliam:* quod & usitatius est cum verbo *facere*. omnes vero quotquot sunt libri scripti verba sic ordinant, *quin novo modo ei*, qua lectione admissa, versum ita sustentamus. ut in *novo* subtracta littera *u*, quemadmodum in *invidia*, duo *o* in unam syllabam cocant: *ei* vero fit spondeus, ut saepe apud antiquos poetas. FAERNUS.

Nostri *Contumelias:* cetera recte. In *Novo* non *subtracta u*, sed contracta syllaba, pronuntiatione veteri *Nowo*. Sic Plautus *Nowo modo* Mil. III, 1, 30. & Pseud. I, 5, 156. Atque ita alibi per numeros casusque fere omnes, una syllaba, *Nowi, nowae, nowa, nowes.* Epid. V, 2, 62. Most. I, 3, 105. Cas. I, 1, 30. Truc. II, 1, 35. II, 4, 32. III, 2, 9.

Venias nunc precibus lautum peccatum tuum. 80 Nostri plerique, *Venias nunc mihi precibus:* unus, *Venias mihi nunc precibus:* alter, *Venias mihi precibus nunc:* Tolle illud *Nunc*, quod & sedis incertae est; & nihil sententiae confert; & lege, quod Comicum & ex medio sumptum est,

Venias mihi precibus lautum peccatum tuum.

Hominem quemquam esse audacia. O. l. s. 84 sic verba ordinant, *quemquam esse hominem audacia?* FAERNUS. Sic & Nostri.

Nonne hoc publicitus. Tò *ne* non est in libro 85 Bembino. ita restat nuda negatio, quae per interrogationem prolata, expressionem habet indignitatis, ut, *Non haec o Palla dederas promissa parenti.* FAERNUS. Nostri omnes *Nonne*. Nihil interest.

Nescíam prorsus. Liber Bembinus, *prorsum* 87 appositе ad rationem versus. FAERNUS.

Ut quid agam cum illo, nesciam prorsum. Ego scio. Quinque Nostri *Ex illo*, non *Cum illo*. Deinde illud nota, quod Faernus ex Bembino dedit.

Digitized by Google

Non hóc publicitus ſcélus hinc deportárier
In ſólas terras? C. *ín id redactus ſúm loci,*
Ut quíd agam ex illo prórſus neſciam. D. *égo ſcio:*
In iús eamus. P. *ín ius? huc, ſi quíd lubet.*
D. *Adſéquere ac retine, dúm ego huc ſeruos éuoco.*
C. *Enim ſólus nequeo: accúrre huc.* P. *una iniúriaſt*
Tecúm. C. *lege agito ergo.* P. *áltera eſt tecúm, Chreme.*
D. *Rape húnc.* P. *itan agitis? énimuero uocéſt opus:*
Nauſíſtrata, exi. C. *os ópprime.* D. *inpurúm uide,*
Quantúm ualet. P. *Nauſíſtrata, inquam.* C. *nón taces?*
P. *Taceám?* D. *niſi ſequitur, púgnos in uentrem íngere.*
P. *Uel óculum exculpe: eſt úbi uos ulciſcár probe.*

dedit. *Neſciam prorſum. Ego ſcio,* ubi *Prorſum,* quod ſemper apud Noſtrum alias, & ſuo jure debet acui, in Theſi deprimitur. Unus ex Noſtris, *Prorſus neſciam.* Repone:

Ut quid agam ex illo prorſus neſciam. Ego ſcio. Prorſus neſciam; ut Hec. III, 4. 30. *Prorſus neſcio, Quo pacto hoc celem. Ex illo,* idem quod *Poſtilla, Poſthac, Ex illo, loco, tempore, facto.* Virgil. Aen. II, 169.

Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri.

Ubi Servius: *Ex illo: facto vel tempore.* Eo, inquit Chremes, loci redactus ſum, ut quid deinde faciam neſcio. Nam *quod cum Phormione faceret,* nil difficile: condonaret ei argentum.

89 *Adſequere ac retine dum ego hinc ſervos evoco.* Liber Bembinus aſyndeton profert: & pro *hinc,* & is liber, & Victorianus habet *huc:* hoc modo: *Adſequere ac retine dum ego huc ſervos evoco.* FAERNUS. Noſtri omnes, *Ac retine:* duo *Huc,* non *Hinc.*

90 *Etenim nequeo ſolus. adcurre huc.* Bembinus liber, Baſilicanus & Victorianus, & aliqui alii, ac Donatus pro *etenim, enim* habent. ſoli vero ii duo antiquiſſimi libri, id eſt Bembinus & Victorianus τὸ *huc* non habent: ita ſtat verſus, tranſeunte tamen hujus prima ſyllaba in ultimam praecedentis. FAERNUS.

Enim nequeo ſolus accurre. Una injuriaſt. Sic Bembinus & Victorianus. Contra Noſtri omnes cum Edd. vett.

Enim ſolus nequeo: accurre huc. Una injuriaſt. Utrumque verſui ſatisfacit: placet tamen poſterius.

Itane agitis? Idem liber *ſic agitis,* ut & verſus expoſcit. FAERNUS. Noſtri omnes *Itane,* verſu patiente. 92

Vel oculum exculpe. Omnes l. s. praeter Bembinum *exclude* habent. quam & veram arbitror lectionem. eſt enim antiqua locutio, *excludere oculum.* Plautus in Poenulo: *Excludito mihi hercle oculum, ſi dedero.* FAERNUS. 96

Eſt ubi vos ulciſcar locus. In eodem libro legitur *ulciſcar probe.* non enim de loco, quem non erat mutaturus, eſt ſermo; ſed de facultate, quam habebat ulciſcendi ſenes. FAERNUS. Ib.

Noſtri *Exclude;* & pro *Probe, Locus,* & ſic Priſcianus p. 1029. Placet lectio Bembina. Plautus Pſeud. V, 2, 26. *Erit, ubi te ulciſcar, ſi vivo.* Poen. V, 4, 56. *Nam pol ego te ulciſcar probe.*

Digitized by Google

ACTUS V. SCAENA IX.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

N. *QUI nóminat me?* C. *hem.* N. *quíd istuc turbaest óbsecro,*
Mi uír? P. *ehem, quid nunc óbstipuisti?* N. *qui híc homost?*
Non míhi respondes? P. *hícine ut tibi respóndeat?*
Qui hercle, úbi sit, nescit. C. *cáue isti quicquam créduas.*
P. *Abi, tánge: si non tótus friget, me énica.*
C. *Níhil ést.* N. *quid ergo est quód istic narrat?* P. *iám scies:*
Auscúlta. C. *pergin crédere?* N. *quid ego óbsecro*
Huic crédam, qui nil díxit? P. *delirát miser*
Timóre. N. *non pol témerest, quod tu tám times.*
C. *Egon tímeo?* P. *recte sáne: quando níl times,*

2 *Mi vir.* PH. *hem quid nunc obticuisti?* Plutes l. s. *obstupuisti*, ita & Victorianus, & Bembinus, sed hic per *i* in secunda syllaba hoc modo *obstipuisti*. sane hoc non Admiratus es exponemus, sed Stupidus, & quasi saxeus effectus es prae timore. ceterum in versu dimetiendo, vel ex *vir r* elidendum, vel ex *hem m:* quanvis consonans consequatur. vel legendum, ut in Victoriano, & Basilicano, *ehem*. FAERNUS. Nostri *Ehem*, & ex illis duo *Obstupuisti*. Porro lege *Qui hic* non *Quis hic*.

4 *Cave isti quicquam credas.* Legendum *creduas*, nisi quis Iambicum trimetrum catalecticum facere velit: quod non placet: in *isti* autem haud dubie *s* elidendum. FAERNUS. Libri quidem *Credas*; sed versus ipse jubet *Creduas*.

6 N. *Quid ergo est?* Liber Bembinus non habet *to est*, quod nec necessarium videtur: a superiore enim repetitur. FAERNUS.
Quid ergo? quid istic narrat? Nostri omnes *Est*; & nonnulli *Quod istic*. Lege & distingue:
Nihil est. Quid ergo est quod istic narrat?

11 *Et hoc nihil est quód ego dico.* Lege, accentu venustiore,
Et hoc nihil est égo quod dico, tu narra.

12 PH. *Eho tu.* Idem liber *ohe tu*. FAERNUS. *Ohe tu* ex Bembino Faernus, Nostri omnes *Eho*; quod placet. Sic enim passim, *Eho, Ehodum*.

13 *Mi vir non mihi narras?* Idem liber, *non mihi dicis*. FAERNUS. Nostri omnes *Narras*. Placet *Dicis*, quia sequitur *Dicto*.

15 *In Lemno. Hem quid ais? Non taces?* Tres ex Nostris bonae notae, *Hem quid agis?* quod sine dubio huc recipiendum.

19 *Pro di inmortales facinus indignum & malum.* O. l. s. praeter Victorianum, & Vaticanum, & Basilicanum, ita habent: *facinus miserandum & malum. miserandum* autem, quoad Nausistratam, in quam ex hoc miseria redundabat: *malum*, quoad Chremetem, qui id amiserat. FAERNUS. Nostri universi *Indignum*.

20 PH *Hoc actumst.* NA. *an quicquam hodie est factum indignius?*
Qui mi ubi ad uxores ventumst, tum fiunt senes. Sic a Faerno est, qui quod in vett. Edd. invenerat, vel non ausus est mutare, vel non curavit. Atqui omnes Nostri codices alias his personas assignant; hoc modo:
DE. *Hoc actumst.* PH. *an quicqaam hodie est factum indignius?*
Qui mi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes,
NA. *Demipho, te appello.*
Dixerat Chremes, *Quid agimus?* Jam Demipho, *Hoc actum est*. Utrumque est diffidentis

&

Et hoc níhil eſt ego quod díco, tu narrá. D. *ſcelus,*
Tibi nárret? P. *eho tu, fáctumſt abs te ſédulo*
Pro frátre. N. *mi vir, nón mihi dicis?* C. *át* N. *quid at?*
C. *Non ópus eſt dicto.* P. *tíbi quidem: at ſcito huíc opuſt.*
In Lémno. C. *hem, quid agis?* D. *nón taces?* P. *clam te.* C. *eí mihi.*
P. *Uxórem duxit.* N. *mí homo, di meliús duint.*
P. *Sic fáctumſt.* N. *perii míſera.* P. *et inde fíliam*
Suſcépit iam unam, dúm tu dormis. C. *quíd agimus?*
N. *Pro di inmortales, fácinus indignum ét malum.*
D. *Hoc áctumſt.* P. *an quicquam hódie eſt factum indígnius?*
Qui mi, úbi ad uxores uéntumſt, tum fiúnt ſenes.
N. *Démipho, te appéllo; nam me cum ísto diſtaedét loqui.*
Haéc illae erant itiónes crebrae et mánſiones díutinae
Lémni? haecine erat éa quae noſtros mínuit fructus úilitas?
D. *Ego, Nauſiſtrata, éſſe in hac re cúlpam meritum nón nego;*

& deſperantis. Sic alibi *Actum eſt ilicet*: & Heaut. III, 3, 3. *Acta haec res eſt.* Jam vero Nauſiſtratae ea quae ſequuntur dare, Plauto dignius eſt quam Terentio. Quanto honeſtius a Phormione dicuntur, quam ab honeſtiſſima matrona? Ille enim hoc agit, ut crimen ſenis aggravet, & uxorem ira incendat. Deinde illud ſpecta: *Indignum facinus* & mox *Indignius* uni & eidem perſonae non belle aſſignari, at diverſis optime.

22 *Nam me cum hoc diſtaedet loqui.* O. l. s. *nam me cum hoc ipſo diſtaedet loqui.* hoc modo versus, qui ut ſenarius Iambicus ſtare non poteſt, cujuſmodi ſunt praecedentes, ſtat ut trochaicus tetrameter catalecticus, cujuſmodi ſunt ſequentes. FAERNUS.

Cum hoc ipſo diſtaedet loqui. Sic & plerique Noſtri *Cum hoc ipſo*; verſu tamen reſpuente. Codex Petrenſis *Cum hoc iſto:* Regius *Cum iſto.* Repone:

Demipho, te appello: nam me cum iſto diſtaedet loqui.

Chariſius p. 178. *Dis, valde: Ter. Phorm. Cum hac pol diſtaedet loqui.* Unde hic reponere poſſis, *Cum hoc pol.* Sed *Iſto* potius eſt: nam, ut Donatus alicubi, *Iſte* de eo dicimus, quem contemnimus aut averſamur.

23 *Haecine erant itiones crebrae.* Donatus ad Eun. III, 5, 34. *Haec pro Hae, ut in Phormione: Haec illae erant itiones crebrae.* Ita certe hic legendum: *Illae itiones*; ut verſu ſequente *Ea vilitas.* Sic And. I, 1, 100.

Haec illae lacrimae, haec illa eſt miſericordia.

Illae ſine ſententiae damno abeſſe hinc non poteſt.

Haecine erat, quae noſtros fructus minuebat vilitas? 24 Aliqui libri, inter quos Bembinus, Victorianus, & Baſilicanus, poſt *erat*, habent pronomen *ea*; ceterum Bembinus, & Victorianus pro *minuebat*, quod reſpuit verſus, habent *minuit*. quod ſi recipimus, praeteriti temporis erit. fane in libro Bembino ita collocantur verba, *Ea quae noſtros minuit fructus vilitas.* FAERNUS.

Ea quae noſtros fructus minuit vilitas. Ea Noſtri fere omnes, & *Minuebat*. Unus tantum *Fructus minuit:* alius *Minuebat fructus.* Repone cum Bembino.

Ea quae noſtros minuit fructus vilitas.

Ea ſuavior collocatio eſt, & magis de more Terentiano.

Culpam meritam non nego. Meritum habent 25 aliqui libri, inter quos Bembinus; ſubaudiendum eſt, Chremetem culpam meritum. quo modo & ſupra dictum eſt, *arbitrabitur commeruiſſe culpam.* item Plauto in Captivis: *Neque te commeruiſſe culpam.* FAERNUS.

Noſtri omnes *Meritam*; & ſic in textu reliquerat Faernus. Nos *Meritum*, ut par eſt, reponimus. Plautus Aul. IV, 10, 8.

Fateor peccaviſſe me, & me culpam commeritum ſcie.

Digitized by Google

Sét ea quin sit ignoscenda, P. *uérba fiunt mórtuo.*
D. *Nám neque neclegéntia tua néque odio id fecit tuo.*
Uínolentus fére abhinc annos quíndecim muliérculam
Eám compressit, únde haec nataſt: néque postilla unquam áttigit.
'Ea mortem obiit, é medio abiit: quí fuit in re hac scrúpulus.
Quámobrem te oro, utália tua sint fácta, aequo animo et hóc feras.
N. *Quíd ego aequo animo? cúpio misera in hác re iam defúngier.*
Sét qui sperem? aetáte porro mínus peccaturúm putem?
Nón iam tum erat sénex, senectus sí uerecundós facit?
'An mea forma atque aétas magis nunc expetendaſt, Démipho?
Quíd mi hic adfers, quámobrem exspectem aut spérem porro nón fore?
P. *'Exsequias Chreméti quibus est cómmodum ire, em témpus est.*
Sic dabo: age nunc, Phórmionem quí uolet lacéssito:
Fáxo eum talí mactatum atque hic est infortúnio.

26 *'Sed eam quae sit ignoscenda.* Bembinus liber, & omnes fere alii *sed ea.* quod vero sequitur, Bembinus ita habet, *quin sit ignoscenda:* & subaudiendum est, negare non poteris: vel, nemo negaverit. atque hanc esse germanam Terentii lectionem, etiam Donatus ostendit, exponens eum locum, *Verba fiunt mortuo:* ubi dicit non esse passum parasitum, ut totam sententiam senex explicaret. FAERNUS.

Nostri mendose *Quae.* Ceterum male Donatus, qui *Mortuo* intelligit Chremeti. Immo de Nausistrata accipiendum; frustra aeque eam orari, ac mortuo verba fieri. Vide Plaut. IV, 2, 18. & Bacch. III, 4, 21.

27 *Neque id odio fecit tuo.* Idem liber Bembinus, & Victorianus, & Donatus, *neque odio id fecit tuo.* numero & compositione meliore. FAERNUS. Sic & Nostri *Id fecit.*

30 *Qui sit in re hac scrupulus.* O. l. s. *qui fuit,* & pronuntiative legendum, ut sit sensus, ea sublata est, cujus vita, huic rei scrupulum afferret: jure enim posses viro irasci, a quo superducta tibi uxor adhuc viveret. FAERNUS.

31 *Ut alia tua facta sunt.* Liber Bembinus, Basilicanus, & Victorianus, *facta tua sunt.* quae collocatio etiam trochaicum sanat, aliter laborantem. FAERNUS.

Quámobrem te oro, utália facta túa sunt, aéquo animo hóc feras.

Sic a Faerno. Nostri *Facta tua sunt, Tua facta sunt, Facta sunt tua:* Petrensis *Tua sunt facta.* Repono:

Quamobrem te oro, ut alia tua sunt facta, aequo animo & hoc feras.

Túa sunt facta, ut supra V, 8, 39. *Aut túa facta adeo.* Porro illud nota, in Faerni lectione *Aéquo animo* pronuntiari; in nostra, alio accentu, *Aequo ánimo:* atque hunc verum esse repetitio ipsa probat.

Quid ego aequo ánimo?

Nam, ut saepe ante dixi, verba repetita eodem semper accentu iterantur.

Set quid sperem? Lege ex scripto codice apud Lindenbrogium, *Set qui sperem?* quomodo, quo pacto? 33

Jam tum erat senex. Lego per interrogationem, ut priora & sequentia: 34

Non jam tum erat senex, senectus si verecundos facit?

Senex per unam syllabam, vel duas breves saepe habes apud Nostrum.

An mea forma atque aetas nunc magis. 35
Repone, ut *Mágis* in Ictu sit.

An mea forma atque aetas mágis nunc expetendaſt, Demipho?

Quid mihi nunc affers. Iidem duo anti- 36
quissimi libri Bembinus, & Victorianus, & Donatus, *quid mihi hic affers.* nec sane aliter stat

Digitized by Google

Rédeat ſane in grátiam: iam ſúpplici ſatis éſt mihi.
Hábet haec eii quód, dum uiuat, úſque ad aurem oggúniat.
N. *'At meo merito crédo: quid ego núnc commemorem, Démipho,*
Singulatim, quális ego in hunc fúerim? D. *noui aeque ómnia*
Técum. N. *merito hoc meó uidetur fáctum?* D. *minume géntium:*
Uérum quando iam áccuſando fíeri infectum nón poteſt,
'Ignoſce: orat; cónfitetur; púrgat: quid uis ámplius?
P. *'Enimuero prius quam haéc dat ueniam, míhi proſpiciam et Phaédriae.*
Heús Nauſiſtratá, priuſquam huic reſpóndes temere, audí. N. *quid eſt?*
P. *'Ego minas trigínta per fallácias ab iſto ábſtuli.*
Eás dedi tuo gnáto. is pro ſua amíca lenoní dedit.
C. *Hém, quid ais?* N. *adeón indignum hoc tíbi uidetur, fílius*
Hómo aduleſcens ſí habet unam amícam, tu uxorés duas?
Níl pudere? quo óre illum obiurgábis? reſpondé mihi.

ſtat verſus; *mihi* autem una ſyllaba eſt. FAERNUS.

37 *Jam tempus eſt.* Multi l. s. inter quos Bembinus, & Baſilicanus, pro *jam* habent *hem.* ita etiam metrica ratione exigente. ſed Bembinus ſine aſpiratione. FAERNUS.

38 *Sic dabo: age nunc age.* Multo plures libri ſcripti. & in iis Bembinus & Victorianus, item Donatus non habent poſterius *age*, quod & reſpuit verſus, qui debet eſſe trochaicus, ut ceteri. FAERNUS.

39 *Faxo tali eum mactatum atque hic eſt infortunio.* In libro Bembino, ita ſunt haec verba, *Faxo tali ſit mactatus.* quae locutio ut uſitatior eſt, Virg. *Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga, Eſſe putet*, ita rationi verſus incommoda. nam niſi ex *mactatus s* elidatur, ſtare non poteſt. nos ergo vulgatam ſequemur, ut Donatus. FAERNUS.

Unus quoque ex Noſtris cum Ed. vet. *Faxo tali ſit mactatus.* Ceteri fere, *Faxo tali eum mactatum.* Lege ex codice Regio,

Faxo eum tali mactatum atque hic eſt infortunio.
Heaut. II, 3, 100.
Ademptum tibi jam faxo omnem metum.

42 *Quid ego nunc commemorem, Demipho.* Liber Bembinus, & Baſilicanus *nunc ea*, ita emendatum eſt & in Victoriano. FAERNUS.

Quid ego nunc ea commemorem, Demipho.

Dele *Ea* cum tribus Noſtris, & verſu volente & ſententia.

Singillatim qualis in hunc fuerim. Singillatim Baſilicanus, & Victorianus; at Bembinus, & aliqui alii *ſingulatim*: omnes vero illi; *qualis ego in hunc fuerim.* & τὸ *ſingulatim* quidem verſus admittit, ſicut & *ſingillatim*, pronomen vero *ego* etiam exigit. FAERNUS. *Singulatim* duo Noſtri; *Ego in hunc* omnes.

Meriton hoc meo videtur factum? Ita Baſilicanus & Victorianus. at aliqui libri, & in iis Bembinus, *merito hoc meo*, nec aliter ſtat verſus: in quo etiam τὸ *meo* monoſyllabon eſt. FAERNUS. Etiam Noſtri aliquot *Merito.*

Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli. Unus ex Noſtris *Fallacias*, tres *Ab iſto.* Repone, verſu exigente:

Ego minas triginta per fallacias ab iſto abſtuli.
Sic ſupra IV, 3, 67. *Occidiſti me tuis fallaciis.* De una techna & fabrica dictum pluraliter. Plautus Mil. III, 3, 2.

Hanc fabricam fallaciaſque
Minus ſi tenetis, denuo volo percipiatis plane.
Iſto eſt contemnentis.

Hem quid ais? Adeone hoc indignum. Noſtri plerique, *Adeo hoc.* Repone:

Hem quid ais? Adeon indignum hoc tibi videtur, filius.

D. *Fáciet ut uolés.* N. *immo ut meam iám scias sententiam:*
Néque ego ignoſco, néque promitto quícquam, neque reſpóndeo,
Prius quam gnatum uídero: eius iudício permitto ómnia.
Quód is iubebit, fáciam. D. *mulier ſápiens es, Nauſíſtrata.*
N. *Sátin tibi eſt, Chreme?* C. *ímmo uero púlchre diſcedo ét probe,*
Et praeter ſpem. N. *tú tibi nomen díc quod eſt?* P. *min? Phórmio:*
Uéſtrae familiae hércle amicus, ét tuo ſummus Phaédriae.
N. *Phórmio, at ego ecáſtor poſthac tíbi quod potero et quaé uoles*
Fáciamque et dicám. P. *benigne dícis.* N. *pol meritúmſt tuum.*
P. *Uín primum hodie fácere, quod ego gaúdeam, Nauſíſtrata,*
Et quod tuo viro óculi doleant? N. *cúpio.* P. *me ad cenám uoca.*
N. *Pól vero voco.* D. *eámus intro hinc.* C. *fiat: ſet ubi eſt Phaédria*
Iúdex noſter? P. *iam híc faxo aderit. Uós valete et plaúdite.*

54 *Immo ut jam ſcias meam ſententiam.* Alii aliter, ſed Bembinus ita, *immo ut meam jam ſcias ſententiam.* FAERNUS. Noſtri *Jam meam.*

56 *Priuſquam gnatum video. ejus judicio.* O. l. s. *videro:* in dimetiendo autem verſu, *ejus* monoſyllabum eſt. FAERNUS. Sic Noſtri fere omnes *Videro.*

58 *Satis tibi eſt.* Bembinus, & omnes alii fere l. s. *ſatin.* ego puto ſic ſtare verſum, ut eliſo *n*, ex *ſatin*, & in *tibi eſt*, non facta ſynaloepha, in prima ſede ſit tribrachus, in ſecunda Iambus. FAERNUS.

Quod is jubebit, faciam. PH. *Mulier ſapiens es, Nauſiſtrata.*
NA. *Satin tibi eſt?* PH. *Immo vero pulchre diſcedo & probe,*
Et praeter ſpem.

Fruſtra laborat Faernus de verſu conſtituendo: *Sátin ti — bí eſt*, ut ſecundus ſit Iambus, ſtare non poteſt: ne addam, in ſecunda ſede non *Iambum*, ut ille aliud agens dicit, ſed Trochaeum aut Spondeum requiri. Tu repone, Perſonis quoque mutatis;

Quod is jubebit, faciam. DE. *Mulier ſapiens es, Nauſiſtrata.*
NA. *Satin tibi eſt, Chreme?* CH. *Immo vero pulchre diſcedo & probe,*
Et praeter ſpem.

Demipho, laetus de tam proſpero rei exitu, cum Phaedriam videret de patre ſuo judicem conſtitui, *Mulier*, inquit, *ſapiens es:* illa vero ad maritum, *Satin tibi eſt*; ſi filii tui judicio tibi ſtandum erit? Cui ille inſperato gaudio elatus, cum nihil a filio metuendum erat, *Pulchre*, inquit, *& probe & praeter ſpem diſcedo.* In lite, cauſa, pugna, *Diſcedere* quis dicitur *Inferior* vel *Superior*: ergo hic *Pulchre diſcedit.* Librarii vero, qui haec Phormioni dederunt, venerem omnem ſuſtulerunt ex Fabulae fine: laeti jam omnes, qui in culpa aut metu erant, hic abeunt, placata Nauſitrata. Sic in aliis omnibus ſolet Terentius. Qualis ergo conjecturae reus eſt, qui Phormioni haec tribuens, etiam in textum recepit, *Diſcedo [ultus] & probe?* Quaſi vero Phormio, rebus jam tranquillatis, Phaedriae amici ſui patrem odiſſe vellet aut poſſet?

Tu tuum nomen dic quod eſt? mihin? Phormio. 59
Si *Tuum nomen*; tum intuliſſet *Meumne*, non *Mihin.* Lege ergo cum codice Regio,

Et praeter ſpem. NA. *Tu tibi nomen dic quod eſt?* PH. *Min? Phormio.*

CH. *Fiat: ſet ubi eſt Phaedria Judex noſter?* 65
Donatus, Ed. vet. & unus ex Regiis *Nauſiſtratae* hoc tribuunt; ceteri libri *Chremeti.* Utrumvis ſatis commode: malim tamen Chremetis hoc eſſe; & ſenem cura ac miſeria liberum non ſine joco ex Scena exire.

FINIS.

Digitized by Google

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBRI QUINQUE.

PUBLII SYRI

ET ALIORUM VETERUM

SENTENTIAE.

RECENSUIT ET NOTAS ADDIDIT

RICHARDUS BENTLEIUS.

CANTABRIGIAE
Apud CORNELIUM CROWNFIELD,
MDCCXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

qvv b



B. Baron. Sculp.

GULIELMUS AUGUSTUS GEORGII WALLIÆ PRINCIPIS F

Digitized by Google

Digitized by Google

CELSISSIMO PRINCIPI

GULIELMO AUGUSTO,

GEORGII WALLIAE PRINCIPIS

FILIO MINORI;

GEORGII

MAGNAE BRITANNIAE FRAN. ET HIB. REGIS

NEPOTI;

GENEROSA HEROICAQUE INDOLE PUERO,

VULTU VENUSTATIS MAJESTATISQUE MEDIO;

AMORI AC DELICIIS GENTIS BRITANNICAE;

NOVAM HANC PHAEDRI AC PUBLII EDITIONEM

VOTIS OMINIBUSQUE FAUSTIS

DAT DICAT NUNCUPAT

RICHARDUS BENTLEIUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI SALUTEM.

QUOD Phaedri fabulas & Publii Syri Sententias huic Terentii Editioni ſubjunxerim; ea partim cauſa erat, quod hi ſoli praeter Plautum & fragmenta quaedam aliorum nunc extent, qui eadem qua Terentius Licentia in Senariis ſint uſi; partim quod hi tres pari conditione Liberti & Peregrini, in non ita diſſimili argumento Comoediis Mimis & Apologis, omnia Italorum ingenia facile ſuperaverint; partim quod poſt egregias plurimorum operas adhuc incurata reſtarent non pauca ab indoctis Librariis inflicta vulnera, quibus ipſe mihi videbar poſſe medicari. Phaedrum ſane quod attinet; duo tantum, ut credibile eſt, hodie ſuperſunt ejus operis Exemplaria, mutila illa & ex eodem Apographo deſcripta, tam negligenter ac vitioſe, ut verſiculorum numerum mendorum copia videatur excedere. Ceterum quae in Notulis noſtris ex iſtis Exemplaribus lectiones producuntur, eae celeberrimorum virorum, *Pithoei*, *Rigaltii*, *Gudii*, *Heinſiique*, qui aut Membranas ambas aut earum alteram verſaverunt, fide conſtant. Notae autem ad luculentam illam doctiſſimi amiciſſimique *Petri Burmanni* Editionem exactae ſunt, quae A. D. MDCCXVIII cum integris multorum Commentariis bonae frugis pleniſſimis prodiit. Ubicumque igitur ab illius Textu noſter diverſus abit; ea de re Lector in Notis admonitus utramque ſub uno conſpectu editionem habebit. Porro in emendationibus noſtris proponendis, Brevitatis laudem, qua Phaedrus ipſe tantopere ſe effert, ſtudio ſectati ſumus: contenti fere rationem correctionis uno verbo indicaſſe; nonnumquam ne uno quidem; ſtudioſis, qui poſt me mea probabunt, eam provinciam relinquens. Publianae autem Sententiae in pleriſque Manuſcriptis quaſi *Senecae* feruntur. Quattuor codices nos ipſi verſavimus in Bibliothecis, Cottoniana & Collegiorum apud nos Trinitatis, Caii, & Sidneii. Quintum in Bibliotheca Leidenſi conſuluit eruditiſſimus Juvenis qui ad avitam laudem ſtrenue feſtinat *Abrahamus Gronovius*. Ceterum, etiam in Scriptis Codicibus, ſecundum Alphabeti ordinem Sententiae collocantur: quae in Gruteri Editione, neſcio unde prolatae, ſunt numero octingentae & plus quinquaginta: quarum pars major neque in Codicibus noſtris comparent, neque quicquam Publiani coloris ſaporiſve in ſe habent. Eas nos ut vel lectu indignas ab Editione hac ejecimus: quae vero acumine ſe ſuo ac Venere & Metri concinnitate commendant, Lectori hic exhibemus.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA DE PHAEDRO.

MARTIALIS, Epigram. III, 20.

DIC, Musa, quid agat Canius meus Rufus:
Utrumne chartis tradat ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum?
An quae Neroni falsus adstruit Scriptor?
* *An aemulatur improbi jocos* PHAEDRI?
Lascivus Elegis, an severus Herois,
An in Cothurnis horridus Sophocleis? &c.

AVIENUS, Praefatione ad Fabulas Aesopias.

HUJUS materiae ducem nobis Aesopum *noveris:* — *quas Fabulas Graecis Iambis* Babrias *repetens in duo volumina coartavit:* PHAEDRUS *etiam partem aliquam Quinque in libellos resolvit.*

* Ad Phaedrum nostrum & ad has ipsas Fabulas Martialem hic respicere, vel inde contra nonnullorum sententiam constabit; quod *Jocos* appellet. Sic enim de his libellis ipse Phaedrus.

Prol. 1. *Fictis* jocari *nos meminerit fabulis.*
Prol. 2. *Quicumque fuerit ergo narrandus* jocus.
Prol. 3. *Calumniamque fictis elusit* Jocis.
Prol. 4. Joculare *hoc tibi videtur: & sane rei Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.*
IV, 6. *Et hoc* Jocorum *legere fastidis genus.*

Improbum autem cur Phaedrum vocet, facile is intelliget, qui fabulas III, 3 de Aesopo & Rustico; IV, 17 de Canum legatis; IV, 13 & 14 de Prometheo legerit; quales fortasse plures ab Auctore scriptae sunt, sed a Librariis Christianis rejectae.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA DE PUBLIO SYRO.

SENECA pater Controv. VII. c. 3.

MEMINI nos quum loqueremur de hoc genere ſententiarum, quo jam infecta erant adoleſcentulorum omnium ingenia, queri de Publio, quaſi jam ille hanc inſaniam introduxiſſet. Caſſius Severus, ſummus Publii amator, aiebat, non illius hoc vitium eſſe, ſed illorum, qui illum ex parte, qua tranſire deberent, imitarentur; tranſirent quae apud eum melius eſſent dicta, quam apud quemquam Comicum Tragicumque aut Romanum aut Graecum: ut illum verſum, quo aiebat unum verſum inveniri non poſſe meliorem:

Tam deeſt avaro quod habet, quam quod non habet.

& illud de eadem re dictum:

Deſunt luxuriae multa, avaritiae omnia.

& illos verſus, qui huic quoque Ter abdicato poſſent convenire:

O vita miſero longa, felici brevis.

Et plurimos deinceps verſus referebat Publii diſertiſſimos.

SENECA filius Epiſt. VIII.

QUANTUM diſertiſſimorum verſuum inter Mimos jacet? Quam multa Publii non excalceatis ſed cothurnatis dicenda ſunt? Unum ejus verſum, qui ad Philoſophiam pertinet, & ad hanc partem, quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in noſtris habenda.

Alienum eſt omne quicquid optando venit.

Rurſus de Tranquill. animi.

PUBLIUS Tragicis Comiciſque vehementior ingeniis, quoties Mimicas ineptias, & verba ad ſummam caveam ſpectantia reliquit, inter multa alia cothurno, non tantum ſipario fortiora, & hoc ait,

Cuivis poteſt accidere quod cuiquam poteſt.

Hoc ſi quis in medullas demiſerit, & omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia eſt, ſic aſpexerit, tamquam illis liberum & ad ſe iter ſit, multo ante ſe armabit quam petatur.

VIDE plura apud A. Gellium VIII, 14. Macrobium Saturnal. II, 2 & 7. Johannem Saresberienſem VIII, 14; qui *Publium Clodium Syrum* eum nominat: ut Libertus fuerit alicujus ex gente Clodia.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX FABULARUM.

Aesopus ad Garrulum 3, 19
Aesopus ludens 3, 14
Aesopus & petulans 3, 5
Aesopus & rusticus 3, 3
Anus ad amphoram 3, 1
Anus diligens virum aetatis mediae, item Puella 2, 2
Apes & fuci, vespa judice 3, 13
Aquila, cornix, & testudo 2, 6
Aquila, felis, & aper 2, 4
Arbores in Deorum tutela 3, 17
Asinus ad senem pastorem 1, 15
Asinus & Galli 3, 20
Asinus & leo venantes 1, 11
Asinus irridens aprum 1, 29

Caesar Tiberius ad atriensem 2, 5
Calvus & musca 5, 3
Calvi duo 5, 6
Canes famelici 1, 20
Canes & corcodilus 1, 25
Canis ad agnum 3, 15
Canis & lupus 3, 7
Canis & venator 5, 10
Canis fidelis 1, 23
Canis per fluvium carnem ferens 1, 4
Canis parturiens 1, 19
Canis & thesaurus, & vulturius 1, 27
Canum legati ad Jovem 4, 17
Capellae & hirci 4, 15
Cervus ad fontem 1, 12
Cervus & ovis 1, 16
Cervus & boves 2, 8
Cicada & noctua 3, 16

Demetrius & Menander 5, 1

Equus & aper 4, 3
Eunuchus ad improbum 3, 11

Formica & musca 4, 23
Frater & soror 3, 8
Fur aram compilans 4, 10

Gallus ad margaritam 3, 12
Graculus superbus & pavo 1, 3
Gubernator & nautae 4, 16

Hercules & Plutus 4, 11
Homo & asinus 5, 4
Homo & canis 2, 3
Homo & colubra 4, 18

Leo & praedator 2, 1
Leo regnans 4, 12
Leo senex, aper, taurus & asinus 1, 21
Lupus & agnus 1, 1
Lupus & gruis 1, 8
Lupus & vulpes, judice Simio 1, 10

Medicus ex sutore 1, 14
Milius & columbae 1, 31
Mons parturiens 4, 22
Muli & latrones 2, 7
Mulier parturiens 1, 18
Musca & mula 3, 6
Mustela & homo 1, 22
Mustela & mures 4, 1
Mustelarum & murium pugna 4, 5

Occasio depicta 5, 8
Ovis, canis & lupus 1, 17

Panthera & pastores 3, 2
Passer & lepus 1, 9
Pavo ad Junonem 3, 18
Perae vitiorum duae 4, 9
Princeps tibicen 5, 7
Prometheus 4, 14

Rana & bos 1, 24
Ranae ad solem 1, 6
Ranae metuentes taurorum praelia 1, 30
Ranae regem petentes 1, 2

Scurra & rusticus 5, 5
Simii caput 3, 4
Simonides a diis servatus 4, 24
Simonidis naufragium 4, 21
Socrates ad amicos 3, 9

Taurus & vitulus 5, 9

Vacca, capella, ovis & leo 1, 5
Viatores & latro 5, 2
Vipera & lima 4, 7
Vulpes & aquila 1, 28
Vulpes & ciconia 1, 26
Vulpes & corvus 1, 13
Vulpes & draco 4, 19
Vulpes & hircus 4, 8
Vulpes & uva 4, 2
Vulpes ad personam tragicam 1, 7

FINIS.

Digitized by Google

PHAEDRI AUGUSTI LIBERTI
FABULARUM
AESOPIARUM

LIBER I.

PROLOGUS.

AESOPUS auctor quám materiam répperit,
Hanc égo poliui uérsibus senáriis.
Dupléx libelli dós est; quod risúm mouet,
Et quód prudenti uítam consilió monet.
Calúmniari sí quis autem uóluerit,
Quod et árbores loquántur, non tantúm ferae:
Fictís iocari nós meminerit fábulis.

FAB. I.

Lupus & Agnus.

AD rívum eundem lúpus et agnus uénerant,
Sití compulsi: súperior stabát lupus,
Longéque inferior ágnus: tunc fame ímproba
Latro incitatus iúrgii causam intulit.
Cur, inquit, turbulentam mihi feciſti aquam,

PROL.

6 *Quod arbores loquantur, non tantum ferae.* Repone; *Quod & arbores loquantur, non tantum ferae.* hoc eſt, *Etiam arbores.*

I.

Tunc face improba
Latro incitatus jurgii cauſam intulit.

3 Ex ſcriptis codicibus unus *Fauce*, alter *Face*. Neutrum placet. Cum enim *Incitatus* dixeris, intelligas oportet *affectu aliquo vel appetitu*. Recte, opinor, Ritterſhuſius,

Tunc fame *improba*
Latro incitatus.

Virgil. Aen. II. *Inde* lupi *ceu*
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit caecos rabies.

Cur, inquit, turbulentam feciſti mihi
Iſtam bibenti?

Libri ſcripti & editiones principes,
Cur, inquit, turbulentam mihi feciſti aquam
Iſtam bibenti?

Qui *Aquam* hinc ejecerunt, ſubintelligi eam

A com-

Digitized by Google

Obstáns bibenti? Lániger contrá timens;
Qui póssum, quaeso, fácere quod quereris, Lupe?
A té decurrit ád meos haustús liquor.
Repúlsus ille uéritatis úiribus,
Ante hós sex menses mále, ait, dixisti mihi.
Respóndet agnus, Equidem natus nón eram.
Pater hércle tum tuus, ínquit, maledixit mihi:
Atque íta correptum máctat iniustá nece.
Haec própter illos scripta est homines fábulae,
Qui fictis causis innocentes óppriment.

FAB. II.

Ranae Regem petentes.

ATHÉNAE cum florérent aequis légibus;
Procáx libertas cíuitatem míscuit,
Frenúmque soluit prístinum licéntia.
Hic cónspiratis fáctionum pártibus,
Arcém tyrannus óccupat Pisístratus.
Cum tristem seruitútem flerent Attici,
(Non quía crudelis ílle; sed quoniám graue
Omne insuëtis ónus) et coepissént queri;
Aesópus talem túm fabellam réttulit.

commode posse existimabant. Atqui post *Riuum eundem*, dixisset opinor Phaedrus *Turbulentum ipsum*. Sed nec *Istum* neque *Istam*, ut sit ἀκατηκὸν, locum hic habet; cum agnus *longe* inferior staret. Repone;

Cur, inquit, turbulentam mihi fecisti aquam,
Obstans *bibenti?*

Sic Graecus Neveleti Fab. 232. Ηπάσατο αὐτὸν, ὡς θολοῦντα τὸ ὕδωρ, καὶ πίνειν αὐτὸν μὴ ἐῶντα.: *Incusavit agnum, quasi aquam turbulentam faceret, & bibere eum non sineret.*

7 *Qui possum, quaeso, facere quod querere, Lupe?* Pro *Querere* libri scripti *Queris*. Repone, ut numeri molliores incedant:

Qui possum, quaeso, facere quod quereris, *Lupe?*

11 *Respondit agnus.* Lege, ut verba hic cetera, praesenti tempore. *Respondet agnus.*

Pater hercule tuus, inquit, male dixit mihi. 12
Hercule versus gratia reposuit Rigaltius: nam codices *Hercle*. Lege,

Pater hercle tum tuus, inquit, maledixit mihi.

Tũ absorptum est a syllaba sequente.

Lacerat injusta nece, 13
male Latine hoc dicitur. Lege *Mactat*, immolat. Noster IV, 5. *Mures immolatos auidis dentibus.*

H.

Missum quod subito vadi. 14
Motu sonoque. Quo missum est? cur hoc tacetur? Codex alter, *Vadis*. Recte. *Missum vadis*; ut Horat.

Jam satis terris *nivis atque dirae*
Grandinis misit *pater.*

Hoc mersum limo cum jaceret diutius. 15
Quomodo *mergi* potuit lignum aqua levius?

aut

Ranaé, uagantes líberis palúdibus,
Clamóre magno régem petiere á Ioue,
Qui díſſolutos móres ui compéſceret.
Patér Deorum ríſit, atque illís dedit
Paruúm tigillum; míſſum quod ſubitó uadis,
Motú ſonoque térruit pauidúm genus.
Immérſae limo cúm laterent diutius;
Forte úna tacite prófert e ſtagnó caput,
Et éxplorato régе cunctas éuocat.
Illaé, timore póſito, certatim ádnatant;
Lignúmque ſupra túrba petulans ínſilit:
Quod cum ínquinaſſent ómni contumélia,
Aliúm rogatum régem miſere ád Iouem;
Inútilis quoniam éſſet, qui fuerát datus.
Tum míſit illis hýdrum, qui dente áſpero
Corrípere coepit ſíngulas: fruſtrá necem
Fugitánt inertes; uócem praecludít metus.
Furtim ígitur dant Mercúrio mandata ád Iouem,
Adflíctis ut ſuccúrrat. Tunc contrá Deus,
Quia nóluiſtis uéſtrum ferre, inquít, bonum;
Malúm perferte. Uós quoque, o ciués, ait,
Hoc ſúſtinete, máius ne ueniát malum.

aut ſi ſemel limo merſum eſt, cur non ibi permanſit? aut cur rana exploratrix *e ſtagno caput profert*, ſi rex in fundo videndus eſſet? Repone,

Immerſae *limo cum* laterent *diutius.*

De Ranis haec accipienda, non de *Tigno*. Et ſic olim legit Scriptor a Nilantio editus, qui Phaedri ſcrinia compilavit, Fab. XXXI. *Jupiter dedit eis Tigillum, quod ſubito miſſum levi motu ſonoque terruit pavidum genus.* Merſae limo cum laterent diutius; *forte una tacite profert amne caput.* Et ſic Graecus Neveleti Fab. 170. Ξύλον εἰς τὴν λίμνην καθῆκε, καὶ οἱ Βάτραχοι πρῶτον καταπλαγέντες τὸν ψόφον, εἰς τὰ βάθη τῆς λίμνης ἔδυσαν: *Lignum in paludem demiſit, & Ranae primum ſonitu territae*, in profunda paludis ſe abdiderunt.

Tignumque ſupra turba petulans inſilit. 20
Tignum ex conjectura dederunt Gudius atque Heinſius; quia paulo ante *Tigillum* dicitur. At codex uterque *Lignum*. Recte. Rex ille, tot modis ſpretus contemptus, etiam vocabulo ut *Ligneus* faſtiditur. *Tignum* vero majeſtatis quid habet, prae illo altero *Parvum tigillum*. Graecus hic ξύλον, *lignum*.

Alium rogantes regem miſere ad Jovem. 22
Si ranae ipſae *rogaſſent regem*. ſive (ut v. 11.) *clamore regem petiſſent*, quid opus erat, ut ad Jovem *mitterent* legatos? Repone:

Alium rogatum *regem miſere ad Jovem:*

hoc eſt, miſere qui rogarent alium regem. Ita infra IV, 17. *Canes miſere ad Jovem* oratum &c.

Digitized by Google

FAB. III.

Graculus ſuperbus & Pavo.

NE glóriari líbeat alienís bonis,
Suó quin potius hábitu uitam dégere,
Aeſópus nobis hóc exemplum pródidit.
Tuméns inani Gráculus ſupérbia
Pennás, pauoni quae deciderant, ſúſtulit,
Seque éxornauit: deínde contemnéns ſuos
Immíſcet ſe formóſo pauonúm gregi.
Illi impudenti pénnas eripiúnt aui,
Fugántque roſtris. Mále mulcatus Gráculus
Redíre moerens coépit ad propriúm genus:
A quó repulſus tríſtem ſuſtinuít notam.
Tum quídam ex illis, quós prius deſpéxerat:
Conténtus noſtris ſí fuiſſes ſédibus,
Et, quód natura déderat, uoluiſſés pati;
Nec íllam expertus éſſes contuméliam,
Nec hánc repulſam túa ſentiret cálamitas.

FAB. IV.

Canis per fluuium carnem ferens.

AMITTIT merito próprium, qui alienum âdpetit.
Canís per flumen cárnem dum ferrét natans,

III.

2 *Suoque potius habitu vitam degere.* Illud *Que* perinde hic fuerit ac *Sed, At, Verum.* Recte Meurſius,

Suo quin *potius habitu vitam degere.*

Terent. Adel. II. 2, 14.

Verum ego numquam tam aſtutus fui,
Quin *quicquid poſſem mallem auferre* potius *in praeſentia.*

Haec ſcripſeram; cum in Nilantiano Scriptore animadverti Fab. XXVI. *Ne libeat gloriari bonis alienis*; ſuis quin potius *vivere malle.*

7 *Formoſo ſe pavonum immiſcuit gregi.* Hoc a Gudio eſt, numeris non admodum venuſtis. Scripti hoc ordine verba exhibent; *Immiſcuit ſe formoſo pavonum gregi.* Et auctor Nilantianus, *Contemnens ſuos miſcuit ſe formoſo pavonum gregi.* Repone,

Immiſcet *ſe formoſo pavonum gregi.*

Immiſcet tempore praeſenti; ut mox *Eripiunt, Fugant.*

IV.

Aliamque praedam ab alio ferri putans. 4
Repone, quod & verſus & ſententia poſtulant,
Aliamque praedam ab alio cane *ferri putans.*

Nec quem petebat adeo potuit adtingere. 7
Numeri hic contra metrum peccant. Recte Urſinus, qui ſic repoſuit,

Nec quem petebat potuit adeo *adtingere.*

Ego

Lymphárum in ſpeculo uídit ſimulacrúm ſuum:
Aliámque praedam ab álio cane ferrí putans,
Erípere uoluit: utrum decepta áuiditas
Et quém tenebat óre dimiſit cibum;
Nec quém petebat pátuit adeo adtíngere.

FAB. V.

Vacca & Capella & Ovis & Leo.

NUMQUAM éſt fidelis cúm potente ſócietas:
Teſtátur haec fabélla propoſitúm meum.
Uacca ét Capella et pátiens Ouis iniúriae
Socií fuere cúm Leone in ſáltibus.
Hi cúm cepiſſent cérnuum uaſti córporis,
Sic éſt locutus pártibus factís Leo:
Ego prímam tollo nómine hoc, quia ſúm Leo:
Secúndam, quia ſum fórtis, tribuetís mihi:
Tum quía plus ualeo, mé ſequetur tértia:
Male áccipietur, ſí quis quartam tétigerit.
Sic tótam praedam ſóla improbitas ábſtulit.

FAB. VI.

Ranae ad ſolem.

UICÍNI ut Furis célebres uidit núptias
Aeſópus, ſic contínuo narrare íncipit:

V.

7 *Ego primam tollo, nominor quia leo.* Sic & Nilantii liber.

Ego primam tollo partem, quia nominor leo. Verſus claudicat: *Quia* enim ubique poſteriorem corripit. Piget autem referre febriculoſas aliorum conjecturas. Neminemne ſenſiſſe, illud *nominor* in mendo cubare? Non eo ceteris feris excellit, quod *nominetur*, ſed quod *ſit* Leo: ut ne addam, quod non ubique gentium ſic nominetur. Repone;

Ego primam tollo nomine hoc, *quia* ſum *leo.*

Hoc nomine, eo nomine, quo nomine paſſim obvia ſunt; id eſt, *Hac cauſa, hoc jure* &c. Cum autem *nomine hoc* ſemel immutatum eſſet in *Nominor*; conſequens plane erat, ut *Sum* ex verſu expungeretur.

Malo adficietur, ſiquis quartam tetigerit. 10
Malo adfici fruſtra opinor quaeras apud bonos auctores. Repone:

Male accipietur, *ſiquis quartam tetigerit:* hoc eſt, *male mulcabitur.* Nihil vulgatius.

VI.

Vicini furis celebres vidit nuptias 1
Aeſopus, & continuo narrare incipit.

Ita quidem Librarii; ſed Auctor, niſi fallor, hoc modo:

Vicini ut *furis celebres vidit nuptias*
Aeſopus, ſic *continuo narrare incipit.*

Sic narrare, ut Lib. IV, 3, *Sic eſt locutus.*

IV, 17.

Uxórem quondam ſól cum uellet dúcere,
Clamórem Ranae ſúſtulere ad ſídera.
Conuício permótus quaerit Iúppiter
Cauſám querelae. Quaédam tum ſtagni íncola,
Nunc, ínquit, omnes únus exurít lacus,
Cogítque miſeras áridâ ſede émori:
Quidnám futurum eſt, ſí crearit líberos?

FAB. VII.

Vulpes ad Perſonam tragicam.

PERSO'NAM tragicam fórte ut Uulpes uíderat;
O quánta ſpecies, ínquit, cerebrum nón habes.
Hoc íllis dictum eſt, quíbus honorem et glóriam
Fortúna tribuit, ſénſum commúnem ábſtulit.

FAB. VIII.

Lupus & Gruis.

QUI prétium meriti ab ímprobis dęſíderat,
Bis péccat: primum quóniam indignos ádiuuat;
Impúne abire deínde quia iam nón poteſt.
Os déuoratum fauce cum haererét Lupo;
Magnó dolore uíctus coepit ſíngulos
Inlícere pretio, ut íllud extraherént malum.
Tandém perſuaſa eſt iúreiurandó Gruis:
Gulaéque credens cólli longitúdinem,
Periculoſam fécit medicinám Lupo.

IV, 17. *Sic locutus traditur.* Cum ſemel excidiſſet *Ut*, quod in his Fabulis ſaepe eveniſſe comperies, pro *Sic* neceſſario ſubſtituebant *Et*.

3 *Uxorem quondam Solem velle ducere*
Reponendum erat ex Manuſcripto altero:
Uxorem quondam Sol cum vellet *ducere.*
ut infra XI.
Venari aſello comite cum vellet *Leo.*
Niſi hoc fiat, dicendum erit *Ranas ſuſtuliſſe*, non *Ranae ſuſtulere*; & ſic in ſequentibus.

VII.

1 *Perſonam tragicam forte Vulpes viderat:*
O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet.
Vides, opinor, arenam ſine calce, & ſcopas diſſolutas. Pro caemento ac vinculo adde *Ut*, & ſic repone:
Perſonam tragicam forte ut *Vulpes viderat,*
O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habes.

VIII.

Os devoratum fauce cum haereret Lupi, 4
Magno dolore victus coepit ſingulos.
In hac lectione deeſt ad conſtructionem *Is* vel *Ille*. Repone;
Os devoratum fauce cui *haerebat*, Lupus:
vel

A quó cum pactum flágitaret praémium:
Ingráta es, inquit, óre quae e noſtró caput
Incólume abſtuleris, ét mercedem póſtules.

FAB. IX.

Paſſer & Lepus.

SIBI nón cauere et áliis conſiliúm dare,
Stultum éſſe paucis óſtendamus uérſibus.
Oppréſſum ab Aquila ac flétus edentém graues
Leporem óbiurgabat Páſſer: Ubi pernícitas
Nota, ínquit, illa eſt? quíd ita ceſſarúnt pedes?
Dum lóquitur, ipſum Accípiter necopinúm rapit,
Queſtúque uano clámitantem intérficit.
Lepús ſemanimis mórtis in ſolátio:
Qui módo ſecurus nóſtra inridebás mala,
Similí querela fáta deplorás tua.

FAB. X.

Lupus & Vulpes, judice Simio.

QUICU'MQUE turpi fraúde ſemel innótuit,
Etiámſi uerum dícit, amittít fidem.
Hoc átteſtatur bréuis Aeſopi fábula.
Lupus árguebat Uúlpem furti crímine:
Negábat illa ſe éſſe culpae huic próximam:
Tunc iúdex inter íllos ſedit Símius.
Utérque cauſam cúm peroraſſént ſuam,

vel potius,
Os devoratum fauce cum haereret Lupo.

10 *Pro quo cum pactum flagitaret praemium.* Codex unus & Editio princeps, *Pro quo cum facto.* Gudius ex altero codice, qui *Factum* habet, recte emendavit *Pactum.* Reſtabat aliud, quod corrigi oportuit; ſi enim *Pro* hic admittitur, utique reponendum erit *Pro qua*, ſcilicet *Medicina.* Verum aliud quid ab Auctore eſt,
A quo *cum pactum flagitaret praemium.*
A quo nempe *Lupo.* Utramque emendationem *A quo* & *Pactum* agnoſcit & firmat Nilantii liber Fab. LXIV.

Oré quae noſtro caput. Reponendum erat, 11
Ore quae e noſtro caput.
IX.
Oppreſſum ab Aquila, fletus edentem graves. 3
Hiantem ſententiam ſic adjuva:
Oppreſſum ab Aquila ac *fletus edentem graves*
X.
Negabat illa ſe eſſe culpae proximam. Excidit vox, quae reponenda eſt, 5
Negabat illa ſe eſſe culpae huic proximam.
Dixiſſe:

Digitized by Google

Dixísse hanc fertur Símius senténtiam:
Tu nón uideris pérdidisse, quód petis:
Te crédo surripuísse, quod pulchré negas.

FAB. XI.

Asinus & Leo venantes.

UIRTÚTIS expers, uérbis iactans Glóriam
Ignótos fallit, nótis est derísui.
Uenári Asello cómite cum uellét Leo,
Contéxit illum frútice; et admonuít simul,
Ut ínsuëta uóce terrerét feras:
Fugiéntes ipse excíperet. Hic aurítulus
Clamórem súbito tótis tollit úiribus,
Nouóque turbat béstias miráculo:
Quae dúm pauentes éxitus notós petunt,
Leónis adfligúntur horrendo ímpetu.
Qui, póstquam caede féssus est, Asínum éuocat;
Iubétque uocem prémere: tunc ille ínsolens,
Qualís uidetur ópera tibi uocís meae?
Insígnis, inquit; sic ut, nisi nossém tuum
Animúm genusque, símili fugissém metu.

FAB. XII.

Cervus ad Fontem.

LAUDÁTIS utilióra quae contémpseris
Saepe ínueniri, téstis haec narrátio est.

---

2 *Dixisse fertur simius sententiam.* Iterum eandem vocem repone:
Dixisse hanc *fertur simius sententiam.*

XI.

1 *Virtutis expers, verbis jactans gloriam.* Quid sodes est *Jactare gloriam verbis?* an gloriosa ac magnifica verba? Dederat Auctor;
Virtutis expers, verbis jactans Gloria
Ignotos fallit, notis est derisui,
Sic supra IV. *Verum decepta* aviditas
Et quem tenebat ore dimisit cibum. & 13.
Tum demum ingemuit corvi deceptus stupor.
& 22. *servit* utilitas *sibi,*
Et meritum inane jactat imprudentibus.

XII.

Saepe inveniri, haec exerit narratio. 2
Quid hic loci habet *Exerit?* Reponendum erat ex codice altero:
Saepe inveniri, testis haec *narratio est.*
ut supra X.
Hoc adteſtatur brevis Aesopi fabula.

Ut illa mihi profuerint, quae despexeram. 14
Melior est alterius codicis lectio;
Utilia *mihi* quam *fuerint, quae despexeram.*

Serae

Digitized by Google

Ad fóntem Cervus, cúm bibísset, réstitit;
Et ín liquore uídit effigiém suam.
Ibi dúm ramosa mírans laudat córnua,
Crurúmque nimiam ténuitatem uítuperat;
Uenántum subito nócibus contérritus
Per cámpum fugere coépit, et cursú leui
Canés elusit. Silua tum excepít ferum:
In quá retentis ímpeditus córnibus,
Lacerári coepit mórsibus saeuís canum.
Tunc móriens uocem hanc édidisse dícitur:
O me ínfelicem, quí nunc demum intélligo,
Utília mihi quam fúerint, quae despéxeram;
Et, quaé laudaram, quántum luctus hábuerint.

FAB. XIII.

Vulpes & Corvus.

QUI sé laudari gaúdent uerbis súbdolis,
Feré dant poenas túrpi poeniténtia.
Cum dé feneſtra córuus raptum cáseum
Comésse uellet, célsa resídens árbore;
Hunc uídit Uulpes, deínde sic coepít loqui:
O quí tuarum, córue, pennarum és nitor!
Quantúm decoris córpore et uultú geris!
Si uócem haberes, núlla prior alés foret.
At ílle, dum etiam uócem uult osténdere,
Emísit ore cáseum; quem céleriter
Dolósa uulpes áuidis rapuit déntibus.

XIII.

2 *Serae dant poenas turpes poenitentiae.* Sic codex unus: sed perperam. *Poena* enim poenitentiae, ut *Poena sceleris, maleficii, stultitiae, temeritatis* &c. esset Poena ob pravam poenitentiam; cujus scilicet poenitentiae postea poeniteret. Qui tamen sensus ab hoc loco alieniſſimus est. Rectius igitur, qui legunt *Sera poenitentia.* Sed adhuc in hac lectione displicet *Poenas turpes.* Codex alter, & editio princeps,

Fere dant poenas turpi poenitentia.

Recte, siquid mihi judicii est. *Fere*, est *Plerumque*; & sic in ἐπιῤῥήσεις solet Noster. Infra I, 29:

Plerumque stulti risum dum captant levem.

& III, 16.

Humanitati qui se non accommodat,
Plerumque poenas oppetit superbiae.

Quin & Nilantianus scriptor vestigium hujus lectionis servat, Fab. xv. *Qui se laudari verbis subdolis gaudent,* ferunt *poenas turpi poenitentia.*

Hunc vidit vulpes: dehinc sic occepit loqui. 5
Elegantior est alterius codicis lectio;

Hunc vidit Vulpes: deinde sic coepit loqui.

At ille stultus dum vult vocem ostendere. 9
Unde illud *Stultus* huc pedem intulerit, ne-

scio:

Digitized by Google

Tum démum ingemuit Córui deceptús ſtupor.
[Hac re probatur, quantum ingenium ualet,
Uirtute et ſemper praeualet ſapientia.]

FAB. XIV.

Ex Sutore Medicus.

MALUS cum ſutor ínopia protérritus,
Medicínam ignoto fácere coepiſſét loco;
Et uénditaret fálſo antidotum nómine;
Uerbóſis adquiſíuit ſibi famám ſtrophis.
Hic, cúm iaceret mórbo confectús graui
Rex úrbis, eius éxperiendi grátia
Scyphúm popoſcit: fúſa dein ſimuláns aqua
Antídoto miſcere íllius ſe tóxicum,
Ebíbere iuſſit ípſum, poſito praémio.
Timóre mortis ílle tum conféſſus eſt,
Non ártis ulla médicae ſe prudéntia,
Uerúm ſtupore uúlgi factum nóbilem.
Rex áduocata cóncione haec édidit:
Quantaé putatis éſſe uos deméntiae;
Qui cápita ueſtra nón dubitatis crédere,

ſcio: certe malum pedem: nam in media fabula anticipat quod in exitu demum comparere debuit. Codex alter ſic locum exhibet, *At ille, dum etiam vult vocem oſtendere latiorem, emiſit ore caſeum.* Voluit, credo, Librarius *Elatiorem.* Sed ſatis eſt, ſi vocem qualemcumque corvus oſtendat; cum antea in fabula tacuerit. Repone:

At ille, dum etiam vocem vult oſtendere,
Emiſit ore caſeum.

Nilantii liber: *Ille dum vult vocem oſtendere latiorem:* illud *Stultus* non habet.

14 *Hac re probatur, quantum ingenium valet,*
Virtute & ſemper praevalet ſapientia.

Verſus ſpurii, nec numeris probis, nec oratione Latina, nec ſententia quicquam ad fabulam pertinente. Qui enim Corvo *Virtus* convenit, ut Vulpi *Sapientia?* an Corvus fortior Vulpe? Quid quod Ἐπιμύθιον in principio Fabulae hic veniat, nec umquam geminetur?

XIV.

Malus cum ſutor inopia deperditus.

Peſſimum hic habemus Librariorum facinus. Quis enim, cui ullus Latinitatis ſenſus eſt, nedum Phaedrus ſic loquatur, *Inopia deperditus?* Ex verbis tamen, quae continuo ſequuntur, *Ignoto loco*, ſententia eluceſcit: qua ſemel viſa, non difficile erat etiam verba invenire. Et primo quidem in mentem veniebat,

Malus cum ſutor, inopia vertens ſolum,

Niſi enim ſolum vertiſſet fugiſſetque e civitate, qui potuit in *ignoto loco* medicinam profiteri? Sed quia literae nimium quantum a recepta lectione diſtabant; eadem quidem ſententia, ſed aliis verbis opus erat: atque illa ſe quaerenti non invita ſed ultro obtulerunt:

Malus cum ſutor inopia proterritus,
Medicinam ignoto facere coepiſſet loco.

Inopia proterritus; plane ut in re eadem Plautus loquitur, Trinummo III, 2.

Atque agrum dederis, nec quicquam hic tibi
ſit, qui vitam colas;

Effugias

Digitized by Google

Cui cálceandos némo commiſít pedes?
Hoc pértinere uére ad illos díxerim,
Quorúm ſtultitia quaéſtus impudéntiae eſt.

FAB. XV.

Aſinus ad ſenem Paſtorem.

IN príncipatu cómmutando cíuium
Nil praéter domini nómen mutant paúperes.
Id éſſe uerum párua haec fabella índicat.
Aſéllum in prato quídam paſcebát ſenex.
Is, hóſtium clamóre ſubito térritus,
Suadébat Aſino fúgere, ne poſſét capi.
At ílle lentus: Quaéſo, num binás mihi
Clitéllas impoſitúrum uictorém putas?
Senéx negauit. 'Ergo quid refért mea,
Cui ſéruiam? clitéllas dum portém meas.

FAB. XVI.

Cervus & Ovis.

FRAUDÁTOR hominem cúm uocat ſponſum ímprobum,

Effugias ex urbe inanis, *profugus patriam deſeras:*
Mea opera hinc proterritum *te meaque avaritia autument.*
& Terentius Heaut. III, 1.
Primum olim potius quam paterere filium
Commetare ad mulierculam, quae paululo
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
Proterruiſti *hinc.*
Hoc eſt, *Inopia proterruiſti*; prorſus ut ſcena ſequente, *At quaſi is non divitiis*
Abundat, gnatus ejus profugit inopia.

9 *Hoc bibere juſſit ipſum, poſito praemio.*
A codicibus abeſt *Hoc.* Lege,
Ebibere *juſſit ipſum poſito praemio.*
Ebibere eſt totum abſorbere.

XV.

4 *Aſellum in prato timidus paſcebat ſenex.*
Cur obſecro *timidus?* an quia *ſubito hoſtium clamore terrebatur?* quaſi vero *timidus* dicendus erat, qui *unus* & *ſenex* adverſus integram cohortem ſtare non ſuſtineret? Nihil ad fabulam, ſeu ſenex ille *timidus* ſive *audax* fuerit: neque epitheto χαρακτηριστικῷ ullus hic erat locus: Repone:
Aſellum in prato quidam *paſcebat ſenex.*
Quidam ut III, 19. *Quidam e turba garrulus.* & II, 2. *Aetatis mediae quendam.* Error hic ortus, quod Librarii compendia ſectarentur, *Timid', Quid'.* Mox v. 6. pro *Poſſent* lege *Poſſet.*

XVI.

Fraudator: nomen cum locat ſponſu improbo, 1
Non rem expedire, ſed mala videre expetit.
Haec corruptiſſima ſunt; unde ampla conjecturarum ſeges exorta eſt. Codex alter ita exhibet; *Fraudator, homines cum avocat ſponſore improbo.* Nihil veriſimilius doctiſſimi Burmanni emendatione, *Cum vocat ſponſum,* ut Horat. Epiſt. II, 2, 67. *Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta.* Veriſimilis item illa Fred. Gronovii, *Malum dare,* pro *Mala videre.*

Digitized by Google

Non rem expedire, sed malum dare expetit.
Ouem rogabat Ceruus modium tritici,
Lupo sponsore. At illa praemetuens doli;
Rapere atque abire semper adsueuit lupus,
Tu de conspectu fugere ueloci impetu:
Ubi uos requiram, cum dies aduenerit?

FAB. XVII.

Ovis, Canis & Lupus.

SOLENT mendaces luere poenas malefici.
Calumniator ab oue cum peterét Canis,
Quem commodasse panem se contenderet;
Lupus citatus testis non unum modo
Debéri dixit, uérum affirmauit decem.
Ouis damnata falso testimonio,
Quod nón debebat, sóluit: post paucos dies
Forte ut iacentem in fovea conspexit lupum:
Haec, inquit, merces fraudis a superis datur.

FAB. XVIII.

Mulier Parturiens.

NEMO libenter récolit, qui laesit, locum.
Instante partu múlier actis ménsibus
Humi iacebat, flebiles gemitus ciens.
Uir est hortatus, córpus lecto réciperet;

Horum sententiae ipse accedo; atque adeo in textu repono; [*bum,*
Fraudator, hominem eum vocat sponsum impro-
Non rem expedire, sed malum dare expetit.

XVII.

8 *Bidens jacentem in fovea prospexit lupum.* Codex unus *Videns* —— *prospexit*; alter *Ovis* —— *conspexit*. Illud *Bidens* ab Heinsio est. Cum autem *Ovis* bis veniat, & supervacaneum prorsus sit; tanto deterius est *Bidens*, quanto affectatius. Dedit opinor Phaedrus,

Forte ut *jacentem in fovea* conspexit *lupum.*

ut supra VII.

Personam tragicam forte ut *vulpes* viderat. & III, 8.

Ut speculum in cathedra matris forte inspexerant.

XVIII.

Onus naturae melius ut deponeret. Recte 5
Heinsius *Onus maturum:* & piget Gudii, qui illud alterum tuetur.

Minime, inquit, illo posse confido loco. 6
Melior est alterius codicis Lectio,

Minime, inquit illa, posse confido hoc loco.

Illa mulier *inquit*; alioqui *Vir* potius intelligatur, constructione, si non sensu.

Dum.

Onús maturum mélius quo depóneret.
Minime, ínquit illa, póſſe confido hóc loco
Malúm finiri, quó conceptum eſt ínitio.

FAB. XIX.

Canis Parturiens.

HABE'NT inſidias hóminis blanditiaé mali:
Quas út uitemus, uérſus ſubiecti monent.
Canis parturiens cúm rogaſſet álteram,
Ut foétum in eius túgurio depóneret,
Facile ímpetrauit: deín repoſcentí locum
Precés admouit; témpus exoráns breue,
Dum fírmiores póſſet catulos dúcere.
Hoc quóque conſumpto, flágitari ut uálidius
Cubile coepit: Sí mihi et turbaé meae
Par, ínquit, eſſe pótueris, cedám loco.

FAB. XX.

Canes Famelici.

STULTU'M conſilium nón modo effectû caret,
Sed ád perniciem quóque mortales déuocat.
Coriúm depreſſum in flúuio uiderúnt Canes:
Id út comeſſe extráctum poſſent fácilius,
Aquám coeperunt bíbere: ſed ruptí prius
Periére, quam quod pétierant contíngerent.

XIX.

7 *Dum firmiores poſſet catulos ducere.* Illud *Ducere* magnam interpretibus moleſtiam creat. Sed ſanus eſt locus, Homerus Iliad. P. 133.

Εἰρήκει ὡς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
Ὤ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσεσθαι ἐν ὕλῃ
Ἀνδρες ἐπακτῆρες.

Ubi νήπι' ἄγοντι eſt verbum verbo *Catulos ducenti.* Idemque eſt Σκυμνιαγωγεῖν, *Catulos ducere*, ut Παιδαγωγεῖν, Γεροντοαγωγεῖν. Euſtathius ad locum: Ἰσεῖσιν, ὅτι λέων ἄρρην ὁ σκυμναγωγεῖ.

8 *Flagitare validius*
Cubile coepit. Utra quaeſo duarum canum coepit flagitare? ſi ſententiam ſpectas, *Canis tugurii domina*; ſi conſtructionem, *Canis hoſpes.* Repone igitur,

Hoc quoque conſumpto, flagitari ut *validius*
Cubile coepit.

Flagitari, a cane ſcilicet domina.

XX.

Aquam coepere bibere: ſed rupti prius. Codex alter *Coepere ebibere*; quod viris doctis probari miror. Cum enim *Ebibere* id ſit quod *Totum bibere:* quem hic locum habeat *Coepere?* Certe *Ebibere*, non incipientis eſt, ſed perficientis. Nitidior erit verſus, hoc modo;

Aquam coeperunt *bibere.*

Nilantii

FAB. XXI.

Leo ſenex, Aper, Taurus, & Aſinus.

QUICUMQUE amiſit dignitatem priſtinam,
Ignáuis etiam iocus eſt in caſú graui.
Confectus annis ét defectus uíribus
Leo cúm iaceret, ſpíritum extremúm trahens;
Apér fulmineis ád eum uenit déntibus,
Et uíndicauit íctu ueterem iniúriam:
Infeſtis Taurus móx confodit córnibus
Hoſtíle corpus. Aſinus, ut uidít ferum
Impúne laedi, cálcibus frontem éxterit.
At ille exſpirans; Fórtes indigné tuli
Mihi ínſultare: té, naturae dédecus,
Quod férre certe cógor, bis uideór mori.

FAB. XXII.

Muſtela & Homo.

MUSTELA ab Homine prénſa cum inſtantém necem
Effúgere uellet; Párce quaeſo, inquít, mihi,
Quae tíbi moleſtis múribus purgó domum.
Reſpóndit ille: Fáceres ſi cauſá mea;
Gratum éſſet, et dedíſſem ueniam ſúpplici:
Nunc quía laboras, út fruaris réliquiis,

Nilantii liber Fab. II. ex Phaedro, *Aquam coeperunt lambere.* Forte is legerat.

Aquam coeperunt lambere: at rupti prius.

Lambere, λάπτειν; proprie dictum de canibus, vulpibus &c.

XXI.

3 *Defectus annis & deſertus viribus.* De utroque verſus membro litigant Interpretes. Nilantii liber Fab. XVI. *Defectus annis & deſolatus viribus.* Romulus Fab. XIV. *Annoſum leonem, viribus defectum.* Dedit ſine dubio Phaedrus, quod, niſi multum fallor, utroque eſt elegantius:

Confectus annis & defectus viribus.

Confectus annis, aevo, aetate, ſenio, ſenectute paſſim occurrunt: & ſatis frequenter *Defectus robore, viribus.* Lucanus III, 625. *Defectis robore nervis.* Seneca Hippol. 375. *Vadit incerto pede, Jam viribus defecta.*

Calcibus frontem extudit. Recte MS. alter, 9 *Exterit.*

Quod ferre certe cogor, bis videor mori. 12 Non placet illud *Certe.* Melius utique dixiſſet, *Quod ſuſtinere cogor*, vel, *Quod ferre inultus cogor.*

XXII.

Effugere vellet: quaeſo, inquit, parcas mihi. 2 Pro *Parcas* codices habent *Parce* & Nilantii liber, *Rogo parce mihi, quia a moleſtis muribus purgavi*

Digitized by Google

Quas ſúnt roſuri, ſímul et ipſos déuores;
Noli ímputare uánum beneficiúm mihi.
Atque íta locutus ímprobam letó dedit.
Hoc ín ſe dictum débent illi agnóſcere;
Quorúm priuata ſéruit utilitás ſibi,
Et méritum inane iáctat imprudéntibus.

FAB. XXIII.

Canis Fidelis.

REPENTE liberális, ſtultis grátus eſt;
Rerúm peritis ínritos tendít dolos.
Noctúrnus cum Fur pánem miſiſſét Cani,
Obiécto temptans án cibo poſſét capi;
Heus, ínquit, linguam uís meam praeclúdere,
Ne látrem pro re dómini? multum fálleris.
Namque ísta ſubita mé iubet benígnitas
Uigiláre, facias né mea culpá lucrum.

FAB. XXIV.

Rana rupta & Bos.

INOPS, potentem dúm uult imitarí, perit.
In práto quondam Rána conſpexít Bouem;
Et, tácta inuidia tántae magnitúdinis,
Rugóſam inflauit péllem: tum natós ſuos

purgavi domum. Credo ab Auctore fuiſſe, *Effugere vellet:* Parce quaeſo, inquit, mihi.

XXIII.

2 *Verum peritis inritos tendit dolos.* Nec *Verum* in hac diſtinctione, nec in ſententia *Peritis* abſolute poſitum, diſertiſſimo auctori convenit. Dedit, opinor, ille:

Rerum *peritis inritos tendit dolos.*

Rerum periti, rerum imperiti paſſim occurrunt, ut *Uſu periti.*

4 *An cibo poſſit capi.* Rectius alii *Poſſet.*

5 *Heus ſi, inquit, linguam vis meam praecludere,*
Ne latrem pro re domini, multum falleris.

Illud *Si* ab Heinſio additum eſt: abeſt a manuſcriptis; & merito: ſi diſtinctione ſententiam adjuves:

Heus, inquit, linguam vis meam praecludere,
Ne latrem pro re domini? multum falleris.

Heus, inquit; ut II, 5. *Heus, inquit dominus:* & III, 14.

Heus, inquit, Sapiens; expedi quid fecerim.

XXIV.

In prato quodam rana conſpexit bovem. 2
Recte acutiſſimus Heinſius, *In prato quondam:* ut I, 6.

Uxorem quondam *ſol cum vellet ducere.* & I, 28.

Vulpinos catulos aquila quondam *ſuſtulit.*

Quia

Interrogauit, án Boue eſſet látior.
Illí negarunt. Rúrſus intendít cutem
Maióre niſu; et ſimili quaeſiuít modo.
[*Quis maior eſſet. Illi dixerunt Bouem.*]
Nouiſſime indignáta, dum uult uálidius
Inflâre ſeſe, rúpto iacuit córpore.

FAB. XXV.

Canis & Corcodilus.

CONSÍLIA qui dant práua cautis hóminibus,
Et pérdunt operam, et déridentur túrpiter.
Canés currentes bíbere e Nilo flúmine,
A Córcodilis né rapiantur, tráditum eſt.
Igitúr cum currens bíbere coepiſſét Canis;
Sic Córcodilus: Quá lubet lambe ótio,
[*Accede, pota leniter, et noli dolos,*]
Nolí uereri. At ílle; Facerem mehércule,
Niſi éſſe ſcirem cárnis te cupidúm meae.

FAB.

3 *Quis major eſſet. Illi dixerunt bovem.* Tolle hunc verſiculum, utpote ſpurium & κακῆ κεφαλῆς. *Quis major* de duobus, pro *Uter major.* Bis quidem vel ter in tota Latinitate *Quis* ſic accipitur: ſed loca mendi ſuſpecta ſunt. *Illi dixerunt bovem*; pro eo quod alius dixiſſet, *Bos*, ut Horat. Art. Poet. 328. *Poterat dixiſſe, Triens! eu!*
Rem poteris ſervare tuam.
Jam vero ſententia ipſa quam ſine nervis, ſine venere? Cum ait auctor, *Simili modo*; ſatis indicat quid *Rana* quaeſiverit; nec in re manifeſta dubium, quid *Pulli* reſponderint.

10 *Inflare ſeſe, rupto jacuit corpore.* Nilantii liber Fab. XXXIII. *Noviſſime indignata, dum vult validius inflare ſeſe, rupta interiit.* Unde fortaſſe eſt reponendum:
Inflare ſeſe, rupto interiit *corpore.*
Cauſa varietatis ſcribendi compendium. *Intiit, Iacuit.*

XXV.

3 *Canes currentes bibere in Nilo flumine.* Recte Ritterſhuſius, *E nilo:* ut Aelianus I, 4. de re eadem, Ἐκ τοῦ ποταμοῦ πίνουσι *E fluvio bibunt*, non ἐν τῷ ποταμῷ. Et Nilantii liber Fab. XXXI. *Canes currendo ex Nilo flumine.* Miror eorum judicium, qui *In nilo* dictum volunt; ut *In patera bibere, in auro, in effibus capitum.* Quaſi Nilus non pro poculento, ſed pro poculo acciperetur: quaſi alveus fluvii Nilus diceretur, non aqua in alveo.

6 *Sic corcodilus: quamlibet lambe otio,*
Accede, pota leniter, & noli dolos,
Inquit, vereri. Quis ferre poteſt illud *Inquit* a capite ſententiae tam longe remotum? ſcilicet ita viri docti edolaverunt ſcabra illa & incondita, quae in codicibus extant: *Lambe otio, pota, accede, noli timere ſedulo ait, at noli vereri inquit.* Recte Rigaltius; qui laciniis iſtis exulare juſſis, ſic locum edidit:
Quamlibet lambe otio,
Noli vereri.
Nilantii liber hoc tantum habet: *Dixit ei corcodilus, Quod libet labio tuo, noli vereri.* Ubi vides

FAB. XXVI.

Vulpes & Ciconia.

NULLI nocendum; si quis uero laeserit,
Mactándum simili uice fabella haec ádmonet.
Uulpés ad coenam dícitur Cicóniam
Prior ínuitasse, etílli in patina líquidam
Posuísse sorbitiónem, quam nulló modo
Gustáre esuriens pótuerit Cicónia:
Quae uúlpem cum reuocásset, intritó cibo
Plenám lagenam pósuit: huic rostrum ínserens
Satiátur ipsa, tórquet conuiuám fame:
Quae cúm lagenae frústra collum lámberet,
Peregrínam sic locútam uolucrem accépimus:
Sua quísque exempla débet aequo animó pati.

FAB. XXVII.

Canis & Thesaurus & Vulturius.

[*HAEC rés auaris ésse conuéniens potest,*
Et qui húmiles nati díci locupletés student.]

vides *Labio tuo* natum esse ex *Lambe otio*. Tu pro *Quamlibet* repone *Qua lubet*, id est, *Ubicumque lubet*. Plautus Aul. IV, 4. *Agedum, excutedum pallium: tempta* qua lubet.

XXVI.

1 *Nulli nocendum: siquis vero laeserit,*
Multandum simili jure fabella admonet.

Si haec excusseris, infra Phaedri elegantiam esse facile reperies. Non placet *Multandum*, nec quod Heinsius substituit *Mulcandum*; neque *simili jure* est probi saporis. Repone,

Mactandum *simili* vice *fabella* haec *admonet*. Sic *Mactare malo, damno, cruciatu, infortunio. Simili vice*, hoc est, simili poena, injuria. Horat. Carm. I, 28. *Viceque superbae Te maneant ipsum.* Tacitus Hist. IV, 3. *Tanto proclivius est injuriae quam beneficio vicem exsolvere. Fabella haec*, ut supra V.

Testatur haec fabella propositum meum.

4 *Prior invitasse, & illi in patina liquidam*
Posuisse sorbitionem.

Hic verborum ordo ab Heinsio est; codices enim habent, *Et illi liquidam in patina*. Lucretius quidem primam in *Liquidus* plerumque corripit, nonnumquam producit. Sed non idem jus sua aetate Phaedro, quod olim Lucretio. Crediderim auctorem sic dedisse:

Prior invitasse, & liquidam in patina fictili
Posuisse sorbitionem.

Patinam fictilem ter quaterque habes apud Plinium. Ex *fictili* prodiit *Illi*. Sed *Illi* hinc abesse debere, probat quod mox sequitur, *Intrito cibo plenam lagenam posuit*. Scilicet patinam & lagenam ambabus simul fuisse positas, non hanc illi, huic illam. Nilantii liber: *Et posuit illi in scutella sorbitiunculam.*

XXVII.

Haec res avaris esse conveniens potest, 1
Et qui humiles nati dici locupletes studens:

Versus inepti & spurii. Quam inficete dictum *Haec res* pro *Haec fabula*? Enimvero idem his versibus pater est, qui & illis Fab. XIV, *Hac re probatur, quantum ingenium valet*, &c.

Digitized by Google

Humána effodiens óſſa, theſaurúm canis
Inuénit, et uiolárat quia Manés Deos,
Iniécta eſt illi díuitiarum cúpiditas,
Poenás ut ſanctae Réligioni pénderet.
Itaque aúrum dum cuſtódit, oblitús cibi
Fame éſt conſumptus; quém ſtans Ulturiús ſuper
Fertúr locutus: O Canis, meritó iaces,
Qui cóncupiſti ſúbito regalés opes,
Triuió conceptus, éducatus ſtércore.

FAB. XXVIII.

Vulpis & Aquila.

QUAMUIS ſublimes débent humiles métuere,
Uindícta docili quía patet ſolértiae.
Uulpínos catulos Aquila quondam ſúſtulit,
Nidóque poſuit, púllis eſcam ut cónderet:
Hanc pérſecuta máter, orare incipit,
Ne tántum miſerae lúctum importarét ſibi.
Contémſit illa, túta quippe ipſó loco.
Uulpés ab ara râpuit ardentém facem,
Totámque flammis árborem circúmdedit,
Proprii dolorem dámno ulciſcens ſánguinis.
Aquila út periclo mórtis eriperét ſuos,
Incólumes natos ſúpplex uulpi trádidit.

Neque vero iis fabula convenit, qui *dici*, ſed qui *eſſe* locupletes ſtudent. Επιμυθία locum ſupplent Vulturii verba, *O canis merito jacet* &c.

4 *Invenit, & violavit quia Manes deos.* Codex unus *Violat*, alter *Violarat*. Retinendum hoc poſterius; quod jure Gudio & Burmanno placebat.

11 *Trivio conceptus, & educatus ſtercore.* Tam verſu, quam ſententia volente, ſic repones: *Trivio conceptus, educatus ſtercore.*

XXVIII.

4 *Nidoque poſuit pullis eſcam ut carperent.* Si, ut oportet, poſt *Poſuit* ſubdiſtinguis, ſyntaxis eſt vitioſa. *Pullis* pro *Pulli*. Inde factum, ut Heinſius ſubſtitutum iret *Carperet*. Dedit, opinor, Auctor,

Nidoque poſuit, pullis eſcam ut conderet.

Conderet cibos, fructus, frumentum, & alia id genus, ſaepe habemus. Poſuit catulos in nido, ut paratam haberet eſcam, cum pulli eſurirent. Certe aquilam ſuſtuliſſe catulos, ut *reſervaret*, non ut ſtatim *carperet* & *laceraret*, vel inde cognoſcas, quia poſt aliquod tempus *incolumes* eos matri reddidit.

10 *Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis.* Haec corruptiſſima eſſe prima fronte ſe produnt. Repone,

Proprii *dolorem damno* ulciſcens *ſanguinis.*

Valer. Max. II. 10. *Sed & rex, & laceſſitus, majeſtatem excellentiſſimi viri venerari, quam dolo-*

FAB. XXIX.

Asinus irridens Aprum.

PLERUMQUE ſtulti riſum dum captánt leuem,
Grauí deſtringunt álios contumélia,
Et ſíbi uiciſſim cóncitant perículum.
Aſéllus apro cúm fuiſſet óbuius,
Salue, ínquit, frater. Ille indignans répudiat
Officium, et quaerit, cúr ſic mentirí uelit?
Aſinús demiſſo péne: ſimilem ſí negas
Tibi me éſſe, certe ſímile eſt hoc roſtró tuo.
Apér cum uellet fácere generoſum ímpetum,
Repréſſit iram: et, Fácilis uindícta éſt mihi:
Sed ínquinari nólo ignauo ſánguine.

FAB. XXX.

Ranae metuentes taurorum proelia.

HUMILES laborant, úbi potentes díſſident.
Rana, é palude púgnam Taurorum íntuens,
Heu quánta nobis ínſtat perniciés, ait.
Intérrogata ab ália, cur hoc díceret,
De príncipatu cúm decertarént gregis,
Longéque ab illis dégerent uitám boues:

dolorem ſuum ulciſci *maluit*. Ovidius de Philomela,

Quae proprii damno ſanguinis ulta *virum eſt.*

Mirum eſt, acutiſſimos viros, quibus haec loca ante oculos erant emendationem iſtam non perſpexiſſe. Vulpes dolorem ſuum ultum ibat, vel propriorum catulorum incendio; quos adhuc vivos eſſe ſciebat ex vocibus eorum ac querelis. *Hoſti, ppi*; ſic olim compendio ſcribebant.

XXIX.

3 *Et ſibi nocivum concitant periculum.*

Dubium adhuc eſt, an vox *Nocivus* Latinitate aut R. civitate donata ſit. Uno tantummodo hoc loco & Plinii altero jus ſuum tuetur. Sed hic quidem non placet; cum iners & ineptum Epitheton ſit: nec quiſquam *noxium*, adeo non *nocivum periculum* dixit. Repone:

Et ſibi viciſſim *concitant periculum.*

Aliena *vice* contumeliam, ſua periculum.

Si ſimilem negas 7
Tibi me eſſe, certe ſimile eſt hoc roſtro tuo.

Gudius ad locum. *MS. Similem ſi negas. Melius.* Cur *Melius* ſit, quod ille tacuit, dicam: nempe hoc pacto utrumque & *Similem* & *Simile* accentum habent in prima. quod in repetitione attendi ſolet.

XXX.

Rana in palude pugnam taurorum intuens. 2

Ex hac lectione ſuſpicari quis poſſit pugnam taurorum *pugnatam in palude* eſſe; plane contra fabulae mentem. Repone,

Rana e palude pugnam taurorum intuens.

Digitized by Google

Esto, inquit, dispar uita, ac diuersum genus:
Sed pulsus regno nemoris qui profugerit,
Paludis in secreta ueniet latibula,
Et procul calcatas obteret duro pede.
Ita caput ad nostrum furor illorum pertinet.

FAB. XXXI.

Miluus & Columba.

QUI se committit homini tutandum improbo,
Auxilium dum requirit, exitium inuenit.
Columbae cum saepe effugissent Miluum,
Et celeritate pennae euitassent necem,
Consilium raptor uertit ad fallaciam,
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare sollicitum potius aeuum ducitis,
Quam regem me creatis icto foedere,
Qui uos ab omni tutas praestem iniuria?
Illae credentes, tradunt sese Miluo:

1 *Est statio seperata ac diversum genus.* MS, teste Gudio. *Est ratio separata, inquit, ac diversum genus.* Unde sic locum refingo;
Esto, *inquit*, dispar vita *ac diversum genus.* Respondet versui praecedenti,
Longeque ab illis degerent vitam *boves.*
Dispar vita ac diversum genus Tauris & Ranis: illi in Sicco vitam degunt, ranae in palude. *Esto* casu mutatum est in *Est ro*, id compendiose est *Ratio.*

12 *Capút ita ad nostrum furer illorum pertinet.* Lege numeris melioribus,
Ita caput ad nostrum furor illorum pertinet.

XXXI.

2 *Auxilia dum requirit, exitium invenit.* Dedit Auctor *Auxilium*; & elegantius est Antitheton, *auxilium, Exitium.* Hoc scripseram; cum in Nilantii libro Fab. XXII reperi: *Auxilium cum quaerit, exitium invenit.*

3 *Columbae saepe cum fugissent Miluium.* *Miluus* in veteribus Membranis ubique scribitur, non *Miluius.* Ceterum pro *Fugissent* repone *Effugissent.* Non enim omnes qui fugiunt, etiam effugiunt. Lege igitur,
Columbae cum saepe effugissent Miluum.

Et celeritate pennae vitassent necem. 4
Recte Heinsius; *Evitassent*, eadem de causa qua nos *Effugissent.* Saepe enim vitat, qui evitare non potest. Horat. Serm. II, 7.
Teque ipsum vitas *fugitivus & erro:*
Frustra: *nam comes atra premit sequiturque fugacem.*

De reliquis tunc una, Merito plectimur. 13
Codices alio ordine locant,
Tunc de reliquis una, Merito plectimur.
Recte, ut *Reliquis* sit quattuor syllabarum. Ita Noster ubique, ut III, 4.
Inter reliquias *merces atque obsonia.*
& IV, 24.
Accepit partem: cum reliquum *posceret.*
Atque hac occasione alios docebo, quod ipse nunc primum disco. *Reliquus* apud veteres semper quattuor syllabis efferebatur; Terent. Eunuch. V, 5, 26.
Reliquom? tantum est. cesso huc introrumpere?
Plautus Cistell. I, 3, 40.
Nunc quod reliquom restat, volo persolvere.
In his locis, & apud Plautum saepius, necessario quattuor habet syllabas; in ceteris locis, ubi *Relliquum* nunc fertur tribus syllabis prima longa, aeque commode ad versum in quattuor.

Digitized by Google

Qui, régnum adeptus, coépit ueſci ſíngulas,
Et éxercere impérium ſaeuis únguibus.
Tunc dé reliqüis úna, Merito pléctimur.
Explicit.

INCIPIT

LIBER SECUNDUS.

PROLOGUS.

EXEMPLIS continétur humanúm genus:
Nec áliud quicquam pér Fabellas quaéritur,
Quàm córrigatur érror ut mortálium,
Acuátque ſeſe díligens indúſtria.
Quicúmque fuerit érgo narrandús iocus, 5
Dum cápiat aurem, et ſéruet propoſitúm ſuum,
Re cómmendetur, nón auctoris nómine.

quattuor reſolvitur, prima brevi. Eamque veram & ſolam olim pronuntiationem fuiſſe Phaedrus noſter Lucretiuſque evincent. Hic ut in *Relligio*, ita in *Relliquus* ubique geminat literam *L*; ita tamen, ut ſemper ſyllabis conſtet quattuor: I, 560.

Numquam id relliqüo *reparari tempore poſſet.* IV, 973.

Relliqüas *tamen eſſe vias in mente patentes.* Libro quidem III, 649 ſic hodie fertur,

Et ſimul in pugnae ſtudio quod dedita mens eſt,
Corpore cum reliquo *pugnam caedeſque petiſſit.*

Sed ibi corrigendum, ſententia quoque volente,

Corpore relliqüo *pugnam caedeſque petiſſit.*

Denique iis temporibus *Reliquus* numquam non τετρασύλλαβον fuiſſe, vel id certo indicio eſt; quod apud Virgilium, Horatium, Tibullum, Propertium *&c.* nuſquam reperiatur; verſu ſcilicet Heroico & Pentametro tale τετρασύλλαβον cum tribus brevibus non admittente. Quae enim cauſa alia vel fingi poteſt? Poſtea quidem τετρασύλλαβον factum facile admittebatur. Martial. IV, 42.

Vir reliquis, *uni ſit puer ille mihi.*

Juvenal. V, 153.

Virro ſibi & reliquis *Virronibus illa jubebit.*

Scribendum igitur ubique in Plauto & Terentio *Reliqüum* & ſic caſibus in ceteris, nuſquam ut nunc fit *Relliquum.* MSS *Relicuüm.*

PROL.

Exemplis continetur Aeſopi genus. 1
Fruſtra explicare conantur illud *Aeſopi*; quod facinus eſt Librariorum aliud agentium. Dedit Auctor,

Exemplis continetur humanum *genus.*

Hoc eſt, Exemplis potius continentur homines, reguntur, flectuntur, gubernantur, quam legibus aut praeceptis: nec aliud per fabulas ſive beſtiarum exempla quaeritur, quam ut hominibus proſimus.

Quicumque fuerit ergo narranti jocus. 5
Ita viri docti interpolarunt; ſed codices exhibent *Narrandi locus.* Lege ipſius ſententiae ductu,

Quicumque fuerit ergo narrandus jocus.

Hoc eſt, *Quaecumque ſcribenda erit fabula.* Sic Prol. III. *Fictis jocis.* & IV, 6. *Hoc jocorum genus.* & I, 6. III, 12. *Hoc illis narro.*

Re commendatur. Recte Heinſius Re *commendetur:* hoc eſt, *commendari debet.* Ita V, 50. 7
Quae commendari *tanto* debet *juſtius.*

Dictorum

Equidem ómni cura mórem ſeruabó Senis:
Sed ſí libuerit áliquid interpónere
Diuérſum, ſenſus út delectet uárietas,
Bonás in partes Lector accipiát uelim;
Ita, ſí rependit ílli breuitas grátiam.
Cuiús uerboſa né ſit commendátio;
Atténde, cur negáre cupidis débeas;
Modéſtis, etiam offérre quod non pétierint.

FAB. I.

Juvencus, Leo & Praedator.

SUPER Iuuencum ut ſtábat deiectúm Leo;
Praedátor interuénit, partem póſtulans.
Darem, inquit, niſi ſoléres per te súmere:
Et ímprobum reiécit. Forte innóxius
Uiátor eſt deductus in eumdém locum,
Feróque uiſo réttulit retró pedem.
Cui plácidus ille; Nón eſt quod timeás, ait:
Et, quaé debetur párs tuae modéſtiae,
Audácter tolle. túnc diuiſo térgore,
Siluás petiuit, hómini ut acceſſúm daret.
Exémplum egregium prórſus et laudábile:
Uerum éſt auiditas díues, et paupér pudor.

FAB.

10 *Dictorum ſenſus ut delectet varietas.* Quae conſtructionis ratio ſit, in ambiguo eſt: an *Varietas dictorum delectet ſenſus*, an *Varietas ſenſûs dictorum delectet*, an *Varietas delectet ſenſus dictorum?* Nihil horum trium, ſi excutias, placebit. Repone,

Diverſum, *ſenſus ut delectet varietas.*

Si aliquid diverſum, inquit, interpoſuero, non Apologum more Aeſopi, ſed narrationem veram & rem geſtam; quales ſunt II, 5 de Tiberio, III, 10 de Auguſto, IIII, 21, 24 de Simonide, V, 1 de Demetrio Phalereo, V, 7 de Principe tibicine, condonabit mihi lector. Quid quaeſo eſt *aliquid* interponere, niſi addideris *diverſum*, hoc eſt, diſſimilis argumenti?

11 *Bonas in partes, lector,* accipias *velim.*
Ita ſic *rependet illi brevitas gratiam,*
Cujus verboſa neſcit *commendatio.*

Recte Heinſius, *Ita, ſi* pro *Ita ſic*, & *Ne ſit* pro *Neſcit*. Reſtabat, ut pro *Accipias*, corrigeretur *Accipiat*. Refinge totum locum:

Bonas in partes lector accipiat *velim:*
Ita, ſi rependit *illi breuitas gratiam:*
Cujus verboſa ne ſit *commendatio,*
Attende cur &c.

Rependit codices habent. *Cujus* brevitatis

Digitized by Google

FAB. II.

Anus diligens virum aetatis mediae, item Puella.

A Féminis utcúmque ſpoliárí Uiros,
Aménť, amentur, némpe exemplo hoc diſcimus.
Aetátis mediae quéndam mulier nón rudis
Tenébat, annos célans elegántia:
Animóſque eiuſdem púlchra iuuenis céperat.
Ambaé uideri dúm uolunt illí pares,
Capíllos homini légere coepere ínuicem.
Cum ſé putaret fíngi cura múlierum,
Caluús repente fáctus eſt; nam fúnditus
Canós puella, nígros anus euéllerat.

FAB. III.

Homo & Canis.

LACERÁTUS quidam mórſu uehementís canis,
Tinctúm cruore pánem miſit máleſico,
Audíerat eſſe quód remedium uúlneris.
Tunc ſíc Aeſopus: Nóli coram plúribus
Hoc fácere canibus, né nos uiuos déuorent;
Cum tále ſcierint éſſe culpae praémium.
Succéſſus improbórum plures ádlicit.

FAB.

ne commendatio quoque non brevis fit, *Attende* &c.

I.

1 *Super iuvencum ſtabat dejectum Leo.*
Iterum inſere *Ut. Juvencum* ut *ſtabat.*

12 *Verum eſt aviditas dives & pauper pudor.*
Aut fallor, aut dedit Auctor:
Verum hodie *aviditas dives* eſt, *pauper pudor.*

II.

2 *Ament, amentur; nempe exemplis diſcimus.*
Repone,
Ament, amentur; nempe exemplo hoc *diſcimus.*
Fabula ſuperiore.
Exemplum *egregium prorſus & laudabile.*
Ita I, 3.
Aeſopus nobis hoc exemplum *prodidit.*
III, 10.
Utriuſque exemplum *breviter exponam rei.*
IV, 2. *Adſcribere* hoc *debebunt* exemplum *ſibi.*
V, Prol. *Sed ad fabellam talis* exempli *feror.*
In hoc exemplo *amabat* anus, *amabatur* juvencula.

III.

Cum ſcierint eſſe tale culpae praemium. 6
Lege numeris mollioribus,
Cum tale ſcierint eſſe *culpae praemium.*

Aquila

FAB. IV.

Aquila, Feles, & Aper.

AQUILA in ſuprema quércu nidum fécerat:
Felés cauernam náćta in media pépererat:
Sus némoricultrix foétum ad imam póſuerat.
Tum fórtuitum Féles contubérnium
Fraude ét ſceleſta ſic euertit málitia.
Ad nídum ſcandit Uólucris; Perniciés, ait,
Tibí paratur, fórſan et miſeraé mihi:
Nam fódere terram quód uides cotídie
Aprum, inſidioſus quércum uult euértere,
Ut nóſtram in plano fácile progeniem ópprimat.
Terróre offuſo et pérturbatis ſénſibus,
Derépit ad cubíle ſetoſaé Suis;
Magno, inquit, in periclo ſunt natí tui.
Nam ſímul exieris páſtum cum teneró grege,
Aquila éſt parata rápere porcellós tibi.
Hunc quóque timore póſtquam compleuít locum,
Dolóſa noto cóndidit ſeſé cauo:
Inde éuagata nóctu ſuſpenſó pede,
Ubi éſca ſe repléuit et prolém ſuam,
Pauórem ſimulans próſpicit totó die.
Ruínam metuens áquila ramis déſidet:
Apér rapinam uítans non prodít foras.

IV.

1 *Aquila in ſublimi quercu nidum fecerat.* In *ſublimi* Aquila, in *media* Feles, ad *imam* Sus. Repone,
Aquila in ſuprema *quercu nidum fecerat.* Nam & feles, quae in media quercu, in ſublimi erat nihilo minus.

9 *Aprum inſidioſum, quercum vult evertere.* Nimis cito *Inſidioſum* vocat, cauſa nondum reddita. Corrige,
Aprum, inſidioſus *quercum vult evertere.*

17 *Doloſa tuto condidit ſeſe cavo.* Codices habent *Toto.* Repone cum Heinſio *Noto. Notus cavus* eſt caverna in qua peperat; *tutus cavus* poſſit alius eſſe quicumque.

Quid multa? inedia ſunt conſumpti cum ſuis, 23
Feliſque catulis largam praebuerunt dapem.
Cur *catulis* tantum, ac non matri quoque? Repone.
Quid multa? inedia ſic conſumpti cum ſuis
Feli atque *catulis largam praebuerunt dapem.*

Documentum habere ſtulta credulitas poteſt. 25
Scribe cum Heinſio, *Documentum habere* hoc. Poteris etiam *Hinc.*

V.

Proſpectat Siculum & proſpicit Tuſcum mare. 10
Inepta lectio; cum *Proſpectat* & *Proſpicit* ſenſu non differant, MSS *Perſpicit.* Viri eruditi *Reſpicit;*

Digitized by Google

Quid múlta? inedia ſúnt conſumpti cúm ſuis;
Felíſque catulis lárgam praebuerúnt dapem.
Quantum hómo bilinguis ſaépe concinnét mali,
Documéntum habere ſtúlta credulitás poteſt.

FAB. V.

Caeſar ad Atrienſem.

EST árdelionum quaédam Romae nátio,
Trepidé concurſans, óccupata in ótio,
Gratís anhelans, múlta agendo níhil agens,
Sibí moleſta, et áliis odioſíſſima:
Hanc émendare, ſí tamen poſſúm, uolo
Uerá fabella: prétium eſt operae atténdere.
Caeſár Tíberius cúm petens Neápolim,
In Miſenenſem úillam ueniſſét ſuam,
Quae mónte ſummo póſita Lucúllí manu,
Proſpéctat Siculum et déſpicit Tuſcúm mare;
Ex áltitinctis únus Atriénſibus,
Cui túnica ab humeris línteo Pelúſio
Erát deſtricta, círris dependéntibus,
Perámbulante laéta domino úiridia,
Aluéolo coepit lígneo conſpérgere
Humum aéſtuantem, iáctans officium leue:
Sed déridetur. Inde notis fléxibus
Praecúrrit alium in xýſtum, ſedans púluerem.

Reſpicit; ego malim cum Guyeto,
Proſpectat Siculum & deſpicit *Tuſcum mare.*
Villa monte ſummo poſita Siculum mare e longinquo *proſpectat*, Tuſcum e propinquo *deſpicit*, ſive deſuper ſpectat. Virg. Aen. I.
Collem, *qui plurimus urbi*
Imminet, adverſaſque aſpectat deſuper *arces.*
Silius XII, 487. *Qui moenibus inſtat*
Collis, *& e tumulis ſubjectam* deſpicit *urbem.*

15 *Humum aeſtuantem, come officium jactitans.*
MSS *Factans officium come*, hoc eſt, cum a DCC annis diphthongus *ae* ſimplici *e* ſcribi ſolitum ſit, *Comae.* Interpretes *Come* acceperunt Neutrum a *Comis*; inde verborum ordinem immutarunt, quia *Comis* priorem producit. Unde vero arriſit illis *Come officium?* Nempe ita Manilius V, 635.
Veloceſque dabit ſub tali tempore partus,
Come per officium *vigilantia membra ferentes.*
Sic quidem dedit ex Codice Gemblacenſi Scaliger: ſed Venetus antiquus *Roma per*; recentiores *Omne per officium*; quae vera lectio eſt, ſententia ipſa flagitante. *Omne officium*, ut Claudianus in Eutrop. I, 367.
Communiter omni
Fungitur officio, *gaudetque potentia flecti.*
Horat. Epiſt. II, 2, 68.
Vocat hic auditum ſcripta, relictis
Omnibus officiis.
Seneca Conſol. ad Marciam XII; *Cito pater, cito*

Digitized by Google

Agnóſcit hominem Caéſar, remque intélligit.
Id út putauit éſſe neſcio quíd boni,
Heus, ínquit Dominus: ílle enimuero ádſilit,
Donátionis álacer certae gaúdio.
Tum ſíc iocata eſt tánti maieſtás Ducis:
Non múltum egiſti, et ópera nequicquám perit:
Multó maioris álapae mecum uéneunt.

FAB. VI.

Aquila, Cornix, & Teſtudo.

CONTRA' potentes némo eſt munitús ſatis:
Si uéro acceſſit cónſiliator máleficus;
Uis ét nequitia quícquid oppugnánt, ruit.
Aquila ín ſublime ſúſtulit Teſtúdinem:
Quae cum ábdidiſſet córnea corpús domo,
Pacto nec ullo laédi poſſet cóndita;
Uenít per auras córnix: et proptér uolans;
Opímam ſane praédam rapuiſti únguibus:
Sed, níſi monſtraro quíd ſit faciendúm tibi,
Grauí nequicquam té laſſabis póndere.
Promíſſa parte, ſuádet ut ſcopulúm ſuper
Altís ab aſtris dúram inlidat córticem;

omnis officii *curioſus*. Ubi plura vide exempla apud Gronovium. Martialis I, 90.

Omne ſed officium *circa te ſemper obibat.*
Turba tui ſexus, non adeunte viro.

Sic codices omnes; ſine dubio vere: ſed *Come* ibi dedit Scriverius, auctore Scaligero: poſtea tamen in Notis ſententiam mutavit. Quid igitur fiet? Nuſquam jam apparet *Come officium*, & de alia emendatione hic cogitandum. Nam ut alias, quod non eſt, officium aliquod *Come* dicatur; hic certe minime, quod *deridetur*. Mihi quidem nunc temporis nihil propius ſuccurrit, quam ut legatur, *Factans officium* leve. Id eſt, *levem operam:* ut mox Tiberius *Non multum egiſti.*

25 *Multo majoris alapae mecum veneunt.* Nequeo ſatis mirari tot egregios viros *Alapas* hic de *ſervorum manumiſſione* interpretari. Veſtram fidem! quomodo ſodes *jocatus eſt* Tiberius, ſi tam triſte & aridum reſponſum dederit? Immo *alapae* hic ſunt *Colaphi. Donationem* id eſt pecuniolam expectabat ſervulus; Tiberius contra, Nondum eum ob ſtultam & ingratam diligentiam colaphos meruiſſe: majoris eos apud ſe venire, non niſi ob graviora delicta ſolitum iraſci. Terent. Adel. II, 1.

Quamquam eſt ſceleſtus, non committet hodie
unquam iterum ut vapulet.

VI.

Contra potentes nemo eſt munitus ſatis. 1
Recte: ſed & ſatis bene alter Codex;
Contra potentes tutus eſt nemo ſatis.

Nec ullo pacto laedi poſſet condita. 6
Concinnius hoc modo:
Pacto nec ullo *laedi poſſet condita.*

Qua-

Qua cómminuta fácili ueſcatúr cibo.
Indúcta ueris Aquila monito páruit,
Simul ét magiſtrae lárgam diuiſít dapem.
Sic túta quae natúrae fuerat múnere,
Impár duabus óccidit triſtí nece.

FAB. VII.

Muli duo & Latrones.

MULI grauati ſárcinis ibánt duo:
Unús ferebat fiſcos cum pecúnia,
Altér tumentes múlto ſaccos hórdeo.
Ille ónere diues, célſa it ceruice éminens,
Clarúmque collo iáctans tintinnábulum:
Comés quietus ſéquitur et placidó gradu.
Subitó Latrones éx inſidiis áduolant,
Intérque caedem férro Mulum ſaúciant:
Dirípiunt nummos: néglegunt uile hórdeum.
Spoliátus igitur cáſus quum flerét ſuos;
Equidem, inquit Alter, mé contemptum gaúdeo:
Nam níhil amiſi, néc ſum laeſus múlnere.
Hoc árgumento, túta eſt hominum ténuitas,
Magnaé periclo ſúnt opes obnóxiae.

13 *Qua comminuta, facile veſcatur cibo.*
Repone, *Qua comminuta,* facili *veſcatur cibo.*

14 *Inducta verbis aquila, monitis paruit.*
Amplector emendationes Gronovii, priorem; posteriorem Heinsii;
Inducta veris *aquila,* monito *paruit.*

15 *Simul & magiſtrae large diviſit dapem.*
Large, liberaliter; quasi plura & meliora dapis cornici dederit; quod ingenio aquilae non adeo convenit. Placet igitur doctissimi Burmanni emendatio;
Simul & magiſtrae largam *diviſit dapem.*
Ita Noster III, 7. *Largo ſaturari cibo;* & II, 4. *Feli atque catulis largam praebuerunt dapem.*

VII.

Illo onere dives, celſa cervice eminens. 4
Repone,
Ille onere dives, celſa it *cervice eminens.*
Ille *it,* comes *ſequitur.*

Comes quieto ſequitur & placido gradu. 6
Auctor, nisi fallor, sic dedit,
Comes quietus *ſequitur & placido gradu.*

Interque caedem ferro mulum truſtant. 8
MSS uterque *Trucidant.* Noli dubitare, quin dederit auctor, quod & Heinsio in mentem venerat,
Interque caedem ferro mulum fauciant.

Digitized by Google

FAB. VIII.

Cervus & Boves.

CERVUS nemorosis excitatus latibulis
A uenatore, ut fugeret instantem necem,
Caeco timore proximam uillam petit,
Et opportuno se bubili condidit.
Hic Bos latenti, Quidnam uoluisti tibi,
Infelix, ultro qui ad necem cucurreris,
Hominumque tecto spiritum commiseris?
At ille supplex: Vos modo, inquit, parcite:
Occasione rursus erumpam data.
Spatium diei noctis excipiunt uices.
Frondem bubulcus adfert, nec ideo uidet.
Eunt subinde et redeunt omnes rustici:
Nemo animaduertit: transit etiam uillicus,
Nec ille quicquam sentit. Tum gaudens Ferus
Bobus quietus agere coepit gratias,
Hospitium aduerso quod praestiterint tempore.
Respondit unus: Saluum te cupimus quidem:
Sed ille, qui oculos centum habet, si uenerit;
Magno in periclo uita uertetur tua.
Haec inter ipse Dominus a cena redit:
Et quia corruptos uiderat nuper boues,
Accedit ad praesepe: Cur frondis parum est?

VIII.

2 *Cervus nemorosis excitatus latibulis*
Ut venatorum fugeret instantem necem.
Ridiculum: *Necem venatorum*, pro *A venatoribus*. *Excitatus* autem, a quo vel quibus? Corrige & distingue.
Cervus nemorosis excitatus latibulis
A venatore, ut fugeret instantem necem.
ubi ordo est, *Cervus a venatore excitatus* &c.

25 *Bobus quietis agere caepit gratias.*
Cur Bobus *quietis*; quasi illis aut periculi quicquam aut metus adfuisset? Repone:
Tum gaudens ferus,
Bobus quietus agere coepit gratias.
Quietus, id est securus: Terent. Phor. IV, 5. *Quietus esto, inquam.* Ubi Donatus: *Quietus, id est securus: ab eo quod praecedit, id quod sequitur. Gaudens ferus quietus coepit*, adjectivo & participio: ut I, 3. *Male mulcatus graculus moerens coepit.* & III, 3. *Monstro exterritus moerens curris.*

Quantum est laboris? Recte Heinsius, 23
Quanti est laboris: hoc est, quam parvi, quam nullius.

EPIL.

Aesope ingentem statuam posuere Attici. 1
Cur obsecro *ingentem?* an Colossum? nugae. Codices, *Aesopi.* Unde obvia & certa est Gudii emendatio:
Aesopi ingenio *statuam posuere Attici.*

Latere.

Digitized by Google

Straménta desunt? Tóllere haec aránea
Quanti ést laboris? Dúm scrutatur síngula,
Cerui quoque alta est cónspicatus córnua:
Quem cónuocata iúbet occidi fámilia,
Praedámque tollit. Haéc significat fábula,
Dominúm uidere plúrimum in rebús suis.

EPILOGUS.

AESÓPI ingenio státuam posuere 'Attici,
Seruúmque collocárunt aeterna in basi:
Patére honori scírent ut cunctí uiam;
Nec géneri tribui, séd uirtuti, glóriam.
Quoniam óccuparat álter, ut primús foret,
Ne sólus esset, stúdui, quod supérfuit.
Nec haéc inuidia, uérum est aemulátio.
Quod sí labori fáuerit Latíum meo;
Plurés habebit, quós opponat Graéciae.
Sin líuor obtrectáre curam uóluerit,
Non támen eripiet laúdis consciéntiam.
Si nóstrum studium ad aúres peruenít tuas,
Et árte fictas ánimus sentit fábulas,
Omném querelam súbmouet felícitas.
Sin aútem ab illis dóctus obteritúr labor,
Sinístra quos in lúcem natura éxtulit,
[Nec quidquam possunt, nisi meliores carpere,]

3 *Patere honoris scirent ut cunctis viam.* Quinam isti, qui *scirent?* Codices pro *Honoris* habent *Homini*. Repone:
Patere honori *scirent ut* cuncti *viam.*

5 *Quoniam occuparat alter, ne primus forem.* Codices *Foret*, non *Forem*. Quanto igitur elegantius, quod ab auctore erat,
Quoniam occuparat alter, ut *primus* foret, *Ne solus esset, studui.*

10 *Si livor obtrectare.* Recte Schefferus, Sin *livor.*

15 *Sin autem, ac illis doctus occurrit Labor.* *Doctus labor* est ipse hic libellus. Quidni igitur *occurrat*, qui publice venum exponitur? Pro *Ac illis* codices *Ab illis.* Restitue:
Sin autem ab *illis doctus* obteritur *labor.*
Obteritur livore, invidia, obtrectatione. *Ur* finale in priscis membranis non literis, sed apice exprimitur.

17 *Nec quicquam possunt nisi meliores carpere.* Hunc versum a mala manu huc insertum esse, multa sunt indicia. Syntaxis vitiosa est; *Nec quicquam possunt* pro *Quique nihil possunt*: Pronomen certe desideratur. Qualis vero sententia? miserum & mirum genus hominum, qui *nihil* possunt, nisi carpere. Numeri denique absoni sunt, nec in Senario ferendi. Abeat igitur quo dignus est versiculus, & unde malum pedem tulit.

Fatales

Digitized by Google

Fatále euentum córde durató feram,
Donéc fortunam críminis pudeát ſui.

Explicit Liber II.

INCIPIT

LIBER TERTIUS.

PROLOGUS ad Eutychum.

PHAEDRI libellos légere ſi deſíderas;
Uacés oportet, Eútyche, a negótiis,
Ut líber animus ſéntiat uim cárminis.
Uerum, ínquis, tanti nón eſt ingeniúm tuum,
Moméntum ut horae péreat officiís meis.
Non érgo cauſa eſt mánibus id tangí tuis,
Quod óccupatis aúribus non cónuenit.
Fortáſſe, dices, áliquae uenient fériae;
Quae mé ſoluto péctore ad ſtudiúm uocent.
Legéſne, quaeſo, pótius uiles naénias,
Impéndas curam quám rei doméſticae,
Reddás amicis témpora, uxorí uaces,
Animúm relaxes; ótium des córpori,
Ut ádſuetam fórtius praeſtés uicem?
Mutándum tibi propóſitum eſt et uitaé genus,
Intráre ſi Muſárum limen cógitas.
Ego, quém Pierio máter enixa éſt iugo,
In quó tonanti ſáncta Mnemoſyné Ioui,
Fecúnda nouies, ártium peperít chorum;

a 8 *Fatale exitium corde durato feram.* Quid quaeſo eſt *Exitium*, niſi Interitus, occidio, internecio? Quo igitur pacto *patienter quis ferat exitium*, qui ipſe interiit & nullus eſt? Senſit hoc acutiſſimus Gronovius; & repoſuit *Fatale vitium*; non ea, qua ſolitus erat, felicitate. Reſtituo ſuam auctori manum:

Fatale eventum *corde durato feram.*

Cicero de Aruſpicum reſponſis c. IV. *P. ille Scipio, qui Carthaginem, quaſi* fatali eventu, *ſolus evertit.*

PROL.

Momentum ut horae pereat officii mei. 5

Recte Heinſius;

Momentum ut horae pereat officiis meis.

Horat. Epiſt. I, 7.

Cauſiſque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octavam circiter horam
Dum redit. Porro v. 4. Pro *Inquis* lege *Inquis*, ut mox habemus *Dicet.*

Quam-

Quamuís in ipſa péne ſim natús ſchola,
Curámque habendi pénitus corde eráſerim,
Et laúde inuita uítam in hanc incúbuerim,
Faſtídioſe támen in coetum récipior.
Quid crédis illi accídere, qui magnás opes
Exággerare quaérit omni uígilia,
Docto labori dúlce praeponéns lucrum?
Sed iám, Quodcumque fúerit (ut dixít Sinon,
Ad Régem cum Dardániae perductús foret)
Librum éxarabo tértium Aeſopí ſtilo,
Honóri et meritis dédicans illúm tuis.
Quem ſí leges, laetábor; ſin autém minus,
Habébunt certe, quó ſe oblectent póſteri.
Nunc, Fábularum cúr ſit inuentúm genus,
Breuí docebo. Séruitus obnóxia,
Quia quaé uolebat nón audebat dícere,
Adféctus proprios ín fabellas tránſtulit,
Calámniamque fictis eluſit iocis.
Ego illius pro ſémita feci uiam,
Et cógitaui plúra, quam relíquerat,
In cálamitatem déligens quaedám meam.
Quod ſi áccuſator álius Seianó foret,
Si téſtis alius, iúdex alius dénique;
Dignúm faterer éſſe me tantís malis:
Nec hís dolorem délenirem rémediis.
Suſpícione ſí quis errabít ſua,
Et rápiet ad ſe quód erit commune ómnium,
Stulté nudabit ánimi conſciéntiam.
Huic éxcuſatum mé uelim nihiló minus:
Neque ením notare ſíngulos mens éſt mihi,

20 *Quamvis in ipſa natus ſim pene ſchola.* Repone numerorum commodo:
Quamvis in ipſa pene ſim natus *ſchola.*

22 *Et laude invita in hanc vitam incubúverim.* Caſcum illud & Opicum *Incubuverim* verſus gratia repoſuit Ritterſhuſius: MSti *Incubuerim:* & facile fuit cum Praſchio ſubſtituere.
Et laude invita vitam in hanc *incúbuerim.*
Ceterum quid ſit *Laude invita*, quidve item ſit *Incumbere in vitam*, fateor me non intelligere.

38 *Ego porro illius ſemita feci viam.* Codices alio ordine, *Ego illius porro ſemita:* ſed, teſte Gudio pro *Porro* habent *po.* Recte Gudius. *Ego illius* pro *ſemita feci viam.* Pro Aeſopi anguſta ſemita viam latam & patentem feci, plura enim de meo inveni; quam ab illo relicta accepi. Martial. VII, 61.
Et modo quae fuerat ſemita, facta via eſt.
Rem.

Digitized by Google

Uerum ípſam uitam et móres hominum oſténdere.
Rem mé profeſſum dícet forſan quís grauem.
Phrygibús ſi Aeſopus pótuit, ſi Anacharſís Scythis,
Aetérnam famam cóndere ingenió ſuo;
Ego, líteratae quí ſum propior Graéciae,
Cur ſómno inerti déſeram patriaé decus?
Threíſſa cum gens númeret auctorés ſuos;
Linóque Apollo ſít parens, Muſa 'Orpheo:
Qui ſáxa cantu móuit, edomuít feras,
Hebríque tenuit ímpetus dulcí mora.
Ergo hínc abeſto, Líuor, ne fruſtrá gemas,
Quoniám perennis míhi debetur glória.
Indúxi te ad legéndum? ſincerúm mihi
Candóre noto réddas iudiciúm, peto.

FAB. I.

Anus ad Amphoram.

ANUS iacere uídit epotam 'Amphoram,
Adhúc Falerna e faéce et teſta nóbili
Odórem quae iucúndum late ſpárgeret.
Hunc póſtquam totis áuida traxit náribus:
O ſuáuis anima! quálem te dicam, 'Amphora,
Antehác fuiſſe; táles cum ſint réliquiae?
Hoc quó pertineat dícet, qui me nouerit.

FAB.

51 *Rem me profeſſum dicet fors aliquis gravem.* Pro *Fors aliquis* Codices *Forſan aliquis*. Lege cum Heinſio *Forſan quis*.

52 *Si Phryx Aeſopus potuit, Anacharſis Scytha.* Codices habent, *Phryge fuiſſe Aeſopus potuit, Anacharſae Scythae*. Unde veram loci lectionem eruas,

Scythis
Phrygibus *ſi Aeſopus potuit, ſi Anacharſis*
Aeternam famam condere ingenio ſuo.

Quippe magni auctores etiam patriam ſuam celebrem faciunt. Ovid. Amor. III, 15.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo:
Peligneae dicar gloria gentis Ego.

Porro veram hanc conjecturam eſſe, probant quae ſtatim inferuntur,

Ego literatae qui ſum propior Graeciae,
Cur ſomno inerti deſeram patriae decus.

Nota illud *Patriae*, & filum orationis ſic evolve; ſi Aeſopus Phrygibus, Scythis Anacharſis uterque patriae ſuae barbarae famam & decus contulerunt; cur non & ego patriae meae idem facere poſſim?

Qui ſaxa cantu movit, & domuit feras. 58 Aliquanto eſt concinnius, id quod ab Auctore erat,

Qui ſaxa cantu movit, edomuit *feras.*

Quoniám mihi ſolemnis debetur glória. 61 Numeri abſoni ſunt; nec quid *ſolemnis gloria* ſibi

FAB. II.

Panthera & Paſtores.

SOLET á deſpectis pár referri grátia.
Panthéra imprudens ólim in foueam ut décidit;
Uidére agreſtes; álii fuſtes íngerunt,
Alii ónerant ſaxis: quídam contra míſeriti,
Peritúrae quippe quámuis nemo laéderet,
Miſére panem, ut ſúſtineret ſpíritum.
Nox ínſecuta eſt: ábeunt ſecurí domum,
Quaſi ínuenturi mórtuam poſtrídie.
At ílla uires út refecit lánguidas,
Uelóci ſaltu fóuea ſeſe líberat,
Et ín cubile cóncito properát grada.
Paucís diebus ínterpoſitis, próuolat,
Pecús trucidat, ípſos paſtorés necat,
Et cúncta uaſtans ſaéuit irato ímpetu.
Tum ſíbi timentes, quí ferae pepércerant,
Damnum haúd recuſant, tántum pro uitá rogant.
At ílla; Memini, quí me ſaxo pétierint,
Qui pánem dederint: uós timere abſíſtite:
Illís reuertor hóſtis, qui me laéſerant.

FAB.

ſibi velit, capere poſſum. Dedit, ut fateberis, Auctor:

Quoniam perennis *mihi debetur gloria.*

Notum illud Naſonis:

Carmina quam tribuent, fama perennis erit.

I.

2 *Adhuc Falerna faece e teſta nobili.*

Repone,

Adhuc Falerna e *faece & teſta nobili.*

5 *O ſuavis anima, quale in te dicam bonum.*

In codicibus ſic habetur, *Qualem te dicam bonam.* Reſtituo priſcam & veram lectionem:

O ſuavis anima! qualem te dicam, Amfora,
Antehac fuiſſe, tales cum ſint reliquiae.

Prima ſyllaba abſorpta eſt a praecedente; *Dicambonã, dicamfora.* Qualis eras, o amfora, cum plena eſſes; quae vel inanis talis es. Niſi *Amfora* hic reponas, *Te* ad *animam* ſive odorem referendum erit. Atqui odor in teſta recens epota *adhuc tam jucundus* erat, quam *antehac*. *Amfora* per *f* fere ſcribitur in veteribus Membranis.

II.

Panthera imprudens olim in foveam decidit: 2
Videre agreſtes: alii fuſtes congerunt.

Primo repone *Ingerunt. Ictus, plagae* congeruntur; *Saxa, tela, fuſtes, pugni* ingeruntur. Deinde inſere *Ut: In foveam* ut *decidit, Videre agreſtes.*

FAB. III.

Aesopus & Rusticus.

USU' peritus hariolo uelocior
Vulgo esse fertur: causa sed non dicitur:
Notescet quae nunc primum fabella mea.
Alenti cuidam pecora pepererunt oues
Agnos humano capite. Monstro extérritus,
Ad consulendos currit moerens hariolos.
Hic pertinere ad domini respondet caput,
Et auertendum uictima periculum.
Ille autem adfirmat coniugem esse adulteram,
Et insitiuos significari liberos:
Sed expiari posse maiori hostia.
Quid multa? uariis dissident sententiis;
Hominique curam cura maiore adgrauant.
Aesopus ibi tum, naris emunctae senex,
Natura numquam uerba cui potuit dare:
Si procurare uis ostentum, Rustice,
Uxores, inquit, da tuis pastoribus.

FAB. IV.

Simii Caput.

PENDERE ad lanium quidam ut uidit Simium

III.

4 *Habenti cuidam pecora pepererunt oves.* Repone, Alenti *cuidam pecora.* Ter. Adel. I, 1. *Equos alere.*

13 *Hominisque curam cura majore aggravant.* Dedit Auctor, Hominique *curam.*

14 *Aesopus ibi stans naris emunctae senex.* *Ibi stans,* praeter id quod scabrum anapaestum facit, etiam sensu deficit. Cur enim *Stans*; quasi totum hoc in uno loco in foro & vulgi corona sit actum? Repone,
Aesopus ibi tum *naris emunctae senex.*
Terent. And. I, 1.
Ibi tum *exanimatus Pamphilus.*
Noster V, 10. Hic tum *venator dolens.*

IV.

1 *Pendere ad lanium quidam vidit Simium.* Iterum excidit *Ut*, sollemni librariorum errore,
Pendere ad lanium quidam ut *vidit Simium,*
Quaesivit quidnam saperet.

5 *Ridicule magis hoc dictum, quam vere aestimo.* *Aestimo* in hoc sensu inferiorum aetatum est. Codices, teste Gudio, alio ordine; *Ridicule hoc dictum magis.* Repone,
Ridicule hoc dictum, mage *quam vere* existimo.
Virgil. Aen. X, 481.
Aspice, num mage *sit nostrum penetrabile telum.*

Succes-

Intér reliqüas mérces atque obſónia;
Quaeſíuit, quidnam ſáperet. Tum Laniús iocans:
Quale, ínquit, caput eſt, tális praeſtatúr ſapor.
Ridícule hoc dictum máge quam uere exíſtimo.
Quando ét formoſos ſaépe inueni péſſimos:
Et túrpi facie múltos cognoui óptimos.

FAB. V.

Aeſopus & Petulans.

SUCCE'SSUS ad perníciem ſtultos déuocat.
Aeſópo ut quidam pétulans lapidem impégerat;
Tanto, ínquit, melior. 'Aſſem deinde illí dedit,
Sic próſecutus: Plús non habeo mehércule;
Sed únde accipere póſſis, monſtrabó tibi:
Uenit écce diues ét potens: huic ſímiliter
Impínge lapidem, et dignum accipies praémium.
Perſuáſus ille, fécit quod monitús fuit.
Sed ſpés fefellit ímpudentem audáciam:
Compréenſus namque poénas perſoluit cruce.

FAB. VI.

Muſca & Mula.

MUSCA ín temone ſédit, et mulam íncrepans:
Quam tárde is? inquit, Nón uis citius prógredi?

V.

1 *Succeſſus ad perniciem multos devocat.*
Pro *Multos* codices habent *Saepe multos:* Repone,
Succeſſus ad perniciem ſtultos *devocat.*
Compendia ſcribendi hoc erratum, ut fere cetera, pepererunt.

2 *Aeſopo quidam petulans lapidem impegerat, Tanto, inquit, melior.*
Rurſus hiat oratio, fatali quaſi errore. Repone,
Aeſopo ut *quidam petulans lapidem impegerat. Inquit*, hoc eſt, Dixit *Aeſopus*. Neſcias alioquin ex conſtructione, uter hoc dixerit, Aeſopus an Petulans.

VI.

Quam tarda es? inquit, non vis citius progredi? 2
Si *Tarda es* legis, dicis mulam tardigradam, ſive naturaliter inceſſu tardam. Cur igitur ait, Non *vis?* cum *Tardam* tarde incedere, non voluntatis ſit, ſed neceſſitatis. Vidit hoc ſagaciſſimus Heinſius; & repoſuit *Non quis.* In aliud tamen vitium incidit; Si enim non *quit* mula citius progredi, cur objurgatur? Repone:
Quam tarde is, *inquit? non vis citius progredi?*
Ita *Romulus* in hac fabula, *Quam tarde ambulas?* Horat. Serm. II, 3. *Quia* tardius irent *Propter onus ſegnes.*

Digitized by Google

Uide, né dolone hoc cóllum compungám tibi.
Reſpóndit illa: Uérbis non moueór tuis;
Sed íſtum timeo, ſélla qui primá ſedens
Tergúm flagello témperat lentó meum,
Et óra frenis cóntinet ſpumántibus.
Quaprópter aufer fríuolam inſoléntiam:
Nam et úbi tricandum et úbi currendum ſít ſcio.
Hac dérideri fábula meritó poteſt,
Qui ſíne uirtute uánas exercét minas.

FAB. VII.

Canis & Lupus.

QUAM dúlce ſit libértas, breuiter próloquar.
Caní perpaſto mácie confectús lupus
Forte óccucurrit. Deín ſalutans, ínuicem
Ut réſtiterunt, 'Unde ſic, quaeſó, nites?
Aut quó cibo feciſti tantum córporis?
Ego, quí ſum longe fórtior, pereó fame.
Canís ſimpliciter: 'Eadem eſt conditió tibi,
Praeſtáre domino ſí par officiúm potes.
Quod? ínquit ille. Cúſtos ut ſis líminis,
A fúribus tueáris et noctú domum.

3 *Vide, ne dolone collum compungam tibi.* *Dolo* eſt baculus intus pugionem habens; ſed figurate hic ponitur pro muſcae aculeo. Legendum eſt igitur,
Vide ne dolone hoc *collum compungam tibi.*
Hoc dicens Muſca, aculeum exerit & oſtendit.

6 *Jugum flagello temperat lento meum,*
Et lora frenis continet ſpumantibus.
Recte Praſchius *Ora frenis*; ut Hor. Carm. I. 8. *Gallica nec lupatis Temperat ora frenis.* Utrumque verſum ſic refingo,
Tergum *flagello temperat lento meum,*
Et ora *frenis continet ſpumantibus.*
Tergum flagello cum citius me ire vult; *Ora frenis,* cum lentius. Romulus in hac fabula: *Mulionis, qui prima ſella ſedet, qui frenis ora regit, & loris iter flectit flagello excuſſo.*

9 *Namque ubi ſtrigandum eſt, & ubi currendum, ſcio.* Ut ſupra III, 3. *Ibi ſtans,* ita hic *Ubi ſtri* non ita bellus eſt anapaeſtus. Et bene ſane, quod non a Phaedro eſt, ſed a correctoribus. Codices *Tricandum*; illud alterum primus aut Gruterus aut Salmaſius invexit; quod poſtea cum plauſu acceptum. *Strigare* eſt interquieſcere, interjungere; cum jumenta jugo ſolvuntur. Atqui ſtrigandi commodum tempus *Mulio* ſcit, non ut hic *Mula.* Ut ne addam, τὸ *Currere* non recte hic opponi *Quieſcere*; non enim ubi non *quieſceret* Mula, *currendum* ei erat; ſed leni plerumque paſſu incedendum. Revocetur antiqua lectio,
Namque úbi tricandum *& úbi currendum* ſit, *ſcio.* *Sit,* ut Terent. Adel. IV, 2.
Scio ubi ſit, verum hodie numquam monſtrabo.
'*Ubi, úbi* utrobique Ictum habet: quod in repetitione venuſtum eſt. *Tricandum* autem eſt ceſſandum, tarde & otioſe eundum. Gloſſae veteres; *Tricoſus, ceſſator,* λαγὼν, ἀργός.

Quam

Digitized by Google

Ego uéro ſum parátus, nunc patiór niues
Imbréſque, in ſiluis áſperam uitám trahens.
Quanto éſt utilius mihi ſub tecto uíuere,
Et ótioſe lárgo ſaturarí cibo?
Ueni érgo mecum. Dúm procedunt, ádſpicit
Lupus á catena cóllum detritúm cani.
Unde hóc, amice? Níhil eſt. Dic, quaeſó, tamen.
Quia uídeor acer, ádligant me intérdiu,
Luce út quieſcam, et uígilem nox cum uénerit.
Crepúſcula ſolútus, qua uiſum éſt, uagor:
Adfértur ultro pánis: de menſá ſua
Dat óſſa dominus: frúſta iactat fámilia,
Et quód faſtidit quíſque pulmentárium:
Sic ſíne labore uénter impletúr meus.
Age, ſí quo abire eſt ánimus, eſt licéntia?
Non pláne eſt, inquit. Frúere, quae laudás, canis:
Regnáre nolo, líber ut non ſím mihi.

FAB. VIII.

Frater & Soror.

PRAECEPTO hoc monitus, ſaépe te conſídera:
Habébat quidam fíliam turpíſſimam,

VII.

1 *Quam dulcis ſit libertas, breviter proloquar.* Dedit auctor,
Quam dulce *ſit libertas, breviter proloquar.*
Dulce, res dulcis. Virgil. Eclog. III.
Dulce ſatis humor, depulſis arbutus haedis.

3 *Forte occurrit. Salútantes dein ínvicem*
Ut reſtiterunt, unde ſic quaeſo nites?
Priore verſu numeri inconcinni ſunt; *Salutantes* autem conſtructionem vitiat; poſt ſe enim poſtulat *Inquiunt*; non quod in ſententia eſt *Inquit*. Codices, fide Gudii, habent *Dein ſalutantes invicem*; unde facilis eſt emendatio:
Forte occucurrit: *dein* ſalutans, *invicem*
Ut reſtiterunt, unde ſic quaeſo nites?
Ut invicem reſtiterunt; uterque ſcilicet ſimul: ne cane progrediente, fruſtra lupus haec loqueretur, nullo audiente.

Quanto eſt facilius mihi ſub tecto vivere 13
Et otioſum largo ſatiari cibo.
Cur quaeſo *Facilius*? quod tam dura lege conceditur, ut lupus conditionem recuſet. *Facile vivere, agere*, nota quidem phraſis; ſed ſi hic *Facilius* conjungas cum *Vivere*; quid fiet de *Quanto eſt*, quod nudum deſtituetur? Dedit opinor Auctor,
Quanto eſt utilius *mihi, ſub tecto vivere?*
Vel ſi quovis modo *Facilius* retinendum ſit, hoc modo refingas licet; Cur patiar *nives?*
Quando *eſt, facilius mihi ſub tecto vivere.*
Utrumvis horum praetuleris, omnino lege cum Heinſio *Otioſe*; ne pro dativo accuſativum ponas: & verſu ſequente lege *Cani*, non *Canis*.

VIII.

Praecepto monitus ſaepe te conſidera. 2
Recte Schefferus, *Praecepto hoc.* Vide II, 2.

Itidemque

Itidémque ingenua et púlchra facie fílium.
Hi ſpéculum in cathedra mátris ut poſitúm ſuae,
Pueríliter ludéntes, forte inſpéxerant;
Hic ſé formoſum iáctat; illa iráſcitur,
Nec glóriantis ſúſtinet fratrís iocos;
Accípiens quippe cúncta in contuméliam.
Ergo ád patrem decúrrit, laeſura ínuicem;
Magnáque inuidia críminatur fílium,
Uir nátus quod rem féminarum tétigerit.
Ampléxus ille utrúmque, et carpens óſcula,
Dulcémque in ambos cáritatem pártiens:
Cotídie, inquit, ſpéculo uos utí uolo:
Te, fórmam ne corrúmpas nequitiae malis;
Te, fáciem ut iſtam móribus penſés bonis.

FAB. IX.

Socrates ad Amicos.

UULGÁRE amici nómen, ſed rara éſt fides.
Cum páruas aedes ſíbi fundaſſet Sócrates,

3 *Itidemque inſigni & pulchra facie filium.* *Inſignis*, ſi in laude eſt, majus quid eſt quam *Pulchra*, & male locum priorem occupat, ſententia decreſcente. Sed cum ſaepius de Facie in vituperationem capiatur, *Inſignis & Inſignitus*; ut Cicero De Leg. III, 8. *Inſignis ad deformitatem puer*; quis non videat prave ac ambigue hic poni? Ab auctore, credo, hoc erat;

Itidemque ingenua *& pulchra facie filium.*

Notum illud,

Ingenui vultus puer ingenuique pudoris.

Martial. III, 33.

Si facie *nobis haec erit* ingenua.

4 *Hi ſpeculum in cathedra, matris ut poſitum fuit.* *Ut poſitum fuit:* indignum hoc eſt tanto auctore. Lege, oratione continuata,

Hi ſpeculum in cathedra matris ut poſitum ſuae
Pueriliter ludentes forte inſpexerant.

Ubi ordo eſt, *Hi, ut forte inſpexerant ſpeculum* &c.

8 *Accipiens quid enim cuncta in contumeliam.* *Quid enim* apud Virgilium Horatium alioſque reperiri ſcio; ſenſu tamen, qui huic loco non convenit. Repone:

Accipiens quippe *cuncta in contumeliam.*

Quippe hic cauſam reddit, cur jocos fratris non ſuſtineret. Sic I, 28.

Contempſit illa, tuta quippe *ipſo loco.*

& III, 2. *Quidam contra miſeriti,*
Perituraе quippe, *quamvis nemo laederet.*

Cauſam habes, cur illa contempſerit, hi miſeriti ſint. Error, ut paſſim, ex ſcribendi compendio natus.

9 *Ergo ad patrem cucurrit laeſura invicem.* Recte codices & editio princeps *Decurrit*; tempore praeſenti, ut mox *Criminatur*. *Decurrit*, hoc eſt, *Confugit*.

12 *Amplexus utrumque ille & carpens oſcula.* Codices & editiones veteres, rectius,

Amplexus ille utrumque.

15 *Tu formam ne corrumpas nequitiae malis,*
Tu faciem ut iſtam moribus vincas bonis.

Recte habet *Nequitiae malis*, & perperam mutant. Juvenalis XIV, 216 eodem ac hic ſenſu;

Parcen-

Digitized by Google

(Cuiús non fugio mórtem, ſi famam ádſequar;
Et cédo inuidiae, dúm modo abſoluár cinis)
E pópulo ſic neſcío quis, ut fierí ſolet:
Quaeſó, tam anguſtam tális uir ponís domum?
Utinam, ínquit, ueris hánc amicis ímpleam.

FAB. X.

Poëta de Credere & non Credere.

PERÍCULOSUM, et crédere, et non crédere.
Utriúſque exemplum bréuiter exponám rei.
Hippólitus obiit, quía nouercae créditum eſt.
Caſſándrae quia non créditum, ruit 'Ilium.
Ergo éxploranda eſt uéritas multum ét diu;
Ne ſtúlta praue iúdicet ſenténtia.
Sed fábuloſam né uetuſtatém eleues,
Narrábo tibi, memória quod factum éſt mea.
Marítus quidam cúm diligeret cóniugem,
Togámque puram iám pararet fílio;
Sedúctus in ſecrétum a liberto éſt ſuo

Parcendum eſt teneris: nondum implevere me-
Nativae mala nequitiae. [*dullas*
Bis, ter tamen hic peccatum eſt, quod nemo deprehendit. Repone:
Te, *formam ne corrumpas nequitiae malis;*
Te, *faciem ut iſtam moribus* penſes *bonis.*
Volo *vos*, ait, uti ſpeculo; unde idem caſus ſequitur, *Te, Te. Vincere faciem* quid hic faciat, nullus video. *Penſare malam formam moribus bonis* proprie dicitur. Plinius IX, 41. de Echeneide, *Quae crimina una laude penſat.* Sappho in Ovid. Ep.
Si mihi difficilis formam natura negavit;
Ingenio formae damna rependo meae.

X.

1 *Periculoſum eſt credere, & non credere.*
Repone, ſententia gratias agente,
Periculoſum, & credere & non credere.

5 *Ergo exploranda eſt veritas multum prius,*
Quam ſtulta prave judicet ſententia.
Multum prius: quis ſic dicentem ferat pro *Multo?* Terent. Hec, IV, 1. *Multo prius, quam tu, illum ſcivi.* Hoc opinor videns Scheffe-rus divellit verba; ut ordo ſit, *Multum exploranda priuſquam* &c. Sed laterem lavat: cum in iſtam ſententiam *ſtulta prave* ſtultiſſime ingeruntur. *Veritas multum exploranda eſt, priuſquam ſententia judicet:* hoc recte. Priuſquam *ſtulta* judicet, hoc ineptiſſime: cum veritate explorata, non poſſit eſſe *ſtulta.* Repono auctoris verba:
Ergo exploranda eſt veritas multum & diu,
Ne ſtulta prave judicet ſententia.
Multum & diu ſaepe conjuncta veniunt. Plaut. Moſtell. I, 2.
Recordatus múltum & diú *cogitávi.*

Sed fabuloſa ne vetuſtate elevem. 7
Quid cavet ne *elevet?* ſententia manca eſt & nihil dicit. Codices, teſte Gudio, *vetuſta-tem.* Repone,
Sed fabuloſam *ne vetuſtatem* eleves.
Ne contemnas iſta Hippolyti & Caſſandrae, ut vetuſta & ficta. Lucanus IX, 359.
Invidus, annoſo famam qui derogat aevo.

Seductus in ſecretum a liberto ſuo. 11
Repone, ne pendeat ſententia;
Seductus in ſecretum a liberto eſt *ſuo.*

Qui,

Speránte heredem ſúffici ſe próximum.
Qui, cúm de puero múlta mentitús foret,
Et plúra de flagítiis caſtae múlieris,
Adiécit (id quod ſéntiebat máxime
Dolitúrum amanti) uéntitare adúlterum,
Stupróque turpi póllui famám domus.
Incénſus ille fálſo uxoris crímine
Simuláuit iter ad uíllam, clamque in óppido
Subſédit; dein de nócte ſubito iánuam
Intráuit, recta cúbiculum uxoris petens;
In quó dormire máter natum iúſſerat,
Aetátem adultam ſéruans diligéntius.
Dum quaérunt lumen, dúm concurſant fámilia;
Iraé furentis ímpetum non ſúſtinens,
Ad léctum accedit, téntat in tenebris caput.
Ut ſéntit tonſum, gládio pectus tránſigit;
Nihíl reſpiciens, dúm dolorem uíndicet.
Lucérna inlata, ſímul adſpexit filium,
Sanctóque uxorem dórmientem cúbiculo,
Sopíta primo quaé nil ſomno ſénſerat;
Repraéſentauit ín ſe poenam fácinoris,
Et férro incubuit, quód credulitas ſtrínxerat.
Accúſatores póſtularunt múlierem,
Romámque pertraxérunt ad centúmuiros.
Malígna inſontem déprimit ſuſpício,
Quod bóna poſſideat: ſtánt patroni, fórtiter
Cauſám tuentes ínnocentis féminae.
A Díuo Auguſto túnc petiere iúdices,

13 *Qui*, dum *de puero multa mentitus foret.* Jam diu recte repoſuerunt *Cum.*

20 *Subſedit: deinde nectu ſubito januam.* Repone quod concinnius eſt, ideoque & verum: *Subſedit:* dein de nocte *ſubito januam.* Terent. Adel. V, 3. *Cum primo luci ibo hinc.* De nocte *cenſeo.*

29 *Lucerna adlata, ſimul adſpexit filium.* Recte Heinſius, *Inlata.* Exempla paſſim obvia ſunt.

40 *Ut adjuvaret jurisjurandi fidem.* Noſter infra IV, 4. in re non diſſimili, cum ſenſus teſtamenti colligi non poſſet,

Fidem advocavit, *jure neglecto, parens.*

An & hic legendum,

Ut advocarent *jurisjurandi fidem?*

Hoc eſt, Cum nec condemnare mulierem nec abſolvere vellent, petiere Centumviri ab Auguſto, *Ut liceret eis ejurare illud judicium; quoniam ſibi non liqueret.*

47 *Quod ſi damnanda perſcrutatus crimina.* *Damnanda* iners hic & inſulſum Epitheton. In varias igitur conjecturas itum eſt. Rem acu

Ut áduocarent iúrisiurandí fidem,
Ipſós quod error ímplicuiſſet críminis.
Qui póſtquam tenebras díſpulit calúmniae,
Certúmque fontem uéritatis répperit;
Luat, ínquit, poenas caúſa libertús mali:
Namque órbam nato ſímul et priuatám uiro,
Miſerándam potius quám damnandam exíſtimo.
Quod ſí cunctando pérſcrutatus crímina
Patérfamilias éſſet, ſi mendácium
Subtíliter rimátus a radícibus;
Non éuertiſſet ſcélere funeſtó domum.
Nil ſpérnat auris, néc tamen credát ſtatim.
Quandóquidem et illi péccant, quos minimé putes,
Et quí non peccant, impugnantur fraúdibus.
Hoc ádmonere ſímplices etiám poteſt,
Opínione altérius ne quid pónderent.
Ambítio namque díſſidens mortálium
Aut grátiae ſubſcríbit, aut odió ſuo.
Erit ílle notus, quém per te cognóueris.
Haec éxſecutus ſúm propterea plúribus,
Breuitáte nimia quóniam quoſdam offéndimus.

FAB. XI.

Eunuchus ad Improbum.

EUNU'CHUS litigábat cum quodam ímprobo;
Qui, ſúper obſcoena dícta et petulans iúrgium,
Damnum ínſectatus éſt amiſſi córporis.
Quin, áit, hoc unum eſt, cúr laborem uálidius;

acu tetigiſſe videor legendo,

Quod ſi cunctando *perſcrutatus crimina.*

Cunctando opponitur verſui XV,

Irae furentis impetum non ſuſtinens.
Unus homo nobis cunctando *reſtituit rem.*

Juvenalis VI, 220.

Quis teſtis adeſt? quis detulit? audi:
Nulla umquam de morte hominis cunctatio *longa eſt.*

48 *Si mendacium*
Subtiliter limaſſet, a radicibus
Non euertiſſet ſcelere funeſto domum.

Limare mendacium nihil aliud ſignificet, quam mendacium, jam impudens & incredibile, ita expolire & refingere, ut fidem mereatur. Quid ergo hic facit, ubi nullus tali ſenſui locus? Corrige & diſtingue; *Si mendacium*
Subtiliter rimatus *a radicibus;*
Non euertiſſet ſcelere funeſto domum.

Rimari a radicibus, ut Plautus, *Ab ſtirpe exquirere. Eſſet* bis hic accipitur; *Si perſcrutatus eſſet, ſi rimatus.*

XI.

En, ait, hoc unum eſt, cur laborem validius. 4

Recte Heinſius *Quin, ait.*

Intégritatis téſtes quia deſúnt mihi.
Sed quíd fortunae, ſtúlte, delictum árguis?
Id démum eſt homini túrpe, quod meruít pati.

FAB. XII.

Pullus ad Margaritam.

IN ſtérculino púllus gallináceus,
Dum quaérit eſcam, Márgaritam ut répperit;
Iacés indigno quánta res, inquít, loco?
Te ſí quis pretii cúpidus uidiſſét tui,
Olím rediſſes ád ſplendorem príſtinum.
Ego quód te inueni, pótior cui multo éſt cibus,
Nec tíbi prodeſſe néc mihi quicquám poteſt.
Hoc íllis narro, quí me non intéllegunt.

FAB. XIII.

Apes & Fuci, Veſpa judice.

APES in alta quércu ut fecerúnt fauos,
Hos Fúci inertes éſſe dicebánt ſuos.
Lis ád forum dedúcta eſt, Ueſpa iúdice:
Quae génus utrumque nóſſet cum pulchérrime,
Legém duabus hánc propoſuit pártibus:
Non ínconueniens córpus et par éſt color,
In dúbium plane rés ut merito uénerit.
Sed, né religio péccet imprudéns mea,

XII.

1 *In ſterquilinio pullus Gallinaceus.* Recte Gudius. *Sterculino*, verſu id flagitante. Vide nos ad Terent. Phor. III, 3, 41.

2 *Dum quaerit eſcam, margaritam repperit.* Laxa haec & hiantia ſic connecte; *Dum quaerit eſcam, margaritam* ut *repperit*; *Faces indigno* &c.

4 Hoc *ſiquis pretii cupidus vidiſſet tui, Olim rediſſes ad ſplendorem maximum.* Repone, *Te ſiquis pretii cupidus vidiſſet tui, Olim rediſſes ad ſplendorem* priſtinum. Utrumque confirmat Romulus Fab. I; *Si aliquis cupidus inveniſſet* te, *gaudens te confeſtim rapuiſſet, ut* ad priſtinum ſplendorem *decoris tui redires.* Nec minus ipſa ſententia utrumque flagitat.

6 *Ego qui te inveni, potior cui multo eſt cibus, Nec tibi prodeſſe, nec mihi quicquam potes.* Oratio ſoloeca eſt: pro *Potes* requiritur *Poſſum.* Egregie Heinſius, *Ego* quòd *te inveni, potior cui multo eſt cibus, Nec tibi prodeſſe, nec mihi quicquam* poteſt.

XIII.

1 *Apes in alta quercu fecerant favos.* Codices, fide Gudii; *Fecerunt.* Repone;

Apes

Digitized by Google

'Aluós accipite, et céris opus infúndite;
Ut éx ſapore méllis et formá faui,
De quís nunc agitur, aúctor horum adpáreat.
Fucí recuſant: 'Apibus conditió placet.
Tunc íllæ hac litem ſúſtulit ſenténtia;
Apértum eſt, quis non póſſit, aut quis fécerit.
Quaprópter Apibus frúctum reſtituó ſuum.
Hanc praéteriſſem fábulam ſiléntio,
Si légem Fuci nón recuſaſſént datam.

FAB. XIV.

Aeſopus ludens.

PUERO'RUM in turba quídam ludentem 'Atticus
Aeſópum nucibus cúm uidiſſet; réſtitit,
Et quáſi delirum ríſit. Quod ſenſit ſimul
Deríſor potius quám derídendús ſenex;
Arcúm retenſum póſuit in mediá uia:
Heus, ínquit, ſapiens, éxpedi quid fécerim.
Concúrrit populus. 'Ille ſe torquét diu,
Nec quaéſtionis póſitae cauſam intéllegit:
Nouíſſime ſuccúmbit. Tum uictór ſophos:
Corrúmpes arcum, ſémper tenſum ſi hábueris:
At ſí laxaris; cúm uoles, erit útilis.
Sic lúdus animo débet aliquandó dari,
Ad cógitandum mélior ut redeát ſibi.

Apes in alta quercu ut fecerunt *favos*;

13 *Tunc illa talem ſuſtulit ſententiam* Codices *Sententia*. Repone, *Tunc illa* hac litem *ſuſtulit* ſententia.

17 *Si pactam fuci non recuſaſſent fidem.* Nec quid omnino ſit, *Recuſare pactam fidem*, ſcio; nec ullum quod fuci fecerint pactum hic invenio. *Lex* eis ſive *conditio* propoſita eſt, quam recuſarunt: Pactio nulla intervenit. Reponendum puto,

Si legem *fuci non recuſaſſent* datam.

XIV.

Cito rumpes arcum, ſemper ſi tenſum habueris. Sententia perabſurda. Dum enim *tenſus habetur* arcus, quomodo *rumpi* poteſt? Si *ſemper* tenſus, quomodo *cito* rumpetur? Repone; Corrumpes *arcum, ſemper tenſum ſi habúeris.*

Ad cogitandum melior ut redeat tibi. Immo repone.
Ad cogitandum melior ut redeat ſibi.
Non *Tibi*; nam animus cujuſque is eſt quiſque.

Digitized by Google

FAB. XV.

Canis ad Agnum.

INTER capellas Agno palantí Canis,
Stulte, ínquit, erras, nón est hic matér tua:
Ouéſque ſegregátas oſtendit procul.
Non íllam curo, quaé, cum libitum eſt, cóncipit;
Dein pórtat onus ingrátum certis ménſibus;
Nouíſſime proláp ſam effundit ſárcinam:
Uerum íſtam, quae me nútrit admoto úbere;
Fraudátque natos lácte, ne deſít mihi.
Tamen ílla eſt potior, quaé te peperit. Nón ita eſt.
Unde ílla ſciuit, níger an albus náſcerer?
Age pórro ſciſſet. Cum crearer máſculus;
Beneficium magnum ſáne natalí dedit,
Ut éxſpectarem lánium in horas ſíngulas.
Cuiús poteſtas núlla in gignendó fuit,
Cur hác ſit potior, quaé iacentis míſerita eſt,
Dulcémque praeſtat ſpónte beneuoléntiam?
Facít parentes bónitas, non necéſſitas.
His démonſtrare uóluit auctor uérſibus,
Obſíſtere homines légibus, meritís capi.

FAB. XVI.

Cicada & Noctua.

HUMÁNITATI quí ſe non accómmodat,
Plerúmque poenas óppetit ſupérbiae.

XV.

5 *Dein portat onus ignotum certis menſibus.* Cur *Ignotum?* an quia in utero clauſum & nondum viſum? atqui eodem nomine & cor, pulmones, inteſtina dici poſſint *Ignota*. Corrige,

Dein portat onus ingratum *certis menſibus.* Recte elevat matris beneficia; quod non libenter ſed ingratiis onus portaret. Catull. LXIX.

Ingratum *tremuli tolle parentis* onus.

16 *Dulcemque ſponte praeſtat benevolentiam.* Repone non parvo verſus commodo:

Dulcemque praeſtat ſponte *benevolentiam.*

XVI.

Cavoque ramo capere ſomnum interdiu. 5 *Ramus* arboris non temere *cavus* eſt. Dedit auctor,

Cavoque trunco *capere ſomnum interdiu.* Horat. Carm. II, 19. *Atque* truncis

Labſa cavis *iterare mella.*

Rogata eſt ut taceret, multo validius. 6 Repone, quod hiulca iſta connectat;

Rogata.

Digitized by Google

Cicáda acerbum Nóctuae conuícium
Faciébat, ſolitae uíctum in tenebris quaérere,
Cauóque trunco cápere ſomnum intérdiu.
Rogáta uti tacéret, multo uálidius
Clamáre coepit: rúrſus admotá prece,
Accénſa magis eſt. Nóctua, ut uidít ſibi
Nullum éſſe auxilium, et uérba contemní ſua,
Hac éſt adgreſſa gárrulam fallácia:
Dormíre quia me nón ſinunt cantús tui,
Sonáre citharam quós putes Apóllinis;
Potáre eſt animus néctar, quod Pallás mihi
Nupér donauit: ſí non faſtidís, ueni;
Una bibamus. Illa, quae ardebát ſiti,
Simúl cognouit nócem laudarí ſuam,
Cupide áduolauit. Nóctua egreſſa é cauo
Trepidántem conſectáta eſt, et letó dedit.
Sic, uíua quod negárat, tribuit mórtua.

FAB. XVII.

Arbores in Deorum tutela.

OLIM, quas uellent éſſe in tutelá ſua,
Diuí legerunt Arbores: quercús Ioui,
Et myrtus Ueneri plácuit; Phoebo laúrea,
Pinús Cybebae, pópulus celſa Hérculi.
Minérua admirans, quáre ſteriles ſúmerent,
Intérrogauit caúſam. Dixit Iúppiter;
Honórem fructu né uideamur uéndere.
At, Mehércule, illa, nárret quod quis uóluerit,

Rogata uti *taceret, multo validius*
Clamare coepit.

12 *Sonare citharam quos putes Apollinis.*
Repone,
Sonare citharam *quos putes Apollinis.*
Ordo eſt, *Citharam ſonare cantus.*

XVII.

6 *Interrogavit. Cauſam dixit Juppiter.*
Diſtingue,
Minerva, admirans quare ſteriles ſumerent,
Interrogavit cauſam. Dixit Juppiter.

Honore fructum ne videamur vendere: 7
Rectius, oplnor, alii:
Honorem fructu *ne videamur vendere:*
hoc eſt, Honorem quem tribuimus, fructu quem accipimus.

At mehercule narrabit, quod quis voluerit. 8
Verſus claudicat, quem ſic emendandum puto,
At, Mehercule, illa, narret *quod quis voluerit.*
Ita III, 2.
At illa, *Memini qui me ſaxo petierint.*
I, 25. At ille, *Facerem mehercule.* I, 31. At ille:

Olíua nobis própter fructum eſt grátior.
Tunc ſíc Deorum génitor atque hominúm ſator:
O náta, merito ſápere dicêre ómnibus:
Niſi útile eſt, quod fácimus, ſtulta eſt glória.
Nihil ágere, quod non próſit, fabella ádmonet.

FAB. XVIII.

Pavo ad Junonem.

PAUO ád Iunonem uénit, indigné ferens
Cantús Luſcinii quód ſibi non tríbuerit:
Illum éſſe cunctis áuibus admirábilem:
Se déridéri, ſímul ac uocem míſerit.
Tunc cónſolandi grátia dixít Dea:
Sed fórma uincis, uíncis magnitúdine;
Nitór Smaragdi cóllo praefulgét tuo;
Pictíſque plumis gémmeam caudam éxplicas.
Quo mi, ínquit, mutam ſpéciem, ſi uincór ſono?
Fatórum arbitrio pártes ſunt auibús datae:
Tibi fórma, uires áquilae, laſcivió melos,
Augúrium coruo, laéua cornici ómina:
Omnéſque propriis ſúnt contentae dótibus.
Noli ádfectare, quód tibi non éſt datum;
Delúſa ne ſpes ád querelam récidat.

FAB. XIX.

Aeſopus ad Garrulum.

AESO'PUS domino ſólus cum eſſet fámilia,

ille expirans. I, 15. At ille *lentus. Narret* autem, potius quam *Narrabit*; ut Plautus Perſ. III, 1.

Dicat *quod quiſque vult, ego de hac ſententia Non demovebor.*

XVIII.

3 *Illam eſſe cunctis auribus admirabilem.* Codices quidem *Auribus*; ſed jam olim repoſuerunt *Avibus*, tam ſententia quam verſu gaudente. Cum admiratio ſolius Animi ſit; ſcire velim quo pacto Aures admirari poſſint.

Omnes quae propriis ſunt contentae vocibus. 13 Egregie Heinſius,

Omneſque propriis ſunt contentae dotibus.

XIX.

Coepit redire. Et quidam e turba garrulus. 7 Recte Heinſius, *Hic quidam*, id eſt, *Tum.*

XX.

Galli Cybebes circum quaeſtus ducere. 4 Pro *Quaeſtus* dedit auctor *Vicos* vel *Pagos*. Babrias in eadem fabula Κώμην uſurpat:

Οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην
Πεφοίτηκε &c.

Hi

Paráre cenam iúſſus eſt matúrius.
Ignem érgo quaerens áliquot luſtrauít domos;
Tandémque inuenit, úbi lucernam accénderet.
Tum círcumeunti fúerat quod iter lóngius,
Effécit breuius: námque recta pér forum
Coepít redire. Hic quídam e turba gárrulus;
Aeſópe, medio ſóle quid cum lúmine?
Hominem, ínquit, quaero; et ábiit feſtináns domum.
Hoc ſí moleſtus ílle ad animum réttulit;
Senſít profecto, ſe hóminem non uiſúm ſeni.
Intémpeſtiue qui óccupato adlúſerit.

FAB. XX.

Aſinus & Galli.

Qui nátus eſt infélix, non uitám modo
Triſtém decurrit; uérum poſt obitúm quoque
Perſéquitur illum dúra fati míſeria.
Gallí Cybebes círcum pagos dúcere
Aſinúm ſolebant, báiulantem ſárcinas.
Huic, cúm labore et plágis eſſet mórtuus,
Detráćta pelle, ſíbi fecerunt týmpana.
Rogáti mox a quódam, Delició ſuo
Quidnám feciſſent; hóc iocati ſúnt modo:
Putábat ſe poſt mórtem ſecurúm fore:
Ecce áliae plagae cóngeruntur mórtuo.

Explicit Liber III.

Hi de more omnes vicos circumeuntes. Gloſſae veteres, Κώμη, *vicus, pagus.*

6 *Is cum labore & plagis eſſet mortuus.* Repone,

Huic, *cum labore & plagis eſſet mortuus,*
Detracta pelle.

9 *Quidnam feciſſent, hoc locuti ſunt modo.* Recte Heinſius, *Hoc* jocati *ſunt modo.*

INCIPIT

INCIPIT

LIBER QUARTUS.

PROLOGUS.

IOCULÁRE hoc tibi uidétur: et ſané rei
Dum níhil habemus máius, calamo lúdimus.
Sed díligenter ſi íntuere has naénias,
Quantám ſub illis útilitatem réperies?
Non ſémper res ſunt, quód uidentur: décipit
Frons príma multos: rára mens intéllegit,
Quid ínteriore cóndat natura ángulo.
Hoc né locutus ſíne mercede exíſtimer,
Fabéllam adiíciam dé Muſtela et Múribus.

FAB. I.

Muſtela & Mures.

MUSTÉLA, cum annis ét ſenecta débilis
Murés ueloces nón ualeret ádſequi,
Inuóluit ſe farína, et obſcuró loco
Abiécit negligénter. Mus eſcám putans
Adſíluit, et comprénſus occubuit nece.
Altér ſimiliter périit, deinde et tértius.

PROL.

1 *Joculare tibi videtur: & ſane levi,*
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.
Leve in codicibus eſt; *Levi* a Scheffero venit. Atqui haud dixerit quis *levi calamo*, eo ſenſu quo *Levi brachio, Leviore lyra*; quia *Levis* generale *calami* Epitheton eſt, neque quicquam novae ſignificationis addit. Virgil. Eclog. V.
Tu calamos *inflare* leves, *ego dicere verſus.*
Martial. IX, 75.
Frange leves calamos, *& ſcinde, Thalia, libellos.*
Mallet autem Heinſius, *Joculares tibi videmur:* fruſtra, niſi fallor; cum *Jocoſus* quidem tam de Perſona quam Re praedicetur, *Jocularis* de Re tantum. Dedit, opinor, auctor:
Joculare hoc *tibi videtur: & ſane* rei
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.
Nihil rei, ut Ter. Adel. IV, 5.
Tibi vero quid iſtic rei *fuit.* Nihil *mihi quidem.* & II, 1. *Quid tibi rei mecum eſt? Nihil.*
Rei in fine verſus, ut noſter IV, 3. *Parvae vindictam rei Dum quaero demens. Dum rei nihil habemus majus*, dum graviore negotio non occupamur, Terent. Andr. V, 4. *Habet aliud, magis ex ſeſe, & majus.*

Non ſemper ea ſunt, quae videntur. 5
Ea ad *Naenias* referri, genus Neutrum prohibet: nihil autem eſt aliud, quo referatur. Repone:
Non ſemper res *ſunt*, quod *videntur.*
Exemplo in proxima Fabula Muſtela eſt, quae Farina

Aliquót ſecutis, uénit et retórridus,
Qui ſaépe laqueos ét muſcipula effúgerat;
Procúlque inſidias cérnens hoſtis cállidi,
Sic uáleas, inquit, út farina es quaé iaces.

FAB. II.

Vulpes & Uva.

FAME' coacta Uúlpes alta in uínea
Uuam ádpetebat, ſúmmis ſaliens uíribus:
Quam tángere ut non pótuit, diſcedéns ait:
Nondúm matura eſt, nólo acerbam ſúmere.
Qui, fácere quae non póſſunt, uerbis éleuant,
Adſcríbere hoc debébunt exemplúm ſibi.

FAB. III.

Equus & Aper.

EQUU'S ſedare ſólitus quo fuerát ſitim,
Dum ſéſe Aper uolútat, turbauít uadum.
Hinc órta lis eſt. Sónipes iratús Fero
Auxílium petiit Hóminis: quem dorſó leuans,
It in hóſtem laetus. Iáctis hunc telís eques
Poſtquam ínterfecit, ſíc locutus tráditur:
Laetór tuliſſe auxílium me precibús tuis;
Nam praédam cepi, et dídici quam ſis útilis:

Farina & eſca videbatur, ſed non erat.

7 *Quod interiore condidit cura angulo.*
Repono:
Quid *interiore* condat natura *angulo.*
Ter. Phorm. V, 6.
Num tu intellegis, quid hic narret?
Noſter III, 3. *Naris emunctae ſenex,*
Natura numquam verba cui potuit dare.
Hi tres verſus non ad fabulas has ſpectant, ſed Γνῶμαι ſunt & generales ſententiae.

I.

5 *Adſiluit, & compreſſus occubuit neci.*
Recte jam olim repoſuerunt *Compreſſus.*

6 *Alter ſimiliter, deinde periit tertius.*
Codices habent, *Periit & tertius.* Repone,
Alter ſimiliter periit, deinde & tertius.
Romulus in hac Fabula:
Alter ſimiliter capitur, deinde & tertius.

III.

Rediit ad hoſtem. Factis hunc telis eques. 5
Codices ſic exhibent: *Redit ad hoſtem laetus: jactis hunc telis eques.* Viri eruditi ex verſu ejecerunt *Laetus:* quod tamen ſine ſententiae damno abeſſe non poteſt. Dedit auctor:
It in *hoſtem* laetus. *Factis hunc telis eques.*
Virgil. Aen. XI. *Nec longe ſcilicet* Hoſtes
Quaerendi nobis; circumſtant undique muros.
Imus in adverſos? *quid ceſſas?*
It in hoſtem, hoſtili animo: *Redit ad hoſtem,* etiam qui in gratiam rediturus eſt.

Digitized by Google

Atque íta coëgit frénos inuitúm pati.
Tum moéstus ille: Páruae uindictám rei
Dum quaéro demens, ſéruitutem répperi.
Haec íracundos ádmonebit fábula,
Impúne potius laédi, quam dedi álteri.

FAB. IV.

Aeſopus.

PLUS ésſe in uno ſaépe quam in turbá boni.
Narrátione póſteris tradám breui.
Quidám decedens trés reliquit fílias;
Unám formoſam, et óculis uenantém uiros;
At álteram lanificam, frugi, et rúſticam;
Deuótam uino tértiam, et turpíſſimam.
Harum aútem matrem fécit heredém ſenex
Sub cónditione, tótam ut fortunám tribus
Aequáliter diſtríbuat, ſed talí modo:
Ne dáta poſſideant aút fruantur; túm, ſimul
Habére res deſíerint quas accéperint,
Centéna matri cónferant ſeſtértia.
Athénas rumor ímplet. Mater ſédula
Iurís peritos cónſulit. Nemo éxpedit,
Quo pácto non poſſideant quod fuerít datum,
Fructúmue capiant; deínde quae habuerínt nihil,
Quanám ratione cónferant pecúniam.
Poſtquám conſumpta eſt témporis longí mora,
Nec téſtamenti pótuit ſenſus cólligi;
Fidem áduocauit, iúre neglectó, parens.

IV.

25 *Quo pacto non poſſideans, quod fuerat datum.* Lege *Fuerit.*

26 *Fructumve capiant: deinde quae* tulerint *nihil.* Repone, *Deinde quae* habuerint *nihil:* ut ſupra v. 11. *Tum ſimul* habere *res deſierint.*

29. *Aeſopus media ſubito in turba conſtitit.* Repone *Ut*, quod fere ſemper omiſerunt Librarii.

Aeſopus media ſubito in turba ut *conſtitit.*

Interpretari non potuiſſent *Attici.* 32
Lege *Potuerint.*

Agros, vités & pecora cum paſtoribus. 38
Illud *Vites*, cum ſyllabam poſteriorem acuat, tam metro, quam ſententiae nocet. Codices, habent non *Uites*, ſed *Utiles.* Repono:
Agros & uillam *& pecora cum paſtoribus.*
Firmat hoc verſus 23.

Lanificae

Sepónit moechae uéſtem, mundum múliebrem,
Lauátionem argénteam, eunuchós glabros:
Laníficae agellos, pécora, uillam, operários,
Boués, iumenta, et ínſtrumentum rúſticum:
Potríci plenam antíquis apothecám cadis,
Domúm politam, et délicatos hórtulos.
Sic déſtinata dáre cum uellet ſíngulis,
Et ádprobaret pópulus, qui illas nóuerat;
Aeſópus media ſúbito in turba ut cónſtitit:
O ſi maneret cóndito ſenſús patri,
Quam gráuiter ferret, quód uoluntatém ſuam
Intérpretari nón potuerint Attici!
Rogátus deinde, ſóluit errorem ómnium:
Domum et órnamenta cúm uenuſtis hórtulis
Et uína uetera dáte laníficae rúſticae.
Ueſtem, úniones, pédiſequos, et cétera
Illi ádſignate, uítam quae luxú trahit.
Agrós et uillam et pécora cum paſtóribus
Donáte moechae. Núlla poterit pérpeti,
Ut móribus quid téneat alienúm ſuis.
Deformis cultum uéndet, ut uinúm bibat.
Agrós abiiciet moécha, ut ornatúm paret.
At ílla gaudens pécore, et lanae dédita,
Quacúmque ſumma trádet luxuriaé domum.
Sic núlla poſſidébit quod fuerít datum,
Et dictam matri cónferent pecúniam
Ex prétio rerum, quás uendiderint ſíngulae.
Ita, quód multorum fúgit imprudéntiam,
Uníus hominis répperit ſolértia.

Laníficae agellos, pecora, villam, *operarios.*

41 *Deformis cultum vendet, ut vinum paret.* Cum *Paret* etiam proximo verſu & eodem pede iteretur, Gronovius ex conjectura *Petat.* Atqui *Vinum petere*, eſt ex taberna venale ſubinde petere, non domi in penu poſſidere. Repone,

Deformis cultum vendet, ut vinum bibat.

Digitized by Google

FAB. V.

Pugna Murium & Muſtelarum.

CUM uícti Mures Múſtelarum exércitum
(Hiſtória quorum et ín tabernis píngitur)
Fugerént, et artos círcum trepidarént cauos;
Aegré recepti, támen euaſerúnt necem.
Ducés at horum, quí capitibus córnua
Suís ligarant, út conſpicuum in proélio
Habérent ſignum quód ſequerentur mílites,
Haeſére in portis, ſúntque capti ab hóſtibus:
Quos ímmolatos uíctor auidis déntibus
Capácis alui mérſit tartareó ſpecu.
Quemcúmque populum tríſtis euentús premit,
Periclitatur mágnitudo príncipum,
Minúta plebes fácili praeſidió latet.

FAB. VI.

Poëta.

TU, quí naſutus ſcrípta deſtringís mea,
Et hóc iocorum légere faſtidís genus;
Paruá labellum ſúſtine patiéntia,
Seuéritatem fróntis dum placó tuae:
Et ín cothurnis pródit Aeſopús nouis.
Utinám nec umquam Pélii nemoris iugo
Pinús bipenni cóncidiſſet Théſſala;

V.

1. *Cum victi mures muſtelarum everciti.* *Victi exercitu*, quo ſodes exemplo ſic loquamur? Repone,
Cum victi mures muſtelarum exercitum
(Hiſtoria quorum & in tabernis pingitur)
Fugerent.
Et hoc eſt *Etiam* & Heinſius viderat.

5. *Duces eorum, qui capitibus cornua.*
Recte Heinſius: *Duces at horum.*

VI.

1. *Tu qui, naſute, ſcripta deſtringis mea.*
Repone,
Tu qui naſutus *ſcripta deſtringis mea.*
Parva libellum ſuſtine patientia.
Quid eſt *Suſtine libellum?* ne pondere ſuo decidat, aut taedio tuo projiciatur? Nugae. Reſtituo ſibi manum auctoris,
Parva labellum *ſuſtine patientia.*
In faſtidio, contemptu, offenſa labium inferius exporrigi ſolet. Tu, inquit, qui *faſtidis* hoc genus jocorum, ſuſtine parumper *labellum*; omitte faſtidium & ſeveritatem. Perſius III, 81.
Murmura cum ſecum & rabioſa ſilentia rodunt,
Atque exporrecto *trutinantur verba* labello.
Juvenalis XIV, 325.
Hoc queque ſi rugam trahit, extenditque labellum.

3.

hoc

Nec ád profeſſae mórtis audacém uiam
Fabricáſſet Argus ópere Palladió ratem:
Inhóſpitalis prima quae Pontí ſinus
Patefécit, in perníciem Graiûm et Bárbarûm.
Namque ét ſuperbi lúget Aeëtaé domus,
Et régna Peliae ſcélere Medeaé iacent:
Quae ſaéuum ingenium uáriis inuoluéns modis,
Illíc per artus frátris explicuít fugam;
Hic caéde patris Péliadum infecít manus.
Quid tíbi uidetur? Hóc quoque inſulſum éſt, ais,
Falſóque dictum: lónge quia uetúſtior
Aegaéa Minos cláſſe perdomuít freta,
Iuſtíque uindicáuit exemplum ímperi.
Quid ego érgo poſſum fácere tibi, lectór Cato?
Si néc fabellae té iuuant nec fábulae;
Nolí moleſtus éſſe omnino líteris,
Maiórem exhibeant né tibi moléſtiam:
Hoc íllis dictum eſt, quí conſulto naúſeant,
Et, út putentur ſápere, nil non uítuperant.

FAB. VII.

Vipera & Lima.

MORDACIOREM qui ímprobo dente ádpetit,
Hoc árgumento ſé deſcribi ſéntiat.
In officinam fábri uenit Uípera:
Hic cúm tentaret ſí qua res eſſét cibo,

Hoc eſt, ut ibi Scholiaſtes, *Si diſplicet & triſtem facit.* & X, 67. de Seiani faſtu & ſuperbia: *Quae labra, quis illi Vultus erat?*

20 *Juſtoque vindicavit exemplo impetum.* Codices ſcripti *Imperium.* Egregie Heinſius: *Juſtique vindicavit exemplum imperi.* *Imperi*, priſco Genitivo, ut I, 17. *Maleſici.*

21 *Quid ergo poſſum facere tibi, lector Cato?* Lege, *Quid* ego *ergo poſſum.*

25 *Hoc illis dictum eſt, ſi qui ſtulti nauſeant. Et, ut putentur ſapere, caelum vituperant.* *Caelum vituperare*, numquam, quod falſo aiunt, proverbii loco dictum eſt. Caelum enim craſſum, inſalubre, hibernum merito vituperatur. Pro *Siqui ſtulti* Codices *Qui ſtultitiam.* Repone:

Hoc illis dictum eſt, qui conſulto *nauſeant;*
Et, ut putentur ſapere, nil non *vituperant.*

VII.

Haec cum tentaret, ſiqua res eſſet cibi. 4
Res cibi, inquiunt, ut Graeci paſſim χρήματα σιτοῦς &c. Fruſtra tamen Helleniſmus huc advocatur. Repone;

Hic *cum tentaret, ſi qua res eſſet* cibo.

Siquid eſſet, quod edere poſſet. Hor. Serm. II, 6.

Hoc juvat, & melli eſt; non mentiar.

Homo

Limám momordit. Illa contra cóntumax,
Quid me, ínquit, ſtulta, dénte captas laédere,
Omne ádſuëui férrum quae corródere?

FAB. VIII.

Vulpes & Hircus.

HOMO ſímul ac uenit ín periclum cállidus,
Reperíre effugium quaérit alteriús malo.
Cum décidiſſet Uúlpes in puteum ínſcia,
Et áltiori claúderetur márgine;
Deuénit Hircus ſítiens in eumdém locum:
Simúl rogauit, éſſet an dulcís liquor
Et cópioſus. Illa fraudem móliens,
Deſcénde, amice: tánta bonitas éſt aquae,
Uolúptas ut non póſſit ſatiarí mea.
Immíſit ſe Barbátus. Tum Uulpécula
Euáſit puteo, níxa celſis córnibus;
Hircúmque clauſo líquit haerentém uaod.

FAB. IX.

Perae duae.

PERA'S impoſuit Iúppiter nobís duas:
Propriís repletam uítiis poſt tergúm dedit,
Aliénis ante péctus ſuſpendít grauem.
Hac ré uidere nóſtra mala non póſſumus:
Alií ſimul delínquunt, cenſorés ſumus.

FAB.

VIII.

1 *Homo ſimul ac venit in magnúm periculum,*
Effugium reperire alterius quaerit malo.
Haec & metro & ſententia peccant. Repone:
Homo ſimul ac venit in periclum callidus,
Reperire effugium quaerit alterius malo.
Ita, teſte Gudio, codex Remenſis: niſi quod ex *Alterius quaerit*, mutato ordine fecerim *Quaerit alterius.*

Voluptas ut ſatiari non poſſit mea. 9
Lege, numero meliore.
Voluptas ut non poſſit ſatiari mea.

X.

Tamen, ſceleſte, ſpiritu culpam luet. 7
Recte

FAB. X.

Fur templum compilans.

LUCE'RNAM Fur accéndit ex ará Iouis,
Ipſúmque compiláuit ad lumen ſuum.
Onúſtus qui ſacrilégio cum diſcéderet,
Repénte uocem ſáncta miſit Réligio;
Malórum quamuis íſta fuerint múnera,
Mihíque inuiſa, ut nón offendar ſúbripi:
Tamén ſceleſto ſpíritu culpám lues,
Olím cum adſcriptus uénerit poenaé dies.
Sed ne ígnis noſter fácinori praelúceat,
Per quém colendos cénſuit Pietás Deos,
Ueto éſſe tale lúminis commércium.
Ita hódie nec lucérnam de flammá Deûm,
Nec dé lucerna fás eſt accendí ſacrum.
Quot rés contineat hóc argumentum útiles,
Non éxplicarit álius, quam qui répperit.
Significat primo, Saépe quos ipſe álueris
Tibi ínueniri máxime contrários.
Secúndo oſtendit, Scélera non irá Deûm,
Fatórum dicto ſéd puniri témpore.
Nouiſſime interdícit, Ne cum máleſico
Uſúm bonus conſóciet ulliús rei.

FAB. XI.

Hercules & Plutus.

OPE'S inuiſae mérito ſunt fortí uiro,
Quia díues arca uéram laudem intércipit:
Caeló receptus própter uirtutem Hércules,

Recte Heinſius, *Sceleſto ſpiritu.* Virg. Aen. XII. *Immolat, & poenam* ſcelerato ex ſanguine *ſumit.*

10 *Per quem verendos excolit pietas deos.* Quid hic ſit *Excolere deos* neſcire me fateor: neque *Verendos deos* qui dixerit, memini. Hoc ſaltem ſcire videor, *Verendos deos* a ſupremo Jove non ex decoro dici. Codex Pithaei pro *Verendos* habet *Colendos.* Repone,

Per quem colendos cenſuit *pietas deos.*

Colendos cenſuit, hoc eſt, Coli debere exiſtimavit.

Non explicabit alius, quam qui repperit. 15
Recte Heinſius *Explicarit.*

Avertit:

Cum grátulantes pérſalutaſſét Deos;
Ueniénte Pluto, qui Fortunae eſt fílius,
Auértit oculos. Caúſam ut quaeſiuít pater;
Odi, ínquit, illum, quía malis amícus eſt,
Simúlque obiecto cúncta corrumpít luero.

FAB. XII.

Leo regnans.

UTI'LIUS nihil eſſe hómini quam rectè loqui,
Probánda cunctis éſt quidem ſenténtia,
Sed ád perniciem ſólet agi ſincéritas.
Cum ſé ferarum régem feciſſét Leo,
Et aéquitatis uéllet famam cónſequi;
A príſtina deflexit conſuetúdine:
Atque ínter illas ténui contentús cibo,
Sancta ínvcorrupta iúra reddebát fide.
Poſtquám labare coépit poeniténtia.
* * * * * * * * * *
* * * * * * * * * *

FAB. XIII.

* * * * * * * * * *

Adfíctione uéretri linguam múlieris;
Adfínitatem tráxit inde obſcoénitas.

FAB. XIV.

Aeſopus.

ROGÁUIT alter, tríbadas et mollés mares
Quae rátio procreáſſet? expoſuít Senex:
Idém Prometheus, aúctor uulgi fíctilis
Qui, ſimul offendit ád fortunam, frángitur;

XI.

6 *Avertit oculos. Cauſam quaeſivit Pater.* Inſere *Ut*, quod Librarii toties omiſerunt; *Cauſam* ut *quaeſivit pater*; *Odi, inquit, illum.*

XII.

4 *Utilius homini nihil eſt, quam recte loqui.* Repone, *Utilius* nihil eſſe homini, *quam recte loqui.*

XV.

Pares dum non ſint veſtrae fortitudinis. 9 Recte Ritterſhuſius, *Fortitudini.*

Aeſopus

Digitized by Google

Natúrae partes, uéſte quas celát pudor,
Cum ſéparatim tóto finxiſſét die,
Aptáre mox ut póſſet corporibús ſuis,
Ad cénam eſt inuitátus ſubito a Líbero.
Ubi írrigatus múlto uenas néctare,
Seró domum eſt reuérſus titubantí pede.
Tum ſémiſomno córde, et errore ébrio,
Adplícuit uirginále generi máſculo,
Et máſculina mémbra adplicuit féminis.
Ita núnc libido práuo fruitur gaúdio.

FAB. XV.

Capellae & Hirci.

BARBÁM Capellae cum impetraſſent áb Ioue,
Hircí moerentes índignari coéperant,
Quod dignitatem féminae aequaſſént ſuam.
Sinite, inquit, illas glória uaná frui,
Et úſurpare uéſtri ornatum múneris;
Parés dum non ſint uéſtrae fortitúdini.
Hoc árgumentum mónet, ut ſuſtineás tibi
Habitu éſſe ſimiles, quí ſunt uirtute ímpares.

FAB. XVI.

Gubernator & Nautae.

CUM dé fortunis quídam quereretúr ſuis;
Aeſópus finxit cónſolandi hoc grátia.
Uexáta ſaeuis náuis tempeſtátibus,
Intér uectorum lácrimas et mortís metum
Faciem ád ſerenam ſúbito ut mutatúr dies,
Ferrí ſecundis túta coepit flátibus;
Nimiáque nautae ſe hílaritate extóllere.

XVI.

2 *Aeſopus finxit conſolandi gratia.* Lege, *Aeſopus finxit conſolandi* hoc *gratia.*

3 *Vexata ſaevis* navi *tempeſtatibus.* Codices *Navis.* Recte: modo ſi verſu V pro *Subito mutatur dies* reponas *Subito* ut *mutatur dies.* Utramque emendationem praeripuit Gudius.

7 *Nimiaque nautas hilaritate extollere.* Pro *Nautas* recte Heinſius *Nautae ſe.*

Digitized by Google

Factús periclo túm gubernatór Sophos;
Parcé gaudere opórtet, et ſenſím queri,
Totám quia uitam míſcet dolor et gaúdium.

FAB. XVII.

Canum Legati ad Jovem.

CANE'S legatos ólim miſere ád Iouem,
Melióra uitae témpora oratúm ſibi:
Ut ſéſe eriperet hóminum contuméliis,
Furfúribus ſibi conſpérſum quod paném darent,
Fimóque turpi máximam explerént famem.
Profécti ſunt legáti non celerí pede,
Dum náribus ſcrutántur eſcam in ſtércore.
Citáti non reſpóndent. Uix tandem ínuenit
Eós Mercurius, ét turbatos áttrahit.
Tum uéro uultum mágni ut uiderúnt Iouis,
Totám timentes cóncacarunt régiam.
Propúlſi uero fúſtibus uadúnt foras.
Uetát dimitti mágnus illos Iúppiter.
Miráti ſibi legátos non reuértier,
Turpe aútumantes áliquid commiſſum á ſuis,
Poſt áliquod tempus álios adſciri iubent.
Uentér legatos ſúperiores pródidit.
Timéntes rurſus áliquid ne ſimile áccidat,
Odóre canibus ánum ſed multó replent:
Mandánt, dent operas út dimittantúr ſtatim.

XVII.

2 *Melioris vitae tempus oratum ſuae.* Docte & ingenioſe Heinſius; Meliora *vitae* tempora *oratum* ſibi.

3 *Ut ſeſe abriperet hominum contumeliis.* Codices *Ariperet.* Recte Gudius, *Ut ſeſe* eriperet. Virgilius: *Eripe me his, invicte, malis.*

15 *Turpe aeſtimantes aliquod commiſſum a ſuis.* Repone: *Turpe* autumantes *aliquod commiſſum a ſuis.*

16 *Poſt aliquod tempus alios adſcribi jubent.* Repone, quod & Codices habent, *Adſciri jubent.*

Rumor legatos ſuperiores prodidit. Repone, 17
Venter *legatos ſuperiores prodidit.*
Plautus Rudente II, 7.
Quaſi vinis Graecis Neptunus nobis ſuffudit mare:
Itaque alvum prodi*ſperavit nobis falſis poculis.*

Odore canibus anum, ſed multo, replant. 19
Legendum forte,
Odore canibus anum, ſed ſpurco, *replent.*

Mandata dant, legati mittuntur ſtatim. 20
Codices ſcripti haec tantum habent; *Mandant dimittuntur ſtatim.* Repone.
Mandant, dent operas ut *dimittantur ſtatim.*

Canes,

Digitized by Google

Abeúnt. Rogantes áditum, continuo ímpetrant.
Conſédit genitor túm Deorum máximus,
Quaſſátque fulmen: trémere coepere ómnia.
Canés confuſi (ſúbitus terruerát fragor)
Repénte odorem míxtis cum merdís cacant.
Ut clámant omnes, uíndicandam iniúriam;
Sic éſt locutus ánte poenam Iúppiter:
Non éſt legatos régis non dimíttere;
Nec éſt difficile poénas culpae impónere.
Sed hóc ferent hi pró iudicio praémium:
Non uólo dimitti, uérum cruciarí fame,
Ne uéntrem continére non poſſínt ſuum.
Illi aútem, qui miſérunt hos tam fútiles,
Numquám carebunt hóminis contumélia.
Ita núnc legatos quíſque exſpectans póſterûm,
Nouúm uenire cúm uidet, culum ólfacit.

FAB. XVIII.

Homo & Colubra.

QUI fért malis auxílium, poſt tempús dolet.
Gelú rigentem quídam colubram ſúſtulit,
Sinúque fouit, cóntra ſe ipſe míſericors.
Namque út refecta eſt, nécuit hominem prótinus.
Hanc ália cum rogáret cauſam fácinoris,
Reſpóndit: Ne quis díſcat prodeſſe ímprobis.

24 *Canes, confuſus ſubito quod fuerat fragor.* Lege,
Canes confuſi (ſubitus terruerat fragor.)

25 *Reclamant omnes vindicandam injuriam.* Lege. *Ut clamant.*

30 *Sed hoc feretis pro judicio praemium.* Recte Meurſius: *Sed hoc ferent hi.*

31 *Non veto dimitti, verum cruciari fame.* Repone. *Non* volo *dimitti.*

33 *Illi autem, qui miſerunt vos tam futiles.* Lege, *Hos tam futiles.*

Ita nunc legatos exſpectant & poſteri; 35
Novumque venire qui videt, culum olfacit.

Haec a Correctoribus venerunt, metro indignante. Codices ita habent:

Ita nunc legatos expectantes poſteros,
Novum venire cum videt, culum olfacit.

Reponas, neſcio an vere, melius certe quam nunc habetur;

Ita nunc legatos quiſque expectans poſterum,
Novum venire cum videt culum olfacit.

Sed forte verſus hinc excidit; ut alii plures in hac Fabula.

Digitized by Google

FAB. XIX.

Vulpes & Draco.

Vulpés cubile fódiens, dum terram éruit,
Agítque plures áltius cunículos,
Peruénit ad dracónis ſpeluncam íntimam;
Cuſtódiebat quí theſauros ábditos.
Hunc ſímul adſpexit; 'Oro, ut imprudéntiae
Des prímum ueniam; deínde, ſi pulchré uides
Quam nón conueniens aúrum ſit uitaé meae,
Reſpóndeas cleménter: Quem fructúm capis
Hoc éx labore quódue tantum praémium,
Ut cáreas ſomno, et aéuum in tenebris éxigas?
Nullum, ínquit ille: uérum hoc a ſummó mihi
Ioue áttributum eſt. 'Ergo nec ſumís tibi,
Nec úlli donas quícquam? Sic fatís placet.
Nolo íraſcaris, líbere ſi díxero:
Diis éſt iratis nátus, qui eſt ſimilís tibi.
Abitúrus illuc, quó priores ábierunt,
Quid ménte caeca míſerum torques ſpíritum?
Tibi díco, auare, gaúdium heredís tui,
Qui túre ſuperos, ípſum te fraudás cibo;
Qui tríſtis audis múſicum citharaé ſonum;
Quem tíbiarum mácerat iocúnditas;
Opſóniorum prétia cui gemitum éxprimunt;
Qui, dúm quadrantes ággeras património,
Coelúm fatigas ſórdido periúrio;
Qui círcumcidis ómnem impenſam fúneris,
Libitína ne quod dé tuo faciát lucrum.

XIX.

3 *Pervenit ad draconis ſpeluncam ultimam.* Heinſius mallet *Ultimò*, ut *Poſtremò*. Ego ſic repono:

Pervenit ad draconis ſpeluncam intimam. Noſter IV Prol.

Quid interiore *condat natura* angulo.
Horat. Carm. I. 9.

Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellae riſus ab angulo.
Sic *Intimus ſinus, Intimus receſſus* &c.

9 *Hoc ex labore, quodve tantum eſt praemium.* Repone, *Quem fructum capis*
Hoc ex labore quodve tantum praemium?
Quem fructum quodve praemium capis. Ita *Fructum & praemium* conjungit Cicero &c.

Libitina

Digitized by Google

FAB. XX.

Phaedrus.

QUID praédicare cógitet liuór modo,
Licét dissimulet, púlchre tamen intéllego.
Quicquíd putabit ésse dignum mémoriae,
Aesópi dicet; sí quid minus adríserit,
A mé contendet fíctum quouis pígnore.
Quem uólo refelli iám nunc responsó meo:
Siue hóc ineptum, síue laudandum ést opus,
Inuénit ille, nóstra perfecít manus.
Sed éxsequamur coéptum propositi órdinem.

FAB. XXI.

Naufragium Simonidis.

HOMO dóctus in se sémper diuitiás habet.
Simónides, qui scripsit egregiúm melos,
Quo paúpertatem sústineret fácilius,
Circumíre coepit úrbes Asiae nóbiles,
Mercéde accepta laúdem uictorúm canens.
Hoc génere quaestus póstquam locuples fáctus est,
Uenire in patriam uóluit cursu pélagio:
(Erat aútem, ut aiunt, nátus in Cea ínsula)
Adscéndit nauem: quám tempestas hórrida
Simul ét uetustas médio ut dissolúit mari;
Hi zónas, illi rés pretiosas cólligunt,
Subsídium uitae. Quídam curiósior;
Simónide, tu ex ópibus nil sumís tuis?
Mecum, ínquit, mea sunt cúncta. Tunc pauci énatant;

26 *Libitina nequid de tuo faciat lucrum.* Jamdiu a doctis obſervatum, vel *Nequod lucrum* legendum eſſe, vel *Nequid lucri.*

XX.

1 *Quid judicare cogitet livor modo.* Recte olim repoſuere *Cogitet*; cum MSS habeant *Cogitur*. Reſtat aliud corrigendum. Lege, *Quid praedicare cogitet livor modo,*

XXI.

8 *Erat autem natus, ut aiunt, in Ceo inſula.* Repone, *Erat autem*, ut aiunt, natus *in* Cea *inſula.* Cea jam olim emendatum.

10 *Simul & vetuſtas medio diſſolvit mari.* Repone, quod toties omiſerunt, *Simul & vetuſtas medio* ut *diſſolvit mari.*

Quia

Quia plúres onere dégrauati périerant.
Praedónes adſunt, rápiunt quod quiſque éxtulit;
Nudós relinquunt. Fórte Clazomenaé prope
Antíqua fuit urbs, quám petierunt naúfragi.
Hic líterarum quídam ſtudio déditus,
Simónidis qui ſaépe uerſus légerat,
Erátque abſentis ádmirator máximus,
Sermóne ab ipſo cógnitum cupidíſſime
Ad ſé recepit: uéſte, nummis, fámilia
Hominem éxornauit. Céteri tabulám ſuam
Portánt, rogantes uíctum. Quos caſu óbuios,
Simónides ut uídit; Dixi, inquít, mea
Mecum éſſe cuncta: uós quod habuiſtís, perit.

FAB. XXII.

Mons parturiens.

MONS párturibat, gémitus immanés ciens:
Erátque in terris máxima exſpectátio.
At ílle murem péperit. Hoc ſcriptum éſt tibi,
Qui, mágna cum mináris, extricás nihil.

FAB. XXIII.

Formica & Muſca.

FORMI'CA et Muſca cóntendebant ácriter,
Quae plúris eſſet. Múſca ſic coepít prior:
Conférre noſtris tú potes te laúdibus?
Ubi ímmolatur, éxta praeguſtó Deûm:
Moror ínter aras, témpla perluſtro ómnia:

15 *Quia plures onere degravati perierunt.* *Perierunt* ab Heinſio eſt. Recte codices *Perierant*. Ideo *Pauci* enatant, quia plures jam *Perierant*.

25 *Portant rogantes victum. Quos caſu obvius.* Recte Salmaſius *Obvios*.

27 *Mecum eſſe cuncta: vos quod rapuiſtis, perit.* Cur quaeſo *Rapuiſtis?* an res *ſuas* in ſubſidium vitae colligere eſt *Rapere?* Repone,
Mecum eſſe cuncta: vos quod habuiſtis, *perit.*

XXIII.

Quid horum ſimile tibi contingit, Ruſtica? 9
Repone;
Quid horum ſimile tibi? Contra inſit *Ruſtica:* Ita Noſter ſaepius I, 1. *Laniger contra timens.* V, 10. *Cui ſenex contra Lacon. Inſit*, incipit; Virgilius paſſim.

Sed illi qui invitatur, non qui inviſus eſt. 11
Dedit auctor, *Invitatus*, & *inviſus*. Bis accipitur *Eſt*.

Superba

Digitized by Google

In cápite Regis ſédeo, cum uiſum éſt mihi;
Et mátronarum cáſta delibo óſcula:
Labóro nihil, atque óptimis rebús fruor.
Quid hórum ſimile tíbi? Contra ínſit Ruſtica:
Eſt glórioſus ſáne conuictús Deûm;
Sed ílli qui inuitátus, non qui inuíſus eſt.
Regés commemoras, ét matronarum óſcula:
Super étiam iactas, tégere quod iubét pudor.
Ego gránum in hiemem cúm ſtudioſe cóngero,
Te círcum rura uídeo paſci ſtércore.
Arás frequentas: némpe abigeris, quó uenis.
Nihíl laboras: ídeo, cum opus eſt, níhil habes.
Aeſtáte me lacéſſis: cum bruma éſt, ſiles.
Morí contractam cúm te cogunt frígora,
Me cópioſa récipit incolumém domus.
Satís profecto réttudi ſupérbiam.
Fabélla talis hóminum diſcernít notas;
Eórum, qui ſe fálſis ornant laúdibus,
Et quórum uirtus éxhibet ſolidúm decus.

FAB. XXIV.

Simonides a Diis ſervatus.

QUANTU'M ualerent ínter Homines líterae,
Dixí ſuperius: quántus nunc illís honos
A Súperis ſit tribútus, tradam mémoriae.
Simónides, idem ílle de quo réttuli,
Uictóris laudem cuídam Pyctae ut ſcríberet
Certó conductus prétio, ſecretúm petit.
Exígua cum frenáret materia ímpetum,

13 *Superba jactas, tegere quod debet pudor.* *Superba* a Pithoeo eſt. Codices habent, Super etiam *jactas, tegere quod debet pudor.* Recte. *Super* eſt *Inſuper. Super etiam*, ut Terent. Eun. V, 7. *Ni miſerum* inſuper etiam *patri indicares.* Adel. II, 2. *Etiam inſuper defraudat?* Pro *Debet* lege, *Jubet pudor.* Ceterum hic verſus in Edd. vett. decimus tertius venit; non, ut hodie, XVII.

14 *Te circa murum video paſci ſtercore.* Repone, *Te* circum rura *video paſci ſtercore.*

XXIV.

Certo condixit pretio: ſecretum petit. 6 Codices ſcripti *Conduxit.* Lege & diſtingue; *Certo* conductus *pretio, ſecretum petit.* Ut *Conductus mercede.* Horat. Serm. II, 7. *Mercede diurna Conductum pavit.* Corn. Nepos Praef. *Nulla vidua quae non ad cenam eat, mercede conducta.* Simonidis venale ingenium a pluribus olim notatum.

Uſus.

Usús poëta móris est licéntia:
Atque ínterposuit gémina Ledae sídera,
Auctóritatis ílla referens grátia.
Opus ádprobauit: séd mercedis tértiam
Accépit partem. Cúm reliqüum póscoret,
Illi, ínquit, reddant, quórum sunt laudís duae:
Uerum, út ne irate té dimissum cénseas,
Ad coénam mihi promítte: cognatós uolo
Hodie ínuitare, quórum es in numeró mihi.
Fraudátus quamuis ét dolens iniúria,
Ne mále dimissus grátiam corrúmperet,
Promísit: rediit: hóra dicta récubuit.
Splendébat hilare póculis conuíuium:
Magno ádparatu laéta resonabát domus:
Repénte duo cum iúuenes, sparsi púluere,
Sudóre multo díffluentes córpora,
Humánam supra fórmam, cuidam sérmulo
Mandánt, ut ad se próuocet Simóniden:
Illíus interésse ne faciát moram.
Homo pérturbatus éxcitat Simóniden.
Unúm promorat uíx pedem triclínio,
Ruína camarae súbito oppressit céteros:
Nec úlli iuuenes súnt reperti ad iánuam.
Ut ést uulgatus órdo narratáé rei;
Omnés sciuerunt Núminum preséntiam
Uatí dedisse uítam mercedís loco.

FAB.

8 *Usus poëtae, ut moris est, licentia.*
Repone, *Usus* poëta *moris est licentia.*
Ordo est, *Usus est poeta licentiâ moris*; hoc est, licentia more conceſſa.

10 *Auctoritatem ſimilis referens gloriae.*
Quocumque te vertas, nihil hinc extricabis. Repono;
Auctoritatis illa referens gratia.
Gratia & *Gloria* paſſim a Librariis confunduntur, dum ſectantur compendia. Noſter lib. V Prol. 2.
Aeſopi nomen ſicubi interpoſuere,
Auctoritatis eſſe ſcito gratia.
Et nota hic *Interpoſuit*, illic *Interpoſuere*.

13 *Illi, inquit, reddent quorum ſunt partes duae.*
Repone, *Reddant*. Reddant illi, ſi volunt, non ego.

14 *Verum ut ne irate dimiſſum te ſentiam.*
Repone,
Verum ut ne irate te dimiſſum cenſeas.
Ne putes me iratum te dimittere, ad cenam te invito &c.

XXV.

2 *Primum eſſe ne tibi videar moleſtior.*
Codices habent, deficiente ſyllaba:
Primum

FAB. XXV.

Poëta.

SUPERSUNT mihi quae ſcríbam, ſed parcó ſciens:
Primum éſſe uidear né tibi moléſtior,
Diſtríngit quem multárum rerum uárietas:
Dein ſí quis eadem fórte conarí uelit,
Habére ut poſſit áliquid operis réſidui.
Quamuís materiae tánta abundet cópia,
Labóri faber ut déſit, non fabró labor.
Breuitáti noſtrae praémium ut reddás, peto,
Quod és pollicitus: éxhibe uocís fidem.
Nam uíta morti própior eſt cotídie:
Et hóc minus peruéniet ad me múneris,
Quo plús conſumet témporis dilátio.
Si cíto rem perages, úſus fiet lóngior.
Fruár diutius, ſí celerius coépero.
Languéntis aeui dúm ſunt aliquae réliquiae,
Auxílio locus eſt: ólim ſenio débilem
Fruſtra ádiuuare bónitas nitetúr tua:
Cum iám deſierit éſſe beneficium útile,
Et mórs uicina flágitarit débitum.
Stultum ádmouere tibi preces eſt, Eútyche;
Proclíuis ultro cúm ſis miſericórdiae.
Saepe ímpetrauit uéniam confeſſús reus:
Quanto innocenti iúſtius debét dari?

Primum eſſe tibi ne videar *moleſtior.* Repone,
Primum eſſe videar ne tibi *moleſtior.*
Tibi poſteriore longa. *Tibí, quem varietas diſtringit.* Accentus hic dignitatem pronomini addit.

19 *Et mors vicina flagitabit debitum.* Repone *Flagitarit*; nam verſu praecedente *Deſierit.*

20 *Stultum admovere tibi preces exiſtima:*
Proclivis ultro cum ſis miſericordia.
Exiſtima a Pithoeo eſt. Mallem cum Celeberrimo Burmanno *Exiſtimo.* Sed Codicum unus *Preceſexes*, alter *Precepſexis.* Unde Gudius conjecit,
Stultum admovere tibi preces ſexcenties. Quod ideo minus placet, quia ſic loqui, eſſet hominis indignantis, quod toties ſupplicaſſet. Repono;
Stultum admovere tibi preces eſt, Eutyche,
Proclivis ultro cum ſis miſericordiae.
Is *Eutychus* eſt, cui & tertium librum dedicavit. Sane tot preces hic admovere, cum neminem nominaverit, ſtultiſſimum eſſet. Excidit vocabulum ex fine verſus, ut lib. V Prol. 3, & 4.

Digitized by Google

Tuaé ſunt partes; fúerant illorúm prius:
Dein ſímili gyro uénient aliorúm uices.
Decérne quod relígio, quod poſcít fides;
Et grátulari mé fac iudició tuo.
Excédit animus, quém propoſuit, términum:
Sed difficulter cóntinetur ſpíritus;
Intégritatis quí ſincerae cónſcius
A nóxiorum prémitur inſoléntiis.
Qui ſínt, requiris? ádparebunt témpore.
Ego, quóndam legi quám puer ſenténtiam,
Palám mutire plébeio piáculum eſt,
Dum ſánitas conſtábit, pulcre méminero.

Explicit Liber IV.

24 *Tuae prius ſunt partes, aliorum dein,*
Similique gyro venient aliorum vices.

Dein hic Iambum facit; cum ubique ſit monoſyllabon. Codices ſic habent:

Tuae ſunt partes, fuerunt aliorum:
Dein ſimili gyro venient aliorum prius vices.

Ubi *Prius* ex priore verſu in poſteriorem decidit. Repone;

Tuae ſunt partes: fuerant illorum prius:
Dein ſimili gyro venient aliorum vices.

Decerne quod religio, quod patitur fides. 26
Malim, *Quod poſcit* fides. *Patit', poſcit.*

Qui ſint, requires; apparebunt tempore. 32
Repone, *Qui ſint, requiris?* Interrogas me, qui ſint?

INCIPIT

INCIPIT

LIBER QUINTUS.

PROLOGUS.

CUM déſtinaſſem términum operi ſtátuere,
In hóc, ut aliis éſſet materiaé ſatis;
Conſílium tacito córde damnaui ſtatim.
Nam ſí qui talis étiam tituli eſt aémulus;
Quo pácto diuinábit quiánam omíſerim,
Ut íllud ipſum cúpiat famae trádere?
Sua cuíque cum ſit ánimi conſciéntia,
Dolórque proprius? 'Ergo non leuitás mihi,
Sed cérta ratio caúſam ſcribendí dedit.
Quaré, Particulo, quóniam caperis fábulis,
(Quas Aéſopeas, nón Aeſopi nómino:
Quia paúcas ille oſténdit, ego plurés fero;

PROL.

1 *Cum deſtinaſſem operis habere terminum.* Codices habent;
Cum deſtinaſſem terminum operis habere.
Unde recte, & ſententia & metro meliore.
Cum deſtinaſſem terminum operi ſtatuere.

3 *Conſilium tacito corde damnavi* meum. Deeſt verſui in Codicibus pes ſextus. Supplevérunt *Meum.* Recte, opinor,
Conſilium tacito corde damnavi ſtatim.

4 *Nam ſi quis talis etiam eſt tituli* artifex. Excidit in Codicibus a fine dactylus: Rigaltius addidit *Artifex:* ſatis inepte. Longe melius Freinſhemius, *Tituli eſt appetens.* Credo me in rem ipſam incidiſſe:
Nam ſi qui *talis etiam tituli eſt* aemulus:
Servius ad Aen. V, 187. *Aemula: ejuſdem rei ſtudioſa; ut Cicero: Illo aemulo atque imitatore ſtudiorum meorum.* Exempla ubique obvia ſunt.

7 *Sua cuique cum ſit animi cogitatio*
Colorque proprius.
Mendoſiſſima haec ſunt. Quid eſt enim *Animi cogitatio?* quid *Animi color?* quidve *Cuique color proprius.* Apage iſtas labes ab opere elegantiſſimo. Repono;
Sua cuique cum ſit animi conſcientia,
Dolorque *proprius.*
Rationem reddit, cur alius quivis, qui poſt eum fabulas ſcribere velit, non in eaſdem incidet, quas ipſe in animo habebat. Quia auctor ſua *animi conſcientia,* proprio *dolore* motus, ad fabulas ſcribendas acceſſit. Sic III, Prol. Aeſopus,
Affectus proprios *in fabellas tranſtulit.*
Phaedrus quoque de ſe idem profitetur,
In calamitatem *deligens quaedam meam.*
& mox,
Nec his dolorem *delenirem remediis.*
Cum igitur ſua cuique mens ſit, ſuus cuique dolor, ſua calamitatis ſors; duo homines numquam eaſdem fabulas ſcribendas ſibi deligent. *Animi conſcientiam* praeter alios multos Noſter habet III Prol.
Sulte nudabit animi conſcientiam.

12 *Quaſi paucas oſtenderit, ego plures diſſero.* Qualis hic oratio eſt, tales ſunt numeri: nihil pote inficetius. Codex unus, *Quaſi paucat tale oſtendit;* alter, *Ille oſtendit.* Repone;
Quia *paucas ille oſtendit, ego plures* fero.

Digitized by Google

Usús uetuſto génere, ſed rebús nouis)
Quintúm libellum, cúm uacarit, pérleges.
Huic óbtrectare ſí uolet malígnitas,
Imitári dum non póſſit, obtrectét licet.
Mihi párta laus eſt: quód tu, quod ſimilés tui,
Ueſtrás in chartas uérba transfertís mea;
Dignúmque longa iúdicatis mémoria:
Inlíteratum plaúſum nec deſídero.

IDEM POETA.

AESO'PI nomen ſícubi interpóſuero,
Cui réddidi iam prídem quidquid débui,
Auctóritatis éſſe ſcito grátia.
Ut quídam artifices nóſtro faciunt ſaéculo:
Qui prétium operibus máius inueniúnt nouis;
Si mármori adſcripſére Praxitelén, Scopan
Aerí, Myronem argénto, tabulae Zeúxidem.
Adeó fucatae plús uetuſtatí fauet
Inuídia mordax, quám bonis praeſéntibus.
Sed iam ád fabellam tális exemplí feror:

FAB. I.

Demetrius & Menander.

DEME'TRIUS qui dictus eſt Phaléreus,
Athénas cum occupáuit imperio ímprobo;
Ut mós eſt, Uulgus páſſim et certatím ruit,

34 *Quartum libellum dum vacive perleges.* *Vacive* a Pithoco eſt, adverbium inauditum. Codices habent, *Dum varie perleges.* Repone; Quintum *libellum*, cum vacarit, *perleges.* Sine dubio hunc *Quintum*; quem Particuloni nunc mittit. Prologi, licet initio veniant, ultimi ſcribebantur.

POETA.

4 *Ut quidam artifices noſtro faciunt ſaeculo;*
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerunt Praxitelen ſuo,
Trito Myronem argento. Fabulae exaudiant
Adeo fugaces, Plus vetuſtis nam favet
Invidia mordax, quam bonis praeſentibus.

Locus deploratus, in quo emaculando nemo eruditorum ne ſibi quidem ſatisfecit. Ego, dum ſententiam auctoris, neglectis literarum ductibus, cogitatione verſo; in ipſam veram caſu neſcio an ſagacitate incidi: qua reperta, verba ſponte ſe offerebant. Repono;

Qui pretium operibus majus inveniunt novis;
Si marmori adſcripſere *Praxitelen*, Scopan
Aeri, *Myronem argento*, tabulae Zeuxidem.
Adeo fucatae *plus* vetuſtati *favet*
Invidia mordax, quam bonis praeſentibus.

Ubi vides ex *Suo* factum *Scopan*; ex *Detrito* (ſic

FELICITER *subclámat: ipsi Príncipes*
Illam ósculantur quá sunt oppressi manum,
Tacité gementes tristem fortunae uicem.
Quin étiam resides ét sequentes ótium,
Ne défuisse nóceat, reptant últimi.
In quís Menander nóbilis Comoédiis
(Quas ípsum ignorans légerat Demétrius,
Et ádmiratus fúerat ingeniúm uiri)
Unguénto delibútus, uestitu ádfluens,
Ueniébat gressu délicato et lánguido.
Hunc úbi Tyrannus uídit extremo ágmine;
Quisnám cinaedus ílle in conspectú meo
Audét uenire? Résponderunt próximi;
Hic ést Menander scríptor. Mutatur statim

FAB. II.

Viatores & Latro.

* * * * * * * * * * *

ET uíndicauit sése forti déxtera.
Latróne occiso, tímidus adcurrit comes,
Stringítque gladium: deín reiecta pénula,
Cedo, ínquit, illum: iám curabo séntiat
Quos ádtentarit. Túnc qui depugnáuerat:
Uellem ístis uerbis sáltem adiuuíssés modo:
Constántior fuíssem, uera exístimans.
Nunc cónde ferrum et línguam pariter fútilem,
Ut póssis alios ignorantes fállere.

(sic enim Codices, non *Trito*) *Aeri*: ex *Fabulae exaudiant, Tabulae Zeuxidem*; ex *Fugatae vetustis nam, Fucatae vetustati*. Scilicet cum novis operibus vetusta nomina adscribendo *fucus* emptori factus est. De *Scopa* & reliquis, qui in dictis materiis excelluerunt, habes omnia apud Junium De Pictura veterum. Ceterum & facilis & egregia jam sententia est: cumque emendationes tam longa serie altera succedant alteri, non possunt in lingua emortua non esse verae.

I.

2 *Athenas occupavit imperio improbo.*

Repone,
Athenas cum *occupavit imperio improbo.*

Ut mos est vulgi, passim & certatim ruunt 3
FELICITER *subclamant.* Repone,
Ut mos est, vulgus passim & certatim ruit;
Feliciter subclamat: *ipsi principes* &c.
Codices habent *Ruit. Vulgus* & *Principes* hic opponuntur.

Ne defuisse noceat, repunt ultimi. 8
Codices *Repetunt.* Recte Rittershusius, *Reptant ultimi.*

Scio

Ego, quí ſum expertus quántis fugias uíribus,
Scio quám uirtuti nón ſit credendúm tuae.
Illi ádſignari débet haec narrátio,
Qui ré ſecunda fórtis eſt, dubiá fugax.

FAB. III.

Calvus & Muſca.

CALUI momordit múſca nudatúm caput:
Quam opprímere captans álapam ſibi duxít grauem.
Tunc ílla irridens; Púnctum uolucris páruulae
Uoluíſti morte ulcíſci: quid faciés tibi,
Iniúriae qui addíderis contumélíam?
Reſpóndit, Mecum fácile redeo in grátiam,
Cui nón fuiſſe méntem laedendí ſcio:
Sed té, contemti géneris animal ímprobum,
Quae délectaris bíbere humanum ſánguinem,
Optém necare uél maiore incómmodo.
Hoc árgumentum uéniam dandam illí docet,
Qui cáſu peccat: nám qui conſilio éſt nocens,
Illum éſſe quauis poéna dignum iúdico.

FAB. IV.

Homo & Aſinus.

QUIDAM immolaſſet uérrem cum ſancto Hérculi,
Cui pró ſalute uótum debebát ſua,
Aſéllo iuſſit réliquias poni hórdei.
Quas áſpernatus ílle ſic locútus eſt:
Libénter iſtum prórſus adpeterém cibum,
Niſi, quí nutritus íllo eſt, iugulatús foret.
Huiús reſpectu fábulae detérritu,

II.

11 *Scio quod virtuti non ſit credendum tuae.*
Recte Gronovius; *Scio* quam *virtuti.*

III.

7 *Quia non fuiſſe mentem laedendi ſcio.*
Repone,
Cui *non fuiſſe mentem laedendi ſcio.*

Hoc argumentum veniam mage dari docet 11
Qui caſu peccat, quam qui conſilio eſt nocens.
Codices non habent *Mage.* Repone,
Hoc argumentum veniam dandam illi *docet,*
Qui caſu peccat: nam *qui conſilio eſt nocens.*

IV.

Tuum libenter prorſus adpeterem cibum. 5
MS. *Libenter tuum.* Repone,
Libenter

Periculoſum ſémper reputauí lucrum.
Sed díces, Qui latuére, diuitiás habent.
Numerémus agedum, quí deprenſi périerint:
Maiórem turbam púnitorum réperies.
Paucís temeritas éſt bono, multís malo.

FAB. V.

Scurra & Ruſticus.

PRAUO' fauore lábi mortalés ſolent;
Et, pró iudicio dúm ſtant erroris ſui,
Ad poénitendum rébus manifeſtís agi.
Factúrus ludos quídam diues nóbiles
Propóſito cunctos ínuitauit praémio;
Quam quíſque poſſet, út nouitatem oſténderet.
Uenére artifices laúdis ad certámina.
Quos ínter Scurra nótus urbanó ſale
Habére dixit ſé genus ſpectáculi,
Quod ín theatro númquam prolatúm foret.
Diſpérſus rumor cíuitatem cóncitat:
Paulo ánte uacua túrbam deficiúnt loca.
In ſcéna uero póſtquam ſolus cónſtitit,
Sine ádparatu, núllis adiutóribus,
Siléntium ipſa fécit exſpectátio.
Ille ín ſinum repénte demiſit caput;
Et ſíc porcelli uócem eſt imitatús ſua;
Uerum út ſubeſſe pállio conténderent,
Et éxcuti iubérent. Quo factó, ſimul
Nihil éſt repertum, múltis onerant laúdibus,
Hominémque plauſu próſequuntur máximo.
Hoc uídet ut fieri Rúſticus; Non mehércule.
Me uíncet, inquit: ét ſtatim profétſus eſt,

Libenter iſtum *prorſus adpeterem cibum.*

8 *Periculoſum ſemper vitavi lucrum.*
Rectius Codex Pithoei:
Periculoſum ſemper reputavi lucrum.
Reputavi lucrum eſſe rem periculoſam.

9 *Sed dicis qui rapuere divitias, habent.*
Repone.

Sed dices, *Qui* latuere, *divitias habent.*
Vides *Qui latuere* opponi eis qui *deprenſi* ſunt.
V.

Verum ut ſubeſſe pallio contenderent. 18
Heinſius *Verrem.* Non placet.

Hoc vidit fieri Ruſticus: Non mehercule. 22
Recte jam Heinſius, *Hoc videt ut fieri.*

Per-

Idém facturum mélius se postridie.
Fit túrba maior: iám fauor mentés tenet,
Et dérisuri, nón spectaturi, sedent.
Utérque prodit: Scúrra degrunnít prior,
Mouétque plausus ét clamores súscitat.
Tunc símulans sese uéstimentis Rústicus
Porcéllum obtegere (quód faciebat scílicet,
Sed, ín priore quía nil compereránt, latens)
Peruéllit aurem uéro quem celáuerat,
Et cúm dolore uócem naturae éxprimit.
Adclámat populus, Scúrram multo símilius
Imitátum; et cogit rústicum trudí foras.
At ílle profert ipsum porcellum é sinu:
Turpémque aperto pígnore errorém probans;
En híc declarat, quáles sitis iúdices.

Poëta.

ADHU'C supersunt múlta, quae possim éloqui:
Et cópiosa abúndat rerum uárietas.
Sed témperatae suáue sunt argútiae:
Immódicae offendunt. Quáre, uir sanctíssime
Partículo (chartis nómen uicturúm meis,
Latínis dum manébit pretium líteris)
Si nón ingenium, cérte breuitatem ádproba:
Quae cómmendari tánto debet iústius,
Quantó Poëtae sunt molesti uálidius.

FAB. VI.

Duo Calvi.

INUE'NIT caluus fórte in triuio péctinem,

32 *Pervellit aurem vero quem celaverat.*
Rursus Heinsius *Verri.* Non assentior.

41 *Sed temperatae suaves sunt argutiae.*
Repone,
Sed temperatae suave *sunt argutiae.*

VI.

2 *Accessit alter aeque defectus pilis.*
Repone,
Accedens *alter aeque defectus pilis,*
Eia, inquit &c.

Quem spes delusit, huic querela convenit. 7
Repone,
Quem spes delusit, huic querela haec *convenit.*

Nec

Accédens alter, aéque defectús pilis:
Eia, ínquit, in commúne quodcumque éſt lucri.
Oſténdit ille praédam, et adiecít ſimul:
Superúm uoluntas fáuit; ſed fato ínuido
Carbónem, ut aiunt, pró theſauro inuénimus.
Quem ſpés deluſit, huíc querela haec cómuenit.

FAB. VII.

Princeps Tibicen.

UBI uánus animus, aúra captus fríuola,
Adrípuit inſoléntem ſibi fidúciam;
Facile ád deriſum ſtúlta leuitas dúcitur.
Princéps tibicen nótior pauló fuit,
Operám Bathyllo ſólitus in ſcená dare.
Is fórte ludis (nón ſatis meminí quibus)
Dum pégma rapitur, cóncidit caſú graui
Necopínus, et ſiníſtram fregit tíbiam;
Duás cum dextras máluiſſet pérdere.
Intér manus ſublátus et multúm gemens
Domúm refertur. Aliquot menſes tránſeunt,
Ad ſánitatem dúm uenit curátio.
Ut ſpéctatorum mós eſt et lepidúm genus;
Deſíderari coépit, cuius flátibus
Solébat excitári ſaltantís uigor.
Erát facturus lúdos quidam nóbiles:
Et, ut íncipiebat póſſe Princeps íngredi,
Indúcit pretio, précibus, ut tantúmmodo
Ipſó ludorum oſténderet ſeſé die.
Qui ſímul aduenit, rúmor de Tibícine
Fremit ín theatro: quídam adfirmant mórtuum,
Quidam ín conſpectum próditurum ſíne mora.

VII.

8 *Nec opinans, & ſiniſtram fregit tibiam.* Recte Neveletus, *Necopinus*: ut ſupra I, 9. *Ipſum accipiter necopinum rapit.* Codices hic, *Nec opia ſed ſiniſtram.*

17 *Et incipiebat Princeps ingredier. Eum Adducit pretio, precibus.* Verſus prior ob malos numeros exſibilandus. Codices habent, *Et incipiebat princeps abduci reum, ingredi a ſe reducit pretio.* Repone:

Erat facturus ludos quidam nobiles:
Et ut *incipiebat* poſſe *princeps ingredi,*
Inducit pretio, precibus.

Digitized by Google

Aulaéo miſſo, déuolutis tónitrubus,
Dii ſúnt locuti móre tranſlatítio.
Tunc chórus ignotum móre docto cánticum
Inſónuit, cuius haéc fuit ſenténtia;
Laetáre incolumis Róma, ſaluo Príncipe.
In plaúſus conſurréctum eſt. Iactat báſia
Tibícen, gratulári fautorés putat.
Equéſter ordo ſtúltum errorem intéllegit:
Magnóque riſu cánticum repetí iubet.
Iterátur. Illic hómo meus ſe in púlpito
Totúm proſternit. Plaúdit inludéns eques:
Rogáre populus húnc coronam exíſtimat.
Ut uéro cuneis nótuit res ómnibus;
Princéps ligato crúre niuea fáſcia,
Niueíſque tunicis, níueis etiam cálceis,
Supérbiens honóre diuinaé domus,
Ab úniuerſis cápite eſt protruſús foras.

FAB. VIII.

Occaſio depicta.

CURSU ílle uolucri péndens in nouácula,
Caluús, comoſa frónte, nudo córpore,
Quem ſi óccuparis, téneas; elapſúm ſemel

25 *Chorus reducto tunc & notum canticum Impoſuit, cujus haec fuit ſententia.*

Haec neque ſenſum ullum habent, & immane quantum a codicum ſcriptura diſcrepant; ii ſic habent;

Tunc chorus ignotum more docto canticum Impoſuit. Repone,
Tunc chorus ignotum more docto canticum Inſonuit.

hoc eſt, Novum de more canticum chorus inſonuit. Horat. Carm. II, 13.

Et te ſonantem dura navis,
Dura fugae mala, dura belli.

28 *In plauſus conſurrectum eſt. Jactant baſia. Tibicen gratulari fautores putat.*

Reſtitue, quod Codices exhibent,
In plauſus conſurrectum eſt. Jactat *baſia Tibicen, gratulari fautores putat.*

Niſi enim *ipſe jactaſſet baſia*, qui *potuiſſent equites ſtultum* tibicinis *errorem* intelligere? Profecto ex geſtu illo intelligebant, non alio pacto.

Iteratur illud. Homo meus ſe in pulpito. 32
Repone,
Iteratur. Illic *homo meus ſe in pulpito.*
Hic & *Illic* eleganter pro *Tunc*; ut I, 10.

Hic auritulus
Clamorem ſubito totis tollit viribus.

VIII.

Curſu volucri pendens in novacula: 1
Repone,
Curſu ille *volucri pendens in novacula.*

Men-

Non ípſe poſſit Iúppiter reprehéndere ;
Occáſionem rérum ſignificát breuem.
Efféctus impediret ne ſegnís mora,
Finxére antiqui tálem effigiem Témporis.

FAB. IX.

Taurus & Vitulus.

ANGU'STO in aditu Taúrus luctans córnibus
Cum uíx intrare póſſet ad praeſépia ;
Monſtrábat Uitulus, quó ſe pacto fléctteret.
Tace, ínquit, ante hoc nóui, quam tu nátus es.
Qui dóctiorem eméndat, ſibi dicí putet.

FAB. X.

Venator & Canis.

ADUE'RSUS omnes fórtis et uelóx feras
Canís, cum domino ſémper feciſſét ſatis,
Languére ut coepit ánnis ingrauántibus ;
Aliquándo obiectus híſpidi pugnaé ſuis,
Adrípuit aure : ſéd carioſis déntibus
Praedám dimiſit. Híc tum Uenatór dolens
Canem óbiurgauit. Cuí ſenex contrá Lacon :

IX.

Monſtrabat vitulus, quo ſe pacto plecteret.
3 Recte alii repoſuerunt, *Quo ſe pacto* flecteret.

X.

Adverſus omnes fortis veloces feras.
1 Codices *Fortes & veloces.* Recte Heinſius:
Adverſus omnes fortis & velox *feras.*
Fortis adverſus apros, leones: *velox* contra lepores, cervos.

3 *Languere coepit annis ingravantibus.*
Repone.
Languere ut *coepit annis ingravantibus.*

5 *Adripuit aurem.* Recte Heinſius *Aure.*

7 *Canem objurgabat. Cui latrans contra ſenex.*
Codices verſo ordine, *Cui ſenex contra latrans.*
Atqui *Latrare* nuſquam primam corripit; cum à gravi vaſtoque ſono verbum ipſum primo fictum fuerit. Neque tamen hilo melior erit verſus, ſi *Latrans* a pede ſexto ad quartum reduxeris. Dedit Auctor;
Canem objurgavit. Cui ſenex contra Lacon.
Lacon, fortis & velox adverſus omnes feras.
Horat. Epod. VI.
Nam qualis aut Moloſſus aut fulvus Lacon,
Amica vis paſtoribus,
Agam per altas aure ſublata nives,
Quaecumque *praecedet* fera.
Eleganter autem, cum prius *Canis* dixiſſet, poſtea intulit *Lacon:* ut Virgil. Aen. XII, 750.
Incluſum veluti ſiquando flumine nactus
Cervum ac puniceae ſeptum formidine pennae,
Venator curſu Canis *& latratibus inſtat:*
Ille autem inſidiis ac ripa territus alta
Mille fugit refugitque vias: at vividus Umber
Haeret hians, jam jamque tenet.

Digitized by Google

Non mé deſtituit ánimus, ſed uirés meae.
Quod fúimus lauda, ſí iam damnas quód ſumus.
Hoc cúr, Philete, ſcripſerim; pulcré uides. 10

8 *Non te deſtituit animus, ſed vires meae.* Lege, *Non* me *deſtituit.*

9 *Quod fuimus laudas, jam damnas quod non ſumus.* Verſus male natus. *Damnas* priore longa in pede quarto, ut ſupra *Latras*, metrum corrumpit. Codices ita habent.

Quod fuimus laudas, jam damnas quod ſumus.

Recte Gudius;

Quod fuimus lauda, ſi *jam damnas quod ſumus.*

Explicit Liber V & ultimus.

F I N I S.

PUBLII

Digitized by Google

PUBLII SYRI

ET ALIORUM VETERUM

SENTENTIAE.

AB álio exſpectes, álteri quod féceris.
Ab amánte lacrimis rédimas iracúndiam.
Abſéntem laedit, cum ébrio qui lítigat.
Ad cálamitatem quílibet rumór ualet.
Ad poénitendum próperat, cito qui iúdicat.
Ad tríſtem partem ſtrénua eſt ſuſpício.
Aegré reprendas, quód ſinas conſuéſcere.
Aliéna nobis, nóſtra plus aliís placent.
Aliénum aes homini ingénuo acerba eſt ſéruitus.
Aliénum eſt omne, quícquid optandó uenit.
Amáns iratus múlta mentitúr ſibi.
Amáns quid cupiat, ſcít; quid ſapiat, nón uidet.
Amáns quod ſuſpicátur, uigilans ſómniat.
Amáns, ita ut fax, ágitando ardeſcít magis.
Amáre & ſapere, uíx Deo concéditur.
Amáre iuueni frúctus eſt, crimén ſeni.
Amés parentem, ſi aéquus eſt; ſi alitér, feras.
Amíci uitia ſí feras, facís tua.
Amíſſum quod neſcítur, non amíttitur.
Amor ánimi arbitrio ſúmitur, non pónitur.

1 *Ab alio ſpectes, alteri quod feceris.* Sic Scaliger & Gruterus. Codices noſtri *Exſpectes*, atque ita apud Senecam exſtat Ep. XCIV.

19 *Dimiſſum quod neſcitur, non amittitur.* Sic & noſtri Codices, *Dimiſſum*. Perperam. Quod enim *Dimittitur*, ſeu a volente ſive ab invito, certe a conſcio dimittitur, & *neſciri* non poteſt. Repone *Amiſſum quod neſcitur*: ut in locuplete domo, *Ubi multa ſuperſunt, Et dominum fallunt, & proſunt furibus.*

20 *Animi arbitrio amor ſumitur, non ponitur.* Sic a Scaligero & Grutero. Noſtri Codd. alio ordine, numeris melioribus,
Amor animi arbitrio ſumitur, non ponitur.
Amoris

Digitized by Google

Amor éxtorqueri nón pote, elabí pote.
Amóris uulnus ſánat idem, quí facit.
Amór miſceri cúm timore nón poteſt.
Animó dolenti níhil oportet crédere.
Anús cum ludit, mórti delitiás facit.
Apérte mala cum eſt múlier, tum demum éſt bona.
Auáro quid mali óptes, niſi Uiuás diu?
Auárum facile cápias, ubi non ſís idem.
Auárus animus núllo ſatiatúr lucro.
Auárus, niſi cum móritur, nil rectè facit.
Aut ámat aut odit múlier: nihil eſt tértium.
Auxília humilia fírma conſenſús facit.

BENE cógitata, ſi éxcidunt, non óccidunt.
Bene dórmit, qui non ſéntit, quam male dórmiat.
Benefícia plura récipit, qui ſcit réddere.
Benefícium accipere, líbertatem eſt uéndere.
Benefícium dando accépit, qui dignó dedit.
Benefícium dignis úbi des, omnes óbliges.
Benefícium dare qui néſcit, iniuſté petit.
Benefícium qui dedíſſe ſe dicít, petit.
Benefícium ſaepe dáre, docere eſt réddere.
Bene pérdis gaudium, úbi dolor paritér perit.
Bene pérdit nummos, iúdici quos dát nocens.
Bene uíxit is, qui pótuit cum uoluít mori.
Bis émori eſt, altérius arbitrió mori.
Bis grátum eſt, quod dato ópus eſt, ultro ſi ófferas.
Bis ínterimitur, quí ſuis armís perit.
Bis péccas, cum peccánti obſequium accómmodas.
Bis uíncit, qui ſe uíncit in uictória.
Blandítia, non império, fit dulcís Uenus.

22 *Amoris vulnus idem, qui ſanat, facit.*
Hoc ὕστερον πρότερον eſt. Repone:
Amoris vulnus ſanat idem, qui facit.
Et ſic fere codex Trin. *Amoris vulnus idem eſt qui facit.*

27 *Avaro quid mali optes, niſi ut vivat diu.*
Tolle *Ut* fide codicis Caiani, verſu gratulante, & lege *Vivas.*

Beneficium qui dare neſcit, injuſte petit. 39
Sic & Codices noſtri; ſed repone *Dare qui neſcit.*

Bene perdit nummos, judici cum dat nocens. 43
Rectius codex Leidenſis,
Bene perdit nummos, judici quos *dat nocens.*

Bis eſt gratúm, quod opus eſt, ultro ſi offeras. 46
Invenuſte cadit accentus in poſteriorem τῦ *Gratúm.*

Digitized by Google

Bona cómparat praesídia misericórdia.
Bona fáma in tenebris próprium splendorem óbtinet.
Bona mórs est omnis, uítae quae exstinguít mala.
Bona némini hora est, út non alicui sít mala.
Bonárum rerum cónsuetudo est péssima.
Bonitátis uerba imitári, maior málitia est.
Bonórum crimen ést officiosús miser.
Bonum ád uirum cito móritur iracúndia.
Bonum ést fugienda aspícere in alienó malo.
Breuis ípsa uita est, séd malis fit lóngior.

CAECI sunt oculi, cum ánimus alias rés agit.
Carét periclo, qui étiam cum est tutús cauet.
Casta ád uirum matróna parendo ímperat.
Casús quem saepe tránsit, aliquando ínuenit.
Cito ád naturam ficta reciderint suam.
Cito ignominia fit superbi glória.
Comés facundus ín uia pro uéhiculo est.
Consuéta uitia férimus, noua repréndimus.
Contra impudentem, stúlta est nimia ingénuitas.
Cotídie damnátur, qui semper timet.
Cotídie est detérior posteriór dies.
Crimén relinquit uítae, qui mortem áppetit.
Crudélem medicum intémperans aegér facit.
Crudélis est, non fórtis, qui infantém necat.
Crudélis est in re áduersa obiurgátio.
Crudélis lacrimis páscitur, non frángitur.
Cui nólis saepe irásci, irascaris semel.
Cui omnés bene dicunt, pósside populí bona.
Cui plús licet quam pár est, plus uult quám licet.
Cui sémper dederis, úbi negas, rapere imperas.

Gratúm, cum prior longa sit. Nostri Codd. *Bis gratum est.* Repone:
Bis gra:um est, quod dato *opus est, ultro* si *offeras.*
Nisi addideris *Dato*, sententia quoque friget.

53 *Bona mors est homini, vitae quae exstinguit mala.* Abest a Cod. Trin. *Homini*, pro quo Cottonianus *Animi*. Lege, *Bona mors est* omnis, *vitae quae exstinguit mala.*

Ficta cito ad naturam reciderint suam. 65
Ut Iambus fiat, sic repone;
Cito ad naturam ficta reciderint suam.

Consueta vitia ferimus, non reprehendimus. 68
Sic & nostri Codd. sed sine aculeo. Dederat Auctor:
Consueta vitia ferimus, nova *reprendimus.*

Cuiris

Cuiuís dolori rémedio eſt patiéntia.
Cuiuís poteſt accídere, quod cuiquám poteſt.
Cum inimíco nemo in grátiam tutó redit.
Cum uítia proſunt, péccat qui rectè facit.

DAMNÁRE eſt, obiurgáre cum auxilio éſt opus.
Damnum áppellandum eſt cúm mala famá lucrum.
Darí bonum quod pótuit, auferrí poteſt.
Delíberando ſaépe perit occáſio.
Delíberandum eſt diú, quod ſtatuendum éſt ſemel.
Deſpícere oportet, quícquid poſſis pérdere.
Didicére flere féminae in mendácium.
Diés quod donat tímeas: cito raptúm uenit.
Difficilem oportet aúrem habere ad crímina.
Diſcípulus eſt prióris poſteriór dies.
Diſcórdia fit cárior concórdia.
Diu ápparandum eſt béllum, ut uincas célerius.
Dolór decreſcit, úbi quo creſcat nón habet.
Ducis ín conſilio póſita eſt uirtus mílitum.
Dum uíta grata eſt, mórtis conditio óptima eſt.

ET deéſt et ſupereſt míſeris cogitátio.
Etiám capillus únus habet umbrám ſuam.
Etiám celeritas ín deſiderió mora eſt.
Etiam ínnocentes cógit mentirí dolor.
Etiam ín peccáto rectè praeſtatúr fides.

82 *Cuiuis dolori remedium eſt patientia.*
Sic & noſtri: ſed repone *Remedio.*

90 *Deſpicere oportet, quod poſſis deperdere.*
Numeri invenuſti ſunt. Repone:
Deſpicere oportet, quicquid poſſis perdere.
Ita Cod. Trin. & Sidn. niſi quod habeant *Aſpicere.*

93 *Difficilem habere oportet aurem ad crimina.*
Tres ex noſtris, *Oportet habere.* Repone:
Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

100 *Et deeſt & ſuperat miſeris cogitatio.*
Sic & Noſtri: Repone tamen *Supereſt.*

Etiam obliviſci quid ſis, interdum expedit. 105
Recte codex Caianus, *Qui ſis.*

Etiam qui faciunt, oderunt injuriam. 106
Noſtri quoque *Oderunt:* Scaliger *Odio habent.* Repone,
Etiam qui faciunt, oderint *injuriam.*
hoc eſt, Odiſſe vellent, ſi ab alio fieret.

Fer difficilia, facilia levius perferes. 113
Sic Gruterus, metro repugnante. Scaliger hoc modo:
Fer difficilia, ut & facilia perferas.
Codex Trin. & Caianus,
Feras difficilia, ut facilia perferas.
Atque ita Sidneianus, niſi quod ante *Perferas* inſerat

Etiam óbliuiſci, quí ſis, interdum éxpedit.
Etiám qui faciunt, óderint iniúriam.
Excélſis multo fácilius caſús nocet.
Ex uítio alterius ſápiens emendát ſuum.

FACI'LITAS animi ad pártem ſtultitiaé rapit.
Factúm tacendo, crímen facias ácrius.
Fatétur facinus, ís qui iudiciúm fugit.
Felíx improbitas óptimorum eſt cálamitas.
Férás facilia, ut difficilia pérferas.
Ferás, non culpes, quód mutari nón poteſt.
Fidém nemo unquam pérdit, niſi qui nón habet.
Fidém qui perdit, péraere ultra níl poteſt.
Fidém qui perdit, quó ſe ſeruet réliqüo?
Fidés, ut anima, unde ábiit, eo nunquám redit.
Formóſa facies múta commendátio eſt.
Fortúna cum blandítur, captatúm uenit.
Fortúna ad omne plús quam conſiliúm ualet.
Fortúnam citius réperias, quam rétineas.
Fortúna, nimium quém fouet, ſtultúm facit.
Fortúna obeſſe núlli contenta éſt ſemel.
Fortúna quo ſe, eódem et inclinát fauor.
Fortúna uitrea eſt; túm, cum ſplendet, frángitur.
Frugálitas miſéria eſt rumoris boni.
Furór fit laeſa ſaépius patiéntia.

inſerat *Levius*. Cottonianus autem:
Feras facilia, ut facilius levius perferas.
Credo ab Auctore fuiſſe;
Feras facilia, ut difficilia perferas.

121 *Fortuna plus homini quam conſilium valet.* Codices noſtri; *Fortuna homini plus:* vel *Homine.* Repone:
Fortuna in re omni *plus quam conſilium valet.* vel,
Fortuna ad omne *plus quam conſilium valet.*

127 *Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.* Hic verſiculus Publii Syri eſt, a Gellio Macrobioque laudatus. *Inſerta*, inquit Scaliger, eſt *Emblema*, ut in annulo: vel *Inſtita*, ut in veſte; Frugalitas ergo eſt ornamentum vel acceſſio bonae famae. Atqui illud *Inſerta* nuſquam alibi Latinis cognitum: nec ſententia illa quicquam habet Publiani coloris. Plerique codices habent,
Frugalitas incerta *eſt rumoris boni.*
Atque hanc lectionem Salmaſius ad Solinum probat; quia Frugalitas nonnumquam Avaritiae famam habet; ab his laudatur, ab illis culpatur. Nec tamen aut bene Latine hoc dicitur; aut ad Publii acumen & elegantiam attingit. Repone, quod in codice Macrobii Cottoniano mille annorum reperi:
Frugalitas miſeria *eſt rumoris boni.*
Frugaliter nempe vivere, perinde eſt ac parce duriter, miſere vivere; niſi quod cum rumore

Digitized by Google

GRATUM facit fortúna, cui nemo ínuidet.
Graue crímen, etiam léuiter cum dictum éſt, nocet.
Grauióra quaedam ſúnt periclis rémedia.
Grauiſſimum eſt impérium conſuetúdinis.
Grauiús nocet, quodcúmque inexpertum áccidit.

HABET ſuum uenénum blanda orátio.
Herédem ferre utílius eſt, quam quaérere.
Herédis fletus ſúb perſona ríſus eſt.
Heu quám difficilis glóriae cuſtódia eſt!
Hominem éxperiri múlta, paupertás iubet.
Homini conſilium túnc deeſt, cum multa ínuenit.
Homo tóties moritur, quóties amittít ſuos.
Honéſte ſeruit, quí ſuccumbit témpori.
Honós honeſtum décorat, inhoneſtúm notat.

IGNOSCITO ſaepe álteri, numquám tibi.
Illó nocens ſe dámnat, quo peccát die.
Impúne pecces ín eum, qui peccát prior.
In amóre ſemper méndax iracúndia eſt.
In cálamitoſo ríſus etiam iniúria eſt.
In núllum auarus bónus eſt, in ſe péſſimus.
Inférior diſcit, quícquid peccat ſúperior.
In uíndicando críminoſa eſt céleritas.
Ingrátus unus ómnibus miſeris nocet.
Inimícum quamuis húmilem docti eſt métuere.

more fit bono. Ita hic accipitur *Miſeria*, ut Terent. Heaut. III, 2.

Sed habet patrem quendam auidum, miſerum *atque aridum.*

& Plaut. *Parce ac miſere victitare. Miſeria rumoris boni*, ut *Res ingentis exempli* &c. Porro in hac ſententia non laudari, ſed infamari Frugalitatem, teſtem do Sarisberienſem, ante annos nec ſaeculi ſui doctiſſimum, Policrat. VIII, 13. *Luxuriam perſequi videor ad laudem Frugalitatis: mihique ab inſulſis, inepte viventibus & indiſcrete loquentibus, illud Publii Clodii ſubſannando ingeritur, quia Frugalitas boni rumoris miſeria eſt.* Sic ibi codices, poſcente etiam ſententia. Editores tamen ibi quoque dederunt *Inſerta.*

Facit gratum fortuna, quem nemo videt. 129
Sic Scaliger & Gruterus: nec aliter codices noſtri; niſi quod unus *Quam*, Repono:

Gratum facit fortuna, cui nemo inuidet.

Graviora quaedam ſunt remedia periculis. 131
Concinnius hoc modo:

Graviora quaedam ſunt periclis remedia.

Impune in eum pecces, qui peccat prior. 145
Ita vulgo fertur, aut nulla ſententia, aut improbiſſima. Codices noſtri *Pecces in eum.* Repone,

Impune pecces in eum, qui peccat prior,

Terentius Prol. Eunuchi.

Tum.

Digitized by Google

Iniúriarum rémedium eſt oblíuio.
Inópiae deſunt paúca, auaritiae ómnia.
Inſánus omnis fúrere credit céteros.
Inſtrúcta inopia eſt, ín diuitiis cúpiditas.
In rébus dubiis plúrimi eſt audácia.
Inuídia tacite, ſéd inimice iráſcitur.
Inuídiam ferre aut fórtis aut felíx poteſt.
Inuítum cum retíneas, exire íncites.
Irátum breuiter uítes, inimicúm diu.
Irátus cum ad ſe rédiit, ſibi tum iráſcitur.
Irátus etiam fácinus conſiliúm putat.
Ita créde amico, né ſit inimicó locus.
Iter éſt, quacumque dát prior ueſtígium.
Iucúndum nihil eſt, níſi quod reficit uárietas.
Iudéx damnatur, cúm nocens abſóluitur.

LAUS nóua niſi oritur, étiam uetus amíttitur.
Legém nocens uerétur, Fortunam innocens.
Lex úniuerſi eſt, quaé iubet naſci ét mori.
Luxúriae deſunt múlta, auaritiae ómnia.

MALA éſt medicina, ubi áliquid naturaé perit.
Maledíctum interpretándo facias ácrius.
Malefácere qui uult, númquam non cauſam ínuenit.
Maléuolus ſemper ſuá natura uéſcitur.
Malígnos fieri máxime ingratí docent.

Tum ſiquis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimarit eſſe, ſic exiſtimet:
Reſponſum, non dictum eſſe; quia laeſit prior.

149 *Inferior reſcit, quicquid peccat ſuperior.*
Sic Scaliger & Gruterus. Sed illud *Reſcit* in nullo codice comparet. Ex noſtris duo *Horreſcit*, Caianus *Creſcit*, Leidenſis *Neſcit*, Cottonianus *Caſat*. Repone,
Inferior diſcit, *quicquid peccat ſuperior.*
Ejuſdem ſententiae eſt, quod poſtea ſequitur,
Ubi peccat *aetas major*, *male* diſcit *minor.*

150 *In judicando criminoſa eſt celeritas.*
Scaliger & Gruterus *Judicando*: ſed Codices noſtri magno conſenſu *Vindicando*. Recte: Horat. Epiſt. I, 2, 59.
Qui non moderabitur irae,
Infectum volet eſſe dolor quod ſuaſerit, & mens
Dum poenas odio per vim feſtinat inulto.
Ad illud alterum *Judicando* ſupra habuimus melioribus verbis;
Ad poenitendum properat, cito qui judicat.

In rebus dubiis plurima eſt audacia. 157
Sic & noſtri Codices: ſed legendum *Plurimi eſt*; hoc eſt, Plurimum valet.

Invitum cum retineas, exire incitas. 160
Rectius codex Trin. *Exire incites.*

Male géritur, quicquid géritur Fortunaé fide.
Male ſécum agit aeger, médicum qui heredém facit.
Malo ín conſilio féminae uincúnt uiros.
Malúm conſilium cónſultori eſt péſſimum.
Malum éſt conſilium, quód mutari nón poteſt.
Malús bonum ubi ſe ſímulat, tunc eſt péſſimus.
Malus éſt uocandus, quí ſui cauſa éſt bonus.
Minimum éripit Fortúna cui minimúm dedit.
Minús decipitur, cuí negatur céleriter.
Miſera éſt uoluptas, úbi pericli mémoria eſt.
Miſérrima eſt fortúna, quae inimicó caret.
Muliébris lacrima cóndimentum málitiae eſt.
Muliér cum ſola cógitat, male cógitat.
Muliér quae multis núbit, multis nón placet.
Multís minatur, qui úni facit iniúriam.

NECESSE eſt multos tímeat, quem multí timent.
Negándi cauſa auáro numquam déficit.
Negát ſibi ipſe, quí quod difficile éſt petit.
Nemó qui coepit éx ſe, riſum praébuit.
Nemo ímmature móritur, qui moritúr miſer.
Nihil éripit Fortúna, niſi quod ét dedit.
Nil péccent oculi, ſi óculis animus ímperet.
Nil túrpius, quam uíuere incipiéns ſenex.
Nimium áltercando uéritas amíttitur.
Niſi pér te ſapias, frúſtra ſapientem aúdias.
Niſi quí ſcit facere, inſídias neſcit métuere.
Niſi uíndices delícta, improbitatem ádiuues.
Nocéns precatur, ínnocens iráſcitur.
Non éſt tuum, Fortúna quod fecít tuum.
Numquám periclum ſine periclo uíncitur.

183 *Malus eſt vocandus, qui ſua cauſa eſt bonus.* Sic & codices: ſed lege *Sui cauſa.*

210 *Pejora multo cogitat mutus dolor.* Repone:
Pejora querulo *cogitat mutus dolor.* Ovid. Triſt. III, 8.

Et numquam queruli *cauſa* doloris *abeſt,*

Prius negare, poſt feciſſe, fallere eſt. 218
Sic a Grutero eſt. Repone:
Prius negatum *poſt feciſſe, eſt fallere.*

Pupillus eſt avarus aetatis brevis. 221
Ita Scaliger & Gruterus, nullo ſenſu. MStus apud

OBSE'QUIUM nuptae cito fit odium péllicis.
Occásio aegre offértur, facile amíttitur.
Omnés aequo animo párent, digni ubi ímperant.
O uíta misero lónga, felicí breuis!

PARE'NS iratus ín se est crudelíssimus.
Pars bénefici est, quod pétitur, si bellé neges.
Pars bénefici est, quod pétitur, si citó neges.
Patiéndo multa, uéniunt quae nequeás pati.
Paucórum improbitas, úniuersis cálamitas.
Peccátum extenuat, quí celeriter córrigit.
Peióra querulo cógitat mutús dolor.
Perfúgere ad inferiórem, seipsum est trádere.
Perícla timidus, étiam quae non sunt, uidet.
Populi est mancipium, quísquis patriae est útilis.
Post cálamitatem mémoria alia est cálamitas.
Poténs misericors pública est felícitas.
Poténti irasci, sibi periclum est quaérere.
Praeséns est semper, qui ábsens etiam ulcíscitur.
Priús negatum póst feciſſe, est fállere.
Probús libertus síne natura est filius.
Pudór dimissus núnquam redit in grátiam.
Pudór doceri nón potest, nascí potest.
Pupíllus hominis áuidi est aetatis breuis.

QUICQUI'D futurum est súmmum, ab imo náscitur.
Qui pro ínnocente dícit, satis est éloquens.
Qui se ípse laudat, cito derisorem ínuenit.
Quod aétas uitium pósuit, aetas aúferet.
Quod quísque amat, laudándo commendát sibi.
Quod núlt habet, qui uélle quod satis ést potest.

apud Gruterum: *Homines auaros pupillos aetatis esse brevis.* ubi corrigendum, *Hominis auari pupillos.* Et Iambus sic constituendus,

Pupillus hominis avidi, *est aetatis brevis.*

Avidus idem qui *Avarus:* ut Terent.

Sed habet patrem quendam, avidum, miserum, atque aridum.

Persius Sat. II, 12.

Pupillumve utinam, quem proximus heres
Impello, expungam: namque est scabiosus & acri
Bile tumet.

Qui seipsum laudat, cito derisorem invenit. 224.
Lege, *Qui se ipse laudat.*

Reme-

RARUM éſſe oportet, quód diu carúm uelis.
Remédium fruſtra eſt cóntra fulmen quaérere.

SAPIÉNS quod petitur, úbi tacet, breuitér negat.
Secréto amicos ádmone, laudá palam.
Sibi ípſa improbitas cógit fieri iniúriam.
Sibi ípſe dat ſupplícium, quem admiſſi pudet.
Solet éſſe in dubiis pró conſilio témeritas.

TAM deéſt auaro quód habet, quam quod nón habet.
Timidús uocat ſe caútum, parcum ſórdidus.

UBI péccat aetas máior, male diſcít minor.
Ueterém ferendo iniúriam, inuités nouam.

VERSUS TROCHAICI.

'ALEATOR, quánto in arte eſt mélior, tanto eſt néquior.
Bénewoli coniúnctio animi máxima eſt cognátio.
Cónſcientia ánimi nullas ínuenit linguaé preces.
Díxeris maledícta cuncta, ingrátum cum hominem díxeris.
'Eſt honeſta túrpitudo pró bona cauſá mori.
'Exul is, cui núſquam domus eſt, ſine ſepulcro eſt mórtuus.
Féminae tutélam gerere, déſperare eſt ótium.
Frúſtra, cum ad ſenéctam eſt uentum, répetas adoleſcéntiam.
Fúlmen eſt, ubi cúm poteſtate hábitat iracúndia.
Hábet in aduerſís auxilia, qui ín ſecundis cómmodat.

229 *Remedium, fraus eſt, contra fulmen quaerere.* Ambigit Gruterus de lectionis hujus ſinceritate. Et merito quidem; nam ſenſu caſſa eſt. Reponendum:
Remedium fruſtra *eſt contra* fulmen *quaerere.*

240 *Benevoli conjunctio animi maxima eſt cognatio.* Ita noſtri Codices. Male Grutorus inter Iambicos poſuit,
Benevolus animus maxima eſt cognatio.
Et iterum;
Conjunctio animi maxima eſt cognatio.

241 *Conſcientia amici nullius linguae invenit preces.* Sic a Grutero eſt; ſed neque ſententia neque numeri ſibi conſtant. Cod. Trin. *Nullus invenit linguae.* Repone:
Conſcientia animi nullas *invenit linguae preces.*
Phaedrus III Prolog.
Stulte nudabit animi conſcientiam.
Senſus fere idem eſt, qui ſupra;
Nocens precatur, innocens iraſcitur.

Feminarum curam gerere, deſperare eſt otium. 245
Ita Scaliger & Gruterus: ſed codices noſtri omnes *Feminae*, tres *Naturam* pro *Curam.* Repone:
Feminae tutelam *gerere, deſperare eſt otium.*
Heu

Digitized by Google

Heú, dolor quam míſer eſt, qui in torménto uocem nón habet!
Heú, quam miſerum eſt áb eo laedi, dé quo non auſís queri!
Hómo, qui in homine cálamitoſo eſt míſericors, meminit ſui.
'Improbe Neptúnum accuſat, qui íterum naufragiúm facit.
'In malis ſperáre bene, niſi innocens, nemó ſolet.
'Iracundiám qui uincit, hóſtem ſuperat máximum.
'Irritare eſt cálamitatem, cúm te felicém uocas.
'Ita amicum habeas, póſſe ut facile fíeri hunc inïmicúm putes.
Mórtuo munús qui mittit; níl dat illi, adimít ſibi.
Néſcias quid óptes, aut quid fúgias; ita ludít dies.
Núlla, quae multós amicos récipit, anguſta éſt domus.
Núlla tam bona éſt fortuna, dé qua nil poſſís queri.
Núſquam melius mórimur homines, quam úbi libenter uíximus.
'Obiurgari in cálamitate, gráuius eſt quam cálamitas.
Quánto ſeriús peccatur, tánto incipitur túrpius.
Saépe diſſimuláre ſatius, quám uel ulciſcí, fuit.
Théſaurum in ſepúlcro ponit, qui ſenem heredém facit.

249 *Heu, dolor quam miſer eſt, qui in tormentis vocem non habet.*
Melius noſtri omnes *Tormento.*

256 *Ita habeas amicum, poſſe ut fieri inimicum putes.*
Laudatur ut Publii Syri, Gellio XVII, 14. Macrobio Saturn. II, 7. Johanni Saresberienſi VIII, 14. Omnes tamen alio ordine *Ita amicum habeas.* Porro Gellius & codex Macrobii vetus habent *Hunc* poſt *Fieri.* Utrumque firmant codices noſtri Sententiarum. Repone ex Cod. Caiano:

Ita amicum habeas, poſſe ut facile fieri hunc inimicum putes.

Objurgare in calamitate, gravius eſt quam calamitas. 262
Sic Gruterus: ſed corrigendum *Objurgari.*

Saepe diſſimulare, quam vel ulciſci, ſatius fuit. 264
Sic Scaliger & Gruterus. Repone numeris melioribus;
Saepe diſſimulare ſatius, quam vel ulciſci, fuit.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JAN 9 1976



Digitized by Google

Digitized by Google